AUTHOR:

ORATORES ATTICI

TITLE:

ORATORES ATTICI, ET QUOS SIC VOCANT ...

PLACE:

LONDINI

DATE:

1828

Master Negative #

93-81509

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Oratores Graeci.

Oratores Attici et quos sic vocant Sophistae opera et studio Gulielmi Stephani Dobson... Londini, Dove, 1828.

16 v. $23\frac{1}{2}$ cm.

Added special title-pages for each volume.

Contents.--t.1. Antiphon et Andocides.--t.2. Lysias.--t.3. Isocrates.--t.4. Isaeus, Dinarchus, etc.--t.5-11. Demosthenes.--t.12. Aeschines.--t.13. Antiphontis, Andocidis et Lysiae interpretatio Latina.--

9-28-4 OK

Continued on next card

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm. REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB / IIB

DATE FILMED: 6/21/93 INITIALS F.C.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

Master Negative #

93-81509

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Oratores Graeci. Oratores Attici ... 1828.
(Card 2)

t.14. Isocratis, Isaei, Dinarchi, Lycurgi, Demadis et Sophistarum interpretatio Latina.--t.15. Demosthenis interpretatio Latina.--t.16.Demosthenis et Aeschinis interpretatio Latina.

Copy in Classics Reading Room.

9-24-48 ok

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB, IIB

DATE FILMED: 6/21/93 INITIALS F.C.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

GUIDE TO CONTENTS
for

ORATORES ATTICI

REEL	MASTER NEGATIVE #	DATE	VOLUME
1	93-81509	1828	v. 1
		1828	v. 2
		1828	v. 3
2	93-81510	1828	v. 4
		1828	v. 5
		1828	v. 6
3	93-81511	1828	v. 7
		1828	v. 8
		1828	v. 9
4	93-81512	1828	v. 10
		1828	v. 11
		1828	v. 12
		1828	v. 13
5	93-81513	1828	v. 14
		1828	v. 15
		1828	v. 16

REEL 1

VOLUME 1

1828

VOLUME 2

1828

VOLUME 3

1828

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

VOLUME 1

ORATORES
ATTICI

ET QUOS SIC VOCANT

SOPHISTÆ

OPERA ET STUDIO

GULIELMI STEPHANI DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCII

TOMUS PRIMUS

ANTIPHON ET ANDOCIDES

LONDINI

EXCUDIT J. F. DOVE

(APUD QUEM ETIAM VENEUNT)

A. S. MDCCCXXVIII.

ANTIPHONTIS

ET

ANDOCIDIS

QUÆ EXSTANT OMNIA

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

VARIETATE LECTIONIS

CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA

ANNOTATIONIBUS VARIORUM

H. STEPHANI HAUPTMANNI
TAYLORI MARKLANDI REISKII SLUITERI
ALIORUMQUE ET SUIS

ILLUSTRAVIT

GULIELMUS STEPHANUS DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCIUS

PRÆFIGUNTUR ADVERSARIA

NUNC PRIMUM PUBLICI JURIS FACTA

PETRI PAULI DOBREE

GRÆCARUM LITERARUM APUD CANTABRIGIENSES

NUPER PROFESSORIS REGII

LONDINI

PROSTANT APUD J. F. DOVE

A. S. MDCCCXXVIII.

PETRI VAN SPAAN
DISSERTATIO HISTORICA*
DE
ANTIPHONTE,
ORATORE ATTICO.

CAPUT PRIMUM.

Cum me ad Oratores Atticos legendos contulissem, ut inde et nativum sermonis Attici leporem cognoscerem, et juris Attici, a quo tanquam fonte Romanorum Jus Civile fluxisse constat, notitiam haurirem, non poteram hujus lectionis exordium rectius capere, quam ab Antiphonte Rhamnusio, quem Hermogenes de Formis Oration. Lib. II. p. 498. Suidas v. Μοχθηρὸς, aliique Grammatici vocant decem Oratorum Atticorum antiquissimum. Cumque scirem, quantum referat ad scriptorem bene intelligendum, nosse ejus vitam, mores, instituta, res gestas, ingenii monumenta, et alia ejus generis, quidquid ullo modo ad Antiphontem pertineret, diligenter quærere institui. Congestis omnibus, et ad severius examen revocatis, animadverti, hujus Oratoris historiam multis difficultatibus impediri, quas non omnes superarint duo excellenti ingenio et doctrina Viri, qui ante nos in Antiphontis historia illustranda egregiam operam collocarunt, Ioan. Ionsius de Scriptoribus Hist. Philosoph. p. 256. et Ioan. Taylorus Lection. Lysiacar. c. VII. Acuente deinde, ut fieri solet, ipsa difficultate industriam, digna materia visa est, in qua explicanda, quamvis tenues, necdum maturitatem assecutas, ingenii vires, adolescens sedecim annorum periclitarer; præsertim cum Præceptor meus nunquam satis laudandus, David Ruhnkenius V. C. a quo uno, quidquid sum, in hocce studiorum genere me totum profectum esse, gratus fateor, pro singulari sua in me benevolentia, varia mihi ad Antiphontem perti-

* Prodiit A. 1765. Lugduni Batavorum opusculum hoc elogio inscriptum: Dissertatio historica de Antiphonte, oratore Attico, quam, annuente deo, sub præsidio Viri celeberrimi Davidis Ruhnkenii, Historiarum et Eloquentiæ in Acad. Lugd. Bat. Professoris ordinarii, publico examini subjicit Petrus van Spaan, Hensbroeka Westfrisius, Auctor, d. XV. Maii MDCCLXV. in quarto, implens paginas 52. Quod opusculum tametsi haud deerunt, qui Ruhnkenio ipsi malint tribuere, cujus multas magnasque partes in eo conscribendo fuisse constat, ego tamen, hic loci typis Lipsiensibus recusum exhibens, Spaanii nomen, qui se auctorem opusculi tulit, servari, et ignobilius præferri nobiliori, satius duxi.

nentia ex insigni ineditorum librorum apparatu suppeditaret. Antiphontis igitur historiam ita enarrabimus, ut primum videamus, quantus Orator fuerit, tum qualem se in republica administranda præbuerit, denique quæ ingenii monumenta ad posteritatem transmiserit. Quibus explicatis, de aliis etiam Antiphontibus, qui vulgo cum Antiphonte Rhamnusio confundi solent, dicemus.

Natus est Antiphon Rhamnusius Athenis patre Sophilo Olymp. LXXV, 1. vel 2. in quos ipsos annos incidit bellum, quod Xerxes magno damno suo intulit Græciæ. Hoc Antiphontis natale tempus, quamvis paulo laxius, tradunt Photius Biblioth. Cod. CCCIX. et Pseudo-Plutarchus in vita X. Rhetorum: quorum sententiam, temporum rationibus congruentem, sequi non dubitamus. Eandem merito secutus est eximius Antiquitatis Atticæ interpres, Edvard. Corsinus Fast. Att. T. III. p. 166. Gravissimus error est, et ne dignus quidem refutatione, Tzetzæ Scholio in Hermogenem inedito, quod infra proferemus, ubi Antiphontem, scribit, Platonis ætate vixisse, vel certo vix Socratis ætatem attigisse. Φῦλος Antiphontis pater dicitur apud Clement. Alexandr. Strom. I. p. 365. sed recte Σώφιλον restituit Io. Potterus. Harpocration: Ἀντιφῶν, εἷς τῶν δέκα ῥητόρων, Σωφίλου μὲν υἱὸς, ἀπὸ τῆς φυλῆς δὲ Ῥαμνούσιος. Quem locum imperitus compilator, Phavorinus, turpiter fœdavit, et in grande suum, sed pene inutile, Lexicon retulit: Ἀντιφῶν, εἷς τῶν δώδεκα ῥητόρων, φιλοσόφου μὲν υἱὸς, ἀπὸ τῆς φυλῆς δὲ Ἀμνούσιος. Sic non sola Editio Veneta habet, ut Taylor. ad Lys. p. 184. putat, sed etiam Romana et Basileensis.

Eodem fere tempore lucem vidit inclytus ille Sophistarum Pater, Gorgias Leontinus, quem Antiphonte nostro paulo antiquiorem fuisse recte tradit Plutarch. l. c. γέγονε δὲ κατὰ τὰ Περσικὰ, καὶ τὸν Γοργίαν σοφιστὴν, ὀλίγῳ νεώτερος αὐτοῦ. cui consentit Suidas v. Ἀντιφῶν. ἦρξε τοῦ δικανικοῦ χαρακτῆρος μετὰ Γοργίαν. Sed alia omnia reperiuntur apud Photium: ὀλίγῳ πρότερον Γοργίου τοῦ σοφιστοῦ γεγονώς. Utrumque locum conferens Fabric. Bibl. Græc. L. II. c. 26. Pseudo-Plutarchi sententiam probat, rejecta Photiana. Verum hic non Photii error est, sed librarii. Nam Photius et ipse sine dubio scripserat: ὀλίγῳ νεώτερος Γοργίου etc. Vulgata ejus lectio ex bene computata temporum ratione satis refellitur. Floruit Gorgias circiter Olymp. LXX. ut testatur idoneus auctor, Plinius Hist. Nat. XXXIII. 4. quem sequi malim, quam Porphyrium apud Suidam v. Γοργίας, Gorgiam ad Olymp. LXXX. referentem. Porphyrii sententiam Suidas etiam repudiat. Recte. Nam Periclis præceptor fuit Gorgias, eodem Suida auctore; quamvis sciam, Philostratum de Vit. Soph. I. p. 493. tradere, Gorgiam a Pericle, non juvene, sed sene, auditum esse. Jam quomodo Pericles, quem jam Olymp. LXXXI, 2. exercitui præfuisse, ex Diodoro Siculo XI. 85. constat, Gorgiæ disciplina usus sit, si is Olympiade demum LXXX. lucem viderit? Hæc si inter se contulisset H. Dodwellus Exerc. II. de Ætate Pythag. p. 218. aliter suas de Gorgiæ ætate rationes instituisset. Sed quærit Olearius ad Philostr. l. c. quomodo, quod Suidas de Gorgia Periclis magistro narrat, verum esse queat, si, quod Diodor. Sicul. XII. 53. ait, Gorgias Leontinæ legationis princeps, Athenas demum venerit Olymp. LXXXVIII, 2. Respondet pro nobis Vir Summus, nuper literis nostris acerbo fato ereptus, P. Wesselingius ad Diodor. Sicul. l. c. Gorgiam etiam ante illud tempus Athenas profectum videri. Quod verissimum esse, ex ipso Philostrato p. 493. colligas, narrante, Gorgiam Athenienses contra Persas incitasse, et eos, qui in pugna Salaminia cecidissent, oratione funebri decorasse. Accidit autem illa pugna Olymp. LXXV, 1. Nec inde aliqua difficultas oritur, quod ab eodem Suida Gorgias dicitur magister Isocratis, qui Olympiad. LXXXVI, 1. demum natus est. Facile enim omnis dubitatio tollitur, si ad longissimam Gorgiæ ætatem, ad annum usque CIX. provectam, animum attendamus. Immo sub puerilem ætatem Isocratis maxime in Græcia floruit Gorgias. Itaque Eusebius in Chronico illum refert ad Olymp. LXXXVI. non annum natalem designans, sed tempus, quo in primis ejus nomen celebratum sit. Ex his breviter disputatis cogere licet, Gorgiam, sicut Plinius dicit, jam floruisse Olympiade LXX. atque adeo Antiphontem Gorgia fuisse juniorem. Forte nec alienum fuerit statuere, Antiphontem audivisse Gorgiam docentem, vel publice disputantem. Sed hoc, tacentibus historicis antiquis, in medio relinquimus.

Philostratus de Vitis Sophist. I. p. 489. et Plutarchus l. c. Antiphontem, tradunt, bene dicendi arte imbutum esse a patre Sophilo, qui non modo rhetoricam scholam aperuerit, sed etiam plures illustrioris loci juvenes, in his Alcibiadem, erudiverit. Sed hoc in dubium vocat Præstantissimus Taylorus Lect. Lysiac. c. VII. quod satis aliunde constet, ludum Rhetorices multo serius Athenis esse institutum. Certe Cicero Bruto c. 12. Lysiam, scribit, 'primo profiteri solitum artem esse dicendi.' Photius et Pseudo-Plutarchus l. c. ipsum Antiphontem hujus rei auctorem produnt. Verum ante Lysiam et Antiphontem talem ludum Athenis aperuerat Gorgias, si credimus Interpreti MS. Aphthonii, cujus specimen dedit Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 593. τὸν δὲ Γοργίαν Ἀθηναῖοι κατέσχον, καὶ τοὺς ἑαυτῶν παῖδας παρέσχον αὐτῷ μαθησομένους. Ceterum quod Philostratus et Plutarchus dicunt, Alcibiadem a Sophilo eruditum, id ipsum evertit Plutarchus, cum mox ait, Alcibiadem non nisi senem Antiphontem videre potuisse. Si igitur filium non nisi senem vidit, quomodo patre Sophilo uti magistro potuit? Hæc

sane, inter se pugnantia et absurda, satis indicant, Pseudo-Plutarchum veterum Oratorum vitas nullo judicio consarcinasse. Antiphontis magistrum ignorari, Suidas scribit. Quæ forte causa est, cur a nonnullis, teste Philostrato l. c. habitus sit αὐτομαθῶς σοφός.

Eruditus Antiphon sive a patre Sophilo, sive ab aliis, totum se dedit excolendæ Eloquentiæ, in qua consecutus est felici studio suo, ut artem Rhetoricam vel princeps invenisse, vel inventam amplificasse dicatur. Philostratus l. c. Ῥητορικὴν δὲ τὸν Ἀντιφῶντα, οἱ μὲν οὐκ οὖσαν εὑρεῖν, οἱ δὲ εὑρημένην αὐξῆσαι. Cum Philostrato junge Diodorum apud Clement. Alex. Strom. I. p. 365. Posteaquam vero Antiphontis in hoc genere facultas celebrari cœpisset, tum juvenes illum frequentabant, ut vera eloquentia a tanto magistro imbuerentur; tum rei, quorum vel fortunæ, vel caput in periculo essent, ut sibi orationes componeret, a se in judicio recitandas. E discipulis, quos sine dubio habuit plurimos, unus tantum commemoratur, sed qui possit esse instar sexcentorum. Est ille immortalis belli Peloponnesiaci scriptor, Thucydides, qui eloquentiæ gravitate, ingenii altitudine, fide, prudentia, Historicorum parem habet neminem. Hujus rei testes sunt Marcellinus in vita Thucydidis p. 4. Anonymus vitæ Scriptor p. 10. Suidas v. Ἀντιφῶν, et v. Θουκυδίδης. Nec his opponendus est Cæcilius, Rhetor Siculus, e cujus commentario de Antiphonte Photius et Pseudo-Plutarchus referunt, Thucydidem Antiphontis fuisse magistrum: Καικίλιος δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ συντάγματι, Θουκυδίδου τοῦ συγγραφέως μαθητὴν τεκμαίρεται γεγονέναι, ἐξ ὧν ἐπαινεῖται παρὰ αὐτῷ ὁ Ἀντιφῶν. Nam salva res est, Codd. MSS. Plutarchi pro μαθητὴν exhibentibus διδάσκαλον. Quod unice tenendum. Vid. Taylor. V. C. Lect. Lys. c. VII. Veniam damus immortali Viro, Ger. Io. Vossio de Rhetoricæ Nat. et Const. c. XI. quem vitiosa Plutarchi scriptura induxit, ut in alia omnia iret. Congruunt etiam temporis rationes. Nam cum Thucydides natus sit Olympiad. LXXVII, 2. ut demonstrat Dodwellus Annal. Thucyd. p. 13. Antiphontis, quippe octo vel novem annis majoris, discipulus potius fuit, quam magister. His accedit gravissima auctoritas Platonis Menexeno p. 403. ὅστις ἐμοῦ κάκιον ἐπαιδεύθη, μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου παιδευθεὶς, ῥητορικὴν δὲ ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου. Quibus verbis Thucydidem respici, dubio caret; ut tanto major sit error Io. Ionsii de Scriptor. Hist. Phil. p. 326. hunc Platonis locum de alio, quam nostro, Antiphonte accipientis: quem veteres Scriptores, qui eo respexerunt, Aristides Or. Plat. II. p. 131. Hermogenes de Form. Orat. II. p. 497. Themistius Or. XXVI. p. 329. et Athen. XI. p. 506. F. in viam reducere potuissent. Quæ cum ita sint, non est mirandum, veteres Criticos in Thucydidis libris Antiphontis imitationem deprehendisse. Egregium est vetus Scholion, quod

ad Thucyd. IV. p. 317. e MS. protulit Vir Summus, Car. Andr. Dukerus: Ἰστέον ὅτι εἰς τὸ κομψὸν τῆς φράσεως Θουκυδίδης Αἰσχύλον καὶ Πίνδαρον ἐμιμήσατο. εἰς δὲ τὸ γόνιμον τῶν ἐνθυμημάτων τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Ἀντιφῶντα. εἰς δὲ τὴν λέξιν Πρόδικον, ὅθεν καὶ Προδίκου λέξιν ἐν τῷ κειμένῳ σημειούμεθα. εἰς δὲ τὸ γνωμικὸν τοὺς Ἰσοκρατικοὺς, Εὐριπίδην καὶ τοὺς ἄλλους· τοῖς γὰρ αὐτοῖς χρόνοις ἦσαν. εἰς δὲ τὴν οἰκονομίαν τὸν Ποιητήν. ubi miror, Virum Clar. non vidisse, pro Ἰσοκρατικοὺς legendum esse Σωκρατικούς. Sed hic non est prætereundum insigne testimonium, quod gratus discipulus Thucydides perhibet doctori suo Antiphonti, l. VIII. p. 545. Ἀντιφῶν, ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς ὕστερος, καὶ κράτιστος ἐνθυμηθῆναι γενόμενος, καὶ ἃ ἂν γνοίη εἰπεῖν. Quibus verbis, quamvis paucis, perfecti Oratoris descriptio continetur. Certatim hunc Thucydidis locum imitati sunt Sophistæ. Philostratus de hoc ipso Antiphonte p. 498. ἱκανώτατος ἀνθρώπων ἔδοξεν εἰπεῖν τε καὶ γνῶναι. Sinesius in Dione p. 41. Δίων ὁ Προυσαεὺς, περιττὸς ἀνὴρ εἰπεῖν τε καὶ γνῶναι. Ac forte eundem locum in animo habuit auctor Epitaphii Harpocrationi positi, et nondum editi, quod A. Gallandus Athenis descripsit, et cum Grævio communicavit, e cujus Bibliotheca cum aliis inscriptionibus pervenit in Burmannianam. Est autem hocce:

ΣΜΙΚΡΟΣ ΟΥ ΣΜΙΚΡΟΝ ΚΑΛΥΠΤΩ
ΤΥΜΒΟΣ ΑΝΔΡΑ ΕΠΕΙ ΣΟΦΩΝ
ΔΩΡΑ ΜΟΥΣΕΩΝ ΜΕΓΙΣΤΑ ΤΩΝ
ΟΔΕΞΟΧΟΝ ΛΑΧΩΝ
ΑΡΠΟΚΡΑΤΙΩΝ ΠΡΟΣ ΑΣΤΩΝ
ΤΡΙΣ ΜΑΚΑΡ ΚΛΕΙΖΕΤΑΙ
ΟΥΝΕΚ ΗΝ ΡΗΤΩΡ ΜΕΝ ΕΙΠΕΙΝ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ Δ Α ΧΡΗ ΝΟΕΙΝ.

Præceptor mei amantissimus, Dav. Ruhnkenius, cui hanc inscriptionem debeo, me monuit, versus esse trochaicos, hoc modo constituendos:

Σμικρὸς οὐ σμικρὸν καλύπτω τύμβος ἄνδρ', ἐπεὶ σοφῶν
Δῶρα Μουσέων μέγιστα, τῶν ὅδ' ἔξοχον λαχὼν
Ἀρποκρατίων πρὸς ἀστῶν τρὶς μάκαρ κλεΐζεται,
Οὕνεκ' ἦν ῥήτωρ μὲν εἰπεῖν, φιλόσοφος δ' ἃ χρὴ νοεῖν.

Quamquam idem fatebatur, vs. 2. aliquid superesse difficultatis.*

Satis, ni fallor, demonstravimus, Thucydidem ab Antiphonte esse eruditum. Sed antequam hinc discedamus, diligenter excu-

* Gallandus putat, Epitaphium esse Harpocrationis, cujus exstat Lexicon decem Rhetorum. Sed cum tot fuerint Sophistæ hoc nomine, quis dixerit, cui illorum hoc Epitaphium positum sit? Dubito etiam, an Harpocration Lexicographus, ortu Alexandrinus, Athenis docuerit, vel adeo diem obierit supremum. Constantinopolin vocatum esse, patet e Libanio Ep. 271. P. Ælii Harpocrationis, qui et Proclus dictus est, memoriam conservat lapis apud Muratorium Inscript. p. 138, 2.

tiendus est locus obscurus et difficilis Hermogenis de Form. Orat. II. p. 496. ubi alia omnia traduntur. Haud alienum fuerit ipsum locum huc referre: Δύο δὲ ['Αντιφῶντες] οἱ σοφιστεύσαντες, ὧν εἷς μέν ἐστιν ὁ ῥήτωρ, οὗπερ οἱ φονικοὶ φέρονται λόγοι, καὶ δημηγορικοὶ, καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοιοι· ἕτερος δὲ ὁ καὶ τερατοσκόπος, καὶ ὀνειροκρίτης λεγόμενος γενέσθαι, οὗπερ οἵ τε περὶ τῆς ἀληθείας λέγονται λόγοι, καὶ ὁ περὶ ὁμονοίας, καὶ οἱ δημηγορικοὶ, καὶ ὁ πολιτικός. ἐγὼ δὲ ἕνεκα μὲν τοῦ διαφόρου τῶν ἐν τοῖς λόγοις τούτοις ἰδεῶν, πείθομαι δύο τοὺς 'Αντιφῶντας γενέσθαι· πολὺ γὰρ ὡς ὄντως τὸ παραλλάττον τῶν ἐπιγραφομένων τῆς ἀληθείας λόγων πρὸς τοὺς λοιπούς. ἕνεκα δὲ τοῦ καὶ παρὰ Πλάτωνι, καὶ παρ' ἄλλοις ἱστορουμένου, πάλιν οὐ πείθομαι. Θουκυδίδην γὰρ 'Αντιφῶντος εἶναι τοῦ 'Ραμνουσίου μαθητὴν ἀκούω πολλῶν λεγόντων. καὶ τὸν μὲν 'Ραμνούσιον εἰδὼς ἐκεῖνον, οὗπέρ εἰσιν οἱ φονικοὶ, τὸν Θουκυδίδην δὲ πολλῷ κεχωρισμένον, καὶ κεκοινωνηκότα τῷ εἴδει τῶν τῆς ἀληθείας λόγων, πάλιν οὐ πείθομαι. οὐ μὴν ἀλλ', εἴτε εἷς ὁ 'Αντιφῶν ἐγένετο, δύο λόγων εἴδεσι τοσοῦτον ἀλλήλων διεστηκότων χρησάμενος, εἴτε καὶ δύο, χωρὶς ἑκάτερος, ὁ μὲν τοῦτο, ὁ δὲ ἐκεῖνο μετελθὼν, ἀνάγκη χωρὶς περὶ ἑκατέρου διελθεῖν.

Subjiciamus huic loco Scholia inedita duorum Grammaticorum, Ioannis Siceliotæ, et Tzetzæ, quorum illa Parisiis e Cod. Camill. Falconeti, Viri Clarissimi, hæc Leidæ e Cod. Bibliothecæ publicæ descripsit, et humanissime mecum communicavit Cel. Ruhnkenius.

Τερατοσκόπος] ὀνείρους τε καὶ τέρατα πολλοῖς ἐφερμηνεύων. ὁ τερατοσκόπος 'Αντιφῶν ἦν 'Αλεξάνδρου χρόνοις. ὁ 'Αντιφῶν δ', ᾧπερ 'Ραμνοῦς ἦν ἡ πατρὶς, ὡς λέγει, ἰσοχρονῶν ἦν Πλάτωνι, ἢ μόλις τῷ Σωκράτει. εἴτεως ἦν διδάσκαλος, ὡς γράφει, Θουκυδίδου. ὕστερος Εὐριπίδου γὰρ 'Ηρόδοτος ὑπῆρχε. οὐκ 'Ηροδότου γράφοντος, παῖς ἦν ὁ Θουκυδίδης; ὁ δ' Εὐριπίδης συγχρονῶν ὑπῆρχε τῷ Σωκράτει. πῶς οὖν ὁ Πλάτων, ὥσπερ φησὶν, 'Αντιφῶντα λέγει; πῶς καὶ ῥητόρων πρώτιστος ὁ 'Αντιφῶν, ὡς εἶπε; οὐκ ἦν Λυσίας πρὸ αὐτοῦ, Γοργίας, 'Ισοκράτης; Tzetzes.

Θουκυδίδην] Σημείωσαι ὅτι ὁ Θουκυδίδης 'Αντιφῶντός ἐστι τοῦ 'Ραμνουσίου μαθητής· ἡ δὲ ἱστορία καὶ παρὰ τῷ Πλάτωνι. Io. Siceliota.

Πολλῷ κεχωρισμένον] Τὸν Θουκυδίδην μὲν αὐτὸς ὁ Πλάτων, φησὶ, λέγει τοῦ 'Αντιφῶντος μαθητὴν εἶναι τοῦ 'Ραμνουσίου, οὗ 'Αντιφῶντος μέν εἰσιν οἱ φονικοὶ τῶν λόγων. ἐγὼ τὸν χαρακτῆρα δὲ τῶν Θουκυδίδου βλέπων, τοῖς λόγοις ἐξισούμενον τοῖς περὶ ἀληθείας, τοῦ 'Αντιφῶντος μαθητὴν κρίνω τὸν Θουκυδίδην, τοῦ ὅσπερ συγγεγράφηκε τοὺς ἀληθεῖς τοὺς λογούς. Tzetzes.

Κεκοινωνηκότα] Τοῦτο λέγει, ὅτι ὁ μὲν Πλάτων φησὶ τὸν Θουκυδίδην 'Αντιφῶντος εἶναι τοῦ 'Ραμνουσίου μαθητὴν, οὗ εἰσὶν οἱ φονικοί. ἐγὼ δ' οὐ πείθομαι κατανοῶν Θουκυδίδην οὐ χρώμενον τῷ εἴδει τῶν λόγων τῶν φονικῶν, ἀλλὰ τῷ εἴδει τῶν τῆς ἀληθείας, ὥστε μοι δοκεῖν τὸν Θουκυδίδην τοῦ ἑτέρου 'Αντιφῶντος εἶναι μαθητὴν τοῦ γράψαντος τοὺς περὶ ἀληθείας λόγους. Io. Siceliota.

Περὶ ἑκατέρου διελθεῖν] Εἴτε δύο εἰσὶν 'Αντιφῶντες, καὶ τούτων ὁ ἕτερος μὲν τοὺς φονικοὺς, ἅτερος δὲ τοὺς περὶ ἀληθείας ἔγραψε, τοσοῦτον ἀλλήλων τῷ εἴδει διεστηκότας, εἴτε εἷς ἐστὶν 'Αντιφῶν, διαφόροις εἴδεσι λόγων χρησάμενος, χρὴ περὶ τῶν ἑκατέρων τῶν βιβλίων τῶν χαρακτήρων διαλαβεῖν. Io. Siceliota.

Jam videamus, quid boni afferat Hermogenes. Primum recte observat, duos fuisse Antiphontes, eloquentiæ laude claros, alterum Rhamnusium, a quo profecti sint λόγοι φονικοὶ, καὶ δημηγορικοὶ, καὶ ὁ πολιτικός. alter prodigiorum et somniorum interpres, qui scripserit λόγους περὶ ἀληθείας, et περὶ ὁμονοίας. Sequimur enim in hoc loco enarrando certissimam emendationem Taylori Lect. Lys. c. VII. qua λόγους δημηγορικοὺς et λόγον πολιτικὸν Antiphonti 'Ονειροκρίτῃ aufert, redditque vero auctori, Antiphonti Rhamnusio. Quid deinde dicere velit Hermogenes, facilius divinatur, quam clare intelligitur. Adeo locus obscurus est, et librariorum forte culpa depravatus. Mens ejus, ni fallimur, hæc est: scire se, Platonem, aliosque plures scripsisse, Thucydidem ab Antiphonte Rhamnusio esse eruditum, sed eundem se scire, Thucydideum dicendi genus ab eo, quo usus sit Antiphon Rhamnusius, prorsus discrepare, et propius accedere ad illud, quo scriptæ sint Antiphontis, somniorum interpretis, orationes περὶ ἀληθείας, non igitur alienum videri credere, Thucydidem Antiphontis 'Ονειροκρίτου disciplina fuisse institutum. Sic certe Hermogenem uterque Scholiastes intellexit. Tandem in medio relinquit, utrum unus fuerit Antiphon, aliis in libris aliud dicendi genus secutus, an duo, quorum alter λόγους φονικοὺς, alter λόγους περὶ ἀληθείας scripserit? Sic ille æstuat, et, quid certi statuat, non habet, facile, quid verum esset, reperturus, si veterum monimenta, quæ tum supererant, consulere, quam conjecturis indulgere, maluisset. Nihil autem levius est Hermogenis conjecturis. Nam si verum est, quod Tzetzes tradit, Antiphontem, somniorum interpretem, Alexandri tempore vixisse, qui Thucydidis magister esse potuit? Sed de hujus Antiphontis ætate infra disputabitur. Præterea fallacissimum est argumentum, quod Hermogenes ducit a stili discrepantia. Isocrates Theopompum ad eloquentiam formavit, Demosthenem Isæus. At quis Theopompum oratione similem dicat Isocrati, aut Demosthenem Isæo? Ut vultus hominum diversi sunt, sic etiam ingenium, et, quæ ex ingenio nascitur, oratio. Sed tædet hæc pluribus confutare.

Persequamur potius oratoria Antiphontis studia. Ex eo, quod supra demonstravimus, Antiphontem Thucydidi in eloquentia viam præivisse, colligi potest, ab illo, Gorgiæ exemplo, ludum rhetoricum Athenis esse apertum: idque diserte confirmat Plutarchus de Gloria Atheniens. p. 1350. οὐ τοὺς ἐν ταῖς σχολαῖς τὰ μειράκια προ-

διδάσκοντας—τοὺς Ἰσοκράτους, καὶ Ἀντιφῶντας, καὶ Ἰσαίους. Quem locum Ionsius de Script. Hist. Phil. p. 326. de alio Antiphonte accipit, quod Antiphon post Isocratem nominatur. Sed hæc ratio non multum ponderis habet. Etenim veteres Scriptores sæpe negligunt illam in citandis auctoribus chronologicam ἀκρίβειαν. Anonymus Scriptor Rhetorices p. 24. Isocrati postponit Empedoclem; qui tamen diu ante Isocratem vixit: Αἱ δὲ τῆς ἑρμηνείας τοῦ λόγου τέσσαρες ἀρεταὶ—ὡς Ἰσοκράτει καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, Διονυσίῳ, Φιλοστράτῳ καὶ Ἰαμβλίχῳ δοκεῖ. ubi Io. Schefferus etiam miratur, Empedoclem Isocrati postponi. Verum non dissimulabo, mihi in hoc loco blandiri acutissimam Cel. Præsidis conjecturam, Νεοκλεῖ reponentis pro Ἐμπεδοκλεῖ. quamvis sciam e Quinctiliano III. 1. 'Empedoclem primum movisse aliqua circa Rhetoricen.' Neocles rhetor laudatur a Scholiaste Hermogenes p. 362. et p. 365. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ. Cum igitur Antiphon juvenes eloquentiæ studiosos præceptis imbueret, non satis habuit, illos ore erudire, sed in illorum etiam gratiam *primus* quidem, ut auctores sunt Quinctilian. III.1. Pseudo-Plutarchus et Photius, *Artem Rhetoricam composuit.* Hoc opus laudatur a Dionys. Halic. Ep. ad Ammæum p. 120. Ammonio v. Σημεῖον, Apsine Art. Rhet. p. 719. et forte, ut Ionsius de Script. Hist. Phil. p. 325. putat, a Galeno præf. ad Gloss. Hippocrat. Sed non est omittendus locus Pollucis VI. 143. ubi has ipsas τέχνας ῥητορικὰς laudans, adjicit: δοκοῦσι δ' οὐ γνήσιαι. Haud nobis constat, quas Pollux de hujus libri γνησιότητι dubitandi rationes habuerit: cumque liber interciderit, in neutram partem liquido pronunciari potest. Verum Polluci non tantum opponimus scriptores modo laudatos, sed etiam Grammaticum MS. antiquitate et eruditione præstantem, qui penes Celeb. Ruhnkenium est, e Cod. Bibliothecæ Sangermanensis descriptus. Is, ut voces locutionesque ab Atticistis temere proscriptas vindicet, hoc institutum tenet, ut illas ostendat, ab optimis et veterrimis scriptoribus esse usurpatas. Cumque inter hos scriptores, qui omnes Menandrum ætate superant, Antiphontem etiam ἐν τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ referat, eo ipso satis indicat, se hunc librum veteris Antiphontis genuinum monimentum judicasse. Ex eodem Grammatico discimus, hanc *Artem* tribus libris constitisse. Quæ inde excerpta afferuntur, hæc sunt: Ἀπαρασκεύαστον. Ἀντιφῶν γ' ῥητορικῆς τέχνης. Hinc plane confirmatur conjectura doctissimi Jungermanni, qua in Polluce l. c. pro vulgato Ξενοφῶν reponit Ἀντιφῶν. † Ἀστοργία, Φιλοστοργία, Στοργή. Ἀντιφῶν ἐν β' περὶ τῆς ῥητορικῆς τέχνης. † Ὀλιγοφιλίαν. Ἀντιφῶν γ'. ubi tertius *Artis Rhetoricæ* liber intelligitur.

Nec tamen Antipho omnem ætatem contrivit eloquentiæ præceptis tradendis, sed majora ausus, gravissimam oratoris personam

suscepit, et magna cum laude sustinuit. Quinctilian. III. 1. 'hunc omnium primum orationem scripsisse' dicit. Quod Ger. Io. Vossius de Rhetor. nat. et const. p. 335. bene restringit ad orationes forenses, propterea quod Gorgias ante Antiphontem orationes scripsit. Et hoc modo Quinctiliani verba accipienda esse, ex aliis scriptoribus constat. Diodorus apud Clement. Alexandr. Strom. I. p. 365. πρῶτον δικανικὸν λόγον εἰς ἔκδοσιν γραψάμενον Ἀντιφῶντα. Photius: συντάξαι δὲ αὐτὸν καὶ πρῶτόν φασι τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγωνιστικοὺς λόγους. τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ οὐδεὶς φαίνεται καθεὶς ἑαυτὸν εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα, οὐδ' ἐστὶ λαβεῖν δικανικὸν λόγον τῶν Ἀντιφῶντι πρότερον γεγραμμένων. Similia habet Pseudo-Plutarchus. Antiphon igitur merito suo ab Hermogene de Form. Orat. II. p. 498. appellatur εὑρετὴς καὶ ἀρχηγὸς τοῦ τύπου τοῦ πολιτικοῦ. Omnem vero eloquentiam suam Antiphon dicavit civibus, qui aut alios accusare, aut semetipsos defendere pararent. Hi orationes, quas ab Antiphonte accepissent, ediscebant, et in judicio vel concione suo nomine recitabant. Semel tantum pro se ipso publice dixit, tanta vi eloquentiæ, ut nemo unquam melius causam suam orasse dicatur. Egregius est locus Thucydidis VIII. p. 545. καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριὼν, οὐδ' εἰς ἄλλον ἀγῶνα ἑκούσιος οὐδένα, ἀλλ' ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους, καὶ ἐν δικαστηρίῳ, καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα, εἷς ἀνὴρ, ὅστις ξυμβουλεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν· καὶ αὐτός τε, ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἐκακοῦτο, ἄριστα φαίνεται τῶν μέχρις ἐμοῦ ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτίας, ὡς ξυγκατέστησε, θανάτου δίκην ἀπολογησάμενος. Ultima Thucydidis verba respexit Cicero Bruto c. 12. 'quo (Antiphonte) neminem unquam melius ullam oravisse capitis causam, cum se ipse defenderet, se audiente, locuples auctor scripsit Thucydides.' Primus vero Antiphon ab iis, quibus orationes scripsisset, mercedem exegit. Diodorus apud Clem. Alex. Strom. I. p. 365. καὶ μισθοῦ συνηγορῆσαι πρῶτον δικανικὸν λόγον etc. Ammian. Marcell. XXX. 4. 'Antiphon ille Rhamnusius, quem ob defensum negotium omnium primum antiquitas prodidit accepisse mercedem.' Quæ res, cum illis temporibus parum liberalis hominis esse videretur, Antiphonti avaritiæ infamiam contraxit. Comici in primis, quorum tum summa erat licentia, hinc ejus reprehendendi ansam arripuerunt. Philostratus p. 499. καθάπτεται δ' ἡ κωμῳδία τοῦ Ἀντιφῶντος, ὡς δεινοῦ τὰ δικανικὰ, καὶ λόγους κατὰ τοῦ δικαίου ξυγκειμένους ἀποδιδομένου πολλῶν χρημάτων, αὐτοῖς μάλιστα τοῖς κινδυνεύουσι. Platonem, veteris comœdiæ poetam, hoc nomine Antiphontem perstrinxisse, docet Pseudo-Plutarchus: κεκωμῴδηται δὲ εἰς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Πεισάνδρῳ. Sic enim e Photio legendum pro σὺν Πεισάνδρῳ, quamvis contra Photius e Plutarcho emendandus videatur Oleario

ad Philostrat. l. c. Vid. Taylor. Lect. Lysiac. c. VII. Antiqui Rhetores Antiphonti solas fere tribuunt orationes judiciales, quasi aliud genus non attigisset. Hermogenes tamen loco supra allato *λόγους δημηγορικοὺς* commemorat. Recte. Nam constat, deliberativum etiam genus ab eo esse tractatum, sive ipse illas orationes ad populum habuerit, sive aliis, qui concionem habere vellent, scripserit. Tales fuerunt *ὁ Πολιτικὸς, ὁ περὶ τοῦ Λινδίων φόρου, ὁ περὶ τοῦ Σαμοθρᾴκων φόρου*, etc. quæ orationes sæpe commemorantur ab Harpocratione, aliisque Grammaticis. Præter judiciales et deliberativas Antiphon etiam, Gorgiæ exemplo, scripsit sophisticas. Philostratus p. 500. *σοφιστικοὶ δὲ καὶ ἕτεροι μὲν, σοφιστικώτερος δὲ ὁ ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας.* Atque huc pertinet locus Ciceronis Bruto c. 12. Nam cum Cicero ex Aristotele narrasset, Gorgiam paratos habuisse locos communes, cum singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisset, addit, 'huic Antiphontem Rhamnusium similia quædam habuisse conscripta.' Ad tales locos communes forte quis referat orationes undecim adhuc superstites, quæ tametsi in forensi argumento versantur, tamen quod nullum indicium vel accusatoris, vel rei, vel temporis habent, nihil aliud sunt, nisi loci communes, quibus vel ipse Antiphon, vel alii in simili re uterentur.

Quid Antiquitas de Antiphontis in dicendo facultate existimarit, satis ostendit tribuendo illi venerabili nomine Nestoris,

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Vid. Philostrat. p. 498. Pseudo-Plutarchum et Photium in ejus vita. Ab eo etiam omnes clari in literis viri *παροιμιακῶς* appellati sunt Rhamnusii, ut Suidas refert v. *Ῥάμνος.* Thucydides, idoneus in primis judex, quam magnifice de ejus eloquentia senserit, ex eo loco, quem supra attulimus, apparet. De orationis compositione, qua usus est Antiphon, ita judicat Dionys. Halicarn. de Compos. verb. p. 9. *ἡ δὲ Θουκυδίδου λέξις, καὶ ἡ Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου καλῶς μὲν σύγκειται νὴ Δία, εἴπερ τινὲς καὶ ἄλλαι, οὐ μὴν ἡδέως γε πάνυ.* Idem in Isaeo p. 111. Antiphonti tribuit *τὸ αὐστηρὸν μόνον καὶ ἀρχαῖον*, addens pro solita sua in judicando acerbitate: *ἀγωνιστὴς δὲ λόγων οὔτε συμβουλευτικῶν, οὔτε δικανικῶν ἐστί.* Sed nos Thucydidi plus credimus, quam sexcentis Dionysiis. Haud mitius est judicium, quod idem Dionysius fert in Demosthen. p. 167. Ab Hermogene de Form. Orat. II. p. 497. Antiphon dicitur *πολιτικὸς μὲν καὶ κατὰ τὸ ἀληθινὸν, καὶ ἄλλως ἠθικὸς, ὥστε καὶ πιθανὸς—μεγέθει χρώμενος οὐκ ὀλίγῳ, καλῶς δέ πως συνυφασμένῳ.* ubi plura sunt huc pertinentia, quæ brevitatis causa omitto. Philostratus p. 500. *λόγοι δ' αὐτοῦ δικανικοὶ μὲν πλείους, ἐν οἷς ἡ δεινότης, καὶ πᾶν τὸ ἐκ τῆς τέχνης ἔγκειται.* Sic enim legendum esse ex Cod. Regio Paris. non *σύγκειται*, quod placuit Oleario, nos monuit Cel. Præses. Adde his

Libanium Opp. T. II. p. 480. Elegantissime de Antiphonte sententiam dixerunt Pseudo-Plutarchus et Photius, sive potius, quem illi ad verbum descripsisse videntur, Cæcilius in Commentario de Antiphonte: *ἔστι δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀκριβὴς καὶ πιθανὸς, καὶ δεινὸς περὶ τὴν εὕρεσιν, καὶ ἐν τοῖς ἀπόροις τεχνικὸς, καὶ ἐπιχειρῶν ἐξ ἀδήλου, καὶ ἐπὶ τοὺς νόμους καὶ τὰ πάθη τρέπων τοὺς λόγους, τοῦ εὐπρεποῦς μάλιστα στοχαζόμενος.* Quod judicium quin verum sit, et rei consentaneum, nemo, qui superstites Orationes legerit, dubitabit. Prope igitur adducor, ut credam, has orationes nunquam serio lectas esse a doctissimo et cetera accuratissimo viro, Io. Ionsio, qui de Script. Hist. Philos. p. 325. magna confidentia scribit, Antiphontis, quæ supersunt, orationes scholasticas esse atque fictas declamationes, et Antiphontis nil præter nomen habere. Sed hicce error commodius a nobis Capite III. profligabitur.

CAPUT SECUNDUM.

Jam Antiphontis ætate, ut quisque Athenis disertissimus erat, ita ad honores et munera reipublicæ tractanda maxime evehebatur. Antiphon igitur, omnibus eloquentiæ præsidiis instructus, non putavit sibi domi desidendum, sed animum esse ad rempublicam appellendum. Plutarchus: *δύναμιν λόγων κτησάμενος, ὥρμησε μὲν πολιτεύεσθαι.* Magni ejus opera Atheniensibus fuit in Bello Peloponnesiaco. Nam et duabus triremibus præfectus, et exercitus Prætor sæpe cum hoste conflixit, aliquot præclaras victorias reportavit, et Atheniensibus belli socios adjunxit. Plutarchus: *ὁτὲ μὲν δυσὶ τριηραρχῶν ναυσὶν, ὁτὲ δὲ στρατηγῶν, καὶ πολλαῖς μάχαις νικῶν, καὶ συμμαχίας μεγάλας αὐτοῖς προσαγόμενος.* Philostrat. p. 498. *ἐστρατήγησε πλεῖστα, ἐνίκησε πλεῖστα.* Verum multo luculentius beneficium contulit in patriam, augens rem navalem sexaginta triremibus, quæ viris armisque instructæ essent. Philostratus l. c. *ἑξήκοντα τριήρεσι πεπληρωμέναις ηὔξησεν Ἀθηναίοις τὸ ναυτικόν.* Plutarchus: *καὶ τοὺς ἀκμάζοντας ὁπλίζων, καὶ τριήρεις πληρῶν ἑξήκοντα.* Quæ si vera sint, regiæ atque immensæ homini opes fuerint necesse est, quas quavis potius ratione compararit, quam orationibus aliorum nomine scribendis. Videri possit Xenophon Hellen. II. p. 467. quod modo ex Plutarcho et Philostrato retulimus, in dubitationem adducere. Nam duas tantum triremes ab Antiphonte suppeditatas dicit. Sed Xenophonti de alio Antiphonte, minus potente et illustri, sermonem esse, infra ostendemus. Forte etiam Antiphon patriæ suæ Archon fuit, annumque suo nomine signavit. Certe Diodorus Sicul. XII. p. 534. *ἄρχοντα ἐπώνυμον* Olymp. XC. 3. ponit Antiphontem, quem Rhamnusium fuisse, et ætas, et alii summi, quos gessit, honores probabile reddunt.

Sed operæ pretium est videre, qualem se Antiphon in republica administranda gesserit. Eloquentia ipsi viam ad honores patefactam esse ostendimus: sed illa ipsa Eloquentia, qua animos hominum in quascunque partes flectere poterat, illum populo reddidit suspectum. Quod sentiens Antiphon, nunquam velut in scenam prodiit, sed post siparium latuit enixe adjuvans, qui consilium suum in republica gubernanda expetiissent. Thucydides loco egregio, quem sæpe laudavimus: *καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριὼν, οὐδ᾽ ἐς ἄλλον ἀγῶνα ἑκούσιος οὐδένα, ἀλλ᾽ ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους, καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα εἷς ἀνὴρ, ὅστις ξυμβουλεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν.* Adde Plutarch. Nicia p. 526. et Philostr. p. 499. Ad Antiphontem potissimum, tanquam auctorem, refertur insignis illa Reipublicæ Atheniensis commutatio, qua, pristina Magistratuum ratione antiquata, summa omnium rerum potestas translata est ad Quadringentos viros. Quæ publici status mutatio ut rectius intelligatur, illorum temporum historiam paulo altius repetamus.

Belli Peloponnesiaci anno XVII. Olymp. XCI, 1. Athenienses, suadente Alcibiade, frustra obnitente Nicia, Syracusanis bellum intulerunt, et ad id gerendum ducem Alcibiadem delegerunt. Sed antequam classis altum peteret, accidit, ut omnes Hermæ vel Mercurii statuæ una nocte dejicerentur. Quæ res quod ex conjuratione ad populi libertatem opprimendam inita exstitisse videbatur, ingentem Atheniensibus terrorem incussit. Dux conjurationis Alcibiades plerorumque oculis notabatur, qui tum reliquos cives opibus, gratia, multitudine amicorum et clientium anteibat. Vix ille classe in Siciliam pervenerat, cum inimici eum hoc crimine apud populum compellantes perficiunt, ut domum ad causam dicendam revocaretur. Alcibiades populi mandato parens, Athenas contendit. Sed cum in itinere audivisset, se indicta causa capitis esse damnatum, bonis publicatis, Lacedæmona demigravit. Cum vero Lacedæmoniorum constantiæ non satis conveniret versatile Alcibiadis ingenium, eique privatæ simultates intercederent cum Agide, Lacedæmoniorum Rege, non satis tutum hoc perfugium ratus, ad Tissaphernem præfectum Regis Persarum, se contulit, et callide ei persuasit, non expedire Regi, Lacedæmoniorum opes nimis crescere, ne confecto bello statim cum victoribus certamen sit suscipiendum.

Alcibiades, hac opera civibus suis venditata, cum Pisandro, Prætore Atheniensium apud Samum, qui, sicut ipse, optimatibus favebat, consilium de reditu in patriam agitare cœpit, offerens liberaliter tum Regis Persarum amicitiam, tum operam suam, hac conditione, ut imperium a populo ad Optimates transferretur. Hoc Alcibiadis consilium a Pisandro primum cum Samiis, mox cum

Atheniensibus, qui Sami versabantur, communicatum est, et parum abfuit, quin, adjuvantibus illud Athenis etiam primi ordinis viris, feliciter cederet. Sed huic Alcibiadis conatui intercessit Phrynichus, Dux Atheniensium exercitus, callide intelligens, Alcibiadi non magis paucorum dominatum curæ esse, quam statum popularem, sed id tantum quæri, (quod postea eventus comprobavit) ut ipse, discordia inter civitatis Ordines sparsa, ab alterutra parte in auxilium vocetur. Longum esset enarrare, quæ impedimenta Phrynichus Alcibiadis consilio objecerit. Tandem Pisander aliique Legati Athenas veniunt, populo persuasuri, ut Alcibiades in patriam revocetur, et, mutata antiqua regendi forma, respublica quadringentis committatur: quod si facerent, eos Persarum Regem belli socium habituros, sin minus, ne ipsam quidem salutem eos servaturam. Hac necessitate populus compulsus, in Pisandri et reliquorum legatorum sententiam concedit, et Democratiam Oligarchia commutat. Constituuntur Decemviri reipublicæ ordinandæ cum summa potestate, qui certa die ad populum referant, quæ optima sit ratio Reipublicæ administrandæ. Hi, ubi dies advenit, populum rogant, ut cuivis Atheniensium sententiam, quamcunque velit, dicere impune sit. Qua dicendi libertate concessa, omnes censuerunt, antiquos Magistratus esse abdicandos: simul quinque concionis Præsides delegerunt, a quibus rursus centum alii viri deligerentur, quorum singuli sibi tres alios cooptarent, hi denique Quadringenti rempublicam cum summa potestate administrarent. In hac historia enarranda potissimum secuti sumus Historicorum principem, Thucydidem l. VIII. cui jungendi sunt Nepos et Plutarchus in Alcibiade, Diodor. Sicul. l. XIII. et Justinus l. V. Talis ac tantæ conversionis præcipuus architectus fuit Antiphon, ut supra diximus, sed latitans more suo, et consiliis monitisque instruens Pisandrum, aliosque pristini status eversores. Thucydides: *ὁ μέντοι ἅπαν τὸ πρᾶγμα ξυνθεὶς, ὅτῳ τρόπῳ κατέστη εἰς τοῦτο, καὶ ἐκ πλείστου ἐπιμεληθεὶς, Ἀντιφῶν ἦν* etc. Philostrat. *κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν, ἐδούλωσε τὸν Ἀθηναίων δῆμον.* Pseudo-Plutarchus: *καὶ παρατέτακεν ἕως καταλύσεως τῆς δημοκρατίας ὑπὸ τῶν τετρακοσίων γενομένης, ἣν αὐτὸς δοκεῖ συγκατασκευάσαι.* Photius: *παρέτεινε δὲ τὸν βίον ἕως τῆς ὑπὸ τῶν ῡ γενομένης καταλύσεως, ἧς καὶ αὐτὸν αἰτίαν μετεσχηκέναι φασὶ παρασχεῖν.* quæ Photii verba, a librariis turbata, sic in ordinem cogas: *ἧς καὶ αὐτὸν μετεσχηκέναι, καὶ αἰτίαν φασὶ παρασχεῖν.* Huc etiam pertinet locus Libanii Apologia Socratis p. 651. ubi licet Antiphontis nomen reticeatur, satis tamen patet, non alium intelligi, nisi Antiphontem: *ἀλλ᾽ οὐκ ἔδειξεν αὐτὸν ἐν μέσῳ, λάθρα δὲ τὸ πρᾶγμα συνέθηκεν, ὡς ὄχλῳ μὲν οὐκ εἰωθὼς χρῆσθαι, τῶν δ᾽ αὐτῶν ἐκείνοις ἐπιθυμῶν. ἑτέρου ταῦτα ἦν τοῦ καὶ τῶν τετρακοσίων ἑνὸς, καὶ λόγον ὕστερον, ὧν ἔδοξεν ἀδικεῖν, δεδωκότος.*

Sic locus ille scribendus est, in quo manifesta apparent vestigia imitationis loci Thucydidei de Antiphonte.

In hunc Quadringentorum numerum populus allegit tum ipsum Antiphontem, tum Phrynichum et Theramenem,* amicitia et usu Antiphonti conjunctos, sed inter quos brevi gravissima discidia exstiterunt. Quadringenti in duas factiones discesserant, quarum altera, duce Theramene, impense favebat Alcibiadi, altera, cujus caput cum Phrynicho erat Antiphon, omnibus modis, ne Alcibiades revocaretur, impediebat, facile videns, eo recepto, rempublicam ad popularem statum redituram. Quum vero altera factio superior esse cœpisset, nec res aliter teneri posset, Antiphon, Phrynichus, aliique decem, tanquam factionis suæ legati, ad ipsos Atheniensium acerbissimos hostes, Lacedæmonios profecti sunt, ut pacem quibuscunque conditionibus facerent. Simul eorum consilio Eetionea munita est, qua hostium classem pedestremque exercitum, quando et quoties vellent, recipere possent. Sed legati re infecta Athenas reversi sunt, et nihil aliud hac legatione, quam sibi exitium maturarunt. Vix reversus Phrynichus ex insidiis periit in frequenti foro, percussore ejus impune evadente. Qua re animus crevit adversæ factioni, ejusque principi, Therameni. Fit deinde maxima rerum commutatio. Nam, dissoluto Quadringentorum imperio, respublica quinque millibus administranda traditur. Alcibiades denique in patriam revocatur. Vid. Thucydid. VIII. 90. seqq. Hæc gesta sunt Olymp. XCII, 2. Prætore Theopompo. Eodem anno inimici Antiphontem in jus vocarunt, ubi non indicta causa condemnatus est, ut gravissimo errore scribit Pseudo-Plutarchus, sed causam dicere coactus, tum primum publice dixit tanta vi eloquentiæ, ut Thucydides illum optime omnium, ad suam usque memoriam, capitis causam dixisse fateatur. Accusatus est, Thucydide teste, quod paucorum dominatum constituisset: *καὶ αὐτός τε ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἐκακοῦτο, ἄριστα φαίνεται τῶν μέχρις ἐμοῦ ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτίας, ὡς ξυγκατέστησε, θανάτου δίκην ἀπολογησάμενος.* In ipsa vero pu-

* Theramenis Historia, propter diversa et pugnantia inter se veterum scriptorum de eo judicia, commodam Academicæ exercitationi materiem præbere posset. Obiter Theramenis nomen restituamus Libanio Apolog. Socrat. p. 651. *ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι μετέσχεν ἀνὴρ τῆς τῶν τετρακοσίων ὀλιγαρχίας, τῶν τριάκοντα παρανομίας; τὸν Πείσανδρον ἐμιμήσατο, μετὰ Ῥαμένους ἐξήτασται, τῷ Φρυνίχῳ ταὐτὸ ποιῶν ὤφθη;* Legendum *Θηραμένους*. Theramenes vulgo *Cothurnus* dictus est, quod in civium factionibus ancipitem se gerebat, et utrique parti gratus esse studebat, sicut *cothurnus* aptus est utrique pedi. Critias in oratione adversus Theramenem apud Xenophont. Hellen. II. p. 465. *ὅθεν δήπου γὰρ καὶ Κόθορνος ἐπικαλεῖται. καὶ γὰρ ὁ κόθορνος ἁρμόττειν μὲν τοῖς ποσὶν ἀμφοτέροις δοκεῖ.* ubi Celeb. Ruhnkenius rectissime expungit verba, *καὶ γὰρ ὁ κόθορνος ἁρ. μ. τ. π. α. δ.* tanquam Grammatici marginale glossema; quamvis illa in libro suo invenerit Scholiast. Aristoph. ad Ran. v. 47. Pollux VII. 91. *ὁ δὲ κόθορνος, ἑκάτερος ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν. ὅθεν καὶ τὸν Θηραμένην Κόθορνον ἐκάλουν, διὰ τὸν περὶ τὴν πολιτείαν ἀμφοτερισμόν.* Vide eximium virum, L. Kusterum ad Suid. v. *Θηραμένης*.

blica condemnationis formula, quam ex Cæcilio, magno hujus historiæ bono, conservavit Plutarchus, damnatus dicitur, quod exitio reipublicæ legatus ad Lacedæmonios profectus esset, et e castris navi hostili abiisset, et per Deceleam iter terrestre fecisset, atque adeo patriam suam prodidisset. Pœna ipsi longe atrocissima constituta est, ut undecim viris traderetur, bona ejus publicarentur, ædes solo æquarentur, titulo ædium in area posito, ANTIPHONTIS PRODITORIS, ut neque Athenis, neque in terra Attica sepeliretur, ut non modo ipse infamis esset, sed omnes etiam ex eo nati, sive legitimi essent, sive spurii, ut infamia quoque notaretur, qui quem posterorum Antiphontis adoptaret. De pœnæ genere nihil habet Thucydides, forte rem adeo atrocem de industria silentio prætermittens, ut magistro bene de se merito gratificaretur. Quæ probabilis est conjectura Marcellini in vita Thucyd. p. 4. *ὅτι δὲ μετὰ τὸν θάνατον τιμωρούμενοι τὸν Ἀντιφῶντα οἱ Ἀθηναῖοι ἔῤῥιψαν ἔξω τῆς πόλεως τὸ σῶμα, σεσιώπηκεν, ὡς διδασκάλῳ χαριζόμενος.* ubi sequentia verba, tanquam inutile additamentum, resecanda: *λέγεται γὰρ ὡς ἔῤῥιψαν αὐτοῦ τὸ σῶμα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς αἰτίου τῆς μεταβολῆς τῆς δημοκρατίας.* Oratio, qua se defendit Antiphon, dicitur *περὶ μεταστάσεως*, i. e. ***de mutatione status popularis in oligarchiam Quadringentorum virorum.*** Harpocration v. *Στασιώτης. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ μεταστάσεως· περὶ τοίνυν ὧν Ἀπόληξις κατηγόρηκεν, ὁ στασιώτης ἦν ἐγὼ, καὶ ὁ πάππος ὁ ἐμὸς* etc. ubi H. Valesius, Vir magnus, corrigit *ᾧ* vel *οὐ στασιώτης ἦν ἐγώ*. Malim, *ὅτι στασιώτης ἂν ἦν ἐγώ.*

Sed antequam hinc discedamus, excutienda sunt quædam veterum scriptorum loca, quæ hactenus disputatis non satis convenire videantur. Pseudo-Plutarchus ex Lysiæ oratione deperdita, et Theopompo refert, Antiphontem sub triginta Tyrannis, qui Olymp. XCIV, 2. constituti sunt, capitis damnatum esse. Si Lysiæ illa oratio, et Theopompi historia exstaret, certius hac de re judicari posset. Lysias quidem in oratione, quæ superest, Adv. Eratosth. p. 216. Antiphontem narrat, a populo, post libertatem recuperatam, condemnatum esse, adeoque nihil dicit, quod Thucydidi, et Monumento publico, supra a nobis laudato, cujus summa debet esse auctoritas, adversetur. Antiphon igitur, qui sub triginta tyrannis periit, diversus fuit ab Antiphonte Rhamnusio: quod et ipsum Plutarcho commode in mentem venit. Adjiciamus ejus verba ex pulcherrima emendatione Taylori Lection. Lysiac. c. VII. *ἀλλ' οὗτός γε ἂν εἴη ἕτερος, Λυσιδωνίδου πατρός· οὗ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ ὡς πονηροῦ μνημονεύει.* Verum, ne quid dissimulemus, Theramenes etiam apud Xenophont. Hellen. II. p. 467. Antiphontis condemnationem manifeste tribuit triginta Tyrannis: *ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀντιφῶντος ὑφ' ὑμῶν ἀπολλυμένου, ὃς ἐν τῷ πολέμῳ δύο τριήρεις εὖ πλεούσας παρεί-*

χετο, ἠπιστάμην ὅτι καὶ οἱ πρόθυμοι τῇ πόλει γεγενημένοι πάντες ὑπόπτως ὑμῖν ἕξοιεν. Qui locus cum Thucydide, et Monumento publico apud Plutarchum, conciliari non potest, nisi forte dicamus, Theramenem propterea Antiphontis exitium triginta Tyrannis imputasse, quod plures in eorum numero essent, qui ante constitutum Trigintaviratum Antiphontem in perniciem impulissent. At hæc de Antiphontis morte querela cuivis potius convenisset, quam Therameni, in quem unum Lysias Orat. adv. Eratosthen. p. 216. conjicit crimen Antiphontis interfecti: *βουλόμενος δὲ τῷ ὑμετέρῳ πλήθει δοκεῖν πιστὸς εἶναι, Ἀντιφῶντα καὶ Ἀρχεπτόλεμον φιλτάτους ὄντας αὐτῷ κατηγορῶν ἀπέκτεινεν.* Cui dubitationi forte quis ita occurrat, ut dicat, Theramenem, cum idem sibi, quod Antiphonti antea, supplicium impenderet; vel pœnitentiam agere cœpisse, quod veterem amicum perdidisset, vel crimen a se transferre voluisse in triginta Tyrannos. Sed fatemur, animum magis in hanc partem inclinare, ut statuamus, Xenophontem non de Antiphonte Rhamnusio loqui, sed de alio, Lysidonidis filio, quem Lysias in oratione deperdita, et Theopompus dicunt sub triginta Tyrannis periisse.

Hactenus de vita, rebus gestis, et morte Antiphontis; quibus speramus satisfactum esse Tayloro V. C. in vita Lysiæ p. 39. dubitanti, an Antiphon e collegio CCCC Virorum idem fuerit, qui Antiphon Orator.

CAPUT TERTIUM.

Sequitur, ut de ingenii monumentis, quibus Antiphon nomen suum posteritati commendavit, breviter dicamus. Sed hic nobis fere otium fecerunt Viri literariæ historiæ peritissimi, Io. Meursius in Biblioth. Attica, T. X. Thes. Ant. Gr. p. 1422. Io. Ionsius libro sæpius laudato, et Io. Alb. Fabricius Bibl. Gr. l. II. c. 26. p. 837. Attingamus igitur ea tantum, quæ a viris egregiis vel perperam dicta sint, vel prætermissa. De Antiphontis *τέχνῃ ῥητορικῇ* supra diximus, quæ repetere non est necesse. Orationes ejus sexaginta olim exstiterunt, e quibus Cæcilius, Rhetor, viginti quinque velut subdititias familia submovit. Photius et Plutarchus: *φέρονται δὲ αὐτοῦ λόγοι ἑξήκοντα, ὧν ὁ Καικίλιος εἴκοσι καὶ πέντε φησὶν αὐτοῦ καταψεύδεσθαι, ὡς εἶναι τοὺς διαφυγόντας τὸ νόθον, πέντε καὶ τριάκοντα.* Sed ex his paucæ tantum commune bonorum librorum naufragium evaserunt: reliquarum vix tituli salvi ad nos pervenerunt. Atque hic, quod supra promisimus, a nobis præstandum est, ut velut per inductionem demonstremus, Io. Ionsium Orationes, quæ supersunt, temere et inconsulte pro declamationibus a scholastico homine confictis habuisse. Ex Orat. IV. p. 118, 6. ed. H. Steph. *ἀπελογήθη* citat Pollux II. 119. Ex eadem Orat. p. 119, 6. locum laudat Ammonius v. *Ἐνθύμημα.* Quæ in Orat. V. p. 120, 26. leguntur, *τὸν ἀναίτιον καταλαβόντας, τὸν αἴτιον ἀφεῖναι,* affert Suidas v. *καταλαβεῖν*, qui hinc corrigendus. Ex Or. X. p. 125, 25. vocem *γηραιὸς* excerpsit Pollux II. 13. Ex eadem Orat. ib. 33. idem VIII. 21. habet vocem *ἐπιτίμιον.* Nobilissimam Orationem De cæde Herodis bis nominatim citat Harpocration v. *Διετείνοντο*, et v. *Φροῦδος.* Uterque locus exstat p. 134, 41. et 132, pen. Ex eadem oratione, quamvis haud nominata, Pollux III. 138. excerpsit vocem *αἰτίασις*, quæ est p. 132, 24. et IX. 13. verbum *χωροφιλεῖν*, quod occurrit p. 138, 27. Orationem De Choreuta laudat Harpocration v. *Διδάσκαλος.* Locus, quem inde affert, exstat p. 142, 31. Sed idem ex eadem Oratione citat *Διϊπόλια*, quæ ibi non comparent. Videtur ergo Harpocration, memoria lapsus, Orationem De Choreuta pro quinta, in qua p. 120, 10. *Διϊπόλια* occurrunt, laudasse. Eat nunc Ionsius, et spurias ineptasque judicet Orationes, quas ipsi antiqui Grammatici, quorum spectata est eruditio, Harpocration, Pollux, Ammonius, Suidas, non modo ut genuinas probarunt, verum etiam tanquam Attici sermonis normam adhibuerunt. Hæc sufficiant ad vindicandam *γνησιότητα* Orationum de cæde, vel *λόγων φονικῶν*, quas nobis solas reliquas fecit temporis injuria.

Inter Orationes deperditas, teste Pseudo-Plutarcho, præ aliis laudem tulit ὁ πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ ΤΩΝ ΙΔΕΩΝ. Bona fide vertitur, *de generibus* vel *formis dicendi.* Ridiculum sane orationis argumentum, quale ne ineptus quidem posterioris ætatis Sophista ad populum explicare sustinuisset. Vidit absurdum, quod in hoc titulo est, (et quis non videat?) Io. Iac. Reiskius Animadv. in Plutarch. p. 490. Verum, ut est infelicissimus conjector, hic quoque, *περὶ τῶν ἐλαιῶν, de oleis*, legens, aberravit. Vide, quanto felicius Celeberrimus Ruhnkenius restituerit, ὁ πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ ΤΩΝ ΤΑΩΝ, *oratio adversus Erasistratum de Pavonibus.* Subjiciamus veterum scriptorum loca, quæ palmariam emendationem omni dubio liberent. Athenæus XII. p. 397. *Ἀντιφῶντι δὲ τῷ ῥήτορι λόγος μὲν γέγραπται, ἔχων ἐπίγραμμα περὶ Ταῶν.* ubi plura laudat ex hac oratione. Ælianus Histor. Animal. V. 21. *ἐτιμῶντο δὲ τὸν (ταῶν) ἄῤῥενα, καὶ τὸν θῆλυν δραχμῶν χιλίων, ὡς Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Ἐρασίστρατον λόγῳ φησί.* Harpocration: *Εὐοφθάλμως, ἀντὶ τοῦ, εὐπρεπῶς. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ Ταόνων.* Idem alibi: *Πυριλαμπής. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τῶν Ταῶν.* Eustathius ad Iliad. B. p. 346. Athenæum, ut solet, describens: *Ἀντιφῶν μὲν γὰρ, φασὶν, ὁ ῥήτωρ δισυλλάβως κλίνει, λόγον γράψας, ἐπίγραμμα ἔχοντα περὶ Ταῶν.* Forte hicce Antiphontis Pavo occasionem dedit Luperco Berytio, Grammatico, scribendi libelli *περὶ τοῦ Ταὼ*, sicut idem alium libellum scripserat *περὶ τοῦ παρὰ Πλάτωνι ἀλεκτρύονος.* Vide Suidam v. *Λούπερκος.*

Scripsit etiam Antiphon *Ἀλκιβιάδου λοιδορίας*, laudatas à vero

ἐπιβουλὴ] ἐξ ἐπιβουλῆς φονεύς. 605, pen. τῆς μὲν ἐπιβουλῆς τοῦ θανάτου μηδένα κοινωνὸν ποιήσασθαι, id est, τοῦ ἐπιβουλεῦσαι αὐτῷ τὸν θάνατον. ad ipsam patrationem necis ex insidiis comparatæ neminem socium adsciscere. 738, 4.

ἐπιγίνεσθαι] accedere, supervenire. τὰ ἐναντία ἐπιγενόμενα ὀνίνησι. prodest et salutem affert succedens priori conditioni rerum alia nova, isti contraria. 630, 7.

ἐπιδεῖν. 746, 6.

ἐπιδημεῖν. 790, 5.

ἐπίδοξον ὄντα ἔτι μείζω κακὰ πάσχειν. cum ei metuendum esset, ne adhuc majora mala pateretur. 626, 7. ἐκ τῶν μεταβολῶν [scil. reipublicæ] ἐπίδοξος αὐτοῖς ἐστὶν ἡ δυσπραγία μεταβαλεῖν. spes est fore ut mutetur —. 655, 5.

ἐπιεικῶς] ταῦτα μὲν οὖν ἐπιεικέστερον παρήσω. transmittam hæc silentio, animi cum æquitate et lenitate, majore etiam, quam par erat. 640, 1.

ἐπίθεσις] aggressio, invasio. μὴ συνεπιβάντας τῇ τούτων ἐπιθέσει. 640, 4. ἀποτρέψαι τῆς ἐπιθέσεως. 645, ult.

ἡ ἐπιθυμία τῆς τιμωρίας ἀμνήμονα τῶν κινδύνων καθίστησι. 627, 5.

ἐπικαλεῖν] ἐπικαλοῦνται μάρτυρας. arcessunt, advocant. 620, 8. b) incusare, insimulare. ἑκόντα μὲν οὐκ ἐπικαλῶ ἀποκτεῖναι. 658, 9. οὐ δικαίως ἐπικαλεῖται. accusatur. 662, 6. ἐπικαλούμενος. 665, 1. 680, 11.

ἐπικεῖσθαι] τῷ ἄρξαντι πανταχοῦ μεγάλα τὰ ἐπιτίμια ἐπίκειται. 699, pen.

ἐπιλείπειν] ἐμοὶ μόνῳ ἐπέλιπε μὴ ὠφελεῖσθαι τῷδε τῷ νόμῳ [id est, ἐπ' ἐμοὶ μόνῳ ἔλιπε τὸ ὠφελεῖσθαι ἐν τῷδε τῷ νόμῳ]. in me solo desiit hæc lex salutaris esse. 713, 11.

ἐπιμέλεια] εἰ μὲν ὑπὸ μηδεμιᾶς ἐπιμελείας θεοῦ γίγνεται ἡ ἀτυχία. si numen ab hoc infortunio abfuerit. 673, ult.

ἐπιμελὴς] οὐδενὶ ἐπιμελὲς ἦν ταῦτα σκοπεῖν. 653, 5.

ἐπιμελητὴς] οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν κακούργων. 713, 9.

ἐπινεύειν. 632, ult.

ἐπινοεῖν] ἀφαμαρτάνοντες ὧν ἂν ἐπινοήσωσι δρᾶσαι. 663, 2. 664, 1. 671, 6.

ἐπίορκος] τούτους νομίζειν ἁπάντων ἀνθρώπων ἐπιορκοτάτους εἶναι. 791, 13.

ἐπισκήπτειν] mandare, præsertim cum moriens facit. ἐπισκήψαντος τοῦ πατρὸς ἐπεξελθεῖν τοῖς αὐτοῦ φονεῦσι. 605, 3. ἐπισκήπτουσι τιμωρῆσαι σφίσιν αὐτοῖς ἠδικημένοις. 620, 4. ἐπισκήπτω ὑμῖν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ. 656, pen. 695, 1. 701, 5.

ἐπιστέλλειν] mandare per literas. 620, 10.

ἐπιτηδεύειν] οὐ πρέπει χρηστὰ ἐπιτηδεύοντας αὐτοὺς κακῶν ἀξιοῦσθαι. 674, 5.

ἐπιτήδευμα] οὐδὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἕνεκα δίκαιοι ἐσμὲν τοιούτων κακῶν τυχεῖν. 665, 5.

ἐπιτιθέναι] λιβανωτὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἐπετίθεσαν [scil. τῇ ἐσχάρᾳ]. 614, 7. ἀξίαν δίκην τοῦ πάθους τῷ εἰργασμένῳ ἐπιθέντες. homicidæ imposita, inflicta pœna, pari injuriæ, quam peremtus ab eo acceptam toleravit. 686, ult. τούτοις ὁ θεὸς ἐπιθείη τὴν δίκην. 691, 2.

ἐπιτιμητὴς] αὐτοὶ ἦσαν βασανισταὶ καὶ ἐπιτιμηταὶ τῶν σφίσιν αὐτοῖς συμφερόντων. gubernabant torturam servi pro arbitrio suo et extorquebant ab eo prædicationem eorum, quæ ipsi vellent ab eo prædicari. ipsique statuebant pro lubitu suo pretium servi torquendi, quantum scil. domino ejus reluendum esset, si contingeret, ut servus per tormenta luxaretur, aut debilitaretur, aut alio modo inutilis et inhabilis fieret operis postmodum præstandis. 721, 7.

ἐπιτίμιον] ἔνοχοι τοῦ φόνου τοῖς ἐπιτιμίοις ἦσαν. 686, 11. 687, 6. 689, 1. τῷ ἄρξαντι πανταχοῦ μεγάλα τὰ ἐπιτίμια ἐπίκειται. 699, pen. τῷ ἀμυνομένῳ οὐδὲν οὐδαμοῦ ἐπιτίμιον γέγραπται. 699, ult.

K.

Λ.

ros, meis auspiciis saltaturos, doceret saltare, puerique tribus Cecropidis, quos ab illo magistro ære meo docendos curarem. 768, 1.

λαθραίως] ὡς μάλιστα δύνανται λαθραιότατα. 619, 13.

λαμβάνειν] ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἤδη ληφθεῖσαν ἐπ' αὐτοφώρῳ τὸν θάνατον αὐτοῦ μηχανωμένην. 606, 1. 608, 18. ἂν τὴν ἀλήθειαν οὐκ εἰλήφει. percepit. 608, 6. θέλοντος ἐμοῦ ἔλεγχον λαβεῖν τοῦ πράγματος. 610, 11. περιγενόμενος δὲ καὶ οὐ ληφθείς. 635, ult.

λαμπρῶς χορηγοῦντα. 638, pen.

λανθάνειν] ἤλπισε δράσας [id est, μετὰ τὸ δρᾶσαι] καὶ λήσειν ἀποκτείνας [id est, ὅτι ἀπέκτεινε]. 627, 8.

λεπτὸς] ἀληθῆ μὲν, λεπτὰ δὲ καὶ ἀκριβῆ. 678, pen.

λειτουργία] οὐδ' ἧστινος λειτουργίας ἡ πόλις ἐνδεὴς γεγένηται. 744, 6.

λιβανωτὸν ὑπὲρ ἑαυτῶν ἐπετίθεσαν [scil. τῇ ἐσχάρᾳ]. 614, 6.

λίθον αὐτῷ ἐνέβαλον εἰς τὴν κεφαλήν. 717, 13.

λόγος] ἀμφισβήτησιν καὶ λόγους, excusationes, subterfugia, ὑπελίπου. 712, 8. οἱ τοὺς αὐτοὺς περὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ λόγους λέγοντες. 729, 11. λόγῳ οἶδα. fama novi, non aliunde. 742, 4. ἐν τῷ ὑστέρῳ λόγῳ. 770, 7. ἐξελέγχειν τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις. 791, 6.

λοιδορεῖν] ἐλοιδοροῦντο ἐν ἐρημίᾳ. 626, 1.

λύειν] εἰ ἐλελύμην. si sinar, vinculis liber, ire qua velim. 710, 8. οἱ Θρᾷκες οἱ λυσόμενοι. mancipia illa emturi. 715, 2. οὐδ' ἑαυτὸν ἑπτὰ μνῶν δυνάμενος λύσασθαι. ne septem quidem minarum reluitione se valens a creditorum importunitate et a custodiæ molestiis liberare. 734, 22. ἀλλ' οἱ φίλοι ἐλύσαντο αὐτόν. sed amici expediebant eum, ære luendo pro ipso. 734, pen.

λυμαίνεσθαι] αὐτοῦ δεδεμένου καὶ λυμαινομένου. 735, 4.

λύπη] ἱκανὰς λύπας καὶ φροντίδας ἐμβέβληκεν [scil. ἐμοί]. 630, 9.

λωποδύτης. 707, pen.

M.

μαίνεσθαι] ἐσωφρόνουν καὶ οὐκ ἐμαίνοντο. non stulte, sed vel maxime sapienter agebant. 632, 1.

μακαρίζειν] beatum reddere. 651, pen.

μακρὸς] τοσοῦτον ἐμοὶ τὸ μακρότατον τῆς ἀποκρίσεώς ἐστι. respondere si quam copiosissime velim, nil tamen habeam, præter istæc pauca. 736, 1.

μάλα. 713, 3.

μανθάνειν] μὴ μαθεῖν τὴν ἀπολογίαν. non intellexisse. 678, 2.

μαρτύρονται] antestantur, cogunt, jubent testari sibi de facto. 620, 2.

μαρτυρία] ἐπὶ ταῖς τοιαύταις μαρτυρίαις οἱ βασανίζονται, ἀλλ' ἐλεύθεροι ἀφίενται. 643, 5.

μάχαιρα] ἐγκαταλιπὼν τὴν μάχαιραν τῇ σφαγῇ, ᾤχετο φεύγων. 739, 1.

μεγαλοφροσύνη τοῦ γένους. superbia, magni spiritus ob nobilitatem generis. 693, 2.

μέγας] μέγιστα τεκμήρια παρείχοντο. 610, 7.

μέθη] ἀπειρία τῆς μέθης. quod nondum usu, sive suo, sive alieno didicerunt, quam luctuosi casus e temulentia exsistere soleant. 693, 3.

μεθίστασθαι] τὴν ἀτυχίαν αἰτοῦμαι εἰς εὐτυχίαν μεταστῆναι. 651, 9. μεθισταμένων τῶν πραγμάτων. mutata rep. 655, 8. τὴν γνώμην ἐξ ὀργῆς μεθιστάναι. 740, ult.

μεθύειν. 717, pen.

μέλειν τοῖς κάτω θεοῖς [subaudi τούτων] οἳ ἠδίκηνται. 620, pen.

μελετᾶν μετὰ τῶν ἡλίκων ἀκοντίζειν. 661, 6. μηδὲν ὑποδεέστερα τούτων μελετῶντες. cum nos non minore, quam hi, contentione virtuti demus operam. 674, 7.

μετὰ τοῦ ἀληθοῦς, secum habens veritatem veluti sociam quandam, ἐβούλετο πάσχειν εἴ τι δέοι. 729, 4. μετὰ τῆς ἀληθείας. *mit Grunde der Wahrheit [with grounds of truth]*. 732, 20. μετὰ τῶν νόμων τῶν ὑμετέρων ἀπολέσαι. in optima forma juris civilis perdere. 733, ult. οὕτως ἀγαθόν ἐστι μετὰ χρόνου βασανίζειν τὰ πράγματα. 740, 1.

μεταβαίνειν] alia e navi in aliam transcendere. 715, 7. 716, 1.

μεταβάλλειν ἐπίδοξος αὐτοῖς ἐστιν ἡ δυσπραγία. 655, 5.

μετάβασις εἰς τὸ ἕτερον πλοῖον. 715, 17.

μεταβολὴ] commutatio reip. ἐκ τῶν μεταβολῶν —. 655, 5.

Μεταγειτνιὼν] secundus a primo mensis anni Attici. 788, 5.

μεταλαμβάνειν] αὐτοί τε μὴ μεταλάβητε τῆς τούτου μιαρίας. 677, 8.

μεταμέλειν] ὑμῖν μεταμελῆσαί ἐστιν. 757, 2.

μετανοεῖν] μὴ τὴν ἁμαρτίαν γνῶτε μετανοήσαντες. 657, 5. ἐν τοῖς ἀνηκέστοις πλέον βλάβος τὸ μετανοῆσαι. 755, 1.

ἡ μετάνοια τῶν τοιούτων ἐστὶν ἀνίατος. 657, 6.

μεταχειρίζεσθαι] inter manus tractare, jactare. τὸν ἑαυτῶν φονέα μεταχειριζόμενοι. 615, 1.

μετεγγυᾶν] οἱ μετεγγυησάμενοι. *die Bürgen, die sich für die Bezahlung der zugesagten Geldsummen eingestellet hatten [the sureties, who had made themselves answerable for the payment of the sums]*. 792, pen.

μετέρχεσθαι] ὀρθῶς καὶ δικαίως μετέρχομαι τὸν φονέα. 609, 7.

μέτοχος τοῦ φόνου. 676, 9. 681, 2.

τὸ μήνιμα τῶν ἀλιτηρίων ὑμῖν προστρίψομαι. 691, 9. 695, 1.

μηνύει ὁ θάνατος αὐτὸν ἐξ ἐπιβουλῆς ἀποθανόντα. 626, 5. 631, 14. κλέπτουσι τοὺς μηνύοντας. 723, 14.

μηνυτὴς] ἵνα μὴ μηνυτὴς τοῦ ἀδικήματος γένηται. 632, 4. 651, 4. 722, 1. 3. 5. 16. μὴ ὑπολείπεσθαι μηνυτὰς κατ' ἐμαυτοῦ. 730, 11.

μηχανᾶσθαι] μὴ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἤδη ληφθεῖσαν ἐπ' αὐτοφώρῳ τὸν ἐκείνου θάνατον μηχανωμένην. 606, 2. ἃ συνῄδει ταύτην τῷ ἡμετέρῳ πατρὶ θάνατον μηχανωμένην φαρμάκοις. 608, 17. τὸν θάνατον τοῖς πέλας μηχανῶνταί τε καὶ παρασκευάζουσι. 619, 11. οὗτοι ἐξ ἐπιβουλῆς συνέθεσαν ταῦτα καὶ ἐμηχανήσαντο κατ' ἐμοῦ. 717, 11. τότε οὔπω οὕτως ἐμεμηχάνητο αὐτοῖς. 731, 18. οὐκ ἄν ποτ' ἐμηχανήσαντο τὰ ἐν τῷ γραμματιδίῳ. commenti fuissent. 732, 4. μηχανῶνται ἐπ' ἐμὲ λόγους ψευδεῖς συντιθέντες. 767, 1. τοῦτ' οὐκ ἐπ' ἐμοὶ πρῶτον ἐμηχανήσαντο. 783, 14.

μηχάνημα] πῶς ἂν εἴη τούτων δεινότερα μηχανήματα. 712, ult. οὐδενὶ μηχανήματι, οὐδ' ἀπάτῃ. non fallaci quodam et vafro commento. 715, pen.

μιαίνειν] πάσης τῆς πόλεως ὑπ' αὐτοῦ μιαινομένης. 623, 4. μιαίνει τὴν ἁγνείαν αὐτῶν. 629, 4. 638, 3. περιορᾶν πᾶσαν τὴν πόλιν μιαινομένην. 659, 5.

μιαρία] piaculum homicidio contractum. ἀφανίσαι τὴν αὐτοῦ μιαρίαν ζητεῖ. 641, 2. τὴν ἑαυτοῦ μιαρίαν εἰς ὑμᾶς ἐκτρέψαι. detorquere, velut rivum alio derivatum, quam quo tendebat. 647, 11. ἀπολύεσθε τῆς ὑπὲρ τούτου μιαρίας, id est, τοῦ μιάσματος, ὃ φέρειν ὑπὲρ τούτου ἀνάγκη ἦν. 648, ult.

μιαρὸν καὶ ἄναγνον ὄντα εἰς τὰ τεμένη τῶν θεῶν εἰσιόντα. 629, 3. τὸν μιαρὸν τῷ χρόνῳ ἀποδόντες φῆναι. 702, 1.

μίασμα] ἅπαντος τοῦ μιάσματος ἀναχωροῦντος εἰς ἡμᾶς. 623, ult. οὐ προσῆκον μίασμα εἰς τοὺς ἰδίους οἴκους εἰσάγονται. 686, 6. τὸ τούτου μίασμα ἐπεξερχόμεθα. 694, 16. διπλάσιον καθίστησι τὸ μίασμα τῶν ἀλιτηρίων. piaculum a diis pœnalibus vindicandum. 701, 10. μὴ καθαροὶ τὰς χεῖρας ὄντες, ἢ ἄλλο τι μίασμα ἔχοντες. 748, 11.

μικρὸς] ἐπὶ σμικρὸν ὑπονοεῖν. descendere ad minutas quasque suspiciones, easque e dictis in utramque partem colligere. 773, 12.

μισεῖν] τίς οὐκ οἶδε τούσδε μὴ πολὺ ἧσσον μισοῦντας αὐτόν. 632, 6.

μνησικακεῖν τῶν ἔμπροσθεν. 627, 2.

μόνος] ἐμοὶ μόνῳ ἀπολελειμμένῳ. 606, 6.

μοχθηρία τοῦ ἰατροῦ. 689, 8.

N.

Negativa geminata infitiatur. οὐκ, ἐὰν ἀποφύγω, οὐκ ἔστιν ἐξ ὧν ἐλεγχθήσονται οἱ κακουργοῦντες. si absolvar, non ideo deerunt modi maleficos convincendi. i. e. εἰ διὰ τοῦτο ἀπορήσομεν ἐλέγχων πρὸς τὸ καταλαμβάνειν τοὺς κακούργους. 656, 6.

νεκρὸς] νεκροῖς ἀσπαίρουσι συντυχόντα. 632, 5.

νέμειν] ἔλασσον ἔνειμαν τῷ τεθνεῶτι τῶν ἐν τῷ νόμῳ κειμένων. minorem cæso satisfactionem, minore luitione jusserunt eum contentum abire, quam ea est, quæ ipsi in legibus, ceu debita et legitima, addicta et consecrata est. 709, 5. μὴ ἐμοὶ νείμητε τὸ ἄπορον τοῦτο. negotium hoc mihi arduum et inenodabile ne imponite. 737, 1.

νέος] ἄρξαι τοῦ παροινεῖν τοὺς νεωτέρους τῶν πρεσβυτέρων εἰκότερον. 693, 1. πολλοὶ νέοι σωφρονοῦντες, πολλοὶ δὲ πρεσβῦται παροινοῦντες. 696, 6. νεώτερος ἐγὼ, ἢ ὥστε δύνασθαι τιμωρεῖν ἐμαυτῷ ἱκανῶς. 746, 12.

νεὼς τῆς Ἀθηνᾶς. 785, 6.

νεωτερίζειν συμφέρει τοῖς ἀτυχοῦσι. 655, 4.

νήπιος. 666, 3.

νικᾶν] τοῦ ἀληθοῦς νικᾶσθαι. *müssen Unrecht haben müssen gelogen haben, wenn man auch gleich das gröste Recht von der Welt hätte [must be wrong, must have spoken falsely, even if one had the greatest right in the world]*. 752, 2. τῆς δίκης νικᾶσθαι παρὰ τὸ ἀληθές. sententiæ judicum, quamvis iniquæ, cedere et succumbere. 764, 11.

νομίζειν] διακωλύειν τὰ ἱερὰ γίνεσθαι τὰ νομιζόμενα. 749, 1. τὸν νομιζόμενον ὅρκον διομοσαμένους. ritu vetusto sancitum. 753, 12. 759, 5. τὰ νομιζόμενα καὶ τὸ θεῖον δεδιώς. 763, ult.

νόμιμος] homo frugi, pudens, temperans, civilis, cui mores sunt cum legibus seu jure civili convenientes. 639, 3. συγχεῖ τὰ νόμιμα τῶν ἀνθρώπων. 686, 1. 687, 8. 690, pen. εἴργεσθαι τῶν νομίμων. abstinere se locis iis, a quibus homicidas abesse par est e ritu vetusto. 782, 20. 783, 6. 786, 3.

νομοθέτης γενέσθαι σὺ μόνος ἐτόλμησας. 711, ult. ὑπογραμματεὺς τῶν νομοθετῶν. 783, 1.

νόμος] τοῖς νόμοις, οὓς παρὰ τῶν θεῶν καὶ τῶν προγόνων διαδεξάμενοι —. 606, 2. legum Areopagiticarum de homicidiis prædicatio. 711, 6. sqq. 761, pen.

νοσεῖν] τὴν ἀθλίαν καὶ τελευταίαν νόσον νοσῶν. 620, 5. ὅταν νοσῶσιν, ὑγιεῖς γενόμενοι σώζονται. 630, 5.

νόσος] εἰς νόσον ἐμπίπτει. 615, 4. 620, 6. ἡ νὺξ οὐκ ἄσημος ἦν. 655, 1.

Ξ.

ξένος] γέρων καὶ ἄπολις ὢν, ἐπὶ ξένης πτωχεύσω. 636, pen.

O.

ὅδε] pro ἐγὼ, δεικτικῶς dictum, ut grammatici usurpant. 766, 9.

torum, si ei obsecundetis, forisque domique. 748, 6.

πίστιν, approbationem, documentum, τῆς αἰτίας ταύτην σαφεστάτην ἀπέφαινον. 749, 12. ὅρκοις καὶ πίστεσιν ἀναγκάζειν. 778, 12. ubi πίστις videtur significare *das Ehrenwort, Cavallierparole, Zeugniss oder Angelöbniss an Eydesstatt* [*the word, parole of honour, witness or protestation without taking an oath*].

πιστὸς] πιστότερός μοι δοκῶ εἶναι. fidem mihi videor citius inventurus esse. 671, ult. πιστοὶ γενόμενοι τῷ ψεύδεσθαι, id est, ἐπὶ τῷ ψεύδεσθαι, tametsi mentirentur, aut διὰ τὸ ψεύδεσθαι, eo ipso, quod mentirentur. 703, ult.

πιστῶς μαρτυροῦντα. sic, ut testimonio ejus certa fides haberi posset. 648, 5. μὴ πιστῶς καταμαρτυρηθείς. oppressus illius testis auctoritate, cujus testimonium fidem nullam mereatur. 654, 6. πιστότερον [id est, πειστικώτερον, speciosius, ad persuadendum, vel, ad fidem impetrandam vel extorquendam artificiosius et callidius] ἢ ἀληθέστερον σύγκειται. 670, 9.

πλανᾶν] ἀπὸ τῶν νυκτῶν πλανώμενον. 631, 18.

πλειστάκις. 750, ult.

πλείων] πλέον δίδωσι τῷ Φιλόνεῳ. *schenkte ihm davon reichlicher ein, brachte ihm eine stärkere Dosin vom Gifte bey* [*gave him a greater draught, gave him a larger dose of poison*]. 614, 10. πλέον αὐτοῖς μηδὲν γένηται. nil efficere possint, nil proficiant. 747, 4. τί ἔσται πλέον τῷ ἀποθανόντι; *was kann das dem Toden helfen* [*what good can that do to the dead*]? 759, 3.

πλευρὰ] ἀκοντισθεὶς διὰ τῶν ἑαυτοῦ πλευρῶν διαπῆξαι. 658, 7. 671, 8.

πληγὴ] ὑπὸ τὴν πληγὴν τοῦ ἀκοντίου ὑπελθόντα. 680, 1. τὸν ἄρξαντα τῆς πληγῆς. 688, 12.

πλῆθος] οὐ τῷ φεύγειν ἂν τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον. non quo vestros oculos minus ferre queam, vestræve sententiæ auctoritatem defugiam. 706, pen. 745, ult. 747, 3. flocci non facere judicum consessum, aut aspernari et improbare formam reip. popularem.

πλημμελεῖν περὶ τὸν καιρόν. 672, 7.

Pluralia neutra cum tertia persona pluralis numeri verborum. οὐδέτερα ὠφέλησαν (si bene habet) pro ὠφέλησεν. 721, ult.

πλοῦς [scil. ἐπιτήδειος] ἡμῖν ἐγένετο. navigandi se dabat opportunitas, auris increbrescentibus, cœloque serenante. 716, pen. καλλίστοις ἐχρησάμην πλοῖς. 749, 4.

πνίγειν] τύπτων καὶ πνίγων, ἕως τῆς ψυχῆς ἀπεστέρησε. 687, 5.

ποθεῖν] αὐτοὶ ποθεῖτε ἀκοῦσαι. 735, 10.

ποιεῖν τἀληθῆ πιστὰ, καὶ τὰ μὴ ἀληθῆ ἄπιστα. docere, veris fidem esse dandam, falsis negandam. 781, 1.

ἡ ποινὴ τῆς ὑμετέρας ἁμαρτίας εἰς ἡμᾶς τοὺς μὴ δικαίως διώκοντας ἀναχωρεῖ. 623, pen. ἀναμιμνήσκειν τὴν ποινήν. Furiam cruoris ultricem in memoriam alicui revocare. 657, 1.

πολέμιος] πολεμίῳ τῷ τούτου βέλει περιπεσών. 672, 5. οἰκοῦντας ἐν τοῖς πολεμίοις. 745, 3. οἱ ἀγῶνες τῇ διαβολῇ, πολεμιώτατοι. 751, 3. τοῦτο αὐτὸ πρῶτον πολέμιόν ἐστι. 756, 6.

πόλις] pro ἀκρόπολις. 785, 5.

πολίτης] οὐδ᾽ ἑτέρας πόλεως πολίτης γεγενημένος. 745, 1.

πολλαπλάσιος κίνδυνος. discrimen hoc multis modis gravius atque horribilius illo altero. 635, 2. εἰς πολλαπλασίους τούτου συμφορὰς ἥξω. incidam in infortunia multo plura, quam sunt hujus. 665, ult. προέχει τούτων πολλαπλάσια. 669, ult.

πολὺς] ἐκ πολλοῦ [scil. χρόνου]. 622, 8. 714, 9.

πονεῖν ὑπὸ χειμῶνος. 630, 4.

πονηρὸς ἰατρός. 689, 7.

πορεία] τὸ ἀκόντιον ἔξω τῶν ὅρων τῆς αὑτοῦ πορείας ἐξενεχθέν. 661, 11.

ποριστὴς] munus vel honos aliquis Athenis, *ein Liurant, ein Entrepreneur* [*a proprietor, a furnisher*]. 791, ult.

πορνεῖον] παλλακὴ, ἣν ἐπὶ πορνεῖον ἔμελλε καταστήσειν. 611, 8.

πόσιν ὑστάτην ἐκπίνουσιν. 615, 2.

πρᾶγμα] οὐκ ἔστι τῶν ἐπειγομένων τὰ πράγματα [id est, τὸ κατορθοῦν ἐν τοῖς πράγμασι]. 757, ult. ἐτύγχανέ μοι πράγματα ὄντα πρὸς Ἀρίστωνα. negotia, contentiones forenses. 769, 4. οἵῳ τρόπῳ ἔρχονται ἐπὶ τὰ πράγματα. aggressi sint hanc contentionem. 774, 8.

πράκτωρ] non vulgari illo *exactoris*, sed *factoris*, significatu. οὗτοι πράκτορές εἰσι τῶν ἀκουσίων, id est, πράττουσι τὰ ἀκούσια. 663, 2. at altero illo vulgari significatu p. 791, ult. usurpatum fuit hoc voc.

πρᾶξις] αἱ πράξεις γίνονται δυστυχεῖς. negotia, cœpta, sinistros, adversos habent successus. 629, 7.

πρεσβύτης ἀνήρ. 687, 2. πολλοὶ δὲ πρεσβῦται παροινοῦντες. 696, 6.

προαγορεύειν] εἴργεσθαι προαγορεύουσι [scil. homines] τοῖς τοῦ φόνου φεύγουσι. denuntiant. 708, pen. 782, 20. 783, 5. 791, 11.

προαποθνήσκειν. 685, 7.

προαπολείπειν. 756, 7.

προαπολλύναι. 737, 14.

προβουλὴ] fraus præmeditata. 606, ult.

προειπεῖν] προειρημένον μοι, quamvis denuntiatum mihi fuisset, εἴργεσθαι τῶν νομίμων. 786, 2.

προεργάζεσθαι] ἐμὲ ἐκ τῶν προειργασμένων γνώσεσθε. ex ante acta vita, e moribus superioris meæ vitæ. 638, 10.

προέχειν] προεῖχε τῷ διπλασίῳ μου. altero tanto me superabat. non solum pari mecum erat conditione, sed etiam potior erat, uno passu me anteibat. 669, 2. προέχει τούτων πολλαπλάσια. 669, ult. τούτῳ τῷ παντὶ προέχομεν. 696, 9.

προθυμεῖσθαι] ἐν οἷς οὐκ ἦν πυθέσθαι, τοῦτ᾽ αὐτὸ προὐθυμήθη. quo modo verum explorare non licebat, eum unum modum delegit et consectatus est, repudiatis reliquis, per quos datum erat rem noscitare. 607, 6.

προϊέναι] προϊόντος τοῦ λόγου. 709, 6.

προΐστασθαι] prætexere, prætendere velandæ, abscondendæ rei turpi. ἣν προϊστάμενος τῆς κακουργίας. 641, 1. τὸ σῶμα προστήσαντες. cum corpus suum telo advolanti opposuisset. 662, 2.

προκαταγινώσκειν] αὐθέντην προκαταγνωσθέντα [nisi potius ibi leg. est, προσκαταγνωσθέντα]. 671, 2. σφίσιν αὐτοῖς ἀπιστοῦντες, ὑμῶν δὲ προκατεγνωκότες ἄδικόν τι. præjudicio sinistro de vobis concepto, ac si vos adversus ipsorum causam occupati, animisque ab ea alienatis, aut precibus et blanditiis obnoxii, pateretis adulationi, ab eaque pateremini vos ad jus depravandum inclinari. 704, 7. προκαταγνώσεσθέ μου τὸν φόνον. 750, 12.

προκεῖσθαι] de mortuo exporrecto, patente spectaculo cujusque volentis. 782, 14.

πρόκλησιν ἔφευγον. 779, 10.

προλέγειν] προλεγόντων αὐτῷ [ægroto] τῶν ἄλλων ἰατρῶν. *ihn warneten, und ihm zum voraus andeuteten* [*to caution him before*]. 689, 9.

προνοεῖσθαι] ἀποκτεῖναι τὸν ἄνδρα προὐνοησάμην μόνος, ἵνα μοι μηδεὶς συνειδείη. cavissem, seu sedulam dedissem operam, ut ego solus, procul arbitro, hominem occiderem, ne quis mihi facinoris esset conscius. 725, 14.

πρόνοια] fraus, præsertim cædes deliberata, præmeditata. ἑκουσίως ἐκ προνοίας ἀποκτεινάσης. 607, 1. οὐ τῶν ἀποκτεινάντων ἐστὲ βοηθοὶ, ἀλλὰ τῶν ἐκ προνοίας ἀποθνησκόντων. 616, 6. 617, 14. ἐπὶ τῇ τύχῃ μᾶλλον ἀνάκειται, ἢ τῇ προνοίᾳ. magis fortuito casui sunt permittenda, quam ut ea liceat prudentia gubernare. 706, 3. 715, 10. τὴν πρόνοιαν δεῖ ἐκ πολλῶν εἶναι φανερὰν ἐπιβουλευομένην. 732, 12. ἐγώ σοι φανερὰν τὴν πρόνοιαν εἰς ἐμὲ ἀποδεικνύω. ego tibi planum et testatum facio, te palam hoc agere, atque comparare, quo insons violenta et ignominiosa morte tollar. 733, 2. μὴ ἐκ προνοίας, μηδ᾽ ἐκ παρασκευῆς γενέσθαι τὸν θάνατον. 773, ult. πολλὴν πρόνοιαν ἔχειν μέλλοντας ἔργον ἀνήκεστον ἐργάζεσθαι. 754, 10.

προοφείλειν] εἴπερ προωφείλετο αὐτῷ κακόν. si Herodes ita de Lycino fuisset meritus, ut huic necesse fuisset malum illi dare, si Herodi debitum fuisset a Lycino malum. 734, 1.

προπάσχειν] μεγάλα κακὰ προπεπονθότα. 626, 7.

προπέμπειν] proficiscentem comitari, quousque prosequi, in viam inducere. 613, 1.

πρόῤῥησις] αἱ προῤῥήσεις. denuntiationes, cum necessarii peremti hominis, et qui se vindices sanguinis gerunt, cum homicida congressi, denuntiant, ut imposterum loca sacra caveat adire. 752, 5. 764, 14.

πρὸς] δικαιότερον καὶ ὁσιώτερον καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων ὑμῖν γένοιτο [num est pro καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρ᾽ ἀνθρώποις]. 618, 1. πρὸς ἐμοῦ. mecum, a parte mea stantia, mihi secunda. 655, ult. ἡ δόξα τῶν πραχθέντων πρὸς τῶν δυναμένων λέγειν ἐστί. favet iis, militat pro iis, qui facundia rebus quamcunque speciem induere valent. 660, ult. ἡ ἀλήθεια πρὸς τῶν δίκαια καὶ ὅσια πραττόντων ἐστί. 661, 1. καίτοι πρὸς τούτων ἦν τοῦτο. e re ipsorum erat. 727, 6. σκοπεῖν πρὸς ὑμᾶς αὐτούς. inter vosmet ipsos, seorsim, me excluso. 620, 13.

προσάγειν] ἐκ τῶν ἑαυτοῦ ἔργων τὴν τύχην προσαγόμενος. fortunam quamcunque vellet suis sibimet ipse moribus arcessens, et manibus veluti fingens. 700, 7.

προσβάλλειν] τὴν αἰτίαν, οὐχ ἡμετέραν οὖσαν, ἡμῖν προσέβαλεν. 662, 4. ἐμοὶ ἀνόσιον ἔγκλημα προσέβαλεν. 689, 13.

προσβολὴ] impetus infesti numinis, in hominem impium incurrens, velut aries in mœnia. οὐ δίκαιον τὰς θείας προσβολὰς διακωλύειν γινέσθαι. 674, 3.

προσδοκᾶν] ἅ τις μὴ προσεδόκησεν, οὐδὲ φυλάξασθαι ἐγχωρεῖ. 714, 11.

προσδιαβάλλειν] ὁμολογῶ, εἴ τι ψεῦδος εἴρηκα, καὶ τὰ ὀρθῶς εἰρημένα προσδιαβάλλειν ἄδικα εἶναι. spondeo, vel profiteor, me animo æquo esse passurum, ut pro falsis, perperam et improbe dictis etiam ea habeantur, si quæ vera, recta et æqua in reliqua oratione mea dixero. 678, 9.

προσεύχεσθαι] εἰσιόντες [scil. εἰς τὸ βουλευτήριον] οἱ βουλευταὶ προσεύχονται. vota faciunt ad aras horum numinum, Jovis Bulæi et Minervæ Bulææ. 789, 5.

προσήκειν] ἁμαρτία εἰς τοὺς οὐ προσήκοντας. peccatum in eos, in quos peccari haud conveniebat. 676, 6. μὴ εἰργόμενοι τῶν προσηκόντων [id est, ὅθεν προσῆκεν εἴργεσθαι]. non exclusi locis iis, unde oportebat eos excludi. 676, ult. εἰς συμφορὰς μὴ προσηκούσας ἐμβάλητε. ad nos

X.

Ψ.

Ω.

ΑΝΔΟΚΙΔΗΣ.

I. OTT. SLUITERI

LECTIONES ANDOCIDEÆ.

CAPUT PRIMUM.

De stilo Andocidis judicium et Veterum testimonia. Opusculi hujus institutum et ratio. De ortu et majoribus Andocidis. Leogoras Oratoris proavus, Pisistrati hostis: emendatur duobis locis Andocides. Avus Oratoris Andocides; pater Leogoras, homo delicatus; ψῆττα: fueritne germanus illius filius Andocides? E Tzetze mendum tollitur. Adolescentia Andocidis et initia in Republica: legationem obiit: Lysias et Andocides conciliantur. Disputatio Valckenaerii, in qua Oratio *contra Alcibiadem* Andocidi vindicatur, Taylori argumenta refelluntur, Plutarchus et Andocides sæpius emendantur et illustrantur, et de Phæacis rebus plura traduntur.

INTER omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, neque difficilior est ulla, neque magis ab hominum ingeniis temporumque causis pendet, quam eloquentia: at simul nullius artis studium est aut ad voluptatem jucundius, aut ad utilitatem uberius, quæ, etiamsi præcipuam sedem in curia et foro collocaverit, hinc tamen evagata, per omnes alias dimanavit disciplinas iisque facem prælucere solet. Atque difficultatem quidem eloquentiæ forensis et civilis hinc maxime possumus intelligere, quod sero demum solis Athenis excoli fuit cœpta, quum reliquæ jam dudum in universa Græcia se extulissent disciplinæ, suumque philosophia lumen de divino lumine accensum in hominum animos transtulisset. Ideo autem hæc a me dicuntur, ut appareat, multo Rhetoribus et Grammaticis fuisse facilius Oratorum scripta ad normam quandam exigere eorumque vitia carpere et vituperare, quam Oratoribus, iis præsertim, qui primi exstiterunt, artem excolere et normam ac regulas dicendi excogitare: neque adeo reprehendendos esse eos, qui, licet a principe in hoc genere Demosthene longius absint, præstiterunt tamen, quod potuerunt, ipsique principi planam viam facilemque fecerunt. Ratione hac in re utendum est, qua neglecta, si qui de aliorum scriptis judicare velint, neque ad ætatem, locum, fortunam scriptorum animum advertant, ii et errabunt sæpe, et severe nimis atque inique judicabunt. Jam, hoc monito præmisso, Veterum, quos de dictione et stilo Andocidis prodidisse invenimus, testimonia in medium proferamus nostramque de iis expromamus sententiam.

Antiquorum autem, qui de Andocide prodiderunt, non est consentiens de stilo illius judicium, cum alii ejus simplicitatem tenuitatemque laudent, alii vehementer reprehendant. Huc igitur quæ pertinent, loca singula deinceps subjiciam. Dionysius Halicarnasseus in Lysia §. β'. Καθαρός ἐστι τὴν ἑρμηνείαν πάνυ (Lysias) καὶ τῆς Ἀττικῆς γλώττης ἄριστος κανὼν, οὐ τῆς ἀρχαίας, ᾗ κέχρηται Πλάτων καὶ Θουκυδίδης, ἀλλὰ τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης· ὡς ἐστὶ τεκμήριον τοῖς τε Ἀνδοκίδου λόγοις, καὶ τοῖς Κριτίου, καὶ ἄλλοις συχνοῖς. Idem π. τ. Θουκυδ. Ἰδιωμ. p. 161. v. 30. Πρὸς δὲ τοὺς ἐπὶ τὸν ἀρχαῖον βίον ἀναφέροντας τὴν Θουκυδίδου διάλεκτον, ὡς δὴ τότε ἀνθρώποις οὖσαν συνήθη, βραχὺς ἀπέχρη μοι λόγος καὶ σαφὴς, ὅτι πολλῶν γενομένων Ἀθήνησι κατὰ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον ῥητόρων τε καὶ φιλοσόφων, οὐδεὶς κέχρηται ταύτῃ τῇ διαλέκτῳ, οὐδ' οἱ περὶ Ἀνδοκίδην καὶ Ἀντιφῶντα καὶ Λυσίαν ῥήτορες, οὔθ' οἱ περὶ Κριτίαν καὶ Ἀντισθένη καὶ Ξενοφῶντα Σωκρατικοί. Hermogenes de Formis Orat. l. II. p. 501. Ὁ δὲ Ἀνδοκίδης πολιτικὸς μὲν εἶναι προαιρεῖται, οὐ μὴν πάνυ γε ἐπιτυγχάνει τούτου· ἀδιάρθρωτος γάρ ἐστιν ἐν τοῖς σχήμασι καὶ ἀδιευκρίνητος, καὶ τὰ πολλὰ ἐπισυνάπτει τε καὶ περιβάλλει ἀτάκτως διὰ τὸ ταῖς ἐπιβολαῖς χωρὶς εὐκρινείας χρῆσθαι· ὅθεν ἔδοξέ τις φλυαρὸς καὶ ἄλλως ἀσαφὴς εἶναι· ἐπιμελείας δὲ αὐτῷ καὶ κόσμου πάνυ βραχὺ μέτεστι, γοργότητος τε ὡσαύτως· καὶ μέντοι καὶ τῆς κατὰ μέθοδον δεινότητος ὀλίγον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ὀλίγον ἔχει· τῆς δ' ἄλλης σχεδὸν οὐδ' ὅλως. Philostratus de Vitis Sophist. l. II. c. 1. §. 14. p. 564. de Herode narrat: βοώσης δὲ ἐπ' αὐτὸν τῆς Ἑλλάδος καὶ καλούσης αὐτὸν ἕνα τῶν δέκα, οὐχ ἡττήθη τοῦ ἐπαίνου, μεγάλου δοκοῦντος, ἀλλ' ἀστειότατα πρὸς τοὺς ἐπαινέσαντας, Ἀνδοκίδου μὲν, ἔφη, βελτίων εἰμί. Quo dicto respexisse eum ad pravitatem morum, qua apud posteros male audiit Orator, probabilis est Olearii opinio. Idem vero Olearius, quod miror, Andocidem non nisi ex Pseudo-Plutarcho et Photio cognitum habuisse videtur; quorum ille in Vita Andocidis ad finem: Ἔστι δὲ ἁπλοῦς καὶ ἀκατάσκευος ἐν τοῖς λόγοις, ἀφελής τε καὶ ἀσχημάτιστος: huic iisdem fere verbis: Ἔστι δ' ἐν τούτοις ὁ ἀνὴρ ἁπλοῦς τε καὶ ἀκατάσκευος, ἀφελείας τε φίλος καὶ τῷ ἀσχηματίστῳ σχηματιζόμενος. Quinctilianus I. O. l. XII. c. 10. "Quapropter mihi falli multum videntur, qui solos esse Atticos credunt tenues et lucidos et significantes, sed quadam eloquentiæ frugalitate contentos, ac semper manum intra pallium retinentes. Nam quis erit hic Atticus? sit Lysias; hunc enim amplectuntur amatores istius nominis modum. Non igitur jam usque ad Coccum et Andocidem remittemur." Ammianus Marcellinus l. XXX. c. 4. "Florebant elegantiæ priscæ patrociniis tribunalia, cum Oratores concitæ facundiæ attenti studiis doctrinarum, ingenio, fide, copiis, ornamentisque dicendi pluribus eminebant, ut Demosthenes — et Callistratus — ut Hyperides, et Æschines, et Andocides, et Dinarchus, et Antiphon ille Rhamnusius, cæt."

Horum vero, quos recensui, nemo est in Andocidem Hermogene iniquior, cui magis fortasse placuerit fucata Asianorum Oratio, quam antiquus ille et Atticus simplicitatis color. Rhetorum enim genti et Grammaticorum nihil pulcrum videtur, nisi quod tropis et schematibus distinctum sit et ornatum. At equidem, quamvis Andocidi orationem non tribuam ratione et arte excultam et politam; subtilitatem tamen, impetum atque gravitatem illius, sum admiratus. Arte Lysiæ cedit: nervos plures habet et lacertos; vehemens imprimis in reprehendendo, in defendendo se gravis, ad misericordiam erga se movendam, odiumque in adversarios excitandum plane compositus, in proponendis dijudicandisque argumentis subtilis et acutus, dictione purus et elegans, plenus Attici saporis: ut jure a Grammaticis in numerum sit relatus et inter decem collocatus principes.

Neque vero Oratori culpæ dandum est, quod simplicior est et arte ornatuque caret iis, quæ in Lysia jam lucent, quoniam eo adolescente nondum eloquentia arte erat conclusa, neque ratione constricta, sed tota dispersa atque dissoluta; quique tunc exstiterunt Athenis eloquentiæ magistri, hi et ipsi recentes erant, et sophisticam magis subtilitatem venabantur, quam rerum verborumque gravitatem et ornatum. Ut sophisticas has spinas et subtilitatem in Andocide minus desideremus, qui jam ineunte, ut videtur, ætate in re civili et militari versatus, postea autem plerumque vagus et fortunæ temeritati subjectus, quum Rhetoribus operam non daret, suamque dicendi facultatem unice ad forensem civilemque usum conferret, non commisit, quod Lysiæ ipsi et Isocrati interdum accidit, ut, dum concinnitatem consectaretur, vim dicendi et gravitatem amitteret.

Sunt igitur nobis Orationes Andocidis lectu utilissimæ, cum ad eloquentiæ exemplum, tum ad rerum Atticarum et Antiquitatis cognitionem: quapropter nos illum dignum judicavimus, in cujus rebus enucleandis, scriptisque emendandis, operam nostram collocaremus. Hujus autem operæ hæc erit bipertita ratio, ut primum vitam ac res gestas Andocidis persequamur: deinde Orationes illius pro viribus nostris illustremus: his denique tertio loco nonnullæ accedent nostræ in Lysiam Animadversiones. Jam vero in viam ingrediamur, et de ipso videamus Andocide.

Inter nobilissimas Athenarum familias, quibus sive ductum ab antiquis regibus genus, sive præcipua a remotissimis inde temporibus inter cives dignitas, cum cura sacrorum et ipsa religione conjuncta, Εὐπατριδῶν illustre nomen paraverat, Reipublicæ deinde institutis confirmatum, insignem et antiquitate stirpis et splendore ac divitiis locum tenebat gens illa, ex qua ortus erat Andocides; quod cum Pseudo-Plutarchus et Photius in Vita ejus testantur, tum nonnumquam de hac claritate generis ipse gloriatur Orator:

vid. Or. de Red. p. 23. init. de Myst. p. 18. v. 25. seqq. p. 19. v. 7. seqq. [ed. Steph. et sic passim], ubi gentem suam vocat: *οἰκίαν πασῶν ἀρχαιοτάτην καὶ κοινοτάτην ἀεὶ τῶν δεομένων.* Neque injuria; siquidem stirpis suæ auctorem ferebant Telemachum Ulyssis filium atque ipsum adeo Mercurium: ab Ulysse gentis originem repetunt Plutarchus in Alcibiade p. 201. E., Suidas v. *'Ανδοκίδης*, Eudocia in Violeto, in Anecd. Gr. Villoisoni t. I. p. 58.; a Mercurio Pseudo-Plutarchus et Photius, qui omnes ejus sententiæ auctorem laudant Hellanicum. Non erat tamen quod propterea Pseudo-Plutarchum malæ fidei accusaret Taylorus, ut egregie docuit D. Ruhnkenius in Histor. Crit. Or. Gr. p. 49. Proavus enim Ulyssis maternus erat Mercurius teste Ovidio Metamorph. l. XIII. v. 146. ad q. l. vid. Burmannus. Nempe mater Ulyssis erat Anticlea Autolyci filia, quod constat ex Homero Od. Λ. v. 84. Autolycus autem ex Mercurii cum Chione concubitu natus esse credebatur. Vid. Ovidium Metamorph. l. XI. v. 311. ibique Interpp., Hyginum Fab. 201.

Neque vero heroicam hanc gentis Andocideæ originem posterorum fortuna obscuravit; sed eorum, de quibus aliquid memoriæ proditum est, nullus fuit, quin satis clarum in Republica habuerit nomen et non exiguam auctoritatem. Quum enim, oppressa a Pisistratidis libertate, Athenienses omnia tyrannidis mala diu tulissent, ac tandem exsules, Lacedæmoniorum adjuti exercitu, Tyrannos oppugnarent et Athenis expellerent (vid. Herodotus l. V. c. 64.), civium copiis præfuisse Leogoram proavum suum auctor est Andocides de Myst. p. 14. v. 21. *Οἱ γὰρ πατέρες οἱ ὑμέτεροι, γενομένων τῇ πόλει κακῶν μεγάλων, ὅτε οἱ τύραννοι μὲν εἶχον τὴν πόλιν, ὁ δὲ δῆμος ἔφυγε, νικήσαντες μαχόμενοι τοὺς τυράννους ἐπὶ Παλληνίῳ, στρατηγοῦντος Λεωγόρου τοῦ προπάππου τοῦ ἐμοῦ, καὶ* ΧΑΡΙΟΥ, *οὗ ἐκεῖνος τὴν θυγατέρα εἶχεν, ἐξ ἧς ὁ ἡμέτερος ἦν πάππος, κατελθόντες εἰς τὴν πατρίδα, τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τῶν δὲ φυγὴν κατέγνωσαν, τοὺς δὲ μένειν ἐν τῇ πόλει ἐάσαντες ἠτίμωσαν.* At quis tandem est iste CHARIAS? incognitus sane in historia illorum temporum: quapropter Stephanus ejus loco substituit ΧΑΒΡΙΟΥ, probante Reiskio; neque me haberet dissentientem, si Chabriæ cujusdam illa ætate mentionem usquam invenissem. Fortasse rectius reponatur nomen ΚΑΛΛΙΟΥ, cujus acerbissimum fuit in Pisistratum odium, quique solus bona Tyranni emere ausus est, quum hic iterum Athenis esset ejectus. Vid. Herod. l. VI. c. 121. ubi quæ in Calliæ laudem referuntur, quamvis ab aliena manu esse cum viris doctis statuendum videatur, tamen, quin vera sint, non est quod dubitemus. De proavo suo idem confirmat Andocides de Red. p. 23. v. 2. *Ὁ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς πρόπαππος Λεωγόρας, στασιάσας πρὸς τοὺς τυράννους ὑπὲρ τοῦ δήμου, ἐξὸν αὐτῷ διαλλαχθέντα* (l. *διαλλαχθέντι*) *τῆς ἔχθρας καὶ γενομένῳ κηδεστῇ ἄρξαι μετ' ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν τῆς πόλεως, εἵλετο μᾶλλον ἐκπεσεῖν μετὰ τοῦ δήμου, καὶ φεύγων κακοπαθεῖν μᾶλλον, ἢ*

προδότης αὐτῶν καταστῆναι. At si hæc loci lectio vera sit, non proavus, sed abavus Andocidis fuerit Leogoras: quod falsum esse et locus Andocidis modo allatus et temporum ratio evincit, cum Pisistratidæ ejecti sint Olymp. LXVII. A. 3. Andocides autem natus sit Olymp. LXXVIII. A. 1. ne dicam solennem hanc nominum apud Athenienses fuisse *διαδοχὴν*, ut avi nomen nepoti iterum daretur. Vid. Palmer. Exercit. ad Auct. Gr. p. 754. et Taylor Lect. Lys. c. 5. quod non solum maribus erat proprium, sed et puellæ nomen aviæ quasi hereditarium accipiebant. Vid. Isæus de Pyrrhi Hered. p. 41. v. 11. Si vero hanc lectionem retineamus, successio illa nominum in familia Andocidis erit interrupta: et, si hic fuerit abavus, proavi neque nomen cognitum est, neque res. Itaque, ut de Reiskii conjectura *πατρόπαππος* taceam, quod vocabulum ne Græcum quidem est, potius scribendum existimo vel *πάππος*, vel *προπάτωρ*, in cujus locum fortasse *πρόπαππος* successit, cum quis ad explicandum hoc vocabulum superscripsisset *πάππος*.

Leogoræ filius Andocides, Oratoris avus, legatus Atheniensium patriæ fœdus tricennale cum Lacedæmoniis conciliavit. Vid. Æschines *π. τ. παραπρεσβ.* p. 51. v. 22. [ed. Steph.] et qui eum fere descripsit Auctor Orationis de Pace, quæ inter Andocideas fertur p. 24. v. 13. idemque Pseudo-Plutarchus in Andocide confirmat: *'Ανδοκίδης Λεωγόρου μὲν ἦν πατρὸς τοῦ 'Ανδοκίδου τοῦ θεμένου πότε πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνην 'Αθηναίοις*; ita enim legendum esse vidit vir summus d. Ruhnkenius l. c.

Sequitur ut de Leogora dicamus Oratoris patre, quem tanquam mollem hominem et delicatum ac præcipue gulæ deditum Comici Attici sæpius perstringunt: sic apud Aristophanem Nub. v. 108. Phidippides, ubi se ad Socratem iturum negat, *non faciam*, inquit:

> Οὐκ ἂν, μὰ τὸν Διόνυσον, εἰ δοίης γέ μοι
> Τοὺς φασιανοὺς, οὓς τρέφει Λεωγόρας·

quos alii equos esse dicunt galli signum impressum habentes, alii gallos Phasianos: vid. Schol. ad d. l. Ego vero cum Athenæo l. IX. p. 387. Kustero et Brunckio ad h. l. Aristoph, gallos potius intelligendos esse crediderim, cum quia illud Leogoræ magis convenit, tum maxime ob rationem a Brunckio allatam, quod stultum foret juvenem dicere, *non abjiciam equitandi studium, licet mihi dares pulcherrimos equos.* De Leogora hæc nobis produnt Scholia ad d. l. *Λεωγόρας δὲ τρυφερός τις, ὁ 'Ανδοκίδου πατήρ·* Πλάτων Περιαλγεῖ·

> Ὦ θεῖε Μόρυχε, νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς,
> Καὶ Γλαυκέτης ἡ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας,
> Οἳ ζῆτε τερπνὸν, οὐδὲν ἐνθυμούμενοι.

Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ β'., ὡς καὶ διὰ Μυῤῥίναν ἑταίραν τὰ χρήματα ἀποβέβληκε, φησίν. — Λεωγόρας δὲ ὄνομα κύριον ἑνὸς τῶν Ἀθήνησι πολιτευσαμένων τότε· πατὴρ δὲ οὗτος ἦν Ἀνδοκίδου τοῦ ῥήτορος. Versus Platonis ita descripsi, prouti mihi legendi esse videntur, nisi forte pro νῦν v. 1. melius legatur τέως, quod est apud Suidam v. Φασιανοὶ, qui Scholiastæ verba fere integra descripsit. Versu 2. Casaub. ad Athenæum p. 665. scribit ὁ ψῆττα et v. 3. οἳ ζῆτ', ἀτερπὲς οὐδὲν ἐνθυμούμενοι· quod nec Kustero ad Suidam l. c. necessarium visum est, nec mihi videtur: ψῆττα etiam convicii loco dicitur apud Aristoph. Lysistr. v. 131. ταυτὶ σὺ λέγεις, ὦ ψῆττα. Vitam Leogoræ delicatam notavit quoque in Vespis Aristophanes v. 1260.

> Οὗτος, ὅντιν' ἐγὼ πότ' εἶδον ἀντὶ μήλου καὶ ῥοιᾶς
> Δειπνοῦντα μετὰ Λεωγόρου.

Uxorem habuit Pisandri filiam: vid. Andoc. de Myst. p. 15. v. 34. de Pace p. 27. v. 10. Quando decesserit incertum est: id constat, eum jam fuisse mortuum, cum Andocides Orationem de Mysteriis diceret: vid. d. Or. p. 19. v. 18. De accusatione ejus, quod Mysteria Eleusinia profanasset, postea dicetur.

Neque tamen prius dimittere possum Leogoram, quam Tzetzæ locum apposuerim, qui Histor. Chil. VI. v. 367. hæc habet:

> Ὁ Ἀνδοκίδου ῥήτορος πατὴρ ἦν Λεωγόρας,
> Ὑπ' Ἀνδοκίδου προδοθεὶς, νικήσας τε τῇ δίκῃ,
> Τοὺς δικαστὰς ἱκέτευσε γυναῖκα σχεῖν ἐς γάμον,
> Ὅπως δὴ παῖδας ἐξ αὐτῆς γεννήσῃ τῶν γνησίων·
> Ὁ Ἀνδοκίδης γὰρ θετὸς ἦν παῖς τῷ Λεωγόρᾳ,
> Χρήμασιν υἱοποιηθεὶς αὐτῷ δι' ἀπαιδίαν.

V. 371. pro vitiosa lectione θεὸς veram restitui: παῖς θετὸς est *filius adoptivus* [Emendationem in loco Tzetzæ vidi postea præceptam esse a Meurs. Att. Lect. l. V. c. 23. *In Addend.*]. Harpocration v. Θέτης, θετοὺς γὰρ ἔλεγον τοὺς εἰσποιητούς: exempla sunt apud Plutarch. in Solone p. 81. E., Arg. Or. Isæi de Aristarchi Hered. p. 79., de Hagniæ Hered. p. 82., et θέσθαι υἱὸν apud Diog. Laert. in Thalete l. I. s. 26. Sed adoptatum fuisse a Leogora Andocidem præter Tzetzen nemo veterum est qui prodiderit, cujus vero testimonium tanti non est, ut in reliquorum omnium silentio fidem ipsi habeamus.

Hoc igitur patre natus est Andocides Olymp. LXXVIII. A. 1. Archonte Theogenide, novem fere annis ante natum Lysiam. Vid. Pseudo-Plutarchus in Andocide; ubi pro ὥστε εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτεσι που ἑκατὸν, non ὀκτὼ, ut vult Taylor in Vita Lysiæ, sed ἔννεα est scribendum. Mature, ut credibile est, rei publicæ et militari dedit operam, quippe Olymp. LXXXVI. A. 2. classi 20.

navium præfuit cum Glaucone Leagri F. v. Thucyd. l. I. c. 51. et Pseudo-Plutarchus in Andocide: qui Glauco haud scio an idem sit, cujus mentio est apud Andocidem de Myst. p. 16. v. 35. atque pater Leagri, de quo ibid. p. 15. seq. agit. Andocidem Oratorem, non avum illius, classi præfuisse, præclare contra Taylorum ostendit Ruhnkenius l. c.

Neque tamen ita bello inclaruit, ut rebus domi et in pace gestis est nobilitatus. Nam non diu, ut videtur, post depositum classis imperium legatus multas regiones obiit, in eaque legatione patriæ civibusque suis magno fuit usui, ut quidem ipse prædicat Or. contra Alcib. p. 34. in fine: Βούλομαι δ' ὑμᾶς ἀναμνῆσαι τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων· ἐγὼ πρεσβεύσας εἰς Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν, καὶ εἰς Μολοσσίαν καὶ εἰς Θεσπρωτείαν, καὶ εἰς Ἰταλίαν, καὶ εἰς Σικελίαν, τοὺς μὲν διαφόρους ὄντας διήλλαξα, τοὺς δ' ἐπιτηδείους ἐποίησα, τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀπέστησα. Quis vero dicat ex hoc ipso loco Io. Taylorum, virum eruditissimum, hujus Orationis γνησιότητα oppugnasse, et hoc usum argumento ut Phæaci eam vindicaret, quod hic locus prorsus obstet Lysiæ de illo testimonio, qui c. Andoc. p. p. 103. v. 38. dicit: Ἔπειτα δὲ καὶ διώχληκε πόλεις πολλὰς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ, Σικελίαν, Ἰταλίαν, Πελοπόννησον, Θετταλίαν, Ἑλλήσποντον, Ἰωνίαν, Κύπρον· βασιλέας πολλοὺς κεκολάκευκεν, ᾧ ἂν συγγένηται, πλὴν τοῦ Συρακουσίου Διονυσίου, κ. τ. λ. Huic his verbis obviam it Ruhnkenius d. l. "Tardus sit oportet, qui non videat Lysiam, ut accusatorem, quam πρεσβείαν dicere debebat, invidiose ἀποδημίαν dicere. Quod autem ad Phæacem attinet, non ille legatus obiit Thessaliam, Macedoniam, Molossiam, Thesprotiam, sed solam Italiam et Siciliam, atque inde, Thucydide teste, domum revertit." At miror virorum sagacissimorum neutrum animadvertisse, non de eadem re loqui Lysiam, sive Pseudo-Lysiam, de qua dicit Andocides; non enim ille agit de legatione Andocidis, sed de peregrinatione ejus post piaculi erga Hermas, sive veram, sive falsam accusationem: quod primum quidem ex regionum diversitate apparet, cum, quas enumerat Lysias, Peloponnesum, Ioniam, Cyprum et regiones Hellesponto adjacentes, exsul adierit Andocides, ut post videbimus, non legatus; nam de iis nihil ipse l. c. dicit: deinde illud ex mentione Dionysii est manifestum, qui Syracusarum imperium occupavit A. 4. Olymp. XCIII. cum legatio Andocidis incidere videatur inter Olymp. LXXXVI. et LXXXIX. ante pactas cum Lacedæmoniis inducias: absurdum autem foret de Dionysio loqui Oratorem, nisi ἀποδημία illa in ea tempora incidisset, quibus hic jam Tyrannide esset potitus.

Quum igitur opes Andocidis sensim crescerent, jamque auctoritate et potentia valeret, optimatium partes secutus (vid. Or. c. Alcib. p. 30. v. 3. p. 34. Plutarchus in Alcibiade p. 201. F.) quater

in summum discrimen venit et in ipsum capitis periculum. Sed, judicum sententiis absolutus (vid. Andoc. dd. ll.), postea cum Alcibiade et Nicia, potentissimis ea ætate in republica viris, coram populo contendit, quis Ostracismo e civitate pellendus esset; atque in hanc rem Orationem illam in Alcibiadem habuit, quam nos hodieque habemus superstitem: quæ quin germana sit Andocidis post egregiam Ruhnkenii d. l. disputationem nemo est qui dubitet.

Neque tamen omnia is argumenta vel enucleasse, vel exhausisse videatur, si illius dicta cum Valckenaerianis conferantur. Rationes suas postquam dilucide exposuit Ruhnkenius: "Accedit huc, inquit, consensus viri præstantissimi et collegæ conjunctissimi, L. C. Valckenaerii, qui Taylorianas rationes iisdem, quibus nos, argumentis in Adversariis suis oppugnarat." Prælegerat nimirum Valckenaerius Ruhnkenio istam annotationum suarum particulam ex ditissima Animadversionum penu, quas ad singulos scriptores Græcos, dum eos perlegeret (perlegerat vero omnes, præcipuos haud semel), in Adversariorum libris recondere solebat. Obtulit autem mihi Adversariorum istorum particulam, cum Ruhnkenio olim communicatam, quam, ut præfatus sum, inter pauca Valckenaeriana, habet præceptor optimus Ioannes Luzac, eamque in aliquem ordinem redactam, atque hic aut illic stilo expolitam, in usus meos descripsit. Jucundus sane erit duorum in literis principum virorum in idem judicium consensus; jucundior consideratio, quo quisque modo, sibi proprio, sententiam suam explanarit et confirmarit. Itaque, concessa lubenter a Luzacio venia usus, probantibus (opinor) omnibus bonarum literarum fautoribus et studiosis, disputationem Valckenaerianam hic subjungam.

"Erudite disputans I. Taylorus Lect. Lys. Cap. 6. probabiliter evincit Orationem, quæ quarta Andocidis dicitur, *contra Alcibiadem*, non esse illius, sed Phæacis. Quamvis autem Tib. Hemsterhusium (ad Thom. Mag. p. 810. B.) in suam sententiam pertraxerit, existimo *probabiliter* tantum disputasse, neutiquam probasse. Venusta, fateor, et ingeniosa ista est Taylori disputatio, sed plena juvenilis jactantiæ, quam sic claudit: 'Tu, Lector, constanter, ubi tempus ad eam rem tulerit, meæ famæ periculo cites *Orationem Phæacis contra Alcibiadem*.' Ut hoc demonstret, primum ponit tres ex Oratione desumtas notas, quibus auctor possit dignosci; deinde contendit, has notas Phæaci tantum convenire. De singulis videamus."

"I°. Ait disputari in hac caussa, quemnam e tribus Ostracismo plecterent Athenienses, Oratorem, an *Alcibiadem*, an *Niciam?*

tum p. 695. e Plutarcho demonstrare nititur, de Ostracismo inter hos tres fuisse disputatum. Loca Plutarchi sunt Tom. I. p. 196. D. p. 530. in fine et 531. Priori loco ait Plutarchus: 'Cum juvenis Alcibiades ad Rempublicam accederet, facile eum reliquis Demagogis palmam præripuisse eosque prostravisse, sed certamen habuisse cum Phæace Erasistrati F., et cum Nicia Nicerati F. *τοὺς μὲν ἄλλους εὐθὺς ἐταπείνωσε δημαγωγοὺς, ἀγῶνα δ' εἶχε πρός τε Φαίακα τὸν Ἐρασιστράτου καὶ Νικίαν τὸν Νικηράτου*, — hunc ducem egregium; illum, qui, ut ipse Alcibiades, potentia tunc et auctoritate crescere inceperat, et haud ignobili stirpe erat oriundus; — *Φαίακα δ' ἀρχόμενον (ὥσπερ αὐτὸς), αὐξάνεσθαι τότε, καὶ γνωρίμων ὄντα πατέρων, ἐλαττούμενον δὲ τοῖς τε ἄλλοις, καὶ περὶ τὸν λόγον.* Cumque (addit Plutarchus,) populis videretur unum de tribus ejecturus Ostracismo, Alcibiades, inita cum Nicia *ἑταιρείᾳ*, effecit, ut pœna in accusatorem Hyperbolum verteretur.' Alii tamen, auctore ibidem Plutarcho, affirmabant istam societatem ab Alcibiade initam cum Phæace, non cum Nicia (p. 197. B.) *ὡς δ' ἔνιοι φασὶν, οὐ πρὸς Νικίαν, ἀλλὰ πρὸς Φαίακα διαλεχθεὶς* (an *διαλλαχθείς*?) *καὶ τὴν ἐκείνου προσλαβὼν ἑταιρείαν, ἐξήλασε τὸν Ὑπέρβολον.* Qui inter istos *ἐνίους* sic senserit, cum Phæace partes junxisse Alcibiadem, non cum Nicia, Theophrastus citatur a Plutarcho (in Nicia p. 531. A.) qui ipse tamen plurium sententiam lubens sequitur. At vero nihil Plutarchus de disputatione super Ostracismo inter hos tres Viros, nihil de actione judiciaria, quæ tamen clareret, si hæc Oratio esset Phæacis. Tum porro, si illa habita esset a Phæace, Alcibiades, indignissimis modis ab illo laceratus, nunquam se cum illo potuisset conciliare: Quin potius adversus hunc ipsum cum Nicia conspirasset, non contra Hyperbolum. Ipse etiam Nicias, in suis Orationibus apud Thucydidem, quam tecte et caute tangit Alcibiadem, nihil aperte, nihil quod de Ostracismo inter se actione judiciaria illos certasse sit indicio? Immo pæne suspicor, *καὶ Νικίας* in Andocide p. 29. v. 12. ab eruditulo adjectum vel e Thucydide, vel e Plutarcho. Permirum enim esset de Alcibiade solo, de Nicia ne verbum quidem, dicere Oratorem in tota Oratione. Si vel hunc Ostracismo secum contendere judicasset indignum, hoc saltem meo judicio fuisset dicendum. Quod si tamen Phæacem hic caussam egisse quis velit, suspicari poterit, Orationem ab Andocide scriptam sub persona Phæacis, qui illam recitaverit. Aliter quidem Taylorus, qui Plutarchum emendat; cumque apud illum legatur, *φέρεται καὶ λόγος τις κατ' Ἀλκιβιάδου καὶ Φαίακος γεγραμμένος*, ille, ut suam opinionem stabiliat, corrigit, *ὑπὸ Φαίακος γεγραμμένος.* — Contra non attingit Taylorus quod est in Vita Andocidis (p. 835. A.), — *σώζεται αὐτοῦ* (Andocidis) *καὶ ἀπολογία πρὸς Φαίακα.*"

"II°. Alteram notam Taylorus ponit Oratorem esse domo hu-

mili potius et ignobili quam illustri, ex p. 33. εἰ δεῖ κατὰ γένος (καὶ τὸ γένος Steph.) σκοπεῖν, ἐμοὶ μὲν οὐδαμόθεν προσήκει τούτου τοῦ πράγματος; atque illam notam in Phæacem transfert p. 695. B. ‘ Phæax (ait) Erasistrati neque domo admodum nobilis erat, neque majoribus clarus. Gens Erasistrati nullam in veteribus Monumentis dignitatem consecuta est; primus illam nobilitavit Phæax.’ — Sed 1°. Nihil minus dicit Orator: εἰ δεῖ καὶ κατὰ γένος (sic lego) σκοπεῖν. ‘ Si ego et Alcibiades secundum genus sumus judicandi, mihi hoc minime convenit. Nemo enim meorum Ostracismo fuit ejectus; Alcibiadi vero maxime, cujus avus uterque bis fuerit ejectus Ostracismo.’ 2°. Nobili genere fuit Phæax Erasistrati. Plutarchus p. 196. E. Φαίακα γνωρίμων ὄντα πατέρων. Scribendum ob sequentia, γνωρίμων μὲν ὄντα πατέρων. Si non nobile fuisset genus, Phæax istam comparationem instituere non potuisset. Nulli enim nisi nobilissimi cives ejiciebantur Ostracismo. Præterea in tot regiones legatus missus non fuisset. Apud Diog. Laert. lib. II. segm. 63. est, ὡς δῆλον ἐκ τῆς ἀπολογίας τοῦ πατρὸς Φαίακος τοῦ στρατηγοῦ, quam scripserit Æschines Socraticus.”

“ III°. Taylorus tertiam notam ponit in loco p. 34. v. 23. quo dicit Orator legatum se missum in Thessaliam, Macedoniam, Molossida, Thesprotiam, Italiam, Siciliam: τοὺς μὲν, ait, διαφόρους ὄντας διήλλαξα, τοὺς δ' ἐπιτηδείους ἐποίησα. Jam vero docet e Thucyd. lib. V. cap. 4. Phæacem cum duobus Collegis anno belli decimo missum legatum in Italiam et Siciliam, &c. Hoc, fateor, speciem habet primo adspectu magnam. Verum sensit ipse Taylorus p. 694. B. obesse suæ conjecturæ locum Lysiæ p. 106. de Andocide dicentis: διώχληκε πόλεις πολλὰς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ, Σικελίαν, Ἰταλίαν, Πελοπόννησον, Θετταλίαν, Ἑλλήσποντον, Ἰωνίαν, Κύπρον. Dicere potuit legationem Lysias invidiose ἀποδημίαν. Nisi publicis se rebus immiscuisset his in regionibus Andocides, quomodo dici potuit illas διωχληκέναι? Mihi hæc videntur in nostrum congruere. Quot non legationes hoc bello ab Atheniensibus missæ? Ætas quidem Phæacis legati missi et Alcibiadis ad Remp. accedentis non male congruunt. Anno belli decimo missus Phæax legatus; undecimo Alcibiades innotuit. Incipiebant tamen tantum uterque auctoritate florere. Apud Plutarchum est: Φαίακα — ἀρχόμενον (ὥσπερ αὐτὸς) αὐξάνεσθαι τότε. At vero tum temporis cognitus jam dudum in Rep. Andocides legationem obierat, atque in foro dicere consueverat.”

“ IV°. In quo tandem arcem caussæ collocat Taylorus p. 695, 696. levissimum est argumentum et facile refelli potest. Plutarchus p. 196. E. ait: Φέρεται δὲ καὶ λόγος τις κατ' Ἀλκιβιάδου καὶ Φαίακος γεγραμμένος, ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται καὶ ὅτι, τῆς πόλεως πολλὰ πομπεῖα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ κεκτημένης, Ἀλκιβιάδης ἐχρῆτο πᾶσιν αὐτοῖς ὥσπερ ἰδίοις πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν. Taylorum pro καὶ Φαίακος legere ὑπὸ Φαίακος, supra animadvertimus. Si mutatione opus sit, legerim ego καὶ Φαίακι γεγραμμένος, quibus verbis indicarit Plutarchus: ‘ Cum plures scripserint Orationes contra Alcibiadem.’ (κατ' Ἀλκιβιάδου scripsit Orationem Antiphon acerbissimam, cujus insignem locum habent Plutarchus et Athenæus; πρὸς Ἀλκιβιάδην Lysias. Vid. Fragm. p. 619, 620.) — ‘ Cum igitur plures scriptæ sint Orationes contra Alcibiadem, exstare et unam, quam habuerit Phæax.’ Credendumque esset, hunc ipsum λόγον Plutarcho designatum, sive a Phæace scriptum sive Phæaci, ab Andocide nimirum, ut a Phæace pronunciaretur, si ea, quæ habet Plutarchus, in Oratione legerentur, quæ nunc Andocidis esse dicitur: At vero 1°. non dicit Andocides vel Orator, τὴν πόλιν πολλὰ πομπεῖα κεκτημένην· 2°. Non memorat πομπεῖα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ· 3°. Non dicit Alcibiadem his usum πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν· Verum in solemnitate Olympica commodato petita adhibuisse, tum in epulo, tum in sacrificio, sed tantum Olympiæ.”

“ Præterea nihil in rem suam affert Taylorus: Ego vero et alia ipsi argumenta obmovenda existimo.”

“ V°. Mirum est, si hanc ut Phæacis legerit Orationem Plutarchus, nihil inde, quod ad Alcibiadem spectet, eum excerpsisse, præter illud perpusillum sane. Multa ibi habentur Historica vitæ Alcibiadis, quæ Plutarchus attigisset, si cognita habuisset.”

“ VI°. Vis dicendi in hac Oratione elucet admirabilis, et prorsus Andocidea. Plutarchus autem p. 196. E. Phæacem dicit, ἐλαττούμενον τοῖς τε ἄλλοις καὶ περὶ τὸν λόγον· ἐντευκτικὸς γὰρ ἰδίᾳ καὶ πιθανὸς ἐδόκει μᾶλλον, ἢ φέρειν ἀγῶνας (an φεύγειν?) ἐν δήμῳ δυνατός· ἦν γὰρ (ὡς Εὔπολις φησί·)

Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν·

Hæc Plutarchus non nisi de Phæace dixisse videtur (vid. Taylorum p. 695. A.), quamvis a Scholiaste Aristophanis ad Equites v. 1374. δεινὸς ῥήτωρ perhibeatur. Ipsa Aristophanis verba sunt obscuriora, neque disertum fuisse Phæacem probant.”

“ VII°. Hanc Orationem, ut Andocidis, sine dubitatione (quod et novit Taylorus) citat Harpocr. in v. εὐανδρία. Et, si vera est conjectura mea in Mœride, v. πομπεῖα, iste Atticista hunc ipsum locum designaverit, ob quem potissimum Phæaci Orationem tribuit Taylorus.”

“ VIII°. Mihi quidem visus est idem stilus in hac Oratione atque in reliquis, quæ sine controversia sunt Andocideæ, eadem dicendi vehementia, eadem libertas.”

“ Multa quoque insunt, quæ uni videntur convenire Andocidi. p. 29. v. 8. Μεγίστοις περιπέπτωκα κινδύνοις, προθύμων μὲν καὶ

ἀγαθῶν ἀνδρῶν τυγχάνων, διόπερ σώζομαι· πλείστοις δὲ καὶ δεινοτάτοις ἐχθροῖς χρώμενος, ὑφ' ὧν διαβάλλομαι. P. 30. v. 6. Τετράκις ἀγωνιζόμενος ἀπέφυγον, — uti mox p. 33. v. 40. ἐγὼ ἐν τῷ κοινῷ κέκριμαι τετράκις, ἰδίᾳ τε οὐδὲν (leg. οὐδένα) διεκώλυσα δικάζεσθαι βουλόμενον· denique p. 34. v. 3. τοσαυτάκις ἀγωνιζόμενος καὶ δικαίως νικήσας· (sic legendum puto). Sæpius accusatum Andocidem, ex ipsis ejus Orationibus constat, ob Hermas dejectos, ob Cereris mysteria vulgata, ob reditum in templa. Conf. Lysiam p. 117. v. 10. p. 129, &c. Istos autem Andocidis casus persequitur Taylor Lect. Lys. p. 691, 692. P. 34. v. 5. Ait se habuisse validissimos accusatores, καὶ λέγειν καὶ πράττειν, οἵτινες δύο τῶν τὴν αὐτὴν ἐμοὶ αἰτίαν ἐχόντων ἀπέκτειναν. P. 32. v. 2. Τῶν νέων αἱ διατριβαὶ οὐκ ἐν τοῖς γυμνασίοις, ἀλλ' ἐν τοῖς δικαστηρίοις εἰσί· — δημηγοροῦσιν οἱ νεώτεροι. Hæc Andocidi conveniunt jam tum provectiori, non Phæaci, qui, ut e Plutarcho constat, tunc juvenis erat. P. 35. v. 29. Choragum se fuisse, victorem εὐανδρίᾳ καὶ λαμπάδι καὶ τραγῳδοῖς. Andocidem choragum et victorem dedicasse tripoda, constat e Vita ejus Plutarchea in fine."

Hæc a summo Valckenaerio in Adversariorum libros relata fuerunt æstate anni 1756. ad finem vergente; quæ si quis comparet cum Hist. Crit. Orat. Græc. duodecim post annos a Clar. Ruhnkenio in lucem edita (cum verba, quibus uterque pariter utitur, in istis Adversariis reperiantur), facile animadvertet, plura eorum, quæ a Valckenaerio acceperat, in suos usus a Ruhnkenio, probante illo, fuisse conversa.

CAPUT SECUNDUM.

Belli Siculi initia. De numero militum Atticorum agitur. Thucydides aliter a Plutarcho, aliter a Diodoro intellectus. Hermæ Atheniensium describuntur: magnus eorum numerus, et publice et privatim consecratus. Hipparchi Hermæ aliique. Usus Hermarum in sepulcris et viis publicis. Mons Parthenius. Ἑρμαῖοι λόφοι. Hermæ ante privatorum ædes positi: item cippi Apollinis Ἀγυιέως et Hecates sacella. Hermæ quomodo fuerint dedicati; qua ratione mutilati. Cornutus, Pausanias, Harpocration, Eustathius et Plutarchus emendantur.

QUUM vero in republica florere inciperet Andocides, atque ad amplissimum quemvis honorem aditum sibi aperuisset, ab hoc gradu dejectus est luctuosissimo casu, qui cum ipsa reipublicæ ruina fuit conjunctus: quæ res quoniam Andocidi perniciei fuit, ac spem illius omnem evertit, paullo altius illam repetemus.

Post repulsos ex Græcia barbaros quum Athenienses et fortitudinis existimatione, et potentia sua, et sociorum numero magnopere essent aucti, Lacedæmoniorum invidiam excitavit ingens illa civitatis æmulæ potestas: atque Athenienses suis rebus non amplius contenti jam Græciæ totius spectabant imperium. Quum igitur hi sibi maxime obesse Lacedæmonios viderent, illi vero non nisi fractis Atheniensibus pristinam dignitatem se tueri posse intelligerent, non est mirandum, tam facile utrisque fuisse persuasum, ut bellum Græcorum genti universæ funestum susciperent. Accedebat huc Periclis auctoritas, qui tum Athenis plurimum valebat, multasque norat quasi incantationes, quibus civium animos sibi conciliabat ducebatque quo vellet, ut ait Xenophon Mem. l. II. c. 6. §. 13. Hic igitur quum pecuniam publicam minus bene administrasset, ejusque administrationis rationem reddere vereretur, aliis rebus populum implicare studuit, ut molestas istas εὐθύνας effugeret, atque civium suorum:

Τὰς φύσεις — δεδοικὼς καὶ τὸν αὐτοδὰξ τρόπον,
Πρὶν παθεῖν τι δεινὸν, αὐτὸς ἐξέφλεξε τὴν πόλιν·
Ἐμβαλὼν σπινθῆρα μικρὸν Μεγαρικοῦ ψηφίσματος,
Ἐξεφύσησεν τοσοῦτον πόλεμον, ὥστε τῷ καπνῷ
Πάντας Ἕλληνας δακρῦσαι.

ut est apud Aristoph. in Pace v. 606. Hoc bellum quum pari virium contentione paribusque animis, per decem deinceps annos, varia fortuna gessissent potentissimæ Græciæ civitates, tandem mutuis cladibus defatigatæ, cæsis ad Amphipolin Cleone et Brasida, qui paci maxime fuerant adversati, fœdera in quinquaginta annos inierunt, ne septem quidem duratura.

Athenienses enim quiescere non sinebat dominandi libido; sed, simul atque a prioribus aliquantum se refecerant cladibus, ad majora animum adjecerunt: et qui satis habebant, si sua tueri possent, Siciliam, Carthaginem totamque Africam mente ac cogitatione sunt complexi. Vid. Thucyd. l. VI. c. 12. 24. 26., Aristoph. Equit. v. 174., Isocr. de Pace p. 175. seqq., Æschin. π. τ. παραπρ. p. 38., Diod. Sic. l. XII. c. 54. 83. l. XIII. c. 2., Plutarch. in Alcib. p. 199. E. in Nicia p. 531. B. Neque cupiditati eventus defuit.

Egestani atque Leontini, hi a Syracusanis, illi a Selinuntiis bello pressi, Atheniensium petierunt societatem, illosque et precibus et fraude ad opem sibi ferendam induxerunt. Quod cum non temere suscipiendum esse viderent Athenienses, Alcibiadem, Niciam et Lamachum summos duces classi maximæ præficiunt; pedestrem comparant exercitum, quantum nunquam ulla Græciæ civitas emiserat. Ac de classe quidem id fere inter omnes convenit, fuisse

eam 136 navium: militum vero alium Diodorus recenset numerum, alium Plutarchus: nam secundum Diodorum Sic. l. XIII. c. 2. p. 543. fuerunt in exercitu Attico *ὁπλῖται καὶ σφενδονῆται πρὸς δὲ τούτοις ἱππεῖς καὶ τῶν συμμάχων πλείους τῶν ἑπτακισχιλίων·* at Plutarchus in Alcibiade p. 201. B. enumerat, *ὁπλίτας πεντακισχιλίους καὶ ἑκατὸν, τοξότας δὲ καὶ σφενδονήτας καὶ ψιλοὺς περὶ τριακοσίους καὶ χιλίους·* qui simul faciunt sexies mille et quadringentos. Hocce tamen discrimen facile poterimus componere, si fontem adierimus, unde illi sua hauserunt: est autem fons iste Thucydides, qui l. VI. c. 43. dicit Athenienses a Corcyra esse profectos navibus, quot diximus, *ὁπλίταις δὲ τοῖς ξύμπασιν ἑκατὸν καὶ πεντακισχιλίοις, καὶ τούτων Ἀθηναίων μὲν αὐτῶν ἦσαν πεντακόσιοι μὲν καὶ χίλιοι ἐκ καταλόγου, ἑπτακόσιοι δὲ θῆτες ἐπιβάται τῶν νεῶν, ξύμμαχοι δὲ οἱ ἄλλοι ξυνεστράτευον, οἱ μὲν τῶν ὑπηκόων, οἱ δ' Ἀργείων πεντακόσιοι, καὶ Μαντινέων καὶ μισθοφόρων πεντήκοντα καὶ διακόσιοι· τοξόταις δὲ τοῖς πᾶσιν ὀγδοήκοντα καὶ τετρακοσίοις κ. τ. λ.* Verba *καὶ τούτων* et seqq. manifesto Parenthesin faciunt: hanc Diodorus conclusit in verbis *ἐπιβάται τῶν νεῶν*, ut cæteri qui recensentur illis 5100 non contineantur: Plutarchus demum in verbis *πεντήκοντα καὶ διακόσιοι*, qui et Argivos et reliquos illo numero comprehendit; cujus equidem rationi calculum adjicio, cum quia dicit Thucydides fuisse gravis armaturæ *τοὺς ξύμπαντας* 5100, tum vero quod in sequentibus *τοξόταις δὲ* cæt. iterum dativo utitur, quo et ante usus erat, quique pendet a præcedentibus *ἄραντες ἐκ τῆς Κερκύρας*; et, nisi ita locum capiamus, ordo verborum valde est perturbatus. Non diffiteor tamen neque sic locum Thucydidis satis videri expeditum, et putem in hos numeros vitium aliquod irrepsisse; illi enim quos singulatim recenset Thucydides, si simul computentur, nondum 3000 faciunt, et dicuntur a Plutarcho p. 200. E. Argivorum et Mantinensium affuisse 1000 *ὁπλῖται*. At illud vitium sine codicum auctoritate non facile quis corrigat.— His autem deinde tantæ accesserunt copiæ, ut in ultima illa calamitate quadraginta millia Atheniensium et sociorum ceciderint. Vid. Thucyd. l. VII. c. 75., Isocr. de Pace p. 176. B. Conf. Diod. Sic. l. XIII. c. 19. p. 556. ibique Wesseling.

Hæc vero quum appararetur in Siciliam expeditio, prius quam classis exiret, accidit ut una nocte omnes fere Hermæ Athenis mutilarentur. Cujus rei quoniam frequentissima est et apud Andocidem, et apud reliquos hujus ætatis scriptores mentio, operæ pretium facturos nos existimamus, si ea, quæ de illis collegimus, ad propositum nostrum accommodate exponamus.

Et primum quidem dicendum de forma Hermarum, quos ex lapide quadrato fuisse factos, exsculpto solo capite et obscœnius expressa pudendorum imagine, uno fere omnium testimonio com-

probatur. Vid. v. g. Thucyd. l. VI. c. 27., Pausan. Arcad. p. 666. et 681. Hinc Hermocreon in Epigrammate, quod exstat Anthol. l. I. c. 3. Mercurium ipsum quadratum vocat:

Καὶ σὺ τετράγλωχιν μηλοσσοὲ Μαιάδος Ἑρμᾶ.

qui versus citatur etiam a Suida v. *Γλωχῖνας*, ad quæ loca conf. Interpp. Huc respicit Juvenalis Sat. VIII. v. 53.

——————————— " at tu
Nil nisi Cecropides truncoque simillimus Hermæ:
Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quod
Illi marmoreum caput est, tua vivit imago."

Ubi hæc notat vetus Scholiasta: " Hermæ effigies æneæ aut marmoreæ sine manibus, quales videmus in Circo. Hermas Athenienses ante januas pro religione positos habuere." Hujus rei alii aliam reddunt rationem: Cornutus de Nat. Deor. c. 16. *Πλάττεται δὲ καὶ ἄχειρ, καὶ ἄπους, καὶ τετράγωνος τῷ σχήματι ὁ Ἑρμῆς· τετράγωνος μὲν, τῷ τὸ ἑδραῖόν τε καὶ ἀσφαλὲς ἔχειν, ὥστε καὶ τὰς πτώσεις αὐτοῦ βάσιν εἶναι· ἄχειρ δὲ καὶ ἄπους, ἐπεὶ οὔτε ποδῶν οὔτε χειρῶν δεῖται πρὸς τὸ ἀνύειν τὸ προκείμενον αὐτῷ· οἱ δ' ἀρχαῖοι τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ γεννῶντας τὸν Ἑρμῆν* (l. *γενειῶντας τῶν Ἑρμῶν*) *ὀρθὰ ἐποίουν τὰ αἰδοῖα ἔχοντας· τοὺς δὲ νεωτέρους, καὶ λείους, καὶ ἀγενείους, παρειμένα· παριστάντες, ὅτι ἐν ταῖς* (l. *τοῖς*) *προβεβηκόσι ταῖς ἡλικίαις γόνιμος ὁ λόγος καὶ τέλειός ἐστιν· ὃς δὴ καὶ τυχὼν τῷ ὄντι ἐστὶ, τυγχάνων ὧν ἂν πρόθηται· ἐν δὲ τοῖς ἀώροις, ἄγονος καὶ ἀτελής.* Plutarchus in Op. An Seni gerenda sit Respubl. Opp. t. II. p. 797. F. *Διὸ καὶ τῶν Ἑρμῶν τοὺς πρεσβυτέρους ἄχειρας καὶ ἄποδας ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις δημιουργοῦσιν, αἰνιττόμενοι τῶν γερόντων ἐλάχιστα δεῖσθαι* (*τὰς πόλεις* aut *τὰ πράγματα* deesse censet Wyttenbachius Vir. Clar.) *διὰ τοῦ σώματος ἐνεργούντων, ἐὰν τὸν λόγον ἐνεργὸν, ὡς προσήκει, καὶ γόνιμον ἔχωσιν.* Ex hisce Cornuti et Plutarchi atque Herodoti loco infra allato ducta videtur Eustathii annotatio ad Il. Φ. p. 1249. v. 8. *Διὸ καὶ οἱ Πελασγοὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν ἐντεταμένον τὸν Ἑρμῆν, ἤτοι ὀρθιάζοντα, ἱδρύονται· καὶ μάλιστα τοὺς γέροντας Ἑρμᾶς γλύφουσι τοιούτους, διὰ τὴν ἐν ἄλλοις λεγομένην ἀλληγορικὴν αἰτίαν, ἤπερ ἐστὶ τὸ, τοὺς λογίους μάλιστα γέροντας γονιμωτέρους εἶναι τῶν ἔτι νεαζόντων καὶ οὔπω χρόνον ἐπιστημόνων* (f. l. *διὰ χρόνον ἐπιστημόνων*). Aliter Macrobius Saturn. l. I. c. 19. qui obscœniori illa virilium et quadrata Hermarum forma significari putat, " solem mundi esse caput et rerum satorem, omnemque vim ejus non in quodam divisorum ministerio membrorum, sed in sola mente consistere, cujus sedes in capite est." At Cicero de N. D. l. III. c. 22. hanc reddit rationem: " Mercurius unus, Cœlo patre, Die matre natus; cujus obscœnius excitata natura traditur, quod adspectu Proserpinæ

commotus sit." Morem hunc a Pelasgis originem traxisse, tradit Herodotus l. II. c. 51. *Τοῦ δὲ Ἑρμέω τὰ ἀγάλματα ὀρθὰ ἔχειν τὰ αἰδοῖα ποιεῦντες, οὐκ ἀπ' Αἰγυπτίων μεμαθήκασι, ἀλλ' ἀπὸ Πελασγῶν· πρῶτοι μὲν Ἑλλήνων ἁπάντων Ἀθηναῖοι παραλαβόντες, παρὰ δὲ τούτων ὧλλοι.* Vid. ad h. l. Wesselingius. Figura Hermarum quadrata, præter ea quæ modo ex Cornuto et Plutarcho attuli, ab aliis item varie explicatur. Festus v. Cyllenius ita vocatum dicit Mercurium "quod omnem rem sermo sine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui careant, *κυλλοὺς* vocari, ideoque quadratum eum fingi." Eustathius quadratos fingi dicit Hermas, tum quod philosophia sit quadripertita, cujus auctor et præses sit Mercurius, tum propter multam ejus potestatem et officia diversa, Comment. ad Il. Ω. p. 1353. v. 2. Conf. L. G. Gyraldus Hist. Deor. Synt. IX. p. 301. D. Veriorem rationem ex Themistio profert Duker. ad Thucyd. l. c. quod olim omnes statuæ hanc formam habuerint. Fuit autem hoc proprium præ cæteris Atheniensium, quod cum intelligitur ex Thucyd. l. c. *εἰσὶ δὲ κατὰ τὸ ἐπιχώριον ἡ τετράγωνος ἐργασία*: tum confirmatur ex Pausania Att. p. 56. *πρῶτοι μὲν γὰρ Ἀθηνᾶν ἐπωνόμασαν ἐργάνην, πρῶτοι δ' ἀκώλους Ἑρμᾶς·* Messen. p. 361. *Ἀθηναίων γὰρ τὸ σχῆμα τὸ τετράγωνόν ἐστιν ἐπὶ τοῖς Ἑρμαῖς, καὶ παρὰ τούτων μεμαθήκασιν οἱ ἄλλοι.* Narrat autem Clemens Alex. Protrept. p. 47. ex eoque Arnobius adv. Gentes l. VI. p. 198. sculptores Alcibiadis æquales Hermarum suorum facies ex illius vultu expressisse. Similis Hermæ *τετραγώνου* erat forma manubrio instrumenti, cui stuppas circumvolvebant, quodque *γέρων* dicebatur, de quo vid. Pollux Onom. l. VII. s. 73. Imagines nonnullas Hermarum antiquorum videre licet apud Sponium Miscell. Erud. Antiq. p. 9. et 10. ubi conf. quæ notavit V. D.

Ejusmodi igitur Hermæ innumeri fere Athenis conspiciebantur, quorum partim in privatorum atriis, partim publice erant consecrati: v. Thucyd. l. c., Diod. Sic. l. XIII. c. 2., Plutarch. in Alcib. p. 200. C. Ut ab eorum multitudine porticus quædam in foro nomen *τῶν Ἑρμῶν*, vel *Ἑρμῶν στοᾶς* acceperit, cujus meminit Lysias in Pancleon. p. 166. v. 36., Xenophon Hipparch. c. 3. §. 2., Æschines adv. Ctesiph. p. 80. v. 5. De hac porticu Harpocration v. *Ἑρμαῖ* ex Callistrati opere *περὶ Ἀθηνῶν* hunc locum excerpsit. *Ἀπὸ γὰρ τῆς ποικίλης, καὶ τῆς τοῦ βασιλέως στοᾶς, εἰσὶν οἱ Ἑρμαῖ καλούμενοι· διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς κεῖσθαι καὶ ὑπὸ ἰδιωτῶν, καὶ ἀρχόντων, ταύτην εἰληφέναι τὴν προσηγορίαν συμβέβηκεν· ἐφ' ἑνὸς δὲ αὐτῶν ἐπιγέγραπται γράμμασιν ἀρχαίοις·*

Ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί.

addit Harpocration, *ὅτι δὲ καὶ Θρᾳκῶν στοά τις ἐλέγετο, δεδήλωκε καὶ Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα.* Quid huc faciat *Θρᾳκῶν στοὰ*, de

qua haud memini me alibi legere, equidem non intelligo: certissime legendum est *Ἑρμῶν στοά*. Pœcilen et Regiam Porticum in foro fuisse res est satis cognita, et docet Valesius ad h. l. Fragmentum autem illud Callistrati mutilum descripsit Suidas v. *Ἑρμαῖ*. Plura de Hermarum Porticu vid. apud Meursium Attic. Lect. l. VI. c. 18. et Athen. Att. l. I. c. 3. qui, licet immensæ vir eruditionis, male tamen intellexit locum Andocidis de Myst. p. 5. v. 37. *Τεῦκρος ἐπὶ τοῖς Ἑρμαῖς ἐμήνυσεν Εὐκτήμονα κ. τ. λ.* *Teucer facinoris erga Hermas commissi accusavit Euctemonem* cæt., cujus ille hanc potestatem esse credidit: *Teucer, qui in Hermis vel ad Hermas habitat, accusavit Euctemonem.*

Hermæ complures dedicati erant in Gymnasio Ptolemæo, de quibus Pausanias in Atticis p. 39. *ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ τῆς ἀγορᾶς ἀπέχοντι οὐ πολὺ, Πτολεμαῖον δὲ ἀπὸ τοῦ κατεσκευασμένου καλουμένῳ, λίθοι τε* (l. *λίθου τε*, conf. ll. Paus. infra all.) *εἰσὶν Ἑρμαῖ θέας ἄξιοι, καὶ εἰκὼν Πτολεμαίου χαλκῆ.* De Gymnasio Ptolemæo et Hermis ibi consecratis vid. Meurs. Ath. Att. l. I. c. 6.

Erant quoque sparsi per urbem et pagos Atticos Hermæ, quos Hipparchus Pisistrati filiorum natu maximus erigi curaverat, inscriptis versibus Elegiacis, qui ad disciplinam morum pertinerent, ut, sæpius legendo, præstantissimis præceptis civium animi imbuerentur, atque ad humanitatem omnesque virtutes conformarentur: de his egregius est locus Platonis in Hipparcho t. II. p. 228. seq. edit. Steph. ubi duas ejusmodi Inscriptiones habet: altera est:

Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου, στεῖχε δίκαια φρονῶν.

quæ exstat quoque apud Stobæum Serm. IX. p. 102. v. 9. altera:

Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου, μὴ φίλον ἐξαπάτα.

Conf. Harpocrat. et Suidas v. *Ἑρμαῖ*, Hesych. v. *Ἱππαρχεῖοι Ἑρμαῖ*, Meursius in Pisistrato c. 12. et Attic. Lect. l. V. c. 6., Valesius in Maussac. ad Harpocr. p. 114. (edit. Blanc. p. 286. edit. Gronov.)

Cæterum Hermæ publica auctoritate consecrati, quos credibile est et majores fuisse et elegantiores iis, quos privati homines dedicaverant, præter illos quos diximus, hi fere apud veteres memorantur.

Andocidis Hermes ab Ægeide Tribu dedicatus ad ædem Phorbantis prope domum Andocidis, quem inter insigniores collocat Plutarchus in Alcib. p. 201. F. Vid. de eo Andoc. de Myst. p. 9. v. 10., Grammatici v. *Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς* eorumque Interpretes, Vanstaveren ad Nep. Alcib. c. 3. §. 2., F. G. Freytag in Orat. Gr. Decade p. 15. seqq., et quæ ad finem h. Cap. dicemus.

Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι apud Demosth. in Everg. p. 1146. pen. ed. Reisk. quorsum pertinet Harpocrationis nota v. *Πρὸς τῇ πυλίδι*

Ἑρμῆς. Φιλόχορος ἐν τῷ πέμπτῳ Ἀτθίδος, φησὶ περὶ τοῦ πρὸς τῇ πυλίδι Ἑρμοῦ· ὡς ἀρξάμενοι τειχίζειν τὸν Πειραιᾶ οἱ ἐννέα ἄρχοντες, τοῦτον ἀναθέντες, ἐπέγραψαν·

Ἀρξάμενοι πρῶτοι τειχίζειν τόνδ' ἀνέθηκαν,
Βουλῆς καὶ δήμου δόγμασι πειθόμενοι.

quam notam descripsit Suidas eod. Tit. cujus scriptura ad Harpocrationis normam videtur exigenda.

Ἑρμῆς Ψιθυριστὴς sive Susurro inter hos etiam videtur referendus: mentio illius est apud Demosth. in Neær. p. 1358. 7. ed. R., Harpocrat. et Suidam v. Ψιθυριστὴς Ἑρμῆς. Fuit hæc fortasse statua elaborata; certe insignem quendam fuisse Hermen, inde est manifestum, quod Demosthenes domum ab eo designat. Conf. de hoc Mercurio ψιθυριστῇ vel ψιθύρῳ L. G. Gyraldus Hist. D. Synt. IX. p. 307. E., Meurs. Att. Lect. l. IV. c. 12.

Ἑρμοῦ Ἀγοραίου, ut lucri et mercaturæ præsidis, in Pœcile porticu affabre facta ex ære statua erat consecrata, quam statuarii pice et cera solebant exprimere. Lucianus in Jove Tragœdo c. 33. ἀλλὰ τίς ὁ σπουδῇ προσιὼν οὗτός ἐστιν, ὁ χαλκοῦς, ὁ εὔγραμμος, ὁ εὐεπίγραφος, ὁ ἀρχαῖος τὴν ἀνάδεσιν τῆς κόμης; μᾶλλον δὲ ὁ σὸς, ὦ Ἑρμῆ, ἀδελφός ἐστιν, ὁ ἀγοραῖος, ὁ παρὰ τὴν Ποικίλην· πίττης γοῦν ἀναπέπλησται, ὁσημέραι ἐκματτόμενος ὑπὸ τῶν ἀνδριαντοποιῶν. Inducitur paullo post Mercurius ita loquens:

Ἐτύγχανον μὲν ἄρτι χαλκουργῶν ὕπο
Πιττούμενος στέρνον τε καὶ μετάφρενον·
Θώραξ δέ μοι γέλοιος, ἀμφὶ σώματι
Πλασθεὶς, παρῃώρητο μιμηλῇ τέχνῃ,
Σφραγῖδα χαλκοῦ πᾶσαν ἐντυπούμενος.

Conf. Schol. Aristoph. Equit. 297., Hesych. v. Ἀγοραῖς ibique Interpp., Gyrald. d. l. p. 304. B., Meurs. Ath. Att. l. I. c. 5. de Archont. l. IV. c. 20., Vales. ad Harpocr. v. Ἑρμαῖ p. 33. A. edit. Blanc.

Ἑρμῆς ὁ ἐπ' Αἰγέως πύλαις: de illo hæc prodit Plutarchus in Theseo p. 5. E. λέγεται δὲ, τῆς κύλικος πεσούσης, ἐκχυθῆναι τὸ φάρμακον, ὅπου νῦν ἐν Δελφινίῳ τὸ περίφρακτόν ἐστιν· ἐνταῦθα γὰρ ὁ Αἰγεὺς ᾤκει· καὶ τὸν Ἑρμῆν, τὸν πρὸς ἕω τοῦ ἱεροῦ, καλοῦσιν ἐπ' Αἰγέως πύλαις.

Ἑρμῆς Ἡγεμόνιος oraculi jussu ab Atheniensibus fuit consecratus, teste Schol. Aristoph. ad Plutum v. 1160.

Ἑρμῆς Προπυλαῖος in ipso arcis ingressu cum Gratiarum simulacris erat positus, Socratis opus. Vid. Pausan. Att. p. 53., Meurs. in Cecropia c. 7. et Att. Lect. l. VI. c. 33.

Ἑρμῆς Ἀμύητος item in arce erat dedicatus. Vid. Hesych. h. v. ibique Interpp., Clemens Alex. Protrept. p. 81., Gyraldus d. l. p. 302. D., Meurs. in Cecropia c. 28. et Lect. Att. l. c.

Præterea in Minervæ Poliadis templo in arce ligneum Mercurii simulacrum sub myrti ramis conspiciebatur, qui a Cecrope credebatur consecratus, ut auctor est Pausanias in Att. p. 69.

In viis publicis, maxime in biviis et triviis, Hermæ ponebantur, quorum Inscriptiones, quorsum quæque via duceret, viatoribus indicarent; qualem Athenis a Patroclide fuisse dedicatum docet Harpocration: Τρικέφαλος ὁ Ἑρμῆς, ὥσπερ διδάσκων τὰς ὁδοὺς καὶ ἔχων ὑπογραφὴν, ποῦ μὲν αὕτη φέρει ἡ ὁδὸς, ποῦ (l. ποῖ — ποῖ) δ' ἐκείνη· ἴσως δὲ πρὸς ἑκάστην ὁδὸν κεφαλὴν εἶχεν· ἔστιν δὲ ὁ ἀναθεὶς τὸν Τρικέφαλον Ἑρμῆν (ὡς Φιλόχορος φησὶν ἐν τρίτῃ) Πατροκλείδης Ἱππάρχου ἐραστὴς κ. τ. λ. Ad finem vero illius annotationis Codex Mediceus, teste ad h. l. Gronovio, hæc addit: τοῦτον δὲ φησὶ Φιλόχορος ἐν τρίτῃ Εὐκλείδην ἀναθεῖναι ἀγκύλῃσι, quæ ex vitiosa scriptura ejusdem loci, qui in vulgatis Harpocrationis Edd. citatur, depravata esse videntur. De Mercurio Tricipite conf. Gyraldus l. c. p. 302. B., Meurs. Ath. Att. l. III. c. 8., et Ez. Spanhemius ad Callimachi H. in Dian. v. 69. p. 211. Eustathius vero ad Od. Δ. p. 150. v. 62. hic iterum allegoricum quid subesse credit: Ἑρμῆς ὁ Τρικέφαλος ἄλλως τὸ τριττὸν τοῦ φιλοσόφου λόγου αἰνίττεται. In Ceramico Hermes quadriceps erat, et in trivio quidem, ut Hesychius testatur. v. Ἑρμῆς Τρικέφαλος; illum forte cogitavit Lucianus in Jove Tragœdo c. 43. οἷοί εἰσι τῶν Ἑρμῶν ἔνιοι, διττοὶ, καὶ ἀμφοτέρωθεν ὅμοιοι, πρὸς ὁπότερον ἂν αὐτῶν μέρος ἐπιστραφήσῃ· Eustathius ad Il. Ω. p. 1353. δηλοῖ δὲ τὰ κατὰ τὸν Ἑρμῆν καὶ ὁ γράψας οὕτω ῥήτωρ· Ἑρμῆς τετρακέφαλος ἐν Κεραμεικῷ Τελεσαρχίδου ἔργον, ᾧ ἐπεγέγραπτο·

Ἑρμῆ τετρακέφαλε καλὸν Τελεσαρχίδου ἔργον,
Πάνθ' ὁρᾷς. —

ut metrum constet legendum videtur τετρακάρηνε: sic Hesiod. Theog. v. 287.

Χρυσάωρ δ' ἔτεκε τρικάρηνον Γηρυονῆα.

Pindarus Pyth. Od. I. v. 31. Τύφως ἑκατογκάρανος. Ab hac viarum custodia dictus est Mercurius Ὅδιος et Ἐνόδιος. Vid. Cornutus de Nat. Deor. c. 16. p. 168. et Gyrald. l. c. p. 306. D.

Erat autem hic mos non Atheniensibus tantum, sed aliis quoque Græciæ civitatibus cognitus. Certe in Argivorum ac Tegeatarum finibus, terminorum loco, Hermas fuisse positos, auctor est Pausanias in fine Corinthiacorum p. 202. ἀνατείνει δὲ ὑπὲρ τὰς κώμας ὄρος Παρθένιον, καὶ Λακεδαιμονίων ἐπ' αὐτοῦ πρὸς Ἀργείους ὅροι καὶ Τεγεάτας εἰσίν· ἑστήκασι δὲ ἐπὶ τοῖς ὅροις Ἑρμαῖ λίθου καὶ τοῦ χωρίου τοῦτο τὸ ὄνομα. Verba emendatius descripsi quam in editis leguntur, in quibus pro Παρθένιον scriptum exstat παρ' ὃ, quæ scriptura

quatuor priores literas veræ lectionis continet, cum O et Θ sæpe in MSS. permutari soleant. Et sane fuisse in Parthenio monte terminos Argivorum et Tegeatarum docemur ab eodem Pausania in Arcad. c. 6. p. 610. *εἰσὶν οὖν ἐς Ἀρκαδίαν ἐσβολαὶ κατὰ τὴν Ἀργείαν πρὸς μὲν Ὑσιῶν καὶ κατὰ τὸ ὄρος τὸ Παρθένιον ἐς τὴν Τεγεατικὴν*, et c. 54. p. 710. *ὑπερβάλλοντι δὲ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους* (Parthenii) *ἐστὶν ἐν τοῖς ἤδη γεωργουμένοις Τεγεατῶν ὅροι καὶ Ἀργείων, καθ' ἃ καὶ ἐν τῇ κατὰ Ὑσιὰς ἐν Ἀργολίδι.* Per *ὄρος* quoque *Παρθένιον, τὸ ὑπὲρ Τεγέης*, Athenis Lacedæmonem iter fecit Phidippides cursor, ut est apud Herod. l. VI. c. 105.; add. Cellarius Geogr. Ant. t. I. p. 992. Si tamen vera sit et germana lectio eorum quæ sequuntur apud Pausaniam: *ἔστι δὲ ἀπ' αὐτῶν ποταμὸς καλούμενος Τανός· εἰς γὰρ δὴ οὗτος ἐκ τοῦ Πάρνωνος κάτεισι ῥέων διὰ τῆς Ἀργείας, καὶ ἐκδίδωσιν ἐς τὸν Θυρεάτην κόλπον*: hæc, inquam, lectio si vera sit, Parno mons idem qui Parthenius, vel cacumen aut locus quidam in illo monte fuerit, forte in Sylburgiana conjectura acquiescere possimus, legentis: *ὄρος Πάρνων*: vel *ἐκ τοῦ Πάρνωνος* etiam mutandum in *ἐκ τοῦ Παρθενίου*. Tanum fluvium in Argivorum Lacedæmoniorumque finibus fuisse, docet quoque Euripides in Electra v. 410.

Ὃς ἀμφὶ ποταμὸν Τανὸν, Ἀργείας ὅρους
Τέμνοντα γαίας, Σπαρτιάτιδός τε γῆς,
Ποιμναῖς ὁμαρτεῖ, πόλεως ἐκβεβλημένος.

In illo vero Pausaniæ loco post *χωρίου* inserui *τοῦτο*, quod et sententia requirit, cum huic loco nomen fuisse *Ἑρμῶν* appareat ex initio Libri sequentis seu Laconicorum, *μετὰ δὲ τοὺς Ἑρμᾶς ἐστὶν ἡ Λακωνικὴ τὰ πρὸς ἑσπέρας*: et facile potuit excidere propter similitudinem literarum et præcedentium et sequentium.

Solebant quoque prætereuntes viatores statuis Mercurialibus lapidem singuli adjicere, vel etiam lapidum acervis, quos alii illa via iter facientes accumulaverant; quales acervi *Ἑρμαῖοι λόφοι* vel *Ἑρμαῖα* dicebantur. Vid. Cornutus d. l. p. 168. seq., Hesych. v. *Ἑρμαῖος λόφος*, Etym. M. v. *Ἑρμαῖον* (qui locus diligentius comparandus est cum Schol. Homeri ad finem Od. II.), et Gyrald. l. c. p. 298. F. Hinc cum apud Dionem Chrysost. p. 655. c. legeretur *ἕρματα λίθων*, egregie ibi *Ἑρμαῖα* correxit Isaac. Casaub. Diatr. in Dion. c. 66. quæ nota omnino est conferenda. Quin et in locis deviis Hermæ ponebantur, quod ibi maxime Mercurius colendus videbatur: vid. Cornut. d. l. nempe quod in illis præcipue locis errantes ejus auxilio indigerent, ut se in viam reduceret.

Antiquiori tempore Hermæ sepulcris imponebantur, priusquam id Lege vetitum fuit Athenis. Cicero de Legibus l. II. c. 26. "Sed post aliquanto, propter has amplitudines sepulcrorum, quas

in Ceramico videmus, Lege sanctum est, NE QUIS SEPULCRUM FACERET OPEROSIUS, QUAM QUOD DECEM HOMINES EFFECERINT TRIDUO. Neque id opere textorio exornari, nec Hermas hos, quos vocant, licebat imponi:" de qua Lege agit Petitus Comment. ad Leges Att. l. VI. t. 8. p. 596. seq. Exemplum Hermæ sepulcro impositi prodit Pausanias in Phoc. p. 827. ubi servavit Epitaphium inscriptum Herophilæ Sibyllæ tumulo, qui in Apollinis Sminthei luco in Troade erat exstructus:

Ἁ δ' ἐγὼ ἁ Φοίβοιο σαφηγορὶς εἰμὶ Σίβυλλα,
Τῷδ' ὑπὸ λαϊνέῳ σάματι πυθομένα·
Πάρθενος αὐδάεσσα τὸ πρὶν, νῦν δ' αἰὲν ἄναυδος,
Μοίρᾳ ὑπὸ στιβαρῇ τήνδε λαχοῦσα πέδην·
Ἀλλὰ πέλας Νύμφαισι καὶ Ἑρμῇ τῷδ' ὑπόκειμαι,
Μοίραν ἔχουσ' Ἑκάτῳ τῆς τότ' ἀνακτορίης.

addit Pausanias: *ὁ μὲν δὴ παρὰ τὸ μνῆμα ἕστηκεν Ἑρμῆς τετράγωνον σχῆμα.*

Præstantium denique virorum laudes aliaque Epigrammata Hermis inscribi solebant: vid. Demosth. in Leptin. p. 301. §. 181. seq. ibique Ulpianus; quorum tria exempla habet Æschines in Ctesph. p. 80. eademque Plutarchus in Cimone p. 482. E.

Ab his autem Hermis multum et magnitudine et elegantia operis illi distabant, quos multi Atheniensium ante fores ædium et in atriis constitutos habebant, qui limen atque introitum servarent, furesque inde abigerent: unde Mercurio *στροφαίου* nomen venisse Grammaticorum plerique tradunt. Certe apud Aristoph. in Pluto v. 1154. Mercurius hæcce rogans inducitur:

Παρὰ τὴν θύραν στροφαῖον ἱδρύσασθέ με.

ad quem locum duplicem interpretationem exhibent Scholia: *στροφαῖον ἐπὶ ἀποτροπῇ τῶν ἄλλων κλεπτῶν — στροφαῖος παρὰ τὸ στρέφεσθαι καὶ πανουργεῖν — στροφαῖον ἐπεὶ στροφαὶ λέγονται καὶ οἱ συμπεπλεγμένοι καὶ δολεροὶ λόγοι· στροφαῖον δὲ ἐκάλουν ἱδρυμένον παρὰ τῇ θύρᾳ τὸν δαίμονα· ἅμα δὲ παρὰ τὸ στρέφειν τὰ πράγματα· οἱ δὲ τοῦτο ποιοῦντες πανουργοί· ἐπωνυμία δὲ τοῦτο Ἑρμοῦ, παρὰ τὸ ἐν ταῖς θύραις ἱδρυσθαι* (ita leg. ex Suida) *ἐπὶ ἀποτροπῇ τῶν ἄλλων κλεπτῶν κ. τ. λ.* Quæ iisdem fere verbis, ut assolet, descripta sunt apud Suidam v. *στροφαῖος*: et quibuscum consentit Grammaticus antiquus apud Eustathium ad Il. Ω. p. 1353. v. 9. Hesychius vero et Etymol. M. Mercurium *στροφαῖον* dictum tantum volunt *τὸν παρὰ στροφίγγι τῆς θύρας ἱδρυμένον.* Et sane fuisse Mercurium ad fores et in atriis constitutum cum ex Aristoph. l. c. aliisque Veterum locis apparet, tum ex Luciano in Votis c. 20. *ἀνορωρύχθω θησαυρὸς ὑπὸ τὸν Ἑρμῆν τὸν λίθινον, ὅς ἐστιν ἡμῖν ἐν τῇ αὐλῇ*: et Æliano V. H. l. II. c.

41. *καὶ τὸν στέφανον λαβὼν, ὅτε ἐπανῄει μετὰ τὸ δεῖπνον, τῷ Ἑρμῇ τῷ πρὸ τῶν θυρῶν ἑστῶτι ἐπέθηκεν αὐτὸν κατὰ τὸ ἔθος τῶν ἔμπροσθεν ἡμερῶν.* Conf. L. G. Gyraldus l. c. p. 303., C. Ios. Laurentii Varia Sacra Gentilium c. 8. in Thes. Gronovii t. VIII., Interpp. ad d. l. Æliani, Ez. Spanhemius ad Callim. H. in Dian. v. 142. p. 276. seq., Hemsterhus. ad Schol. Aristoph. d. l., et ad Polluc. Onomast. l. VIII. s. 72.

Attamen illud janitoris munus non proprium et peculiare erat Mercurio, sed cum Apolline et Hecate commune. Clemens Alex. Protrept. p. 44. *Ἑρμῆν προσκυνοῦσιν ὡς θεὸν καὶ τὸν Ἀγυιέα θυρωρὸν ἱστάντες.* Unde Polynices ille Euripideus in Phœn. v. 634.

Καὶ σὺ Φοῖβ' ἄναξ Ἀγυιεῦ καὶ μέλαθρα χαίρετε:

ubi Schol. *ἐν τοῖς προπυλαίοις καὶ οἰκήμασιν ἱδρυμένε, ὅτι τὸν Ἀγυιᾶ πρὸ πυλῶν ἵστασαν· κίων δὲ οὗτος ἦν εἰς ὀξὺ λήγων·* Aristoph. Vesp. p. 870.

Ὦ δεσπότ' ἄναξ γεῖτον Ἀγυιεῦ τοῦ 'μοῦ προθύρου πρὸς πύλας (l. *πρὸ πυλάων* cum Flor. Christ.).

spurcior est ejusdem in Thesmophoriazusis locus v. 494. seqq.

Ἐγὼ δὲ καταχέασα τοῦ στροφέως ὕδωρ,
Ἐξῆλθον ὡς τὸν μοῖχον· εἶτ' ἠρειδόμην
Παρὰ τὸν Ἀγυιᾶ, κύνδ' ἐχομένη τῆς δάφνης.

Hesychius quoque ait *Ἀγυιεύς· ὁ πρὸ τῶν θυρῶν ἑστὼς βωμὸς ἐν σχήματι κίονος*, et v. *Προστατήριος· τὸν Ἀπόλλωνα οὕτω λέγουσι, παρόσον πρὸ τῶν θυρῶν αὐτὸν ἀφιδρύοντο.* De hisce *Ἀγυιέως* Apollinis aris plura vid. apud Harpocrat. et Steph. Byzant. v. *Ἀγυιὰ*, Schol. Aristoph. ad Vesp. l. c., Suid. v. *Ἀγυιαὶ*, Schol. Horatii l. IV. Od. 6. v. 28., Stanleium ad Æschyli Agam. v. 1090., Barnesium ad Eurip. Ion. v. 186., Valckenaer. ad Phœn. l. c., et Interpp. Hesychii ll. cc. et Pollucis ad l. IV. s. 123. Hecates sacella frequentia fuisse in atriis Atheniensium apparet ex Aristoph. Vesp. v. 798. seqq.

Κᾂν τοῖς προθύροις ἀνοικοδομήσει πᾶς ἀνὴρ,
Αὑτῷ δικαστηρίδιον μικρὸν πάνυ,
Ὥσπερ Ἑκάταιον, πανταχοῦ πρὸ τῶν θυρῶν.

Schol. *Ἑκάταιον, ἱερὸν Ἑκάτης, ὡς τῶν Ἀθηναίων πανταχοῦ ἱδρυμένων αὐτὴν, ὡς ἔφορον πάντων καὶ κουρότροφον.* Unde dicta fuit *πρόπυλα* et *προθυραῖα*. Hesych. *Πρόπυλα, ἡ Ἑκάτη*: ubi vid. Interpp. Conf. L. G. Gyrald. Hist. Deor. Synt. XII. p. 364. D., et Ez. Spanhem. ad Callim. H. in Dian. v. 38. p. 196.

Hermarum vero istorum in atriis neque cura erat magna, neque

veneratio, ut plerumque dedicarentur oblatis ollis, quæ leguminibus vel pulte essent repletæ; cum majora simulacra Deorum victimis cæsis consecrari solerent. Aristoph. in Pace v. 922.

——— *ταύτην χύτραις ἱδρυτέον.*
Χορ. *Χύτραισιν, ὥσπερ μεμφόμενον Ἑρμίδιον;*

ad quem locum consulendus omnino Scholiastes. Verum ex hac longiori digressione, quo me induxit jucundum Antiquitatis præsertim Atticæ studium, in viam, id est, ad Andocidem et male mulctatos Hermas redeat oratio.

Non diu igitur ante classis exitum, uti diximus, Hermæ fere omnes per urbem una nocte fuerunt mutilati, ut partes, quæ exstarent, iis præciderentur. Quod enim *dejectos* fuisse dicit Nepos in Alcib. id reliquorum omnium repugnat auctorum testimoniis: semper enim Veteres, ubi de hoc facto loquuntur, vocant *Ἑρμῶν περικοπήν*: et diserte dicit Thucydides l. VI. c. 27. *περιεκόπησαν τὰ πρόσωπα*: item Plutarchus in Alcib. p. 200. C. *τῶν πλείστων ἀκρωτηριασθέντων τὰ πρόσωπα.* Pausanias vero in *Lexico Attico* non tantum vultum illis fuisse præcisum dixit, sed addidit *τοὺς τραχήλους καὶ τὰ αἰδοῖα*, ut auctor est Schol. Thucyd. ad d. l. atque hoc jure possit colligi ex Aristoph. Lysistr. v. 1095. ubi legatos Lacedæmoniorum obscœnius *ἑστηκότας* senes Attici monent:

Εἰ σωφρονεῖτε θοιμάτια λήψεσθ', ὅπως
Τῶν Ἑρμοκοπιδῶν μή τις ὑμᾶς ὄψεται.

Conf. Palmer. Exerc. in Auct. Gr. p. 53. Per hanc vero erga Hermas violentiam, si unum excipias Alcibiadem, nemo Atheniensium Andocide magis est nobilitatus. Quum enim illa nocte reliqui Hermæ essent mutilati, solus fere is, qui ad ædem Phorbantis prope domum Andocidis ab Ægeïde Tribu erat dedicatus, illæsus et integer mansit, indeque Andocidis Hermes cognominatus est. Vid. præter ea quæ supra diximus, Æschines de Falsa Legat. p. 17. v. 39., Plutarch. in Alcib. p. 201. F. in Nicia p. 531. E. ubi illum ait *κείμενον πρὸ τῆς τότε οὔσης Ἀνδοκίδου οἰκείας* (l. *οἰκίας*): ut misere erret Auctor *Orationis contra Andocidem*, qui Lysiæ nomen mentitus est: hic enim narrat p. 104. v. 15. Andocidem accusasse quemdam, sive Archippum, sive Aristippum, *ἀσεβεῖν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν αὐτοῦ πατρῷον*: ubi recte Taylor legit *αὑτοῦ*, quoniam illa defensione usus dicitur iste Aristippus: *ἦ μὴν τὸν Ἑρμῆν ὑγιᾶ τε καὶ ὅλον εἶναι, καὶ μηδὲν παθεῖν ὧνπερ οἱ ἄλλοι Ἑρμαῖ*: quod manifesto ad Hermen, Andocidis qui dicebatur, referendum est. Ac de Hermis quidem et eorum mutilatione hæc pro nostro instituto dicta sufficiant: superest ut videamus, quam vim hæc res habuerit, cum in Rempublicam Atheniensium, tum in vitam atque fortunas Andocidis.

CAPUT TERTIUM.

Athenienses in bonos viros iniqui: præcisis Hermis libertati timebant. Emendatur Plutarchus. Ζητηταί. Psephismata de μηνύτροις. Accusatio de violatis Mysteriis. Andocides et Plutarchus conciliantur. Polytion, Theodorus, Pythonicus, Androcles. Alcibiades fuga elapsus. Quæ fuerint in hac accusatione partes Andocidis? Num patrem detulerit? Ipse de Mysteriis est accusatus. Emendatur Pseudo-Plutarchus. De Hermis inquisitio et accusationes. Teucer, Dioclides. Tentatur Andocidis locus. Orator quos accusaverit? Rei exitus.

In plerisque civitatibus liberis, ut quisque opibus, gloria, virtute maxime excellit, ita plurimis malorum hominum injuriis læditur: quod vitium, si in ulla civitate, maxime certe dominatum est Athenis. Nulla enim Græciæ urbs præstantiores virtute, ingenio, amore patriæ tulit viros: nulla tot cives egregios vinculis, exsilio, morte mulctavit. Cujus rei quamnam dicamus esse causam, nisi quod Athenienses varia gens et multiplex, benefactorum plerumque immemor, invida atque suspiciosa, insita quadam naturæ levitate effrænatam libidinem pro libertate coleret, atque a Demagogis, disertis quidem illis, sed malitiosis iisdem et perversis, in bonos semper incitaretur. Nam, postquam Athenis Pisistratus tyrannidem occuparat, Cylonis idem conatus erat repressus, hoc facile metu abutebantur civitatis pestes, ut populum ad quodvis scelus in optimum quemque edendum impellerent: quidquid novum et insolens esse videretur, statim Athenienses tyrannidem cogitabant, civesque innoxios suo sæpe damno plectebant. Quæ cum ita sint, non est mirandum, præcisis omnibus Mercurii statuis, totam civitatem metu fuisse perculsam et perturbatam. Nam, quamvis semper religionis violatio nefaria haberetur et scelesta, hæc tamen res una omnium maxime erat odiosa. "Hoc enim quum appareret non sine magna multorum consensione esse factum, quod non ad privatam, sed ad publicam rem pertineret, magnus multitudini timor est injectus, ne qua repentina vis in civitate exsisteret, quæ libertatem opprimeret populi:" ut ait Nepos in Alcib. c. 3. §. 2.; qui Thucydidem sequitur eadem narrantem l. VI. c. 27, 28. 53. 60.; eademque produnt Andocides de Myst. p. 6. init., Diodorus Siculus l. XIII. c. 2., Plutarchus Alcib. p. 200. D. Neque tamen omnium una hæc erat sententia: non deerant enim, qui Corinthiorum hoc inventum crederent, ut monstro deterriti Athenienses ab expeditione contra Syracusanos colonos suos desisterent: alii temulentorum juvenum insolentiam incusabant, nec portentum ullum esse arbitrabantur; ut locuples auctor est Plutarchus Alcib. p. 200. C. *Ἐλέχθη μὲν οὖν, ὅτι Κορίνθιοι διὰ τοὺς Συρακουσίους ἀποίκους ὄντας, ὡς ἐπισχέσεως ἐσομένης πρὸς τῶν οἰωνῶν, ἢ μεταγνώσεως τοῦ πολέμου,*

ταῦτα δράσειαν· οὐ μὴν ἥπτετό γε τῶν πολλῶν οὔθ' οὗτος ὁ λόγος, οὔθ' ὁ τῶν σημείων, δεινὸν εἶναι μηδὲν οἰομένων, ἀλλ' οἷα φιλεῖ φέρειν ἄκρατος, ἀκολάστων νέων εἰς ὕβριν ἐκ παιδιᾶς ὑποφερομένων. In hoc loco quamquam ferri forte potest *σημείων*, si struamus *τῶν οἰομένων δεινὸν εἶναι μηδὲν σημείων*, ***portentorum nihil esse terribile, a portentis nihil esse timendum;*** mihi tamen legendum videtur *τῶν σημεῖον δεινὸν εἶναι μηδὲν οἰομένων*, ***putantium nullum esse portentum terribile.*** Ex eodem, quo Plutarchus, fonte, vel ex ipso Plutarcho hausisse videtur Pseudo-Plutarchus in Vita Andocidis, sed vel non bene intellexisse vel memoria lapsus esse, si sana sit ejus lectio; ait enim: *Ἦν (δευτέραν αἰτίαν) μετ' οὐ πολὺν χρόνον τοῦ ἐπὶ Σικελίαν στόλου συνέβη γενέσθαι, Κορινθίων εἰσπεμψάντων Λεοντίνους τε καὶ Αἰγεσταίους ἄνδρας, ἰδίᾳ μελλόντων βοηθεῖν αὐτοῖς τῶν Ἀθηναίων, νύκτωρ τοὺς περὶ τὴν ἀγορὰν Ἑρμᾶς περιέκοψαν, ὡς Κράτιππος φησί.* At nullam prudentioribus fidem habuit populus superstitiosus, libertatique suæ timens; sed statim Ζητηταὶ sive Quæsitores creati sunt, qui Hermarum mutilatores investigarent: qui Magistratus non erat perpetuus, sed tum demum Quæsitores illi creabantur, ubi in eos inquirere oporteret, qui ærario publico deberent, et latitarent, vel qui publice aliquam fecissent injuriam. Illud manifestum est ex Lysia *Ἀπολ. Δωροδ.* p. 163. v. 6., Demosth. in Timocr. p. 703. 11. ed. R. et Ulpiano ad l. l., Polluce l. VIII. s. 115.; et docetur etiam ab Auctore Lexici Rhetorici MS. *Ζητηταί· ἀρχή τις Ἀθήνησίν ἐστι κατὰ καιροὺς καθισταμένη· πρὸς ἣν ἐμηνύοντο οἱ ὀφείλοντες τῇ πόλει χρήματα καὶ μὴ ἀποδιδόντες*: quam notam, paucis mutatis, descripserunt Suidas et Etymol. M. in v. Hoc cum præsens causa ostendit, tum docet Harpocration v. *Ζητηταί.* Monumenta enim publica violare nefas fuisse, apparet ex Aristophanis Ranis v. 369. Av. v. 1054. seq. De munere *τῶν Ζητητῶν* vid. Sigonius de Rep. Athen. l. IV. c. 3., Valesius ad d. l. Harpocr. p. 36. A. edit. Blanc. (p. 85. edit. Gronov.), et Interpp. ad Poll. d. l. Quæsitoris munere aliquando functum fuisse Andocidem, narrat Harpocr. d. l. Eorum vero qui tum creati sunt, Diognetum, Pisandrum, et Chariclem, diserte memorat Andocides de Myst. p. 3. v. 6. p. 5. v. 44. Eodem tempore ex rogatione Cleonymi, celebris illius vel potius dicam infamis, cujus innumera vitia vel centies notavit Aristophanes, qui cum Cleone et Cleophonte inter pessimos Demagogorum referri solet, 1000. drachmæ ei decretæ sunt, qui facinoris auctores invenisset, vel aliud quoddam piaculum indicasset: quam legem ulterius extendisse, atque ita ampliasse videtur Pisander, qui postea in Oligarchia magis inclaruit, ut 10000. drachmas (quæ eædem sunt ac 100. illæ minæ apud Andoc. p. 6. v. 23. et 33.) primus delator acciperet; 1000. drachmas ex Cleonymi Psephismate is haberet, qui secundus fuisset. Ita quidem colligo ex Andocide de Myst. p.

5. v. 36. Ἐπειδὴ αἱ μηνύσεις ἐγένοντο, περὶ τῶν μηνύτρων (ἦσαν γὰρ κατὰ τὸ Κλεωνύμου ψήφισμα χίλιαι δραχμαὶ, κατὰ δὲ τὸ Πεισάνδρου μύριαι) περὶ δὲ (f. δὴ) τούτων ἠμφισβήτουν οὗτοί τε οἱ μηνύσαντες, καὶ Πυθόνικος, φάσκων πρῶτος εἰσαγγεῖλαι, καὶ Ἀνδροκλῆς ὑπὲρ τῆς βουλῆς — καὶ ἐψηφίσαντο πρώτῳ μὲν Ἀνδρομάχῳ (conf. p. 2. v. 39.), δευτέρῳ δὲ Τεύκρῳ (conf. p. 3. v. 10.)· καὶ ἔλαβον Παναθηναίων τῷ ἀγῶνι, Ἀνδρόμαχος μὲν μυρίας δραχμάς· Τεῦκρος δὲ χιλίας. Præterea ἄδεια, sive pœnæ immunitas promittebatur ei, qui, facinoris ipse conscius, alios indicasset, si quidem vera dicere videretur, sin falsa, capitali pœna erat plectendus. Vid. Andocides dd. ll. p. 4. v. 2. p. 5. v. 33., Thucydides l. VI. c. 60., Plutarchus in Alcib. p. 202. A.

At tum quidem de Hermis nihil est indicatum: non diu vero postea, cum classis in Siciliam abiret, jamque Lamachi Imperatoria triremis portum relinqueret, surrexit derepente Pythonicus in concione, quæ ultima tunc ducibus habebatur, et Alcibiadem accusavit, quod mysteria Eleusinia per vinum et jocum celebrasset, se dicens servum esse producturum unius eorum, qui affuissent, si immunitatem illi decernerent. Obstrepente Alcibiade et factum negante, semotis profanis, adducitur servus Alcibiadis ad Polemarchum quæstionis habendæ causa, cui nomen Andromachus. Hic Alcibiadem, Niciadem, Melitumque accusat, quasi in ædibus Polytionis Mysteria Eleusinia, sanctissimam religionem, inter pocula per jocum celebrassent: aliosque addebat affuisse cum liberos homines, tum servos. Deinde Teucer μέτοικος Athenis, qui inde Megara fugerat, data etiam ἀδείᾳ reversus Athenas, se ipse cum undecim aliis accusavit. Post Agariste Alcmæonidæ uxor id piaculum ab Alcibiade, Axiocho, et Adimanto domi Charmidæ commissum esse indicavit. Tandem Lydus Phereclis servus herum suum aliosque hujus criminis reos fecit, atque in his Leogoram, patrem Andocidis, uti narrat Orator, de Myst. p. 2. v. 29. seqq. p. 3. At omnia alia Plutarchus in Alcibiade: secundum hunc enim Androcles Orator (de quo vid. Ruhnk. Hist. Crit. Or. Gr. p. 43.) servos nonnullos et μετοίκους protulit, qui Alcibiadem amicosque accusarent, quod, sacra Eleusinia ludibrio habentes, Alcibiades Hierophantæ, Polytion Daduchi sive Tædiferi, Theodorus Præconis sacri, in Eleusiniis munera joco essent imitati. Thessalum vero ait Cimonis filium (conf. in Cimone p. 488. C.) suo nomine libellum accusationis subscripsisse, atque ipsum libellum servavit in Alcib. p. 202. E. Cum igitur hic tantum ab Andocide discrepet Plutarchus, videamus quid hac de re statuendum sit.

Hæc historiæ Atticæ pars ex tribus potissimum scriptoribus est cognoscenda, quorum duo ipsi interfuerunt, Thucydides et Andocides Orator, tertius Plutarchus maximo delectu ac fide summa ex

antiquiorum scriptis ea decerpsit, quibus vitas excellentium virorum adornaret. Ac Thucydides quidem, de cujus præstantia si quid dicam, tantumdem de laude illius detrahere videar, cum et dilucide et diligenter hoc factum exposuerit, nomina tamen et accusantium et reorum, præterquam Alcibiadis, prodere omisit, uti et Plutarchus d. l. animadvertit: quod sive neglexerit facere, sive noluerit, non statuo: arbitror tamen de industria potius hæc illum reliquisse, ne forte cujus animum offenderet, cum vivis plerisque eorum scriberet, qui hoc facinore fuissent nobilitati. Plutarchus ea, in quibus a brevitate Thucydidis destituebatur, ex aliis supplevit, cum Historicis, tum Oratoribus et Poetis: et, quod ad res Siculas pertineret, maxime Philistum Siculum secutus videtur, vid. in Nicia p. 523. F. p. 536. A. p. 542. A.; in domesticis Atheniensium rebus describendis cum aliis uti potuit, tum Ephoro, et Cratippo, æquali Thucydidis, qui τὰ παραλειφθέντα ὑπὸ Θουκυδίδου scripto consignavit. Vid. Dionys. Halicarn. περὶ τῶν Θουκυδίδου Ἰδιωμάτων p. 143. v. 41., Pseudo-Plutarchus in Andocide p. 834. D., Vossius de Historicis Græcis l. IV. c. 7. p. 458. At Plutarchus, quum Alcibiadis res gestas enarrare, ac præsertim ingenium moresque illius ex vita atque factis ostendere sibi proposuisset, ea tantum memoriæ prodidit, quæ ad ipsum pertinerent Alcibiadem, reliquas delationes minus curavit, Andocidis res leviter attigit, quas prætermittere silentio vix poterat, quippe cum illorum temporum momentis et rebus Alcibiadis arctissime connexas. Quapropter non est mirandum, illum ab Andocide discrepare, qui, ut præsens periculum depelleret, orationem conscripsit, atque in illam non nisi ea congessit, quibus adversariorum crimina dilueret. Quocirca, etsi de fide Andocidis non nimis magnifice sentio, tamen tantam illi imprudentiam non ausim tribuere, ut in re omnibus cognita et recenti memoria, coram sociis calamitatis, et inimicis, et judicibus, in suam perniciem ita sit mentitus, ut alios accusatos fuisse dixerit, quam qui revera fuerint; cum et ad hos ipsos, et ad eos, qui Magistratus eo tempore gessissent, non uno loco provocet. Neque tamen, quamvis diversa ab Andocidis narratione Plutarchus tradat, tantum hoc discrimen esse videtur, ut nulla ratione possit componi; nam primo quidem, Polytionem esse accusatum, quasi domi illius (quæ erat in Ἑρμῶν στοᾷ, vid. Pausan. Att. p. 7.) facinus esset commissum, quamquam non diserte dicit Plutarchus, interfuisse tamen et Daduchi munere functum esse, ex accusatorum delatione memorat: illud vero cum Andocide confirmat Isocrates de Bigis p. 348. A. Deinde Theodorum Plutarchus inter eos enumerat, qui de Mysteriis fuerunt accusati, quum Hermarum crimen in illum transferat Andocides p. 5. v. 39. At vero quid impedit quominus utriusque criminis reum factum dicamus? Nam et accusatorum

delationes nequaquam inter se convenisse, et ipsa quæ sunt apud Andocidem exempla probant, et testis est Plutarchus p. 201. E. Porro quod Andocides Pythonicum primum facit accusatorem, Androclem Plutarchus, id ita fortasse fuerit, ut Pythonicus primus in concione, Androcles in senatu accusarit Alcibiadem, quod ita videtur propter locum ipsius Andocidis p. 4. 38. *περὶ τῶν μηνύτρων — ἠμφισβήτουν οὗτοί τε οἱ μηνύσαντες, καὶ Πυθόνικος φάσκων πρῶτος εἰσαγγεῖλαι καὶ Ἀνδροκλῆς ὑπὲρ τῆς βουλῆς.* Hunc autem potissimum memorat Plutarchus, quo clarius appareat Androclis odium in Alcibiadem, cui acerrimum illum hostem fuisse ait p. 200. E. Illam vero accusationum multitudinem et varietatem non est quod miremur. Credibile est enim non tantum Alcibiadis obtrectatores, quos permultos habebat, sed alios etiam, quibus graves essent inimicitiæ, illos infimæ conditionis homines corrupisse, ut vel Alcibiadem, vel quos ipsi vellent, inimicos suos accusarent, cum hac ratione facillime se illos esse perdituros viderent. Sed tum quidem Alcibiadem, postulantem ut de præsente statim quæstio haberetur, quod noceri posse desperabant, inimici dimiserunt, ne scilicet expeditio retardaretur: absentem criminari non destiterunt. Quo factum est, ut brevi illum, missa Salaminia, ad causam dicendam domum redire jusserint. Ipse vero sua triremi Salaminiam secutus, cum Thurios pervenisset, clam se a custodibus subduxit, in Peloponnesum trajecit, Lacedæmonem se contulit; ubi patriæ civibusque suis tantum nocuit, quantum et in Sicilia, et Athenis, prodesse potuisset. Itaque et Atheniensium in Sicilia, misso Gylippo, cæsus est exercitus, et Decelea ejus consilio munita, et Ionia a societate Atheniensium per ipsum est aversa. Unde fractis eorum viribus, nunquam se recipere potuerunt; ac tandem post diuturnam luctationem tota Respublica concidit, et in Lacedæmoniorum postestatem pervenerunt Athenæ. Sed hæc hactenus: redeamus ad Andocidem.

Quum vero de illo quotquot scripserunt, ne duo quidem plane eadem tradant, operæ pretium nos facturos existimamus, si, excussis singulorum auctorum testimoniis, verum indagare studeamus: qua in re de utraque accusatione, et de Mysteriis, et de Hermis, erit videndum. De his igitur Pseudo-Plutarchus hæc prodidit: *Μετὰ δὲ τοῦτο αἰτιαθεὶς ἀσεβεῖν, ὡς καὶ αὐτὸς τοὺς Ἑρμᾶς περικόψας, καὶ εἰς τὰ τῆς Δήμητρος ἁμαρτὼν μυστήρια, διὰ τὸ πρότερον ἀκόλαστον ὄντα, νύκτωρ κωμάσαντα θραῦσαί τι τῶν ἀγαλμάτων τοῦ θεοῦ, ἐπειδὴ οὐκ ἠβουλήθη, ὃν ἐζήτουν οἱ κατήγοροι δοῦλον ἐκδοῦναι, διαβληθῆναι, καὶ πρὸς τὴν αἰτίαν τῆς δευτέρας γραφῆς ὕποπτον γενέσθαι· ἣν μετ' οὐ πολὺν χρόνον τοῦ ἐπὶ Σικελίαν στόλου συνέβη γενέσθαι, Κορινθίων εἰσπεμψάντων Λεοντίνους τε καὶ Αἰγεσταίους ἄνδρας, ἰδίᾳ μελλόντων βοηθεῖν αὐτοῖς τῶν Ἀθηναίων, νύκτωρ τοὺς περὶ τὴν ἀγορὰν Ἑρμᾶς*

περιέκοψαν, ὡς Κράτιππός φησι, προσαμαρτὼν μυστήρια· κριθείς τε ἐπὶ τούτοις, ἀπέφυγεν ἐπὶ τῷ μηνύσειν τοὺς ἀδικοῦντας· σπουδὴν δὲ πᾶσαν ἐνεγκάμενος (l. *εἰσενεγκάμενος* ex Photio), *ἐξεῦρε τοὺς περὶ τὰ ἱερὰ ἁμαρτάνοντας, ἐν οἷς καὶ τὸν αὑτοῦ πατέρα ἐμήνυσε· καὶ τοὺς μὲν ἄλλους πάντας ἐλέγξας ἐποίησεν ἀπολέσθαι, τὸν δὲ πατέρα ἐῤῥύσατο, καίτοι δεδεμένον ἤδη, ὑποσχόμενος πολλὰ λυσιτελήσειν αὐτὸν τῇ πόλει· καὶ οὐκ ἐψεύσατο· ἤλεγξε γὰρ ὁ Λεωγόρας πολλοὺς, δημόσια χρήματα σφετεριζομένους, καὶ ἄλλα τινὰ ἀδικοῦντας· καὶ διὰ μὲν ταῦτα ἀφείθη τῆς αἰτίας.* Eadem fere sed brevius, quippe ex his decerpta, Photius narrat in Biblioth. l. c. Leogoram patrem suum accusasse Andocidem, auctor quoque est Tzetzes Chil. VI. v. 367.

Ὁ Ἀνδοκίδου ῥήτορος πατὴρ ἦν Λεωγόρας,
Ὑπ' Ἀνδοκίδου προδοθεὶς νικήσας τε τῇ δίκῃ.

Videntur autem hæc petita esse ex perditis contra Andocidem Orationibus, aliisve scriptis, quæ antiquitus exstiterunt, qualia memorantur Lysiæ et Theodori Byzantii. Certe in *Oratione contra Andocidem*, quæ Lysiæ nomen præfert, patrem accusasse nusquam dicitur, sed crimini illi datur, quod amicos cognatosque sibi carissimos delatione sua perdiderit, uti p. 103. v. 22. p. 105. v. 18. seqq. Attamen prius ab inimicis objectum fuisse Andocidi ex illius responsione patet: ait enim p. 3. v. 39. *Ἔλεξαν γὰρ ὡς ἐγὼ μηνύσαιμι περὶ τῶν μυστηρίων, ἀπογράψαιμί τε τὸν πατέρα τὸν ἐμαυτοῦ παρόντα, καὶ γενοίμην μηνυτὴς κατὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμαυτοῦ*: deinde crimen illud a se avertere conatur; patrem enim suum a Lydo Phereclis servo accusatum, a Speusippo judicio traditum, *παρανόμων* actione illum in judicio superasse, atque ita evasisse: se autem præ cæteris patrem esse adhortatum, ut judicii subiret periculum, neque voluntario exsilio se quæstioni subduceret. Ipse etiam accusatus est, quod Mysteriorum religionem violasset, uti significat p. 2. v. 27. p. 5. v. 2. et testatur Lysias p. 103. v. 27. p. 104. v. 40. p. 107. v. 34. item Pseudo-Plutarchus et Photius: quod crimen utrum verum fuerit an falsum, nostrum non est statuere: Andocides quidem ita pro se dixit, ut judicum sententiis sit absolutus. Priusquam tamen ab hac causa discedamus, turpissimo vitio levandus est Pseudo-Plutarchi locus, quem paullo ante apposuimus: nam quid quæso est, quod narrat? *προσαμαρτὼν μυστήρια, κριθείς τε ἐπὶ τούτοις κ. τ. λ.* An igitur bis peccavit, bis accusatus est Andocides? Minime vero: neque id Auctor voluit, neque *προσαμαρτάνειν μυστήρια* Græce dicitur. Sed hæc temere repetita sunt ex superioribus: *εἰς τὰ τῆς Δήμητρος ἁμαρτὼν μυστήρια*: nimirum ultima syllaba vocabuli *Δήμητρος* cum sequenti *ἁμαρτὼν* coaluit, cum librarius sententiæ nexum requireret, atque hæc verba repeteret post longiorem parenthesin inter *μυστήρια* et *κριθεὶς* in-

terjectam. Quapropter duo illa vocabula *προσαμαρτὼν μυστήρια* e contextu ejicienda sunt, atque eo releganda unde venerunt. Confirmat hanc emendationem Photius, qui unius tantum meminit accusationis, atque parenthesin illam, et rebus et verbis turbatam, omisit. Porro quod addit Pseudo-Plutarchus, antea noctu comissantem Andocidem per ludibrium et petulantiam simulacra quædam præcidisse, unde postea in majorem suspicionem inciderit, eo pertinere videtur, quod Thucydides l. VI. c. 28. et Plutarchus in Alcib. p. 200. C. narrant, inquilinos quosdam et servos antea factam ab ebriis juvenibus aliarum statuarum mutilationem in judicium detulisse; et has causas confundere videtur Auctor *Orationis contra Andocidem* p. 105. v. 13.

Eodem tempore Teucer Athenas reversus, cum de Mysteriis indicavit, tum Hermarum mutilatorum viros duodeviginti non ignobiles accusavit; quod primum fuit de Hermis indicium: vid. Andoc. p. 5. v. 33. Cum hinc maximæ in civitate turbæ, summi timores orirentur, dum sibi quisque metuebat, ne corriperetur (Andoc. de Myst. p. 6. v. 3. de Red. p. 20. v. 37.), usus est hac perturbatione Dioclides homo perditus. Is igitur senatum adit, se nosse dicit eos, qui facinus patrassent, vidisse enim se et cognovisse ad Lunæ splendorem fere trecentos: vid. Andoc. p. 6. v. 6. Hic vero quin idem sit, quem significant Diod. Sic. l. XIII. c. 2. p. 543. et Plutarch. in Alcib. p. 201. E. nullum mihi est dubium; neque video cur dubitaverit P. Wesselingius, vir summus, ad d. l. Diodori. Ait enim Diodorus: *προσελθὼν δέ τις τῶν ἰδιωτῶν τῇ βουλῇ, ἔφησεν εἰς οἰκίαν μετοίκου τινὰς ἑωρακέναι τῇ νουμηνίᾳ περὶ μέσας νύκτας εἰσιόντας, ἐν οἷς καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην· ἀνακρινόμενος δ' ὑπὸ τῆς βουλῆς, πῶς νυκτὸς οὔσης ἐπεγίνωσκε τὰς ὄψεις, ἔφησε πρὸς τὸ τῆς σελήνης φῶς ἑωρακέναι· οὗτος μὲν οὖν αὐτὸν ἐξελέγξας, κατεψευσμένος εὑρέθη.* De Plutarcho minus etiam est quod dubitemus; hic enim postquam delatores nominavit Teucrum et Dioclidem, atque Phrynichi Comici hunc locum apposuit:

A. *Ὦ φίλταθ' Ἑρμῆ, καὶ φυλάσσου μὴ πεσὼν*
Αὑτὸν παρακρούσῃ, καὶ παράσχῃς διαβολὴν
Ἑτέρῳ Διοκλείδᾳ βουλομένῳ κακόν τι δρᾷν.
Ἑρμ. *Φυλάξομαι· Τεύκρῳ γὰρ οὐχὶ βούλομαι*
Μήνυτρα δοῦναι τῷ παλαμναίῳ ξένῳ.

hæc subjungit: *καίτοι βέβαιον οὐδὲν οὐδ' ἰσχυρὸν οἱ μηνύοντες ἐδείκνυσαν· εἷς δ' αὐτῶν ἐρωτώμενος, ὅπως τὰ πρόσωπα τῶν Ἑρμοκοπιδῶν γνωρίσειε, καὶ ἀποκρινάμενος ὅτι πρὸς τὴν σελήνην, ἐσφάλη τοῦ παντός· ἕνης καὶ νέας οὔσης ὅτε ταῦτ' ἐδρᾶτο.* De quo eo magis mihi est persuasum, quod et Andocides dicit, Dioclidem falsi indicii pœnas morte luisse, p. 9. v. 26. Hic vero Dioclides 42. viros ac-

cusat (vid. Andoc. p. 6. v. 40.), atque in his Andocidem, Leogoram, Calliam fratrem Andocidis affinem, consobrinos tres aliosque cognatos, quos quinque enumerat orator p. 7. v. 20., at septem fuisse dicit p. 9. v. 37.; nisi forte priore loco (quem præterea corruptum bene sanasse videtur Reiske), duorum cognatorum nomina exciderint, vel, quod probabilius est, altero loco pro *ἑπτὰ* legendum sit *πέντε*: numeralium enim frequens in MSS. est confusio, potuitque vel litera Z ex E, vel *ἑπτὰ* ex compendio scribendi *πτε* corrumpi.

Illi igitur quum in carcere essent, neque ulla spes salutis appareret propter timorem populi et suspicionem, cognatus quidam Andocidis, quem ipse Charmidem, Plutarchus Timæum vocat, variis illi rationibus persuadet, ut *ἀδείᾳ* promissa usus se ipse et alios quosdam accuset, cognatosque suos et amicos nexos servet: vid. Andoc. p. 7. v. 25., Plutarch. in Alcib. p. 202. A., et hos duos viros Thucydides l. VI. c. 60. quamvis nomina non dicat, quin significet tamen nullum est dubium. Hujus igitur monitis obtemperavit Andocides, ac semetipsum aliosque jam a Teucro delatos accusavit, quibus viros addidit quatuor, quos cæteri delatores non nominaverant, Panætium, Chæredemum, Diacritum (vel, ut conjecit Valckenaerius, Lacritum), Lysistratum: vid. Andoc. p. 8. seq. Quos solos sua accusatione in exsilium esse pulsos affirmat ipse p. 8. v. 11. p. 9. v. 36. Attamen hoc vix possum componere cum iis, quæ ante dixit p. 3. v. 4. ubi Panætium enumerat inter eos, qui ab Andromacho accusati in exsilium sponte abierant. Neque vero exsules hos jam rediisse credibile est: ut adeo vel erraverit Orator, vel diversus sit hic a superiore Panætio. Reliquos autem dicit Andocides, qui ex Teucri delatione fuissent comprehensi, jam ultimo supplicio esse affectos; qui vero fuga essent elapsi, absentes capitis fuisse condemnatos. Paullo tamen aliter Thucydides l. VI. c. 60. *Τὸν μὲν μηνυτὴν εὐθὺς, καὶ τοὺς ἄλλους μετ' αὐτοῦ, ὅσων μὴ κατηγορήκει, ἔλυσαν· τοὺς δὲ καταιτιαθέντας, κρίσεις ποιήσαντες, τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, ὅσοι ξυνελήφθησαν, τῶν δὲ διαφυγόντων θάνατον καταγνόντες, ἐπανεῖπον ἀργύριον τῷ ἀποκτεινάντι*: quem sequitur Plutarchus p. 202. B. *οὓς δ' ὠνόμασε* (Andocides), *πάντες πλὴν τῶν φευγόντων ἀπώλοντο.* Quo major autem fides delationis esset, suos ipse servos ancillasque ad *βάσανον* sive quæstionem per tormenta tradidit: vide Plutarch. l. c. ipsumque Andoc. p. 9. v. 19, et 20. Neque vero hoc indicium, neque reliquorum postea certam habuit fidem, ut ait Thucydides l. c. Sed tunc quidem populus Atheniensis, his auditis, tandem verum se comperisse existimans, vinctos reliquos e carcere solvit, excubias atque custodias domum remisit, Dioclidem impurissimum calumniatorem ultimo affecit supplicio (vid. Andoc. p. 9. v. 26. seqq); et sic (quod dicit

Thucyd. l. c.) magnum commodum tota percepit civitas. Hinc quantum distet Pseudo-Plutarchi narratio, patebit, si quis locum, quem ante descripsimus, cum his contulerit.

CAPUT QUARTUM.

Andocides decreto prohibitus est a foro et sacris: non devotus. Peregre abiit. Cypri regibus primum gratiosus, deinde invisus. Aristidis filia. Emendatur Andocides. Oligarchia Athenis. Andocidem redire cupientem spes fefellit. Secundum rediens iterum est expulsus. Prytanes sæpius corrupti. Tandem ejectis XXX. Tyrannis rediit Andocides. Emendatur Pseudo-Plutarchus.

HIS angustiis liberatus Andocides varia deinde usus est fortuna. At, sicut ipsa fortuna Andocidis varia fuit et inconstans, sic etiam, qui de eo scripserunt, nihil certi, neque explorati, nec quod cum aliis congruat, tradiderunt. Quapropter in tanta scriptorum diversitate verum non ita facile investigare poterimus, quod ubi inventu erit difficile, probabilitatem certe consectabimur. Videamus igitur quid quisque de illo tradat. Lysias p. 105. v. 21. *Μετὰ δὲ ταῦτα, ἐπειδὴ ἀπεκτονὼς ἦν, οὓς αὐτὸς ἔφη περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, ἔδοξε τἀληθῆ μηνῦσαι καὶ ἐλύθη· καὶ προσεψηφίσασθε ὑμεῖς αὐτὸν εἴργεσθαι τῆς ἀγορᾶς καὶ τῶν ἱερῶν, ὥστε μηδ' ἀδικούμενον* (ita leg.) *ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν δύνασθαι δίκην λαβεῖν.* Eadem fere idem p. 104. v. 5. p. 107. v. 39. quo loco addit, fuisse eum a sacerdotibus devotum: *Καὶ ἐπὶ τούτοις ἱερεῖαι καὶ ἱερεῖς στάντες κατηράσαντο πρὸς ἑσπέραν, καὶ φοινικίδας ἀνέσεισαν κατὰ τὸ νόμιμον τὸ παλαιὸν καὶ ἀρχαῖον*: de quo ritu egit Taylor ad d. l. et Lect. Lys. c. 8. Sed Andocides de Reditu p. 21. v. 4. de se ait: *Ἔγνων ἥδιστον εἶναι πράττειν τε τοιαῦτα καὶ διαιτᾶσθαι ἐκεῖ, ὅπου ἥκιστα μέλλοιμι ὀφθήσεσθαι ὑφ' ὑμῶν.* Longius etiam abeunt Pseudo-Plutarchus et Photius: *Εὐδοκιμῶν δὲ ἐπὶ τοῖς πολιτεύμασιν ὁ Ἀνδοκίδης ἐπέθετο ναυκληρίᾳ.* At factum esse quoddam contra Andocidem decretum, quo arceretur a foro et templis, licet unus nobis auctor sit Lysias, indicat tamen ipse Andoc. de Red. p. 22. v. 35. *Τουτὶ τὸ ψήφισμα ὃ ἠκούσατε [εἶναί μοι ἄδειαν] ψηφισάμενοί μοι, ὦ Ἀθηναῖοι, ὕστερον ἀφείλεσθε, χάριν ἑτέρῳ φέροντες*: et jure illud colligas ex indole et natura actionis post reditum adversus illum institutæ, quam fuisse *ἔνδειξιν* postea apparebit. Fuisse autem a sacerdotibus devotum Andocidem, unius Lysiæ auctoritate nititur, neque id facile adducar ut credam: si enim devotus fuisset, non ausus esset in patriam redire, nisi prius publice foret revocatus, et sacerdotes iidem, qui illum devovissent, ante resecrassent. Equidem existimaverim, Auctorem *Orationis contra Andocidem* Alcibiadis causam in Andocidem transtulisse: Alcibiadem enim

et diris devotum et postea resecratum fuisse, docent Plutarch. in Alcib. p. 202. F. p. 210. A., et Nepos c. 4. et 6. Quum igitur in civitate contemni se videret Andocides, mercaturæ causa alias terras adire constituit: vid. Andocides p. 17. in fine, Lysias p. 105. v. 3., Pseudo-Plutarchus et Photius dd. ll. In regiones complures pervenit et insulas, Siciliam, Italiam, Peloponnesum, Thessaliam, Hellespontum, Ioniam, Cyprum (vid. Lysias p. 103. v. 38.): et in Cypro quidem primum apud Citii regem fuit gratiosus; deinde, cum illum a se alienasset, in vincula conjectus et maxima quæque mala passus est (vid. Lysias p. 105. v. 26.); quod ideo factum dicunt Pseudo-Plutarchus et Photius, quod filiam Aristidis cujusdam, consobrinam suam, clam familiæ surreptam, primum dono miserit Cyprio tyranno, dein quum timeret, ne domum reversus plagii accusaretur, illamque iterum conaretur abducere, deprehensus sit. Hujus rei quoque meminit Tzetzes l. ante cit.

> *Καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνεψιὰν ὁ Ἀνδοκίδης οὗτος*
> *Πυρῶν πωλεῖ τῷ βασιλεῖ τῷ τότε τῶν Κυπρίων·*
> *Τοῦ Ἀριστείδου δὲ ἡ παῖς θυγάτριον ὑπῆρχεν.*

Hæc dum peregre agebat Andocides, Athenis interea res vehementer erant mutatæ: nam, paucorum dominatu constituto, concilii Oligarchici, in quod quadringenti ex universis civibus allecti fuerant, seu senatus, qui dicebatur Quadringentorum, nutu omnia gerebantur. Andocides igitur, statum popularem exosus et optimatium amicus, magnam apud hos se gratiam initurum speravit, si classem Atticam, quibuscumque rebus posset, juvaret. Cum autem Archelaum Macedoniæ Regem amicum haberet et hospitem paternum, veniam ab illo impetravit remiges coemendi ex regione illius imperio subjecta: quos ipse sine lucro suo, eodem quo emerat pretio, præfectis classi Atheniensium tradidit, ac frumentum præterea et æs advexit. Sed, ut maritimis hominibus insitum est plerumque libertatis studium, ita tum quoque nautæ et classiarii Attici, qui Sami erant, Quadringentorum imperium recusabant, et antiquum populare imperium tueri constituerant. Itaque Andocides Athenas reversus tantum abfuit ut laudaretur, ut in summum eorum, qui rempublicam tenebant, incurreret odium: Quadringenti enim, simul atque illum rediisse erat compertum, statim corripi jusserunt, eorumque princeps Pisander illum accusavit, quod frumentum et remiges hostili exercitui (sic cives ipse suos vocabat) præbuisset. Fremente senatu et irato, ad aram, quæ in curia erat, prosilit Andocides, unde supplicem avellere nefas habebatur; quod ipsi tum quoque saluti fuit. Primum enim in carcerem conjectus, postea ab illis dimissus est. Vid. Andocides de Red. p. 21., Lysias p. 105. v. 29., Pseudo-Plutarchus et Photius in Vita. Historiam

illorum temporum exponunt Thucydides l. VIII., Diodorus Siculus l. XIII., Plutarchus et Nepos in Alcibiade: multaque quæ huc pertinent, attulerunt Io. Taylor in Vita Lysiæ et P. Van Spaan Dissert. de Antiphonte c. 2. p. 11. seqq. Hic igitur redeundi conatus cum male cessisset Andocidi, iterum in Cyprum abiit, atque ad Evagoram se contulit, Salaminis aliarumque Cypri civitatum regem: apud quem cum aliquamdiu gratia floruisset, deinde odium illius contraxit, et in custodiam datus est: ex qua cum evasisset, aliquamdiu oberravit, donec tandem Athenas redire ausus est, restituto pridem populari imperio. Cum vero decreto populi arceretur a foro, Prytanibus pecunia data persuasit, ut se in concionem venire paterentur. Sed hæc res infelicem habuit exitum: Athenienses enim, memores Psephismatis ante facti, illum in exsilium expulerunt: vid. Lysias p. 105. v. 32. seqq., Pseudo-Plutarchus et Photius ll. cc. In hujus autem causæ disceptatione habitam esse orationem περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου infra probare conabimur. De Prytanum in comitiis munere egregie disseruit Vir Clar., cui summa quæque debeo, Io. Luzacius Disquisit. de Epistatis et Proedris Athen. in Annot. ad Orat. de Socrate Cive p. 92. seqq. Δωροδοκίαν illis exprobrat Aristophanes in Pace v. 905. seqq.

Ἀλλ' ὦ Πρυτάνεις, δέχεσθε τὴν Θεωρίαν·
Ἴδ' ὡς προθύμως ὁ Πρύτανις παρεδέξατο·
Ἀλλ' οὐκ ἂν εἴ τι προῖκα προσαγαγεῖν σ' ἔδει·
Ἀλλ' εὗρον ἄν σ' ὑπέχοντα τὴν ἐκεχειρίαν.

Thesmoph. v. 943.

Ὦ Πρύτανι, πρὸς τῆς δεξιᾶς, ἥνπερ φιλεῖς
Κοίλην προτείνειν, ἀργύριον ἤν τις διδῷ.

item Lysias Epil. c. Ergocl. p. 180. v. 14. Ὁρῶ δ' αὐτοὺς — ὠνουμένους τὰς αὐτῶν ψυχὰς καὶ παρὰ τῶν λεγόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν, καὶ παρὰ τῶν Πρυτάνεων, καὶ πολλοὺς Ἀθηναίων ἀργυρίῳ διαφθείρειν.

Tertium igitur exsul Andocides Elidem se recepit: vid. Pseudo-Plutarchus et Photius: dum domum illius interea habitabat Cleophon, ante lyrarum faber, tum vero princeps demagogorum: vid. Andoc. de Myst. p. 19. v. 8. Cum autem Thrasybulus XXX. Tyrannos expulisset Athenis, Andocides quoque rediit: vid. Pseudo-Plutarchus et Photius. Attamen ipse illos in recuperanda civitate non adjuvit, neque in Piræeum ad eos pervenit: dicit enim p. 17. v. 17. se ex Cypro Athenas rediisse: unde mihi videtur Elide domicilium habuisse, et hinc mercaturæ causa alias obiisse regiones, et cum Cypriis maxime habuisse commercia. Verisimile enim est illum cum Cypri regibus rediisse in gratiam, quoniam Or. de Red. p. 22. v. 17. dicit se effecisse, ut ex Cypro frumentum adveheretur,

et de Myst. p. 1. v. 21. multos se habere agros in Cypro sibi donatos, quos sine regum illorum venia habere non potuisset. Postremo autem loco de agris dicere Oratorem, et pro ἡ πολλὴ legendum esse γῇ πολλῇ, cum res ipsa ostendit, tum præter Reiskium viderat Valckenaerius Vir. Clar. et in schedis suis notaverat. Hoc tempus vitæ Andocidis Pseudo-Plutarchus ita descripsit: Δεθεὶς δὲ ὑπὸ τούτων [τῶν τετρακοσίων] καὶ διαφυγὼν αὖθις, ὁπότε κατελύθη ἡ ὀλιγαρχία, ἐξέπεσε τῆς πόλεως, τῶν τριάκοντα τὴν ἀρχὴν παραλαβόντων· οἰκήσας δὲ τὸν τῆς φυγῆς χρόνον ἐν Ἤλιδι, κατελθόντων τῶν περὶ Θρασύβουλον, καὶ αὐτὸς ἧκεν εἰς τὴν πόλιν. At qualis demum est illa temporum ratio? *In exsilium abiit post oligarchiam dissolutam, quum XXX. Tyranni imperium occupassent.* Inter quadringentos enim et XXX. Tyrannorum dominationem septem anni interjecti sunt. Non credo tamen hunc esse errorem auctoris, sed librarii. Photius enim in suo codice aliter legit, cum hæc Pseudo-Plutarchi verba in Bibliothecam suam ita transtulerit: Δεθεὶς δὲ ὑπὸ τούτων πάλιν διέφυγεν· ἡνίκα δὲ ἡ ὀλιγαρχία κατελύθη, ἐφυγαδεύθη τῆς πόλεως· καὶ ἐν Ἤλιδι τὸν τῆς φυγῆς χρόνον διατρίψας, τῶν περὶ Θρασύβουλον κατεληλυθότων, καὶ αὐτὸς συγκατελήλυθεν. Quare et in Pseudo-Plutarcho ita fortasse rescribendum: ἐξέπεσε τῆς πόλεως, τῶν τριάκοντα τὴν ἀρχὴν οὔπω παραλαβόντων: vel verba: τῶν Λ̄ τὴν ἀρχὴν παραλαβόντων: quæ nec Photius habet, delenda sunt.

CAPUT QUINTUM.

Andocides iterum magnus in civitate. Emendatur Pseudo-Plutarchus. De jure puellarum ἐπικλήρων disseritur. Filii sorores suas ab hereditate paterna excludebant: filiæ fratres nothos. Puella ἐπίπροικος quænam, item ἐπίκληρος et ἐπίδικος? De filiarum nuptiis testamento pater disponebat: si is non fecisset, Lex. Ἐπιδικάζεσθαι τῆς ἐπικλήρου. Tutela mulierum. Ἀγχιστεῖς et ἀγχίστεια. Dos a cognatis puellæ ἐπικλήρῳ danda. Εἰσαγγελία. Πρόσκλησις sive πρόκλησις evictio τῆς ἐπικλήρου. Jurisdictio de iis Archontis. Epilyci filiæ. Leager. Callias Andocidi litem parat. Cephissius. Agyrrhius. Explicatur Andocides. Reliqua ejus vita et res exponuntur. Ipse gentis suæ fuit ultimus.

Reversus Athenas Andocides pristinam brevi recuperavit auctoritatem (vid. Lysias, p. 106. v. 7.): vix decem dies redierat, quin Archippum, sive Aristippum (quodcunque tandem illi nomen fuerit) accusaret, quod Hermen suum avitum læsisset: hic autem, quamquam respondere poterat, illum integrum esse et illæsum, tamen data pecunia Andocidem ab accusatione avertere maluit, quam judicii periculum subire: vid. Lysias p. 104. v. 11. Deinde senator factus multum et in senatu et in concione valuit; complura munera publica administravit: Gymnasiarchus fuit Vulcanalibus;

Architheorus ad ludos Isthmicos et Olympicos missus est: deinde sacri ærarii fuit Quæstor (vid. Or. de Myst. p. 17. v. 19.): et Choregus Dithyrambicis Poetis victor donarium sacravit tripodem, ut prodit Pseudo-Plutarchus, cujus hunc locum insigni mendo liberavit Taylor Lect. Lys. c. 5. Sed aliud reliquit vitium, quod nos nunc expurgare conabimur. Scriptum est enim in vulgatis Editionibus: καὶ αὐτὸς δὲ ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῳ διθυράμβῳ. Sed legendum credo ἀγωνιζομένοις διθυράμβῳ. *Choregus sumtus præbuit in certamen poetarum dithyrambico carmine certantium.* Vulgatissimæ locutionis χορηγεῖν τραγῳδοῖς, κωμῳδοῖς cæt. exempla vid. apud Lysiam de Bonis Aristoph. p. 154. v. 29. Δωρ. Ἀπολ. p. 161. v. 34. p. seq., Isæum de Dicæog. Hered. p. 54. v. 29., Demosth. in Mid. p. 535. 12. ed. R. Quamvis vero, istis honoribus functus, summa auctoritate valere in civitate videretur, illa amplitudo non impedivit, quominus interea ἐνδείξεως actione peteretur, ut auctor est Lysias p. 105. v. 42.; qua tamen absolutum fuisse verisimile est, quod postea eadem adversus ipsum actio est instituta. Nam tertio postquam in patriam redierat anno (vid. Or. de Myst. p. 17. v. 17.) in summum omnium rerum discrimen adductus fuit Andocides, ad quod depellendum cum dicta sit ab eo palmaria illa *de Mysteriis* oratio, singula causarum momenta exponemus, quibus inducti Oratoris inimici hanc ei litem intulerunt: quod ut tutius meliusque facere possimus, nonnulla prius ex jure Attico de puellis orbis erunt delibanda, quæ insignem hujus orationis locum, qui exstat p. 15. seq. illustrent.

Cum Athenienses admodum timerent, ne familiæ exstinguerentur et sacra gentilitia interirent, magnaque haberetur calamitas, si quis sine liberis, vel ex se natis, vel certe adoptatis, moreretur (vid. v. g. Andoc. de Myst. p. 19. v. 6., Isocr. Æginet. p. 394. A. et C., Isæus de Philoct. Hered. p. 56. v. 31. seqq., Demosth. c. Macart. p. 1053, 21. 1075, 12. sqq. 1076, 14. sqq. ed. Reisk.), variis huic rei rationibus, et sibi quisque, et leges in commune prospiciebant. Si quis igitur liberos utriusque sexus relinqueret, filii vel, iis mortuis, nepotes ex illis nomen gentile sustinebant, et hereditatem paternam sibi acquirebant, indeque sorores alebant: vide Demosth. c. Macart. p. 1067, 1., et exemplum apud Lysiam Apol. adv. Sim. p. 97. init. Cum vero illæ nuberent, dotem dabant, ipsique maritis despondebant: atque ex tali matrimonio liberi legitimi nascebantur. Lex apud Demosthenem in Steph. II. p. 1134, 16. Ἣν ἂν ἐγγυήσῃ ἐπὶ δικαίοις δάμαρτα εἶναι, ἢ πατὴρ, ἢ ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ, ἢ πάππος ὁ πρὸς πατρὸς, ἐκ ταύτης εἶναι παῖδας γνησίους: Lysias pro Mantitheo p. 146. v. 18. Δύο μὲν ἀδελφὰς ἐξέδωκα, ἐπιδοὺς τριάκοντα μνᾶς ἑκατέρᾳ: de Bonis Aristoph. p. 157. v. 18. Καὶ ἰδίᾳ τισὶ τῶν πολιτῶν ἀποροῦσι ξυνεξέδωκε θυγατέρας καὶ ἀδελφάς: Isæus de

Pyrrhi Hered. p. 38. v. 18. ἐτόλμησε μαρτυρῆσαι ἐγγυῆσαι τῷ θείῳ τῷ ἡμετέρῳ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα εἶναι κατὰ τοὺς νόμους. Conf. p. 40. v. 27. p. 41. f. et seq. p. 45. v. 21. seq. Talis autem puella dicebatur ἐπίπροικος, quod dotem tantum ex bonis paternis consequebatur. Pollux Onomast. l. III. s. 35. ἡ μὲν σὺν προικὶ ἐπίπροικος: vid. Harpocrat. et Suidas v. ἐπίδικος. At, si filium nullum germanum decedens quis relinqueret, sed filiam unam vel plures, illæ filiæ dicebantur ἐπίκληροι (vid. Harpocrat. et Suidas l. c., Schol. Aristoph. ad Vespas v. 581. Av. 1652.); et nothos fratres ab hereditate excludebant: vid. Aristoph. Av. 1640. seqq. et Schol. ad d. l. Neque solum ἐπίκληρος talis virgo dicebatur, sed et ἐπικληρῖτις Isæo audivit, teste Harpocrat. v. ἐπίδικος: item Soloni, ut auctor est Pollux l. III. segm. 33. Euripidi ἔγκληρος Iphig. Taur. v. 682. unde et in Hippol. v. 1011. ἔγκληρον εὐνὴν προσλαβών. Hesychius: ἔγκληρον, ἐπίκληρον, πλούσιον, ἐνούσιον: legendum esse πλουσίαν monuit Io. Luzacius in Lectionibus domesticis, ad d. l. Hippolyti Euripidei, cum solæ fœminæ ἐπίκληροι, et ἔγκληροι dicantur. Apud Iones videtur filia unica heres πατρούχου nomen habuisse: certe ita vocatur ab Herodoto l. VI. c. 57. vid. Valckenaerius ad i. l. et Ruhnkenius ad Timæum v. πατρούχου παρθένου. Dores illam appellarunt ἐπιπαματίδα, ἐπιπάμονα, et ἐμπάμονα: quæ vocabula originem ducunt a verbo πάω vel πάομαι *possideo*. Vid. Maussac. ad Harpocrat. v. ἐπίδικος et v. κώδια: Hemsterhusius ad Polluc. l. X. s. 20. (ubi et Eustathio ἐπιπαματίδας pro vitioso μάνδας reddidit): et ad Hesychium p. 1197. Kuster et Alberti ad eundem v. ἐπιπαματίδα. Jam vero, ne stirps exstingueretur, sæpius filiam ejusmodi unicam una cum hereditate alicui ex amicis testamento relinquebant, ea conditione, ut puer ex illo natus in φράτορας defuncti inscriberetur: in cujus enim φράτορας quis esset receptus, ejus filius legitimus, sive nativitate, sive adoptione, habebatur. Vid. Petitus Comment. ad Leges Att. l. II. tit. 4. p. 223. et de ipso ritu Scholiastes Comici ad Ranas v. 810. Quin et illi, qui unicam haberet filiam, non licuit aliter quemquam adoptare, nisi simul filiam suam illi in matrimonium elocaret. Isæus de Pyrrhi Hered. p. 44. v. 38. Ὁ γὰρ νόμος διαῤῥήδην λέγει· ἐξεῖναι διαθέσθαι ὅπως ἂν ἐθέλῃ τις τὰ ἑαυτοῦ, ἐὰν μὴ παῖδας γνησίους καταλίπῃ ἄῤῥενας· ἂν δὲ θηλείας καταλίπῃ, ἐπὶ ταύταις· οὐκοῦν μετὰ τῶν θυγατέρων ἔστι δοῦναι καὶ διαθέσθαι τὰ αὐτοῦ· ἄνευ δὲ τῶν γνησίων θυγατέρων οὐχ οἷόν τε οὔτε ποιήσασθαι οὔτε δοῦναι οὐδενὶ οὐδὲν τῶν ἑαυτοῦ. Eadem Lex exstat apud Demosthenem c. Macart. p. 1067. 1. ed. R. Conf. Isæus d. Or. p. 45. v. 18. seqq. Demosth. c. Macart. p. 1053. 21. c. Steph. II. p. 1136. 1. Pertinet huc locus Aristophanis in Vespis v. 581.

Κᾂν ἀποθνήσκων ὁ πατήρ τῳ δῷ καταλιπὼν παῖδ' ἐπίκληρον,
Κλαίειν ἡμεῖς μακρὰ τὴν κεφαλὴν εἰπόντες τῇ διαθήκῃ,

Καὶ τῇ κόγχῃ τῇ πάνυ σεμνῶς τοῖς σημείοισιν ἐπούσῃ,
Ἕξομεν ταύτην, ὅστις ἂν ἡμᾶς ἀντιβολήσας ἀναπείσῃ.

et v. 587.

Τῆς δ' ἐπικλήρου τὴν διαθήκην ἀδικεῖς ἀνακογχυλιάζων.

Ita quidem juris erat, si quis testamentum fecisset: si vero intestato esset mortuus, is, qui genere proximus esset, lege jubebatur, puellam sibi in matrimonium petere, quod dicebatur ἐπιδικάζεσθαι τῆς ἐπικλήρου: et tum virgo fiebat ἐπίδικος. Pollux l. III. s. 33. Ἐπίδικος δὲ, ἡ ἐπίκληρος λέγεται, ὑπὲρ ἧς ἀμφισβητοῦσί τινες ἀλλήλοις, ὡς μᾶλλον εἰς αὐτοὺς τῆς ἀγχιστείας καθήκουσης. Conf. l. VIII. s. 23. Harpocrat. et Suidas in v. Jus illud tradit Isæus d. Or. p. 44. v. 23. Ἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν τελευτήσαι (ita leg. videtur cum Reiskio) μὴ καταλιπὼν αὐταῖς γνησίους ἀδελφοὺς, τοῖς ἐγγύτατα γένους ἐπιδίκους εἶναι ὁ νόμος κελεύει κ. τ. λ. Demosth. c. Macart. p. 1053. pen. ed. R. Ἐπιδικασάμενος ὡς γένει ὢν ἐγγυτάτω: p. 1056. 9. ὄντες γὰρ ἐν ταὐτῷ γένει Θεοπόμπῳ καὶ προσήκοντες ὁμοίως τῷ Ἁγνίᾳ, οὗ ἐστὶν ὁ κλῆρος, οὐδεὶς αὐτῶν οὔτε πρότερον πώποτε, οὔτε νῦν ἠνώχλησεν ἡμῖν, οὔτε ἠμφισβήτησεν, οὔτε τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου, οὔτε τῆς γυναικὸς τῆς ἐπικλήρου, ἣν ἐγὼ ἔχω ἐπιδικασάμενος, ἡγούμενοι οὐδ' ὁτιοῦν προσήκειν ἑαυτοῖς οὐδενὸς τῶν Ἁγνίου: p. 1075. 25. ἐγὼ δ' ἐπεδικασάμην τῆς τούτου μητρός. Vide et Isæum de Philoct. Hered. p. 62. init. de Aristarchi Hered. p. 80. init. Diodorus Siculus l. XII. c. 18. p. 490. Τρίτος δὲ νόμος διωρθώθη (a Charonda) ὁ περὶ τῶν ἐπικλήρων ὁ καὶ παρὰ Σόλωνι κείμενος· ἐκέλευε γὰρ τῇ ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἔγγιστα γένους, ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἐπίκληρον ἐπιδικάζεσθαι τῷ ἀγχιστεῖ, ᾧ ἦν ἀνάγκη συνοικεῖν, ἢ πεντακοσίας ἐκτίσαι δραχμὰς εἰς προικὸς λόγον τῇ πενιχρᾷ ἐπικλήρῳ. Minus ex more Attico Diodorus verbum ἐπιδικάζεσθαι dativo jungit, quo Attici scriptores cum genitivo utuntur; neque etiam satis accurate ex jure Attico dotem definivit, ut apparebit ex iis, quæ postea dicerentur. Terentius in Adelph. A. IV. Sc. 5. v. 16.

——— "Hæc virgo orba est patre.
Hic meus amicus illi genere est proximus.
Huic leges cogunt nubere hanc."

in Phormione, quæ fabula ex Apollodori Ἐπιδικαζομένῃ est desumta, A. I. Sc. 2. v. 75.

"Lex est, ut orbæ, qui sint genere proximi,
Eis nubant: et illos ducere eadem hæc Lex jubet."

Conf. Budæus Comment. l. Gr. p. m. 81., Grotius Comment. ad Matth. I. v. 16., et Petitus Comment. ad Leges Att. l. VI. t. 1. p. 535. et 539. seqq. Actio, qua cognati petebant τὴν ἐπίκληρον, et

de ἀγχιστείᾳ inter se contendebant, dicebatur πρόσκλησις. Pollux l. VIII. segm. 62. πρόσκλησις δέ ἐστιν ἐπὶ τῶν ἀμφισβητούντων κλήρου καὶ ἐπικλήρου.

Si quis autem virginem ἐπίκληρον judicio esset adeptus, tenebatur ter singulis mensibus cum hac uxore sua concumbere: quod si ipse virili officio fungi non posset, cognati proximi illius loco id facere debebant: neque tamen licebat uxori ἐπικλήρῳ cum alio viro rem habere, nisi cum proximis mariti cognatis, ut tradit Plutarchus in Solon. p. 89. B. C. Maritus ille, cui puella erat adjudicata, simul quoque fiebat κύριος τῆς ἐπικλήρου: tutorem enim legitimum, (τὸν κύριον, non vero τὸν ἐπίτροπον) qualis erat, qui genere esset proximus, ducere eam oportebat: si vero ipse ducere non posset, alii elocare debebat, qui simul tutelam mulieris susciperet. Lex est apud Demosthenem c. Steph. II. p. 1134. 16. Ἣν ἂν ἐγγυήσῃ ἐπὶ δικαίοις δάμαρτα εἶναι, ἢ πατὴρ, ἢ ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ, ἢ πάππος ὁ πρὸς πατρὸς, ἐκ ταύτης εἶναι παῖδας γνησίους· ἐὰν δὲ μηδεὶς ᾖ τούτων, ἐὰν μὲν ἐπίκληρός τις ᾖ, τὸν κύριον ἔχειν, ἐὰν δὲ μὴ ᾖ, ὅτῳ ἂν ἐπιτρέψῃ τοῦτον κύριον εἶναι. Viduæ ἐπικλήρου filius secundo post pubertatem anno, ætatis vigesimo, bona paterna et avita sibi acquirebat, matrique alimenta præstare tenebatur. Lex ait apud Demosthenem d. l. p. 1135. 3. Καὶ ἐὰν ἐξ ἐπικλήρου τις γένηται, καὶ ἅμα ἡβήσῃ ἐπὶ δίετες, κρατεῖν τῶν χρημάτων, τὸν δὲ σῖτον μετρεῖν τῇ μητρί. Οὐκοῦν, addit Demosthenes, ὁ μὲν νόμος κελεύει τοὺς παῖδας ἡβήσαντας, κυρίους τῆς μητρὸς εἶναι· τὸν δὲ σῖτον μετρεῖν τῇ μητρί. Conf. Isæus de Cironis Hered. p. 72. v. 17. seqq. de Aristarchi Hered. p. 80. in fine. Hyperidis locum servavit Harpocration v. ἐπιδίετες ἡβῆσαι. —Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Χάρητα ἐπιτροπικῷ. Ἐπειδὴ δὲ ἐνεγράφην ἐγὼ, καὶ ὁ νόμος ἀποδέδωκε τὴν κομιδὴν τῶν καταλειφθέντων τῇ μητρὶ, ὃς κελεύει κυρίους εἶναι τῆς ἐπικλήρου, καὶ τῆς οὐσίας ἁπάσης τοὺς παῖδας, ἐπειδὰν ἐπιδίετες ἡβῶσιν. Conf. Petitus l. VI. t. 2. p. 556. Cognati illi proximi dicebantur ἀγχιστεῖς: vid. Pollux l. III. s. 33. Ammonius de Diff. Vocab. p. 3. Ἀγχιστεῖς, καὶ Συγγενεῖς, καὶ Οἰκεῖοι διαφέρουσιν. Ἀγχιστεῖς μὲν γὰρ, οἷς, ἐπειδάν τις ἐκ τοῦ γένους ἀποθάνῃ, συγχωρεῖ ὁ νόμος ἀντιποιεῖσθαι τῶν τούτου δικαίων· Συγγενεῖς δὲ, οἱ ὄντες ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, οὐ καλούμενοι δὲ ὑπὸ τῶν νόμων ἐπὶ τὰ ἀγχιστικὰ δίκαια· Οἰκεῖοι δὲ, οἱ κατ' ἐπιγαμίαν ἐπιμιχθέντες τῷ οἴκῳ: ad quem locum egregium conf. Valckenaerius in Animadversion. p. 4. seqq. Suidas: Ἀγχιστεία, ἡ μετουσία τῆς οὐσίας παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Ὄρνισι (v. 1660.) νόθῳ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν. Hujus vero ἀγχιστείας primus erat patruus, argumento Legis cit. ex Demosth. p. 1134. 16. nam ibi si neque sit pater, neque frater, neque avus paternus, tutor jubetur sibi ipse habere pupillam, vel elocare. At quis tandem post illos quos diximus genere proximus est, nisi patruus? Et licuisse Athenis fratrum sororumque filias uxores

ducere, res est satis cognita. Talis matrimonii exemplum est apud Lysiam Or. c. Diogit., apud Dion. Halic. in Vita Lysiæ p. 209. ubi Diodotus filiam fratris germani Diogitonis unicam uxorem ducit. Ultimus autem ἀγχιστέων lege erat designatus consobrini filius. Demosth. c. Macart. p. 1058. 11. Τῷ μὲν παιδὶ τούτῳ ἐστὶν ὄνομα τῶν ἐν τῷ νόμῳ εἰρημένων, καὶ μέχρι οὗ ὁ νόμος κελεύει τὴν ἀγχιστείαν εἶναι· ἀνεψιοῦ γὰρ Ἁγνίου παῖς ἐστίν. Scholiastes Luciani in Timon. c. 5. p. 166. Ἀγχιστεὺς καὶ ἀγχιστεία, ἡ συγγένεια· καὶ ἀγχιστεῖς οἱ ἀπὸ ἀδελφῶν καὶ ἀνεψιῶν καὶ θείων κατὰ πατέρα καὶ μητέρα ἐγγυτάτω τοῦ τελευτήσαντος· οἱ δὲ ἔξω τούτων συγγενεῖς μόνον· οἱ δὲ κατ' ἐπιγαμίαν μιχθέντες τοῖς οἴκοις, οἰκεῖοι λέγονται: ita hic locus legendus ex Suida, qui Scholiastæ verba in Lexicon suum transtulit v. Ἀγχιστεύς. Si vero ἐπίκληρος esset pauperrima, quæ minimum tributum sive θητικὸν penderet, proximus cognatus, si ipse eam habere nollet, alii viro elocans dotem dare tenebatur. Legem, qua dos illa definita est, servavit Demosth. c. Macart. p. 1067. 27. Τῶν ἐπικλήρων, ὅσαι θητικὸν τελοῦσιν, ἐὰν μὴ βούληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένους, ἐκδιδότω ἐπιδοὺς ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος πεντακοσίας δραχμὰς, ὁ δ' ἱππεὺς τριακοσίας, ὁ δὲ ζυγίτης ἑκατὸν πεντήκοντα πρὸς οἷς αὐτῆς (ita leg. cum Lambino et Reiskio). ἐὰν δὲ μὴ πλείους ὦσιν ἐν τῷ αὐτῷ γένει, τῇ ἐπικλήρῳ πρὸς μέρος ἐπιδιδόναι ἕκαστον· ἐὰν δ' αἱ γυναῖκες πλείους ὦσι, μὴ ἐπάναγκες εἶναι πλέον, ἢ μίαν ἐκδοῦναι τῷ γένει· ἀλλὰ τὸν ἐγγύτατα δεῖ ἐκδιδόναι, ἢ αὐτὸν ἔχειν· ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ ὁ ἐγγύτατα γένους, ἢ μὴ ἐκδῷ, ὁ ἄρχων ἐπαναγκαζέτω, ἢ αὐτὸν ἔχειν, ἢ ἐκδοῦναι· ἐὰν δὲ μὴ ἐπαναγκάσῃ ὁ ἄρχων, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς ἱερὰς τῇ Ἥρᾳ· ἀπογραφέτω δὲ τὸν μὴ ποιοῦντα ταῦτα ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχοντα. particulam μὴ ante v. πλείους delendam esse, ex sententia manifestum est: nam quomodo quæso singuli partem conferant in dotem, si non plures uno sint cognati. Citat autem h. l. Harpocration v. Θῆτες. Idemque v. ἐπίδικος dicit ex Dinarchi Oratione περὶ τοῦ μὴ ἐπίδικον εἶναι cæt. manifestum esse, ὅτι τὰς ἀπορουμένας κόρας ἐξεδίδοσαν οἱ ἄγχιστα γένους πέντε μνᾶς ἐπιδόντες: Pollux l. III. s. 33. ἡ μέντοι κλῆρον οὐκ ἔχουσα πατρῷον, θῆσσα καλεῖται, ἣν ὁ ἀγχιστεὺς ἐκδίδωσιν, ἂν ἑτέρᾳ συνοικῇ, ἢ πάντως γαμεῖ. Ex hoc jure illud est, quod ait Terentianus ille Demipho, in Phorm. A. II. Sc. 1. v. 65.

—— "Verum si cognata est maxime,
Non fuit necesse habere: sed, id quod Lex jubet,
Dotem daretis: quæreret alium virum."

et Sc. 3. v. 62.

"Itidem ut cognata si sit, id quod Lex jubet
Dotem dare, abduce hanc; minas quinque accipe."

Neque ultra certam ætatem ducere quis cogebatur; ait enim Phormio v. 75.

"Tuus est damnatus gnatus, non tu: nam tua
Præterierat jam ad ducendum ætas.—"

Hujus juris ratio secundum Terentium d. l. v. 68. est:

"Ut ne quid turpe civis in se admitteret
Propter egestatem.—"

Quod vero ultimo loco Lex dicit, posse quicumque velit, accusare illum, qui contra hanc Legem faciat, apparet quoque ex Terentii Phormione A. I. Sc. 2. v. 77. ubi Phormio hoc consilium dedisse narratur Antiphoni:

"Ego te cognatum dicam, et tibi scribam dicam:
Paternum amicum me assimulabo virginis.
Ad judices veniemus: qui fuerit pater,
Quæ mater, qui cognata tibi sit; omnia hæc
Confingam: quod erit mihi bonum atque commodum:
Quum tu horum nihil refelles, vincam scilicet."

Illud autem Isæus latius etiam extendit, qui docet universe cuivis licuisse, per εἰσαγγελίαν opem ferre ταῖς ἐπικλήροις, si male a maritis istis tractarentur, de Pyrrhi Hered. p. 42. v. 25. seqq. Μόνων τούτων τῶν δικῶν ἀκινδύνων τοῖς διώκουσιν οὐσῶν, καὶ ἐξὸν τῷ βουλομένῳ βοηθεῖν ταῖς ἐπικλήροις· οὔτε γὰρ ἐπιτίμιον ταῖς πρὸς τὸν ἄρχοντα εἰσαγγελίαις ἔνεστιν (leg. cum Reiskio ἔπεστιν) οὐδ' ἐὰν οὐδεμίαν τῶν ψήφων οἱ εἰσαγγείλαντες μεταλάβωσιν· οὔτε πρυτανεία, οὔτε παράστασις οὐδεμία τίθεται τῶν εἰσαγγελιῶν· ἀλλὰ τοῖς μὲν διώκουσιν ἀκινδύνως εἰσαγγέλλειν ἔξεστι τῷ βουλομένῳ, τοῖς δ' ἁλισκομένοις ἔσχαται τιμωρίαι ταῖς εἰσαγγελίαις ἔπεισιν. Harpocration v. εἰσαγγελία tres hujus accusationis species explicat; unam de publicis criminibus, de quibus Lex non nominatim ageret: alteram, qua utebantur adversus arbitros, qui mala fide egissent: ἑτέρα δὲ, addit, εἰσαγγελία λέγεται ἐπὶ ταῖς κακώσεσιν· αὗται δὲ εἰσὶ πρὸς τὸν ἄρχοντα, καὶ τῷ διώκοντι ἀζήμιοι, κἂν μὴ μεταλάβῃ τὸ πεμπτὸν μέρος τῶν ψήφων. At Pollux l. VIII. s. 53. ait: Δημοσθένης δ' ἐν τῷ κατὰ Μέδοντος καὶ κατὰ τῶν μὴ προσηκόντων τῇ ἐπικλήρῳ συνοικούντων γίγνεσθαι τὰς εἰσαγγελίας λέγει. Licet igitur quis vel ex testamento, vel ex judicio, haberet ἐπίκληρον, tamen illa poterat evinci a cognato propiore, quorum prius legibus non fuisse licitum videtur indicare locus Aristophanis ante cit. et Isæi de Pyrrhi Hered. p. 44. v. 21. seqq. alterum licuisse in confesso est, et actionem hac in re usitatam fuisse πρόσκλησιν sive πρόκλησιν, apparet ex Demosth. c. Macart. p. 1054. 25. Archontem habuisse de his liti-

bus jurisdictionem ex ll. all. satis apparuit: quibus addi possunt Lysias c. Alcib. p. 144. v. 27., Isæus d. Or. p. 43. v. 9. et 13., Demosth. adv. Lacr. p. 940. 10. adv. Pantæn. p. 976. 12. adv. Steph. II. p. 1135. 24., Pollux l. VIII. s. 89., Harpocrat. v. *ἡγεμονία δικαστηρίου*. At de *ἐπικλήροις τῶν μετοίκων*, uti de omnibus, quæ ad illos pertinerent, jus dicebat Polemarchus: vid. Budæus Comment. L. Gr. p. m. 81., Sigonius de Rep. Athen. l. III. c. 1. et l. IV. c. 3., Petitus Comment. ad Leges Att. l. c. et l. VI. t. 2. p. 551. seq. Ex hoc jure Attico desumtæ fuerunt complures veterum Comœdiæ. Alexidis, Antiphanis, Heniochi, Diodori Sinopensis citantur fabulæ *Ἐπίκληρος* inscriptæ; Menandri duæ exstiterunt hoc titulo: Diphili *Ἐπίκληρος* et *Ἐπιδικαζόμενος*: Apollodori *Ἐπιδικαζόμενος* olim exstitit, diversa ab *Ἐπιδικαζομένη*, ex qua *Phormionem* suum transtulit Terentius; hanc enim fuisse inscriptam *Ἐπιδικαζομένην* vel ex Terentiana fabula est manifestum, cum non juvenis puellam, sed Phormio, nomine puellæ, juvenem volentem in judicio coegerit, ut duceret amatam.

Hæc autem quoniam aliquanto latius exposuimus, ne quid obscurum hac parte esset, videndum, quid ad res Andocidis illustrandas faciant. Epilycus Thersandri filius, vir item in republica clarus et generis nobilitate excellens, avunculus Andocidis, (vid. Or. de Myst. p. 15. v. 35. de Pace p. 27. v. 10.) sine mascula prole, decesserat in Sicilia: filias reliquerat duas, quæ jure *ἀγχιστείας*, cum essent *ἐπίκληροι*, cedebant consobrinis, Andocidi et Leagro. Puellæ istæ in re angusta erant; nam debita patris defuncti pluris erant quam quinque talentorum; prædiorum illius æstimatio ne duorum quidem talentorum erat. Convenit tamen inter Andocidem et Leagrum, ut puellarum sibi quisque unam jure *ἀγχιστείας* peteret, cum satis fuisset illis alterutram vel sibi petere, vel cum dote elocare, secundum Legem supra cit. apud Demosth. c. Macart. p. 1067. 27. Fecerunt quod erat statutum; et, quam quidem Andocides acceperat puellam, ea brevi mortua est; quam vero Leager, salva mansit. Hanc sibi habere cupiebat Callias Hipponici filius, gente nobilissima Athenis ortus, vir improbus, Veneri apprime deditus, scortorum amantissimus, quo amore id effecit, ut bona sua admodum minueret, ac prorsus fere disperderet: (vid. Aristoph. Ran. 431. seqq. Av. 285. seqq. Eccles. 805. et Scholia ad dd. ll., Andoc. de Myst. p. 15. seqq., Perizonius ad Ælian. V. H. l. IV. c. 16. et 23.) ut ne duo quidem talenta in hereditate paterna invenerit, cum avus ejus ducentis census talentis fuisset, ut Lysias ait de Bonis Aristoph. p. 156. v. 10. idque ex eo fit verisimile, quod viventis adhuc patris bona eum dilapidasse dicit Andoc. d. l. Ridiculam ejus Orationem, quum legatus de pace ad Lacedæmonios missus esset, pro viri ingenio describit

Xenophon Hellen. l. VI. c. 3. §. 4. in qua non nisi se ipse laudat et fabulas narrat: tantum ad eloquentiam profecerat ex Eveni Parii, Protagoræ, aliorumque Sophistarum disciplina: ab his enim fuit edoctus, atque magnam iis pro institutione persolvit mercedem: ut tradunt Plato Apol. Socr. p. 20. A. et Xenophon c. 1. Sympos. quod domi ejus habitum descripsit: ubi facete ipsius ingenium ridet c. 4. Cæterum Calliarum genus omnium optime exposuerunt Palmer. ad Aristoph. Aves in Exercit. ad Auct. Gr. p. 754. et Perizon. ad Ælian. V. H. L. XIV. c. 16. Callias igitur cum Epilyci filiam sibi habere vellet, atque illud data pecunia a Leagro impetrasset, id ne fieret, intercessit Andocides, et Leagrum ad Archontem in jus vocavit, postulans ut vel ipse, utpote *ἀγχιστεὺς*, Epilyci filiam haberet vel sibi cederet. At vero Callias, quum se rem cum Leagro conficere non posse videret, in judicio experiri voluit, et filio suo, tanquam *ἀγχιστεῖ*, puellam petiit: ipse enim post Andocidem et Leagrum proximus illi erat cognatus. Quippe Leagrum credibile est fuisse filium Glauconis, quocum classi præfuerat Andocides: is enim dicitur fuisse Leagri filius; et verosimile est illum item filium habuisse Leagrum; de qua nominum avi et nepotis successione jam ante diximus. At Glauconis filiam, quæ Leagri soror fuerit, in matrimonio habuit Callias, et ex illa filium Hipponicum procreavit: vid. Andocides p. 16. v. 35. ut hic uno gradu fuerit remotior, quam Leager et Andocides. Cum vero intelligeret, unum sibi impedimento esse Andocidem, quo minus *τὴν ἐπίκληρον* sibi acquireret Hipponicus, Cephissio pessimo sycophantæ pecuniam dedit, ut *ἐνδείξεως* litem illi inferret. Juvabant hunc alii, vectigalium redemptores, quos Andocides licitando superaverat, et effecerat, ne vectigalia vilissimo pretio redimerent; ex quorum numero nebulo iste erat Agyrrhius: de quo vid. Aristoph. Plut. 176. ibique Scholia et Eccles. 102. et 184., Harpocrat. v. *Ἀγύῤῥιος* et *θεωρικὰ*, Valckenaerius Diatr. Eurip. c. 25. p. 293. c. His accesserunt Melitus, idem, credo, qui Socratem accusavit, et Epichares: vid. Andoc. p. 12. v. 36. seqq. Hæc enim *ἐνδείξεως* accusatio eo spectabat, ne illi in forum venire liceret, et præjudicium faciebat Andocidi, ne ipse causam suam ageret, et jus suum defenderet. Callias vero, judicii exitum exspectare non ausus, novum quoddam in Andocidem machinatus est, quo efficeret, ut inauditus moreretur. Nam, quum Lex esset Solonis, ut, qui *ἱκετηρίαν*, sive oleæ ramum lana obvolutum, supplicis signum, in Eleusiniæ Cereris templo deponeret, 1000. drachmis mulctaretur; Callias ramum deposuit, et Andocidem deposuisse in judicio finxit, postulavitque ut inauditus capite plecteretur, secundum Legem, quæ pœnam capitis in illum statueret, qui in festo Eleusiniorum *ἱκετηρίαν* deposuisset. Quas illum duas leges in Andocidis perniciem inter se confudisse

credo, cum illæ de plane diversis causis agerent, altera de ἱκετηρίᾳ in festo Eleusiniorum, altera de eadem alio tempore in Cereris templo deposita: et ita explicandum arbitror difficilem Andocidis locum de Myst. p. 15. At Orator crimina in se collata luculenta illa, quæ *de Mysteriis* inscribitur, oratione ita a se depulit, ut judicum sententiis sit absolutus.

Hoc judicio, quod et causæ suæ justitia, et sua fretus dicendi vi, nulla re coactus, sua sponte sustinuit, (vid. Or. de Myst. init. et Lysias p. 106. v. 2.) liberatus Andocides pristinum in civitate locum tenuisse videtur, et sex vel septem post annos legatus Lacedæmonem ad pacem componendam missus est; in qua legatione cum male se gessisse judicaretur, παραπρεσβείας judicio condemnatus, in exsilium expulsus, exsul obiit (vid. Pseudo-Plutarchus et Photius), stirpis suæ ultimus. Nam liberos illum reliquisse non est probabile, cum septuagesimo ætatis anno, quo causam ἐνδείξεως sive de Mysteriis oravit, nullos procreasset: vid. p. 19. v. 6. et 18. quod cum vitæ illius errabundæ tribuendum puto, tum impuro Veneris studio, cui deditum fuisse Oratorem satis patet ex loco de Myst. p. 13. v. 27. ubi objectum sibi turpis amoris probrum retorquet quidem in adversarium, non ipse a se amovet; neque illud abhorret ab indole moribusque et Andocidis, et universorum Atheniensium, ac maxime divitum et potentum isthac ætate: quod haud negabit qui in Oratorum et Aristophanis lectione aliquantum sit versatus. Quod autem Antiphontem Andocidi filium dant Scholia Aristoph. ad Vesp. 1262. locus procul dubio mutilus est, et videntur nonnulla de Antiphonte fuisse dicta, tum de Leogora subjecisse Scholiasten, illum fuisse patrem Andocidis. Fratres habuit nullos: vid. p. 19. v. 18. sororem unicam, Calliæ Teleclis filio nuptam: vid. p. 6. v. 35. fortunas magnas, quas tamen ipse postea valde imminutas esse dicit de Myst. p. 18. v. 14. et confirmat Lysias p. 105. v. 43.

Hæc igitur nobis de vita rebusque gestis Andocidis dicta sufficiant, qui, variis jactatus fortunæ fluctibus, modo florens in Republica, modo in carcerem detrusus, vitam egit miseram, civibus suis odiosus; apud posteros clarus eloquentiæ laude, contemtus propter morum pravitatem. Jam vero de scriptis illius videamus, et ad partem criticam accedamus.

I. OTT. SLUITERI
PRÆFATIO
AD ORATIONEM ANDOCIDIS
DE MYSTERIIS.

Cum cæterarum artium ac disciplinarum aut inventrices aut altrices exstiterunt Athenæ, tum eloquentia in ea urbe et nata esse et alta vere existimatur: non illam dico, quæ in poetis cernitur, sed eam, quæ in republica, quæ in foro, quæ in illustrandis aliis disciplinis versatur: Athenis primum se orator extulit, primumque monumentis et literis oratio est cœpta mandari. Cum vero jam Themistocles aliique, et illius ætate, et post illum, eloquentia præstitisse dicantur, nullius tamen, ut Oratoris, ante tempora Antiphontis scripta fuerunt, neque quisquam hoc munus seorsum ab aliis et separatum professus est. Postquam autem Gorgias et Antiphon Rhetoricas scholas Athenis aperuerunt, tantum derepente exarsit dicendi studium, ut humanior nemo videretur, qui non Rhetoribus eorumque arti studium impensius tribuisset. Primæ autem ætatis nulla ad nostram memoriam monumenta servata sunt, nisi Antiphontis aliquot Orationes, fortasse spuriæ; Andocidis paucæ; Lysiæ plures: ex quibus de dicendi genere illius ætatis possit judicari. At vero Andocides, medius pæne interjectus inter Antiphontem et Lysiam, illo duodecim fere annis minor, hoc novem annis major natu, diversum aliquanto ab illis secutus est dicendi genus. Ipse enim non nisi suas causas aut reipublicæ attigit, neque constat an artem didicerit, nisi fortasse Gorgiam audierit, qui eo adolescente jam docebat Athenis: illi autem et ipsi Rhetoricam docuerunt, et aliis scripserunt Orationes, quibus in judicio uterentur. Cum igitur non nisi publicas causas tractet Andocides, plurimum ipse in republica versatus, facile intelligitur, quantum illius lectio valeat, cum ad rempublicam ac res gestas, tum ad ingenium et mores Atheniensium cognoscendos; præsertim cum, et florente republica, et collapsa, vixerit, et instauratam iterum viderit. Talis igitur tantusque cognitionis fons cum sit nobis Andocides, non inutilem nos operam, neque ingratam eruditis facturos existimamus, si sordibus illum, quibus scatet, expurgantes, puriorem reddamus et limpidiorem;

maxime quidem quum non tantum nostras conjecturas et animadversiones fortasse leviores, sed et Codicis MS. auctoritatem, et Valckenaerii ingenium et copiam, adjumenta afferamus.

Est autem præstantissimum ingenii Andocidei monumentum, quod magno cum literarum bono etiamnum habemus, Oratio *de Mysteriis*, in qua, cum ab adversariis ἐνδείξεως actione in judicium vocaretur, contendit, se neque peccasse, neque, si peccasset, teneri amplius illa actione, quoniam cives post expulsos XXX. Tyrannos id inter se essent pacti et jurassent, ne ullam injuriæ ante illatæ memoriam haberent; atque, hac opportunitate oblata, multa subtiliter et egregie disputat de reditu exsulum et decretis illo tempore factis; quæ historiæ Atticæ lucem non exiguam afferunt. Causam ἐνδείξεως in hac Oratione tractari, quamvis inscribatur *de Mysteriis*, apparet ex pluribus ipsius Orationis locis: p. 2. v. 10. dicit se dubitare, unde primum sumat defensionis initium, πότερον ἐκ τῶν τελευταίων, ὡς παρανόμως με ἐνέδειξαν, et v. 26. se primum dicturum de ipsa causa, ὅθενπερ ἡ ἔνδειξις ἐγένετο, διόπερ εἰς τὸν ἀγῶνα τόνδε κατέστην, περὶ τῶν μυστηρίων: p. 5. v. 1. περὶ μὲν τῶν μυστηρίων, ὧν εἵνεκα ἡ ἔνδειξις ἐγένετο — ἀποδέδεικταί μοι κ. τ. λ. p. 15. v. 5. ἐπειδὴ γὰρ ἤλθομεν Ἐλευσινόθεν, καὶ ἡ ἔνδειξις ἐγεγένητο. p. 16. v. 8. δοὺς Κηφισίῳ χιλίας δραχμὰς, ἐνδείκνυσί με. Conf. Lysias c. Andoc. p. 104. v. 31. seqq. Taylor Lect. Lys. c. 6. Est autem ἐνδείξεως, quæ hic tractatur, species, qua contendit adversarius, non licere adversario per Legem quandam aut Scitum Populi, certas res agere, aut in certa loca venire, maxime templa, Diisque consecrata loca, et in forum. Vid. de hac actione Pollux l. VIII. s. 49. et 50. Harpocration et Suidas v. ἔνδειξις; Sigonius de Republ. Athen. l. III. c. 1. Fortasse hæc Oratio *de Mysteriis* fuit inscripta, ut distingueretur ab Oratione περὶ τῆς ἐνδείξεως, jam ante ab Andocide dicta et edita.

*** De Vita Andocidis, in libello Plutarchi *de Vitis X. Oratorum* et in Photii *Biblioth.* Cod. CCLXI. conscripta, deque plurimis aliis Andocidem pariter ac scripta ejus spectantibus, vid. Taylori Lectiones Lysiacæ, c. 5. et 6.

ΑΝΔΟΚΙΔΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ

ΛΟΓΟΣ.

Pag. ed. H.Steph. — Pag. ed. Reisk.

1.1 α΄. ΤΗΝ μὲν παρασκευὴν, ὦ ἄνδρες, καὶ τὴν προθυμίαν 1
τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν, [1]ὥστ' ἐμὲ κακῶς ποιεῖν ἐκ παντὸς
τρόπου καὶ δικαίως καὶ ἀδίκως, ἐξ ἀρχῆς ἐπειδὴ τάχιστα
ἀφικόμην εἰς τὴν πόλιν ταυτηνὶ, σχεδόν τι πάντες ἐπίστα-
σθε, καὶ οὐδὲν δεῖ περὶ τούτων πολλοὺς λόγους ποιεῖσθαι.
ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες, δεήσομαι ὑμῶν δίκαια καὶ ὑμῖν [2]τε ῥᾴδια
χαρίζεσθαι καὶ ἐμοὶ ἄξια πολλοῦ τυχεῖν παρ' ὑμῶν· καὶ
πρῶτον μὲν ἐνθυμηθῆναι ὅτι νῦν ἐγὼ ἥκω, οὐδεμιᾶς μοι
ἀνάγκης οὔσης παραμεῖναι, οὔτ' ἐγγυητὰς καταστήσας οὔθ'
ὑπὸ δεσμῶν ἀναγκασθεὶς, πιστεύσας δὲ μάλιστα μὲν τῷ
δικαίῳ, ἔπειτα δὲ καὶ ὑμῖν, γνώσεσθαι τὰ δίκαια καὶ μὴ
περιόψεσθαί με ἀδίκως ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν διαφθα-
ρέντα, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον σώσειν δικαίως κατά τε τοὺς
νόμους τοὺς ὑμετέρους καὶ τοὺς ὅρκους οὓς ὑμεῖς ὀμόσαντες
μέλλετε τὴν ψῆφον οἴσειν. εἰκότως δ' ἂν, ὦ ἄνδρες, τὴν αὐ- 2
τὴν γνώμην ἔχοιτε περὶ τῶν ἐθελοντῶν εἰς τοὺς κινδύνους
καθισταμένων, ἥνπερ αὐτοὶ περὶ αὑτῶν ἔχουσιν. ὁπόσοι μὲν
γὰρ μὴ ἠθέλησαν ὑπομεῖναι καταγνόντες αὑτῶν ἀδικίαν,

[1] ὥστε με [2] γε

Τὴν μὲν παρασκευὴν —] Elegantissimum Orationis principium e Cratino expressum esse, monet Clemens Alexandrinus (sive Grammaticus, quem ille descripsit) Strom. l. VI. p. 748. Κρατίνου ἐν Πυτίνῃ εἰπόντος·

Τὴν μὲν παρασκευὴν ἴσως γινώσκετε.

Ἀνδοκίδης ὁ ῥήτωρ λέγει, Τὴν μὲν παρασκευὴν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν σχεδόν τι πάντες εἴσεσθε. Andocidem vero, monente eodem, iterum imitati sunt Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Νικίαν ὑπὲρ παρακαταθήκης (ita enim legendum cum Ruhnkenio Histor. Crit. Or. Gr. p. 40.) Τὴν μὲν παρασκευὴν, καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἀντιδίκων ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες δικασταί: et Æschines initio Orationis in Ctesiph. Τὴν μὲν παρασκευὴν ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν παράταξιν. Sitne Andocides ex Clemente, an Clemens ex Andocide corrigendus, non ausim statuere. SLUITER.

Δικαίως καὶ ἀδίκως] Schol. Aristoph. Pluto 233. TAYLOR.

Ἀφικόμην] Scil. ex Cypro. V. p. 228. v. 11. IDEM.

Γε] Malim τε, ob insequens καί. opponuntur inter se ὑμῖν τε — καὶ ἐμοί. REISK.

εἰκότως ἂν καὶ ὑμεῖς τοιαῦτα περὶ αὐτῶν γινώσκοιτε, [1]οἷά περ καὶ αὐτοὶ περὶ σφῶν αὐτῶν ἔγνωσαν· ὁπόσοι δὲ πιστεύσαντες μηδὲν ἀδικεῖν ὑπέμειναν, δίκαιοι ἐστὲ καὶ ὑμεῖς περὶ τούτων τοιαύτην ἔχειν τὴν γνώμην, οἵανπερ καὶ αὐτοὶ περὶ αὐτῶν ἔσχον, καὶ μὴ [2]προκαταγινώσκειν ἀδικεῖν. αὐτίκα ἐγὼ, πολλῶν μοι [3]ἀπαγγελλόντων ὅτι λέγοιεν οἱ ἐχθροὶ ὡς ἄρα ἐγὼ οὔτ' ἂν ὑπομείναιμι οἰχήσομαί τε φεύγων,—τί γὰρ ἂν καὶ βουλόμενος Ἀνδοκίδης ἀγῶνα τοσοῦτον [4]ὑπομείνειεν, ᾧ ἔξεστι μὲν ἀπελθόντι ἐντεῦθεν ἔχειν πάντα τὰ ἐπιτήδεια, ἔστι δὲ πλεύσαντι εἰς Κύπρον, ὅθεν περ ἥκει, [5]ἡ πολλὴ καὶ ἀγαθὴ διδομένη καὶ δωρεὰ ὑπάρχουσα; οὗτος ἄρα βουλήσεται περὶ τοῦ σώματος τοῦ ἑαυτοῦ κινδυνεῦσαι; εἰς τί ἀποβλέψας; οὐχ
3 ὁρᾷ τὴν πόλιν ἡμῶν ὡς διάκειται; ἐγὼ δέ, ὦ ἄνδρες, πολὺ τὴν ἐναντίαν τούτοις γνώμην ἔχω. ἄλλοθί τε γὰρ ὢν, πάντα τὰ ἀγαθὰ ἔχειν, στερόμενος τῆς πατρίδος, οὐκ ἂν

[1] ὅσα καὶ [2] καταγινώσκειν [3] ἀπαγγελόντων [4] ὑπομείνοι, ἐν ᾧ [5] ἡ

Ὅσα] Recte οἷα pro ὅσα emendat Marklandus ad Lysiam p. 158. v. 21. SLUITER.

Καταγινώσκειν] Perinde usurpatur καταγινώσκειν τινὸς ἀδικεῖν atque ἀδικίαν. Vid. 5, 20. 7, 34. REISK.

Καὶ μὴ καταγινώσκειν ἀδικεῖν] Optimam lectionem præbet Codex ad marginem Editionis Aldinæ excerptus: καὶ μὴ προκαταγινώσκειν ἀδικεῖν. Non enim propter eam, quam dicit rationem, illos condemnare non oportet, sed non præjudicata opinione, antequam res in judicio examinata sit, credere illos injuste egisse. Lysias de Bonis Aristoph. p. 152. v. 39. ed. Steph. μὴ οὖν προκαταγινώσκετε ἀδικίαν τοῦ εἰς αὐτὸν μικρὰ δαπανῶντος. Apol. δήμου καταλύσεως p. 159. f. σφῶν αὐτῶν προκαταγνόντες ἀδικεῖν. Demosthenes pro Cor. p. 226. v. 8. ed. Reisk. τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι· τοῦτο δ' ἐστὶν, οὐ μόνον τὸ μὴ προκατεγνωκέναι μηδὲν, cæt. In Mid. p. 586. v. 22. καὶ προκατέγνωκεν ὁ δῆμος τούτου. SLUITER.

Ἀπαγγελόντων] ἀπαγγελλόντων. TAYLOR.

Οἰχήσομαί τε φεύγων] οἰχήσομαι φεύγων. IDEM.

Ὑπομείνοι, ἐν ᾧ] suspicabar aliquando ὑπομείνειεν, ᾧ — non male illud quidem, sed præter necessitatem. ἐν ᾧ idem est atque ὅταν, vel ὅπου. REISK.

Ὑπομείνοι, ἐν ᾧ] Pro ὑπομείνοι, ἐν ᾧ Valckenaerius præfert ὑπομείνειεν, ᾧ. Conf. Lycurgum p. 159. v. 9. et p. 166. v. 21. ed. Steph. Idemque ante Reiskium animadverterat pro ἡ πολλὴ legendum esse γῆ πολλή. In postremis Reiske δωρεὰ mutari vult in δωρεὰν ὑπάρχουσα, *gratuito datum*, quod non satis placet. Mihi majus vitium subesse videtur: forte olim scriptum exstitit καὶ χωρία ἐπαρκοῦντα. Distinguitur γῆ, *agri, arva* ædificiis vacua, a χωρίοις, *prædiis*, in quibus et ædes sunt ad inhabitandum idoneæ: ἐπαρκεῖν rariori notione dicitur pro ἀρκεῖν vel ἐξαρκεῖν, *sufficere, satis esse, quantum ad victum opus sit*: ἐπαρκούντως pro ἀρκούντως, *sufficienter*, exstat apud Sophoclem in Electr. v. 354.

Οὐ ζῶ; κακῶς μὲν οἶδ'· ἐπαρκούντως δ' ἐμοί.
SLUITER.

Ἐν ᾧ] ἐν recte abesse potest. TAYLOR.

Ἡ πολλὴ] Leg. γῆ πολλή. cui sit in Cypro prædium amplum. REISK.

Δωρεὰ ὑπάρχουσα] Lego δωρεὰν ὑπάρχ. idque *gratuito datum*. dantur multa ex debito, ut mercenariis, alia δωρεὰν, gratuito, honoris et benevolentiæ ergo. IDEM.

Ἐγὼ δὲ] Hic perficitur et absolvitur sententia paulo ante vers. 5. incœpta illis in verbis αὐτίκα ἐγώ. IDEM.

δεξαίμην, τῆς πόλεως οὕτω διακειμένης ὥσπερ αὐτοὶ [1]οἱ ἐχθροὶ λέγουσι· πολὺ δ' ἂν αὐτῆς μᾶλλον ἐγὼ πολίτης δεξαίμην εἶναι ἢ ἑτέρων πόλεων, αἵ ἴσως πάνυ μοι δοκοῦσιν ἐν τῷ παρόντι εὐτυχεῖν. ἅπερ γινώσκων ἐπέτρεψα διαγνῶναι ὑμῖν περὶ τοῦ σώματος τοῦ ἐμαυτοῦ. αἰτοῦμαι οὖν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, εὔνοιαν πλείω παρασχέσθαι ἐμοὶ τῷ ἀπολογουμένῳ ἢ τοῖς κατηγόροις, εἰδότας ὅτι κἂν ἐξ ἴσου ἀκροᾶσθε, ἀνάγκη τὸν ἀπολογούμενον ἔλαττον ἔχειν. οἱ μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐπιβουλεύσαντες καὶ συνθέντες, αὐτοὶ ἄνευ κινδύνων ὄντες, τὴν κατηγορίαν ἐποιήσαντο· ἐγὼ δὲ μετὰ δέους καὶ κινδύνου καὶ διαβολῆς τῆς μεγίστης τὴν ἀπολογίαν ποιοῦμαι. εἰκὸς οὖν ὑμᾶς ἐστιν εὔνοιαν πλείω παρασχέσθαι ἐμοὶ ἢ τοῖς κατηγόροις. ἔτι δὲ καὶ τόδε ἐνθυμητέον, ὅτι πολλοὶ ἤδη πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορήσαντες
2. 1 παραχρῆμα ἐξηλέγχθησαν ψευδόμενοι οὕτω φανερῶς, ὥστε ὑμᾶς πολὺ ἂν ἥδιον δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν κατηγόρων ἢ παρὰ τῶν κατηγορουμένων· οἱ δὲ αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ, 4
ἀδίκως ἀνθρώπους ἀπολέσαντες, ἑάλωσαν παρ' ὑμῖν ψευδομαρτυριῶν, ἡνίκ' οὐδὲν ἦν [2]ἔτι πλέον τοῖς πεπονθόσιν. ὁπότ'
5 οὖν ἤδη πολλὰ τοιαῦτα γεγένηνται, εἰκὸς ὑμᾶς ἐστὶ μήπω τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους πιστοὺς ἡγεῖσθαι. εἰ μὲν γὰρ δεινὰ κατηγόρηται ἢ μή, οἷόν τε γνῶναι ἐκ τῶν τοῦ κατηγόρου λόγων· εἰ δὲ ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν ἢ ψευδῆ, οὐχ οἷόν τε

[1] Deest οἱ. [2] Deest ἔτι.

Αὐτοὶ ἐχθροὶ] Interpone articulum οἱ. IDEM.

Ὥσπερ αὐτοὶ ἐχθροὶ λέγουσι] Equidem potius scribendum existimem: ὥσπερ αὐτὴν οἱ ἐχθροὶ λέγουσι, nempe διακεῖσθαι: et sic etiam vidi postea conjecisse Valckenaerium, qui præterea mox scribi mavult πολύ γ' ἂν αὐτῆς cæt. At vero aliud mendum huic loco insidere videtur Luzacio in præcedentibus, ita ut γὰρ ὢν mutandum sit in παρὸν, (quamvis et γὰρ ὂν admitti possit) accusativum absolutum pro genitivo, sicut Græci participiis, ὂν, παρὸν, ἐξὸν, καθῆκον, παρῆκον, et reliquis uti solent: tum vero nominativus στερόμενος non ad præcedentia pertinebit, sed ad δεξαίμην, et locus sic erit constituendus; ἄλλοθί τε παρὸν πάντα τὰ ἀγαθὰ ἔχειν, στερόμενος τῆς πατρίδος οὐκ ἂν δεξαίμην· τῆς τε πόλεως οὕτω διακειμένης, ὥσπερ αὐτὴν οἱ ἐχθροὶ λέγουσι, πολύ γ' ἂν αὐτῆς μᾶλλον κ. τ. λ. SLUITER.

Κἂν ἐξ ἴσου —] Locus similis est apud Lysiam p. 152. v. 13. sqq. ed. Steph. REISK.

Ἀνθρώπους —] Fuit cum suspicarer ἀνθρώπους sive ἄνους, ut in MSS. exarari solet, corruptum esse ex ἄλλους. Acutius Valcken. conjecerat ἀθώους. Sed, ne ita legamus, vetat locus Lysiæ ex hoc desumtus. Valckenaerius quoque cum Reiskio malebat ψευδομαρτυριῶν, quum ἁλῶναι ψευδομαρτυριῶν apud Oratores sit solenne: animadvertit tamen idem, ἑάλωσαν ψευδομαρτυριῶντες etiam esse apud Isæum p. 52. v. 14. ed. Steph. uti et in d. l. Lysiæ. SLUITER.

Ψευδομαρτυριῶντες] Lege ψευδομαρτυριῶν. videtur vulgata ex hac vera, et ex altera quadam, quæ etiam in libris olim fuisse videtur, ψευδομαρτυροῦντες, coaluisse. REISK.

ὑμᾶς πρότερον εἰδέναι πρὶν ἂν καὶ ἐμοῦ ἀκούσητε ἀπολογουμένου.

κριτὴς] κριταὶ, qui in ludis coronariis de victoriis decernebant et præmia dispensabant. 122, 7. et 9.

κρύβδην διαψηφίζεσθαι. 112, 9.

κτᾶσθαι] τὴν δ' οὐσίαν ἔσχον καὶ ἐκέκτηντο. possidebant, fructus eorum percipiebant: vel etiam, novas possessiones acquirebant. 35, 18.

κτείνειν] κτείνων ἀποθάνῃ ἢ ἐπιχειρῶν. si peremtor tyranni ipse quoque occubuerit, sive sic ut tyrannum reapse occiderit, sive solummodo conatus fuerit sine effectu. 49, 4.

κύαμος] κυάμῳ λαχόντες οἱ πεντακόσιοι. 48, 1.

κύειν ἔκ τινος. ex aliquo uterum gerero, prægnare. 62, 11.

κύριος ἀπολέσαι. penes quem perdendi potestas est. 115, 11.

κώνειον πιόντες. 94, 11.

κωπεὺς] remigis erat ingens pretium quinque drachmæ. 80, pen.

Λ.

λαγχάνει Καλλίας τῷ ἑαυτοῦ υἱεῖ τῆς ἐπικλήρου. p. 60, 6. quod gemino et prorsus contrario modo potest accipi, sive sic: Callias cum filio suo contendere in jure cœpit de illa puella, unoquoque, tam patre, quam filio, eam sibi arrogante. sive sic: Callias pro filio, et nomine ejus, protestabatur apud Archontem. — Ego in Latinis meis posteriore modo malui accipere. λαγχάνειν [subaudi aut λῆξιν, aut ἕνεκα, aut utrumque simul] τῆς Ἐπιλύκου θυγατρός. super causa filiæ Epilyti actionem forensem capessere, curare, ut judices sibi sortito dentur. 61, 12.

λάθρα] τοὺς λάθρα ἀδικοῦντας κολάζοντες, τοὺς δὲ φανερῶς ἀσελγαίνοντας θαυμάζοντες. 123, 3.

λαθραῖον θάνατόν τινι ἐπιβουλεύειν. 118, 10.

λαμβάνειν] λαβέσθαι τοῦ βωμοῦ. apprehendere. 62, pen. de reo, qui deprehenditur, unde effugere nequeat. λαμβάνοντάς με ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις. 68, 9. λαμβάνομαι τῶν ἱερῶν. 82, 16. πράττοντές τινες δήμου κατάλυσιν ἐλήφθησαν. in facinoroso conatu deprehendebantur, detegebantur. 92, 14. εἰρήνην λαβόντες (bene si habet istæc lectio), pro εἰρήνης τυχόντες. 92, ult. σίτησιν ἐν Πρυτανείῳ λαμβάνειν. 128, 9.

λαμπὰς] λαμπάδι νενικηκὼς, id est, ἐν τοῖς λαμπαδηφορίοις. 133, 13.

λέγειν] ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα. 5, 9. μακρὸν ἂν εἴη μοι λέγειν. 83, 4.

λειτουργεῖν προβάλλεσθαί τινα. 65, 8.

λεύκη] populus, arbor, ubi solebant Athenis sectiones vel auctiones haberi. et locus ipse inde sic dictus. οἱ παρασυλλεγέντες ὑπὸ τὴν λεύκην. 65, pen.

λῃίζεσθαι κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν τοὺς πολίτας. 50, ult.

λογίζεσθαι ἀγαθός. peritus calculandi. 63, pen.

λογιστήριον] curia ubi a defunctis magistratu rationes gestorum honorum censoribus, vel examinatoribus erant reddendæ. 37, 4.

λογοποιεῖν. 27. 2. τὰ οὐκ ὄντα ὡς ἔστιν ὑμῖν. 106, 19.

λόγος] ἐν τῷ ἐμαυτοῦ λόγῳ [hoc est, ut alibi usurpant, ὕδατι]. me adhuc orante. donec aqua mihi currit, donec verba fecero. 14, 4. 18, 13. 27, 9. ἐν ὑμῖν ἦσαν οἱ λόγοι. in concione vestra hi sermones habebantur. 19, 10. λόγῳ καὶ ψήφῳ. tam oratione quam suffragio, vel tabella tacita. 49, 2. λόγον σφίσιν αὐτοῖς δόντες. deliberatione inter se habita, vel, cum inter se agitassent, atque ad animum ipsi sibi revocassent. 67, 6. ἔχειν αἰτίαν καὶ λόγον αἰσχρὸν ἐκ τῶν πολιτῶν. 85, 5. ὑποτίθεσθαι τῷ λόγῳ. 94, 5. παρέχειν τοὺς μὲν λόγους δημαγωγοῦ, τὰ δὲ ἔργα τυράννου. 126, 8.

λύειν ὅρκον. exsolvere aliquem vinculo jurisjurandi ab eo dicti, resecrare. 49, 9.

λύπη] ἃ ἐμοὶ λύπας ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔμελλεν οἴσειν. 78, 15.

λυροποιός. 73, 2.

M.

μακρὸν τεῖχος. 23, 4. τὸ βόρειον. 91, 19. τὸ νότιον. 93, 6. μακρὸν ἂν εἴη μοι λέγειν. 83, 4.

μαλακίας ὀφλεῖν [scil. δίκην aut ζημίαν]. 35, antep.

μᾶλλον interdum omittitur, ut in illo τεθνάναι νομίσασα λυσιτελεῖν [subaudi μᾶλλον] ἢ ζῆν, ὁρῶσα τὰ γιγνόμενα. 62, 7. rursus redundat in illo μᾶλλον δικαιότερον. 113, 3. si bene habet illa lectio. verum vitiosa est sine dubio.

Μαραθῶνάδε. 54, 4.

μέγας] πίστεις καὶ ὅρκους μεγάλους ἀλλήλοις δόντες. 54, 2. ἐκ πολὺ ἐλάττονος ἀφορμῆς ἡ πόλις μεγάλη γεγένηται. 54, 23. λαμβάνοντάς με ἐν μεγίστοις κινδύνοις. 68, 10. τῆς μεγίστης ἀρετῆς ἔλεγχον. 74, 13. πράττειν μέγα καὶ δεινόν. 75, 8. παρέστηκέ μοι θαῦμα μέγιστον. 75, 11. μεγάλη δὲ δήπου καὶ τὸ ἐξαμαρτεῖν δυσπραξία. 77, 8. ἄξια μεγάλων ἀγαθῶν. 81, 10. πάνυ ἂν μοι τοῦτο ἐν μεγάλῃ ἡδονῇ γένοιτο. 86, 13. δωρεὰς εἰς χρήματα μεγάλας. 87, 1. φυλακὴν τῆς πόλεως μεγίστην ἀνῄρηκε. 121, 11. μεγάλα δαπανᾶσθαι. 129, 3. τὸν παῖδα ἤδη μέγαν ὄντα. jam ad-

ultum, puberem factum. 63, 5.

μεθίστασθαι τοὺς ἀμυήτους. seorsim ire, secedere, jubere. de medio facessere. 6, 14. εἰς τὸ ἀσφαλές. 79, 10. διαίτης, ἐξ ἧς δευρὶ μετέστην. 80, 9.

μένειν μᾶλλον ἐπιτήδειοι, ἢ φεύγειν. 133, ult.

μέρος οὐκ ἐλάχιστον συμβάλλειν. 71, 11. πολλοστόν τι μέρος τῆς αἰτίας εὑρέθην ἔχων. 79. 4.

μέσος] αὐτοὶ μὲν οὗτοι οὐ τολμῶσιν ἑαυτοὺς εἰς τὸ μέσον καταστήσαντες διϊσχυρίζεσθαι. sese in medio collocando, h. e. prodeundo in conspectum, suique copiam faciendo, aut illuc veniendo, ubi apprehendi et ad supplicium adduci possint. 76, 18.

μετὰ] τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ. conscios et consortes sceleris. 8, 7. ἐπιθυμία τῆς μεθ' ὑμῶν πολιτείας. 80, 8.

μεταγινώσκειν] resipiscere. 70, 8. 77, 11.

μεταδιδόναι [scil. τοῦ κέρδους]. cum reliquis confirmassent, se passuros esse, ut pars aliqua sui lucri ad ipsos quoque perveniret. 66, 5. μεταδιδόναι καὶ ὑμᾶς ἐμοὶ τῆς σωτηρίας. 71, 12.

μεταλαμβάνειν] δικαστῶν τοσούτων οὐδὲ διακοσίας ψήφους μετέλαβε. 9, 7.

μεταμέλειν. 74, 10.

μεταξὺ] interea dum id fit, quod narratur, e. c. in illo temporis spatio, quod intercedebat mulieri inter suspendium et reditum ad vitam. 62, 8.

μετάστασις] transitus in aliam, contrariam conditionem. ἃ ὑμῖν ἔμελλεν οἴσειν ταχίστην τοῦ παρόντος τότε κακοῦ μετάστασιν. 78, pen.

μετέχειν] οἱ μετασχόντες. consortes alicujus negotii periculive, cujusmodi est mercatura, vel redemtio vectigalis. 67, 3.

μέτρα Solonis. 39, pen.

μὴν εἰσιών. mensis iniens, exordiens. 21, 16.

μηνύειν κατά τινος. 7, pen.

μήνυτρα κηρύσσειν. mercedem indicii voce præconis promulgare et condicere. 20, 7.

μισεῖν τοσαύταις ἀνάγκαις κατείληπται. 124, 7.

μισοδημία] odium erga plebis libertatem et majestatem. 114, 9.

μισόδημος. 119, 4.

μῖσος] χάριν, οὐ μῖσος, τῷ δυστυχήματι φέρεσθαι παρ' ὑμῶν. 79, pen.

μνησικακεῖν ἀλλήλοις τῶν γεγενημένων. 38, 8. 39, 2. 43, 16. αὐτὸς αὐτῷ. 46, 11.

N.

ναυκληρία. 68, 4.

ναυπηγεῖσθαι. 91, ult.

ναῦς] αἱ νῆες διεφθάρησαν. classis vestra funditus est discerpta et deleta. 71, 2. significat cladem navalem ab Athen. ad Ægospotamos acceptam. σιταγωγοὶ νῆες. 86, 3. ἐπισκευάζειν ναῦς. 96, 3.

ναυτικὸς πόλεμος. 117, 5.

νέος] αἱ τῶν νέων διατριβαὶ οὐκ ἐν τοῖς γυμνασίοις ἀλλ' ἐν τοῖς δικαστηρίοις. 123, 4. οἱ νεώτεροι δημηγοροῦσιν. 123, 7. διαβάλλεις τοὺς νεωτέρους πρὸς τὸ πλῆθος ἀσελγαίνων. 132, 16.

νεώσοικος] νεωσοίκους οἰκοδομεῖσθαι. 93, 4.

νηποινὶ τεθνάναι. 47, 1. 48, 4.

νικᾶν εὐανδρίᾳ, καὶ λαμπάδι, καὶ τραγῳδοῖς. 133, 13.

νόμιμος ὅρκος. 49, 10.

νομοθέται] alii a senatu legebantur, numero quinquaginta, alii a plebe, numero quingenti. 40, 2. et 7.

νόμος] δοκιμάζειν τοὺς νόμους. 39, 13. 40, 6. ἀναγράφειν νόμους ἐν σανίσιν. 40, 2. et εἰς τὸν τοῖχον. 40, pen. παραδιδόμενοι νόμοι. leges a Nomothetis senatui ad considerandum exhibitæ. 40, 5. κατὰ τοὺς ἄνω γεγραμμένους νόμους. 41, 7. ἄγραφος νόμος. 42, 4. κατακλείειν νόμῳ. 93, 1. νόμοι Σόλωνος καὶ θεσμοὶ Δράκοντος. 39, 6. et pen. νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος. 42, 12.

νῦν] intra breve spatium gemino modo, sed diverso, usurpatum. νῦν δὲ — νῦν δέ. ubi prius respondet Latino *jam* et nostro *so aber* [*now*], et concludit. posterius vero *tempus* indicat. *nunc autem.* 86, 9. et 11.

Ξ.

ξενία] φιλότητες καὶ ξενίαι πολλαί. 72, 8.

ξένος πατρικός. cujus hospitio jam tuus esset usus. 81, 1. ξένον ἀγωνιζόμενον ἐκ τῶν χορευτῶν ἐξάγειν. 121, ult.

ξύλον] cippus, *der Block* [*a block*], ad quem nexi catenis alligantur. ἔδησεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ξύλοις. 23, 1. 45, 5. et 7.

O.

ὁδὸς] ὁδὸν καὶ πόρον μηδαμῇ μοι εἶναι. 83, 9.

οἴκαδε ἀπεκομίσθην φερόμενος ἐπὶ κλίνης. 30, 3.

οἰκεῖος] πάντες ἄνθρωποι τοὺς οἰκείους περὶ πλείονος τῶν ἀλλοτρίων ποιοῦνται. 118, pen.

οἰκειότης] ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐν τοῖς τοιούτοις δεικνύναι τὰς οἰκειότητας ἀλλήλοις. 59, 5.

οἰκία] συνεκτρέφεσθαι ἐν οἰκίᾳ. 25, 5. πατρῴα. 30, 8. ἐξώλη εἶναι αὐτὸν καὶ τὴν οἰκίαν. gentem, familiam. 63, 2. ἀλιτήριον τρέφειν ἐν τῇ ἑαυτοῦ οἰκίᾳ. 64, 11. κατέχειν οἰκίαν τινός. 118, 11. γράφειν τὴν οἰκίαν. 119, ult. κομίζεσθαί τινα εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν. 63, 5.

οἰκοδομεῖν] νεωσοίκους ᾠκοδομησάμεθα. 93, 4.

οἶκτος] οὐ γὰρ φθόνου μοι μᾶλλον ἢ οἴκτου ἄξιά ἐστι τὰ γεγενημένα. 78, 1.

οἶνον καὶ τὰ ἄλλα ἀναλώματα προσέταξαν τοῖς Λεσβίοις. 128, 1.

οἷος] ἐν οἵῳ κακῷ καὶ ἀμηχανίᾳ καθέστατε. 78, ult.

οἴχεσθαι] πρόῤῥιζον οἴχεται πᾶν τὸ ἡμέτερον γένος. 72, pen.

ὀλιγαρχία] specialiter dominatus triginta tyrannorum appellatur. 37, 10.

ὀλίγος] ὀλίγου πιπράσκειν τὴν πεντηκοστήν. 66, 2. οὐκ ὀλίγῳ παρὰ τὴν γνώμην εὑρέθη μοι τὰ πράγματα. 82, 1.

Ὀλυμπία] locus, et tum ludi Olympici. ἀποδημία εἰς Ὀλυμπίαν. 127, 11.

Ὀλυμπίαζε. ad ludos Olympicos. 65, 5.

ὀμνύναι καθ' ἱερῶν τελείων. 48, 8. 49, 9.

ὁμολογεῖν] τί ταῦτα ἐκείνοις ὁμολογεῖ. qua in re illa his concinunt? 95, 8. ὁμολογούμενος δοῦλος, qui omniumque suaque ipsius confessione, sine controversio servus est. 120, 11.

ὁμολογία] κατὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμολογίαν. ex condicto inter nos. 59, pen.

ὀνειδίζειν] τὰς ἐμὰς συμφορὰς ἐπὶ παντὶ ὀνειδίζων [scil. ἐμοί]. 77, 3.

ὄνειδος πολὺ μᾶλλον τοῦτο. 73, 1.

ὄνομα] συγχωρεῖν τῷ τῆς εἰρήνης ὀνόματι. oratione quidem haud adversari, neque intercedere, quominus pax fiat. apertos et professos pacis hostes se non ferre. 90, 3. τοῦ ὀνόματος φροντίζοντας, τοῦ δὲ πράγματος ἀμελοῦντας. 126, 10.

ὅριον] ἐπὶ τοῖς ὁρίοις [id est, ὅροις vel ἐπὶ ταῖς ἐφορίαις] ἦσαν ἐξεστρατευμένοι. 23, 10.

ὅρκος] λύω καὶ ἀφίημι τὸν ὅρκον. 49, 9. νόμιμος ὅρκος. 49, 10. πίστεις καὶ ὅρκους μεγάλους ἀλλήλοις δόντες. 54, 2. ὅρκος ὁ κοινὸς ἁπάσῃ τῇ πόλει, ὃν ὑμεῖς ὀμωμόκατε μετὰ τὰς διαλλαγάς. ubi illius sacramenti formula habetur. 43, 13. ὅρκος τῶν δικαστῶν. 44, 7.

ὀῤῥωδεῖν] metuere. 78, 8.

ὀρχήστρα. 19, 16.

ὅσιος] idem atque ἁγνὸς vel καθαρός. cædis et piaculi exsors, etiamsi hominem interemisset. 47, 2.

ὅσος] πλέον ἢ ὅσου ἐμοὶ κατέστησαν. 81, 5. ὅσῳ διαφέρει τὰ τοιαῦτα τῶν ὑπουργημάτων. 83, pen.

ὀστρακίζειν pro ἐξοστρακίζειν. 91, 8. 112, 9. 131, 10.

οὐδαμῇ ἐκφεύγω τὸ δυστυχέστατος ἀνθρώπων εἶναι. 79, 7.

οὐσία] τὴν δ' οὐσίαν ἔσχον καὶ ἐκέκτηντο. 35, 18. φανερὰ οὐσία. 59, 1.

οὗτος] εἰς τούτους. ad hos, judices puta coram assidentes. 33, 19.

οὕτως] ἔχει δὲ καὶ ὑμῖν οὕτως. 72, 12.

ὀφείλειν εὐθύνας ἄρξας ἀρχάς. debere ærario mulctam sibi dictam propterea, quod ratio gestorum honorum ab ipso exhibita, a censoribus haud fuisset approbata. 35, 10. ἐπὶ τῆς ἐννάτης πρυτανείας ἢ ἔκτισις ἦν, εἰ δὲ μὴ, τὸ διπλάσιον ὤφειλον. 35, 15.

ὄφλειν] condemnari mulctæ. differunt ista inter se. præcedit ὄφλειν, sequitur ὀφείλειν. condemnatus mulctæ in judicio, qui est ὁ ὄφλων, reus, ὀφείλει, debet illam mulctam, donec luerit. Nobis ὀφείλειν est *schuldig seyn* [*to owe, be indebted*], cum quis adhuc debet id, quod solvendum ei esset. ὄφλειν autem est *verbühren, verwirken* [*to incur, be liable to*] esse in ea conditione, ut pœnam vel mulctam mereas, vel ut pœna mulctave tibi dictetur. ὄφλειν ἐξούλας, γραφὰς, ἐπιβολάς. 35, 11. κλοπῆς. 35, 19. δώρων. 35, 19. ἀστρατείας et δειλίας et μαλακίας. 35, pen. ψευδομαρτυριῶν et ψευδοκλητείας. 35, ult. οὐδὲν πώποτε ὦφλον. nulli unquam mulctæ sunt condemnati. 73, 9.

Π.

παιδάριον] παιδάρια τὰ μικρότατα. 64, 9.

παιδοποιεῖσθαι] liberos quærere. 124, 2.

παῖς] ἄπαις ἀῤῥένων παίδων. 58, antep. puella adhuc virgo. 59, ult. ἀντιχορηγός τινος παισί. in choro puerorum. 121, antep.

πάλιν redundat in illo πάλιν ἀπόδοτε. 87, 6. μεθισταμένης πάλιν τῆς πόλεως εἰς τὸ ἀσφαλές. 79, 10.

Παναθήναια] Παναθηναίων ἀγῶνι. 14, antep. si quis anno annisve proximis superioribus decreto populi præmium meruisset, is illud præmium proximis demum insequentibus ludis Panathenæis adipiscebatur.

πανδημεὶ πάντας τοὺς συμμάχους παρόντας. 97, 11.

πανσέληνον. 19, 14.

πάνυ ἄν μοι τοῦτο ἐν μεγάλῃ ἡδονῇ γένοιτο. 86, 13.

παρὰ] Cum Genitivo. στήλην εὐξάμενοι παρ' αὐτῶν στῆσαι. 99, 14. Cum Dativo. τούτων τὸ τέλος ἐστὶ παρ' ὑμῖν. 109, 8. δύνασθαι παρά τινι. 125, 15. Cum Accusativo. οὐκ ὀλίγῳ ποι παρὰ τὴν γνώμην εὑρέθη τὰ πράγματα. 82, 1. πράττειν παρὰ τὴν ἡλικίαν. 132, 18.

παραγίνεσθαι] deferri, delabi. παραγενομένης τῆς πόλεως εἰς τοιαύτας συμφοράς. 79, 8.

παραδιδόναι] νόμοι παραδιδόμενοι. leges a Nomothetis senatui ad examinandum exhibitæ. 40, 5.

παραιτεῖσθαι] precibus aliquem ab aliquo proposito abducere. 11, 16. 16, 7.

παρακινδυνεύειν. 80, antep. 84, 16.

παραμένειν. in urbe manere. 1, 10.

παρανομωτέρως. 123, 11.

παρασκευάζειν ἄλλους. subornare, instruere, mandare partes agendas, instigare ut inimicum tuum accusent. ubi subauditur ὥστε κατηγορεῖν. 61, 6. παρασκευάζεσθαι. sibi comparare, conciliare, suas in partes pertrahere. 52, ult. ἐκ τούτων παρεσκευασμένοι. his rebus instructi, hoc orsi apparatu. 81, 7. οὔ μοι δοκεῖτε

οὕτω παρεσκευάσθαι. 96, 14. παρασκευάζειν ἱερεῖα καὶ ἐφόδια τοῖς ἵπποις. 128, 1.

παρασκευὴ] copiæ conspiratorum adversus reum ab accusatore conscriptæ, collusio, molitio et machinatio globi inimicorum adversus aliquem. 1, 1.

παράστασις] appellabatur drachma deponenda in judicio ab iis, si qui privatam litem exordiri vellent. Latini *sacramentum* id usurpant. παράστασιν ἔθηκα. 60, 3.

παρασυλλέγεσθαι] coire clam, furtim, conventicula illicita agitare ad ineundum consilia improba et publice noxia. 65, pen.

παρεῖναι] adesse in judicio, comparere, se sistere. 55, 8. τοῦ παρόντος τότε κακοῦ μετάστασιν. 78, pen. οὐδὲν ἂν πλέον εἰς τὸ παρὸν ποιήσομεν. 74, 10.

παρέχειν] παρέχεσθε εὔνοιαν πλείω τῷ ἀπολογουμένῳ ἢ τοῖς κατηγόροις. 3, 10. et 18. παρέχειν τοὺς μὲν λόγους δημαγωγοῦ, τὰ δὲ ἔργα τυράννου. 126, 9.

παρίστασθαι] παρέστηκέ μοι θαῦμα μέγιστον. 75, 11. γνώμη μοι νῦν ἀντὶ τῆς προτέρας ἑτέρα παρέστηκε. 87, ult. εἴ τι διάβολον ὑμῶν τῳ ἐν τῇ γνώμῃ παρέστηκεν. 87, 12.

πᾶς] προτάξαντες σφᾶς αὐτοὺς πρὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων. 54, 3. ἐπὶ παντὶ ὀνειδίζειν [subaudi γιγνομένῳ aut συμβάντι, καιρῷ, τόπῳ]. quocunque loco, tempore, quacunque causa aut occasione data arreptave. 77, 3.

πάσχειν] οὐδ' ἄλλο τι πείσομαι [scil. παρὰ τὸ προσῆκον]. neque committam, vel fieri sinam, ut alia quapiam turpi passione quatiar, et in transversum agar. 44, 8.

πατρικὸς ξένος. quo jam pater hospite usus est. 81, 1.

πάτριος] adjectivum trium terminationum, quod alias duarum tantummodo solet esse. ἣν πατρίαν εἰρήνην ὀνομάζουσιν. dialecto sua puta, Argivi. Nam Attici potius πάτριον dicturi fuissent. a majoribus ad se proditam. 102, 12. et 14.

πατρῷος] πατρῴα οἰκία. 30, 8.

παύειν] ὥστε μέντοι παυθῆναι ταῦτα. 79, 5.

πενία] εἰς πολλὴν πενίαν καὶ ἀπορίαν καταστῆναι. 71, pen.

πεντάκοσιοι] Nomothetæ a parte plebis delecti. 40, 7.

πεντηκοστὴ [subaudi μοίρα]. quinquagesima [scil. portio]. genus vectigalis. 65, 9.

περὶ] Cum Genitivo. περὶ τοῦ σώματος κινδυνεύειν. 2, pen. ἀνθρωπίνως ἐκλογίζεσθαι περὶ τῶν πραγμάτων. 28, 2. προσιέναι περὶ τῶν γεγενημένων κατὰ τὴν τελετήν. 55, 4. ἐπιλανθάνεσθαι περὶ τῶν πεπραγμένων. [ubi præpositio videtur redundare.] 73, 14. προκηρυκεύεσθαι περὶ τῶν σπονδῶν. 91, 11. διορίζεσθαι περί τινος. 95, 9. περὶ πλείονος ποιεῖσθαι. majoris facere. ubi περὶ respondet Latino *pro* et nostrati *für*. pro re habere pluris facienda, *für etwas ansehen, das noch höher zu achten ist* [*to regard as something worthy of higher estimation*]. 83, antep. Cum Accusativo aliquoties composuit Andocides in ejusmodi situ orationis, ubi alius πρὸς fuisset usurpaturus, ut 118, 16. 132, 8.

περιάγειν] in orbem vel vorticem agere, circumrotare, id est vertigine occœcare, dementare, et sic in facinus impellere, quod te funditus perdat. 57, 1. convenit quodammodo cum Latino, *in transversum agere.*

περίεργον εἶναι τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας. supervacaneum quid. 105, 15.

περιέρχεσθαι τὴν πόλιν. in urbe circum ambulare. 49, 17.

περικαίεσθαι] angi, uri, ægritudine animi vexari. 75, 12.

περικοπὴ, mutilatio, τῶν Ἑρμῶν. 8, 4. τῶν ἀναθημάτων. 17, 14.

περιμένειν τινά. 21, 2.

περιπίπτειν αἰκίαις ταῖς μεγίσταις. 68, pen.

περιτυγχάνειν τῷ πράγματι. fortuito intervenire cum res ageretur. 19, 7.

περιφανῶς ἐλέγχονται ψευδόμενοι. 13, 11.

Περσικὴ σκηνή. 127, pen.

πηγνύναι τινὶ σκηνήν. 127, pen.

πινάκιον] τοῖς πομπείοις εἰς τὰ πινάκια χρῆσθαι. ad instruendum et exornandum mensulas ostensionales. 127, 1.

πίνειν] κώνειον πιόντες ἀπέθανον. 94, 11.

πιπράσκειν] ὀλίγου πραθείσης τῆς πεντηκοστῆς μετασχεῖν. 66, 3.

πίστις] πίστιν εἰσηγεῖσθαι τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀπιστοτάτην. 32, ult. πίστεις καὶ ὅρκους ἀλλήλοις μεγάλους δόντες. 54, 2.

πιστὸς] πιστότατα σημεῖα τὰ ἀπὸ τῶν ἔργων. 88, 2.

πιστότης] πιστότητος ὑμῶν ἕνεκα. quo fiatis hoc certiores. 13, ult.

πιστῶς] ὅπως ἂν ὡς πιστότατα ἔχῃ τοῖς Ἀθηναίοις. ut Athenienses quam certissime confidant. 38, 10.

πλεῖν τὴν θάλασσαν. 68, 11.

πλεῖστος] λύπας ἐπὶ πλεῖστον χρόνον. 78, 16. πλείστου ἄξιον ἐγένετό μοι. 82, pen. πλείστους ἐπιθυμητὰς ἔχει. 113, pen.

πλείων] οὐκέτι ἕτερον περὶ πλείονος ἐποιούμην. nihil prius, neque antiquius habui, quam hoc. 83, antep.

πλέον] οὐδὲν ὅτι πλέον ποιήσετε. nil jam proficietis. 74, 10. 114, 1. πλέον φέρονται τῶν ἄλλων. 112, 12. οὐδὲν πλέον ἔπραξεν. 122, 6.

πλῆθος] εἰσάγειν εἰς τὸ πλῆθος τῶν Ἀθηναίων. plebem. 67, 10. ἀρετῆς τῆς μεγίστης εἰς τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον. 74, 14. προκινδυνεύειν ἐθέλειν τοῦ πλήθους. 111, 5.

πλήρης] ἐπειδὴ ἡ βουλὴ ἦν πλήρης. 55, pen.

πλοῦτος] ἀνατρέπειν τινὸς πλοῦτον. 64, 15.

ποιεῖν] τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιεῖν. 35, 6. τοὺς γονέας κακῶς ποιεῖν. 36, 1. ἕδραν ποιεῖν. 55, 11. ποιεῖσθαι υἱόν. adoptare.

61, pen. οὐδὲν ἔτι πλέον ποιήσετε. 74, 10. 114, 1. οὐδὲν ἕτερον περὶ πλείονος ποιεῖσθαι. 83, antep. ἀτελῆ γνώμην ἑαυτοῦ ποιεῖν. 89, 10. ποιεῖσθαι σπονδάς. 94, 17. ποιεῖσθαι κίνδυνον. obire, subire periculum. 105, 3. ἀρχὴν τῶν ἀγαθῶν ποιεῖσθαι. 107, 7. τιμωρίαν ποιεῖσθαι. 121, 9. ὃς τηλικαύτας τῶν ἁμαρτημάτων ὑπερβολὰς ποιεῖται. 123, 8. ὑπερβάλλουσαν τελευτὴν τοῦ βίου ποιεῖσθαι. 125, 1. νίκην ποιεῖσθαι. (pro νικᾶν num dicitur?) 97, ult.

ποῖος] ποίων τινῶν τῶν Λακεδαιμονίων τυγχάνοντες. 99, 2.

Πολέμαρχος] coram Polemarcho, vel in foro ejus videntur servi torti fuisse, si qui exhiberentur, ut ex iis veritas fidiculis exprimeretur. 6, antep.

πόλεμος] τὸν πόλεμον καταλύεσθαι. 97, 4.

πολιτεία] vita, quæ agitur in societate civili, et exercitatione jurium, et rerum atque officiorum civilium. ἐπιθυμία τῆς μεθ' ὑμῶν πολιτείας. 80, 8.

πολίτης] ληΐζεσθαι τοὺς πολίτας κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. 50, ult. λόγον αἰσχρὸν ἔχειν ἐκ τῶν πολιτῶν. 85, 6. προκινδυνεύειν τοῦ πλήθους, πολίτου ἀγαθοῦ νομίζω εἶναι. 111, 5.

πολλοστόν τι μέρος τῆς αἰτίας ἐγὼ εὑρέθην ἔχων. minimam culpæ partem penes me residere, compertum est. 79, 4.

πολὺ] adverbialiter pro πολλῷ. ἐκ πολὺ ἐλάττονος ἀφορμῆς ἡ πόλις μεγάλη γεγένηται. 54, 22. πολὺ τὴν ἐναντίαν τούτων γνώμην ἔχω. multum his diversa sentio. 3, 2. πολὺ [pro σφόδρα] ὀργίζεσθαι. 69, 8.

πολὺς] πραττόμενος οὐ πολὺ ἀργύριον. 49, ult. εἰς πενίαν πολλὴν [id est, μεγάλην καὶ δεινὴν] κατέστην. 71, pen. πολλῇ τῇ νίκῃ χρῆται, id est, συχνὴν καὶ κατακόρως ποιεῖται μνείαν αὐτῆς. ubique locorum victoriam suam jactat, invidiose crepat, odiose inculcat. 128, 10.

πομπεῖον] πομπείοις εἰς τὰ πινάκια χρῆσθαι. vasa ostensionalia, pompatica, aurea et argentea, quæ solerent publico in loco spectatum exponi, aut in pompa circumferri. 126, ult.

πομπὴ κοινή. 127, 6.

πονηρὸς] πονηρότατος πάντων ὢν καὶ βουλόμενος τοιοῦτος εἶναι. 46, 10.

πόρος] ὁδὸν καὶ πόρον μηδαμῇ μοι εἶναι. 83, 9.

πρᾶγμα] τὰ πράγματα. summa in rep. potestas, summa rerum. 80, ult. οὐκ ὀλίγῳ μοι παρὰ γνώμην εὑρέθη τὰ πράγματα. 82, 2. διαχειρίζειν τὰ πράγματα. 84, 1.

πράκτωρ] exactor. 36, pen. 38, 2.

πρᾶξις] exactio, jus et facultas nomina debita redigendi. 42, pen.

πράττειν μέγα καὶ δεινόν. 75, 9. τῆς πόλεως εὖ πραττούσης. 76, 1. ὑμᾶς τι ἀγαθὸν ἐξ ἐμοῦ πρᾶξαι. prospera vos fortuna uti per me, opera mea. 76, 17. ἐπὶ τὸ εὖ πράττειν κακοὶ γίνονται πάντες ἄνθρωποι. 77, 8. βουλεύειν τι καὶ πράττειν ἐπί τινι. agitare, machinari in fraudem alicujus. 85, ult. πράττειν εἰρήνην καὶ ἐλευθερίαν. operam dare, ut pax et libertas exsistant, procreentur. 97, 1. πράττειν παρὰ τὴν ἡλικίαν. studere rebus ætati suæ parum convenientibus. 132, 18. πράττοντές τινες δήμου κατάλυσιν ἐλήφθησαν. in molitione clandestina, vel conatu democratiæ convellendæ. 92, 14. πράττεσθαι in medio est aut, pretium rei venalis indicare, aut, venditæ poscere, exigere. οὐ πολὺ ἀργύριον πραττόμενος τὸν βουλόμενον. 49, ult. 81, 5. 126, 7.

πρεσβεύειν] legatione obeunda perficere aliquid, ut pacem. πρεσβεύοντας εἰρήνην. 100, 8. 103, 11. 109, 11.

πρεσβευτὴς] legatus. πρεσβευτὰς πάντας ὑμᾶς ποιοῦμεν οἱ πρέσβεις. 109, 9.

πρέσβυς] δέκα ἄνδρες ἐκ πάντων Ἀθηναίων πρέσβεις ᾑρέθησαν. 92, 9.

πρεσβὺς, εῖα, ὺ] adjectivum. οἱ πρεσβύτεροι στρατεύονται, οἱ δὲ νεώτεροι δημηγοροῦσι. 123, 6.

πρίασθαι ὠνὰς ἐκ τοῦ δημοσίου. 35, 12. 45, 1. τέλος. 45, 6. τὴν πεντηκοστήν. 65, 9. 66, pen. Σκύθας τοξότας. 92, 2.

πρὸ] προτάξαντες αὐτοὺς πρὸ τῶν Ἑλλήνων. 54, 3. τί δ' ἂν οὐ πρό γε τούτου τολμήσειεν ἄνθρωπος. ecquid non homo prius audeat facere pative, quam hoc evenire sinat. 78, 13.

προβάλλεσθαι γυμνασίαρχον et ἀρχιθέωρον. designare, creare. 65, 3.

πρόγονοι] majores. ἀξιῶ τὰς τῶν ἐμῶν προγόνων ἀρετὰς ἐμοὶ σωτηρίαν γενέσθαι. 71, 8.

προειδέναι. 86, 9.

προειπεῖν] κατὰ τὰ προειρημένα. e condicto, prout imperatum, condictum fuerat. 55, pen. προεῖπεν αὐτῷ δήσειν. denuntiavit ei (pictori) cum interminatione, se (Alcibiadem) operam esse daturum, ut ipse (pictor) in custodiam mitteretur. 120, 3.

πρόθυμος] τυγχάνειν προθύμων καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν. 111, 12.

προΐστασθαι [id est, πρὸ ἑαυτοῦ στῆσαι] τινα τιμωρὸν ἑαυτοῦ γενέσθαι [id est, ὥστε γενέσθαι vel ἐπὶ τῷ γενέσθαι]. ante se statuere aliquem, quo is esset suus vindex, h. e. sui ulciscendi partes alicui demandare. patronum tuæ causæ constituere aliquem, qui pro te agat, quæ tu agere ipse deberes. 69, 1.

προκηρυκεύεσθαι περὶ τῶν σπονδῶν. ante legatos de induciis post submittendos ipsi præmitti, præambulare, et negotium hoc induciarum faciendarum complanare, et quasi communire. 91, 11.

προκινδυνεύειν ἐθέλειν τοῦ πλήθους πολίτου ἀγαθοῦ νομίζω. 111, 5.

P.

Σ.

T.

[scil. δραχμὰς] τετάχθαι ἀποτῖσαι. quod a lege constitutum sit, ut —. 120, ult.

ταχὺς] ταχίστην τοῦ παρόντος κακοῦ μετάστασιν. 78, antep.

τειχήρεις ἐγενόμεθα. obsidebamur. 99, 6.

τειχίζειν] ἐτειχίσαμεν τὸν Πειραιᾶ. 91, 18.

τεῖχος] συγκατασκάπτειν τὰ τείχη. 51, 2.

τεκμήριον] τεκμηρίοις χρὴ τοῖς πρότερον γενομένοις χρῆσθαι περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. 91, 3.

τέλειος] καθ' ἱερῶν τελείων ὀμνύναι. 48, 8. 49, 10.

τελετὴ] peractio sacrorum Eleusiniorum, initiatio. περὶ τῶν γεγενημένων κατὰ τὴν τελετήν. 55, 5.

τελευτὴ] τελευτὴν ὑπερβάλλουσαν τοῦ βίου ποιεῖσθαι. 125, 1.

τέλος] τούτων τὸ τέλος ἐστὶ παρ' ὑμῖν. ad finem perducere penes vos est. 109, 8. τέλος ἔχει [scil. ὁ ἀγών]. 115, 6. τέλος, vectigal, πριάμενος μὴ καταβάλλειν. 45, 6.

τέμνειν τὴν χώραν. devastare agrum. 50, pen. 93, 10. 98, 12.

οἱ τετρακόσιοι. 37, 9. 80, ult.

τηλικοῦτος] ὃς τηλικαύτας ποιεῖται τῶν ἁμαρτημάτων ὑπερβολάς. 123, 8.

τιθέναι παράστασιν. 60, 3. θέσθαι καλῶς τὰς γενομένας πρὸς ἀλλήλους διαφοράς. 70, 4. τὰς βουλὰς ἀκύρους ἐθέσθε. reddidistis invalidas. 89, 8. γνώμην τίθεσθαι περί τινος. 99, 7.

τιμᾷν τὴν πόλιν ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ πόνων. 129, 10.

τιμωρία] τραπόμενοι οὐκ ἐπὶ τιμωρίαν, ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίαν. 69, ult. τιμωρίαν ποιεῖσθαί τινος οὔτε δημοσίαν, οὔτε ἰδίαν. neque publice, neque privatim plectere. 121, 8.

τιμωρὸς] ultor, vindex. θεοὶ σφῶν αὐτῶν προὐστήσαντο τιμωρὸν γενέσθαι Κηφίσιον. 69, 2.

τις elliptice abest. 28, 6.

τοιοῦτος] in laudem. ὡς οὐδείς πω τοιοῦτος γεγένηται. 124, 14.

τοῖχος] paries porticus Pœciles dictæ, in quo leges exaratæ fuerunt. τοὺς νόμους εἰς τὸν τοῖχον ἀναγράφειν. 40, pen.

τολμᾷν] audere, a se impetrare, se quasi vincere et expugnare, et invito sibi aliquid extorquere, ut agat, quod nolit. *über sein Herz bringen* [*to find in one's heart*]. 84, 17. 131, 4.

τολμηρὸς] τολμηροτάτη γυνή. 63, 4.

τοξότης] sagittarius, sed apud Andocidem est servus publicus, ære publico emtus, arcu armatus, qui alitur publice ad tutelam et securitatem urbis. vulgo Francice *Archer*, arcuarius, nobis *Hüscher* et *Knecht*. Hi Athenis erant omnes genere Scythæ, primitus trecenti numero, postmodum mille et ducenti. 92, 2. 93, 5.

τράπεζα] ἀλιτήριος, ὃς αὐτοῦ τὴν τράπεζαν ἀνατρέπει. domum et fortunas et prosperitatem gloriamque. 64, 11.

τρέπειν] ὅποι γὰρ ἂν τραποίμην. quoquo me verterem. 83, 10. οὐκ ἐπὶ τιμωρίαν, ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίαν τραπόμενοι. 69, ult.

τρέφειν ἀλιτήριον ἐν τῇ οἰκίᾳ. 64, 11.

τριακόσιοι ἱππεῖς, et totidem Scythæ. 92, 2.

τρὶς ψευδομαρτυριῶν καὶ ψευδοκλητείας ὀφλόντες. infamia notabantur. 35, ult.

τρόπαιον] πολλὰ τῶν πολεμίων [id est, κατὰ τῶν πολεμίων] τρόπαια ὑποδεικνύειν. 73, 7.

τρόπος] οὐκ αὐτὸς τοῖς νόμοις, ἀλλ' ὑμᾶς τοῖς αὐτοῦ τρόποις ἀκολουθεῖν. 121, 17.

τρόχος] equuleus, vel rota genus tormenti. ἀναβιβάζειν ἐπὶ τὸν τρόχον. 22, 7.

τυγχάνειν προθύμων καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν. bona quadam sua fortuna judices adipisci benevolos et frugi. 111, 12. ποίων τινῶν τῶν Λακεδαιμονίων τυγχάνοντας. quomodo animatos erga nos Lacedæmonios. 99, 3.

τύραννος] qui p. 53, 7. et 88, 10. appellantur οἱ τύραννοι, hi sunt Pisistratidæ. παρέχειν τοὺς μὲν λόγους δημαγωγοῦ, τὰ δὲ ἔργα τυράννου. 126, 9.

τύχη] sic nude, de adversa fortuna. ἡ παῖς τύχῃ χρησαμένη [subaudi δυσχερεῖ τινὶ] καμοῦσα ἀπέθανε. 59, ult. ἔχε τύχῃ ἀγαθῇ. habe tibi, quod bene vertat. 60, 5.

Υ.

ὑμεῖς] ἐν ὑμῖν ἦσαν οἱ λόγοι. hi sermones habebantur in concione vestra, h. e. publico in loco, palam. 19, 10.

ὑπακούειν] respondere ad interrogata. 56, 4. et deinceps sæpius.

ὑπάρχειν] τίνων ὑπαρχόντων αὐτοῖς. quibus et quantis ipsi cum vitiis urgeantur. 44, ult. ἀπέδοτε τὴν ὑπάρχουσαν ἀρετήν. 54, 17. οἱ ὑπῆρξαν τῆς ἐλευθερίας ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. auctores et principes libertatis, quibus ea debetur ut primis impulsoribus atque effectoribus. 71, 6. ὑπάρχει αὐτοῖς, *das haben sie davon* [*this they get by it*], hoc eos veluti præmium manet, λόγον αἰσχρὸν ἔχειν. 85, 5.

ὑπεισάγειν εἰς τὴν οἰκίαν ἑταίρας. 118, 1.

ὑπεραυξάνειν] φυλάττεσθαι χρὴ τῶν πολιτῶν τοὺς ὑπεραυξομένους. 125, 3.

ὑπερβάλλειν] plus liceri. *überbieten* [*to outbid*]. 66, 2. et pen. τελευτὴν τοῦ βίου ὑπερβάλλουσαν ποιεῖσθαι. invenire vitæ finem mirificum et pæne portentosum. 125, 1.

ὑπερβολὴν τοσαύτην ἐπιθυμίας ἔχουσιν. tam ardenter, tam immaniter cupiunt. 105, 12. ὑπερβολὰς τηλικαύτας ποιεῖται τῶν ἁμαρτημάτων. 123, 8.

ὑπερορία] solum quodcunque peregrinum, quæcunque ditio est extra fines Atticos.

τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἐκ τῆς ὑπερορίας οὐκ ἀπολαμβάνειν. 107, 3.

ὑπέρχεσθαί τινα. se alicui submittere, ei adulari. 122, 9.

ὑποδεικνύειν τρόπαια πολλὰ τῶν πολεμίων. 73, 7. οὗ δὴ μάλιστα τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ὑπεδείξατο. 118, 5.

ὑπόδικός τινος. obnoxius pœnæ. 128, 8.

ὑπολείπειν πρόφασιν. 97, 12.

ὑπολογίζεσθαι οὐδέν. nil pensi habere. 129, 15.

ὑπομένειν] manere in urbe, exitum judicii opperiri, non defugere periculum, sed sustinere. 60, 11. 115, 10.

ὑπομιμνήσκειν. 34, 4.

ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα. 5, 9. ὑπονοεῖν τὰ θεῖα. suspicari de diis, h. e. de eorum natura, vita, moribus opinari, eosque ex humanis probabili conjectura colligere. 69, 8. ὑπονοεῖν εἰώθατε καὶ δυσχεραίνειν περὶ τῶν ἑτοίμων. suspicari, ne minus firma, minusve idonea sint. 106, 18.

ὑποτίθεσθαι] comminisci, mente sibi confingere, suspicari, meditari, designare, vel etiam auspicium, principiumve facere, exemplum edere, quod alii deinceps imitentur. 19, ult. ὑπεθέμην [pro προεθέμην] ὑμῖν τῷ λόγῳ. verbis, oratione proposui, h. e. ob oculos posui. 94, 5.

ὑπούργημα] ministerium, servitium, officium. 83, ult.

ὑψηλὸς] αὕτη ἡ εἰρήνη τὸν δῆμον ἦρεν ὑψηλόν. ut Latini usurpant, *sublimem sustulit*, h. e. in sublime. 92, antep.

Φ.

φαίνειν] πάντοθέν μοι κακὸν ἐφαίνετο ἑτοιμαζόμενον. 83, 11.

φανερὸς] φανερὰ οὐσία. bona immobilia. 59, 1. οὐδεὶς ἐκ τοῦ φανεροῦ τὸν δῆμον ἔσωσε. 106, 1.

φείδεσθαι] οὔτε τοῦ σώματος, οὔτε τῶν ὄντων ἐφεισάμην. 80, 13.

φέρειν] ἀπεκομίσθην οἴκαδε φερόμενος ἐπὶ κλίνης. 30, 2. τῆς πόλεως εὖ πραττούσης, καὶ τὰ ἴδια σφῶν αὐτῶν ἄμεινον ἂν φέρεσθαι. 76, 2. λύπας ἐμοὶ ἔμελλεν οἴσειν. 78, 16. ἃ ὑμῖν ἔμελλε ταχίστην οἴσειν τοῦ τότε παρόντος κακοῦ μετάστασιν. 78, 16. χάριν, οὐ μῖσος, τῷ δυστυχήματι φέρεσθαι. aufferre ab infortunio suo. 79, ult. χάριν ἑτέρῳ φέροντες. deferentes, h. e. in alius gratiam. 87, 10.

φθόνος] οὐ γὰρ φθόνου μᾶλλον, ἢ οἴκτου ἄξιά μοί ἐστι τὰ γεγενημένα. 78, 1.

φίλος] προνοίᾳ τῶν φίλων. 27, 17. φίλους τοὺς κρείττους ἀφιέντες ἀεὶ τοὺς χείρους αἱρούμεθα. 103, 5.

φιλότης] φιλότητα ἐθέλοντες ἀντὶ διαφορᾶς ποιεῖσθαι. 104, 2. ἀφ' ὧν μοι ξενίαι καὶ φιλότητες πρὸς πολλοὺς καὶ βασιλέας καὶ πόλεις. 72, 8.

φιλοχρήματοι] qui sint. nempe, non parci, sed prodigi. 129, 2.

φονεύς. 28, pen.

Φορβάντιον vel Φορβαντεῖον] fanum Phorbantis. 30, 6.

φόρος προσῆκε κατ' ἐνιαυτόν. 93, 17. φόρους τάττειν ταῖς πόλεσι. 116, 6.

φρὴν, φρένες] συμφορὰ τῶν φρενῶν. dementia, furor. 78, 5.

φρικώδης. 15, 8.

φρονεῖν] εἴς τινα μὴ εὖ φρονεῖν. animo erga quem inimico et infesto esse. 76, antep.

φροντίζειν] φροντίζοντας τοῦ ὀνόματος, τοῦ δὲ πράγματος ἀμελοῦντας. 126, 10.

φυγήν τινος καταγινώσκειν. 53, 13.

φυλακὴ] qui legibus et magistratibus parere recusat, is μεγίστην φυλακὴν τῆς πόλεως ἀνῄρηκε. 121, 11.

φυλάττειν] acriter observare, invigilare, ne quis aliena surripiat. *einem auf die Finger sehen* [*to watch one narrowly, keep a sharp eye over one*]. 67, 7. φυλάττεσθαι χρὴ τῶν πολιτῶν τοὺς ὑπεραυξομένους. 125, 2.

φυλέτης. 74, antep.

φῶς ἡλίου ὁρᾷν. 33, 11.

Χ.

χαίρειν] χαιρήσειν. 51, 5.

χαλκεῖον] officina fabri ferarii. 20, 9.

χαλκοῦς] ὁ στρατηγὸς ὁ χαλκοῦς. 19, 19.

χάρις] ἀπαιτήσειν ὑμᾶς χάριν τούτων τῶν ἔργων. 73, 13. ἄπονος χάρις. 86, 12. ἑτέρῳ φέροντες χάριν. 87, 10. χάριν, οὐ μῖσος, εἰκός με φέρεσθαι. 79, ult.

χειμὼν] ὥραν χειμῶνος πλεῖν τὴν θάλασσαν. 68, 11.

χεὶρ] αἴρειν τὴν χεῖρα. 109, 11.

χέρνιβον] χέρνιβα καὶ θυμιατήρια χρυσᾶ τῆς πόλεως. 127, 4. et 7.

χορευτὴς] ἐξάγειν τῶν χορευτῶν τὸν ἀγωνιζόμενον ξένον. 121, pen.

χρέος] χρεῶν ἀποκοπαί. 42, 16. χρέα ἀπολαμβάνειν. nomina debita redigere, *Schulden einkriegen* [*to call or get in debts*]. 96, 8.

χρῆμα] ἄτιμοι εἰς τὰ χρήματα. ratione facultatum solummodo, non autem quoad personas item. 36, 2. καταβάλλειν τὰ χρήματα [subaudi τὰ ὀφειλόμενα]. pensiones debitas pecuniarias dependere. 35, 12. 67, 1. ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων. 65, 6. ἐκλέγειν τὰ χρήματα. 67, 1. διαχειρίζειν τὰ χρήματα. 73, 8. οὐδενὸς δέχεσθαι χρήματος. *die Welt nicht nehmen, und* — [*not to take the world for — not to be induced for the world* —] mereri nolle quovis pretio — vitam nolle mereri — 76, 16. δωρεὰς εἰς χρήματα μεγάλας. *Geschenke an Gelde* [*pre-*

INDEX HISTORICUS

AD ANDOCIDEM.

Hoc in indice si nomina hominum diversorum inter se commissa sunt, quod suspicor interdum factum esse, rogo veniam, et ut id partim festinationi meæ, partim obscuritati et ambiguitati rei imputetur.

INDEX GEOGRAPHICUS AD ANDOCIDEM.

APPENDIX.

IER. MARKLANDI

NOTULÆ

AD ANTIPHONTEM ET ANDOCIDEM,

E MARGINE EDITIONIS STEPHANICÆ,

V. D. OLIM, NUNC MUSEI BRITANNICI,

EXSCRIPTÆ.

AD ANTIPHONTEM.

P. 43. 6. οὐδεμίαν] Q. οὐδεμίαν.
— ibid. εἶχεν] F. νενίκηκεν.
— 13. καθίστησιν] L. καθέστησεν.
p. 44. 5. εἰκότων] L. οἰκετῶν, cf. v. 2.
— 6. ἐξελέγχονται] F. ἐξελέγχωνται.
— 11. οἰκείαν] Q. κοινήν.
p. 55. 17. ἀδικίᾳ] Q. αἰτίᾳ.
p. 65. 1. ὁμοίως] L. ὁσίως καὶ δικαίως, ut p. 69, 13. 76, 20. 78, 15.
p. 83. 14. οὐδὲν ἔνοχος] F. οὐδενὶ ἔνοχος.
p. 86. 18. λεγομένων] Vel leg. γενομένων, vel v. 19. λεχθησομένων pro ἐσομένων.
p. 92. 17. μαρτυρίας] F. μάρτυρας.
p. 95. 1. ἐδαπάνησαν] L. ἐβασάνισαν, ut p. 94, ult. 95, 6.
p. 96. 20. κάλει] Excidit vox ΜΑΡΤΥΡΕΣ.
p. 123. 16. βουλεύσαντι] F. ἐπιβουλεύσαντα.
— 17. μήτε βουλεῦσαι] F. μήτ' ἐπιβουλεῦσαι.
p. 129. 3. ἄμεινον πάθητε] F. ἄμεινον μάθητε.

AD ANDOCIDEM.

P. 228. 1. ὅσα περ] F. οἷά περ.
p. 232. 11. Deest ΟΝΟΜΑΤΑ.
p. 238. 1. μεμήνυκα περὶ] Ἐμήνυσα κατὰ p. 239, 14. et alibi.
p. 241. 3. ἀλλήλους] F. ἄλλους, ut p. 244, 2. 252, 23.
p. 244. 9. ἀναγίνωσκε] Videtur deesse ΟΝΟΜΑΤΑ.
p. 248. 21. ἐγινόμην ἐγὼ] F. ἐγινόμην ἂν ἐγώ.
p. 252. 3. τοὺς ἐμοὺς] F. τοὺς δ' ἐμούς.
— 9. ἀπιστοτάτην] F. πιστοτάτην.
— pen. ἀπολογήσομαι] Add. ΜΑΡΤΥΡΕΣ.
p. 253. antep. ζημιώσομαι] F. ζημιωθήσομαι.
p. 256. 15. φυλὴ] L. Φυλή.
— ult. ἐπειδὴ] F. ἐπεὶ δὲ, vel ἐπειδὴ δ'.
p. 268. antep. ἀπέδοτε] Q. ἀπέδοτε.
p. 271. ult. κηρύκων] F. κηρυκεύων, v. Æschin. p. 3, 35. ed. Steph.
p. 280. 1. ἡμῖν] F. ὑμῖν.
p. 294. 10. αὐτὸ] F. αὐτόν.
p. 296. 4. γενέσθαι] Q. γενέσθαι.
p. 298. 10. ἐργάζεται. ἀλλ' οὖν τι γινώσκειν γε χρὴ, ὅτι] F. ἐργάζεσθαι. ἄλλο οὖν τι γινώσκειν γε χρὴ, ἢ ὅτι κ. τ. λ. cum interrog. post πολίτας.
p. 308. 4. Μιλτιάδην τὸν Κίμωνος] V. Æschin. p. 51, 14. ed. Steph.
— 8. πέντε] L. πεντήκοντα ex Æschine, p. 51, 15.
p. 310. 9. τετρακοσίας] L. τριακοσίας, ex Æschin. p. 51, 32.
p. 311. 13. πόλεμον δήπου] L. πόλεμον δήμου.
p. 312. 4. Q. ἐγκλήματα.
p. 314. 11. Q. εὑρόμενοι.

p. 3?? 9. οὐδὲν οὖσαν] F. οὐδενὸς οὖσαν.

p. 320. 13. τὰ μὲν παραλαβόντες] L. τὰς μὲν παραλαβ. sc. ναῦς.

p. 328. 2. διόσπερ] F. δι' ὧνπερ.

p. 333. 10. ὑπεδείξατο] F. ἐπεδείξατο.

— ult. διαπράττεσθαι] F. διαπράξεσθαι.

p. 334. ult. ὁμολογουμένων] F. ὁμολογουμένως.

p. 336. ult. ὥστ' ἐκ] F. ὅσῳ ἐκ, sed vid. p. 339, 2. et Dinarch. p. 103, 23. ed. Steph.

p. 341. 3. προσέταξαν] F. προσέταξεν.

p. 343. 2. ἐξωστρακίσθησαν] L. δὶς ἐξωστρακίσθ. ex Lysia p. 143, 16. ed. Steph., et πρόπαππος ex Harpocrat. v. Ἀλκιβιάδης.

p. 345. 13. Q. ἀνδρείᾳ.

FINIS.

Londini imprimebat J. F. Dove, in Area quæ est Divi Joannis

VOLUME 2

BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN
ENTRY: Oratores Attici
v. 2.

Bibliographic Irregularities in the Original Document

List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

______Page(s) missing/not available:________________

______Volumes(s) missing/not available:________________

______Illegible and/or damaged page(s):________________

______Page(s) or volumes(s) misnumbered:________________

______Bound out of sequence:________________

______Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: Columbia University 769 - 779.

______Other:________________

ORATORES ATTICI

ET QUOS SIC VOCANT

SOPHISTÆ

OPERA ET STUDIO

GULIELMI STEPHANI DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCII

TOMUS SECUNDUS

LYSIAS

LONDINI

EXCUDIT J. F. DOVE

(APUD QUEM ETIAM VENEUNT)

A. S. MDCCCXXVIII.

LYSIÆ QUÆ EXSTANT OMNIA

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

VARIETATE LECTIONIS

CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA

TAYLORI LECTIONIBUS LYSIACIS

ANNOTATIONIBUS VARIORUM

H. STEPHANI SCHOTTI SCALIGERI CONTII
TAYLORI MARKLANDI REISKII AUGERI SLUITERI
ALIORUMQUE ET SUIS

ILLUSTRAVIT

GULIELMUS STEPHANUS DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCIUS

PRÆFIGUNTUR ADVERSARIA

NUNC PRIMUM PUBLICI JURIS FACTA

PETRI PAULI DOBREE

GRÆCARUM LITERARUM APUD CANTABRIGIENSES

NUPER PROFESSORIS REGII

LONDINI

PROSTANT APUD J. F. DOVE

A. S. MDCCCXXVIII.

PRÆFATIO TAYLORI

AD

EDITIONEM LONDINENSEM.

TANDEM nova hæc Lysiæ Editio, benevole Lector, serius fortasse quam oportuit, serius certe quam aut destinavi aut prævidere potui, in manus tuas et judicium publicum venit. Nam sive fuit mea in operis Typographicis novitas et insolentia; sive itineris spatium, quod Chartæ singulæ ultro citroque confecerunt, atque adeo nonnullæ odiosæ difficultates, quæ hominem minus gratiosum in literaria ista consuetudine accomitari solent; sive denique varia et graviora negotia Reipublicæ nostræ Academicæ, quæ, interea dum prelum exercebatur, meam qualemcunque operam ad suas res obeundas publice excitavit, et quæ omnia vitæ meæ officia merito suo maximo vendicare potest; quicquid id demum fuit, per sexennium et amplius productum est opus, quod infra angustiores limites conclusisse forsan potuerunt aut fortunatiores, aut certe minus exercitati.

Moram in edendo, qualis fuerit, accepisti. Utrum ea sit necne ut ab omni desidiæ turpitudine liberari possim: id, una cum libri, quem hodie versare occœpisti, fortuna, meaque adeo existimatione, quam in eo sitam esse video, tibi, benevole lector, tuæque sententiæ committo. Ea tamen lege committo, ut, si habeas, ubi ingenii solertiam, divinandi felicitatem, atque in literis exercitationem desideres, nolis interea temeritatem exprobrare, quod in alienissimo Reipublicæ literariæ tempore, infructuosissima omnium studia atque artes plane deciduas excoluerim; quod juxta Poetam,

> 'Laborem provocando, perdomando tædium
> Forsitan nec lecta multis e latebris scalpserim.'

Esto sane: sed dum quisque suos patitur Manes, quidni ego non paterer nostros? Cur hereditatem, quæ mihi obvenit, damnosam licet, non cernerem? Nam cum diu est, quod ad vetustos scriptores emaculandos, si minus natura, usu tamen aliquo et studio deferebar, eos maxime, quos scirem et juris antiqui consultissimos, et parentes civilis scientiæ, mihi commendavit Majorum nostrorum auctoritas: qui, in Domo nostra bonarum artium fœcundissima, antiquam Jurisprudentiam incultam esse noluerunt, quorumque

meritis ad me quoque pertinet istius disciplinæ professio. Ita hodie, cum ex nostro ingenio, tum ex aliorum institutis, ad ea studia detrudi me et quasi compingi video, quæ (siqua est in literis prærogativa displicendi, neque certatim frigescant) et serio displicent et frigescunt maxime. Miseram sane conditionem vel tuendi vel ornandi Rempublicam literariam! quæ si me fortasse minus deterreat, subagrestem, meis moribus viventem, et durum ad magnorum pollicitationes, nonnullam tamen ægritudinem affert, posse publice hebescere aciem literarum, et præstantissimorum hominum studium tardari, cum ex his literis ne minimus ille capiatur fructus laudis et existimationis, quem semper summum, hodie fere solum eruditi exspectare potuerint.

Quæ cum sit publica fortuna artis nostræ, atque interea domi habeat, quod impendio esse possit (est enim literarum varietate pene infinita et severitate inclementior, cum ceteræ fere omnes in ambitu suo arctissime contineantur, neque ad alienos fines facile excurrant), mirari mecum soleo, unde optima quæque ingenia ad hæc studia accendi maxime soleant, et in communi bonarum artium naufragio serius restinguantur. Nescio enim, annon ex omni antiquitate summos homines vel abundantia doctrinæ vel ingenii felicitate Disciplina nostra extulerit. Cum et in hoc ipso literarum flexu Academia nostra, ut in omni, ita in hac præcipue eruditionis parte maximos viros et omni præconio dignos informare et excolere non destitit; Bentleium utrumque, Haræum, Mangeium, Thirlbæum, Wasæum, Pearcæum, Walkerum, Marklandum, Jortinum, aliosque, quorum publice conticentur nomina, merita maxima non ignorantur.

Verum ex nostratibus nemo fere, aut hoc, aut superioribus sæculis in Jurisprudentia Attica atque Oratoribus Græcis operam suam locabat; in quibus tamen, si eruditionem spectes, maximo cum fructu locari poterat. "Ex horum Oratorum scriptis non antiqui tantum Jurisconsulti Romani profecerunt plurimum, sed post instauratas literas Budæus præsertim et alii suos fundos irrigarunt. Hodie pene ipsa nomina ignorantur. Tantum invisa quondam Barbaries amatur."* Imo eousque ignorabantur, ut, cum ad Lysiam recudendum accessi, statim sensi, non pauciores fere ad Editionem promovendam excitasse meæ sedulitatis et constantiæ existimationem, quam aut Tanti nominis celebritatem, aut cum hominis fama et scriptis consuetudinem.

Unde tanta Incuria occupavit hanc literarum partem, quæ tam insignem utilitatem secum affert, inter plurimas hanc aliquam rationem esse arbitror: scilicet, quod harum Orationum, quæ circumferuntur, Exemplaria, neque ea tamen facile obvia, La-

* Bœcler. de Scriptoribus Græcis et Latinis.

tina interpretatione fere destituantur. Quæ est sane et altera conditio Græcarum literarum non minus dolenda, quod, cum nude prodierint, vix unum aut alterum inveniant emptorem: cum vicissim nihil quidpiam fere magis ad earum interitum contulerit, quam popularis illa et puerilis versiones Latinas attexendi consuetudo. Ita ex illa parte ignorantur, ex utraque negliguntur. Sed de his fortasse satis: aliquid tamen in hoc limine operis præfandum fuisse duxi, cum de horum studiorum infortuniis, tum nonnihil etiam de mea intempestiva opera in iis excolendis. Superest, ut de Auctoris nostri orationibus aliquid addam: quali scilicet fortuna in utraque ætate usæ sint, tum in ea, quæ exstinctas literas præiverit, tum in hac altera, quæ Typographiæ ope novam librorum edendorum rationem introduxit; denique quantum ego præstiti in hac editione adornanda, et quibus subsidiis adjutus id operis in me suscepi.

In Scriptoribus recensendis eo melior fuit antiquorum Criticorum fortuna, quod sæpenumero vetustissima exemplaria nacti sint, et quæ ætate præcederent infinitam istam varietatem lectionis, quam ex describentium vel dolo malo, vel incuria subinde oriri necesse fuit. Eorum usum expediebat, quod nondum optimi et autographi Codd. Barbararum gentium furorem experti sint, neque jam reperto et introducto artis Typographicæ usu incuriosius observari cœperint atque in manibus hominum paulatim esse desierint. Memorat Athenæus (si bene memini, neque enim ab Athenæi lectione recens sum) Sophoclis Codicem ab ipso auctore scriptum: Pausanias in Bœoticis se vidisse affirmat Hesiodi poema ab accolis montis Heliconis sibi commonstratum antiquissimis plumbeis laminis, proculdubio auctoritate publica in honorem tanti civis (si civis fuit) exaratum. Scriptores emaculare eisque ex apposito chirographo auctoritatem conciliare, eorum erat, qui vel primævas membranas vel eis proximas usurparunt. Ita Aristotelem Tyrannio emendavit (dubium tamen an primus), qui cum Lucullo vixit, ab Aristotelis ætate non longe dissitus.* Antiquissimus proculdubio fuit Mnemo Pamphylius, quem διορθωτὴν Hippocratis nominat Galenus, quippe de cujus notis criticis ad Hippocratem postea scripserunt Medici, qui videntur a Plinio laudari. In Romanorum scriptis quanquam ob ludorum celebritatem et excultam magis disciplinam Exemplaria et latius propagari et frequentius describi cœperint, attamen intra eam ætatem serio recensita fuisse accepimus, quæ summa auctoritate destitui non poterant. Ita Tacitum et Apuleii nonnulla recognovit Crispus quidam Sallustius anno Æræ vulgaris 395, qui erat ab excessu utriusque Scriptoris infra trecentesimum. Vegetium (ut est in MS. Puteano)

* Strab. l. 13. p. 609. Plutarch. in Lucullo et Sylla. Ammon. in vit. Aristot. Athen. l. 1. Heysch. Illustr.

Eutropius, quisquis demum fuerit, certe Vegetio ipso non multum recentior. Priscianum Flaccus Theodorus Dionysii V. D. Memorialis Sacri Scrinii Epistolarum et Adjutor M. Quæstoris Sacri Palatii in urbe Roma Cpolitana Olibrio viro Clarissimo Cos. Olibrius Cos. erat sine Collega, ut ex Fastis discimus A. C. 526. quo tempore floruit Priscianus ipse. Quin et Theodorus se Prisciani auditorem fuisse profitetur. Non maximo intervallo Virgilius Censorem nactus est Turcium Rufium Apronianum Asterium, prout ex ejusdem manu apparet in vetustissimo Cod. Virgilii, quem servat Bibliotheca Medicea ad D. Laurentium.

TVRCIVS. RVFIVS. APRONIANVS. ASTERIVS. V. C. ET. INL. EX.
COMIT. DOMEST. PROTECT. EX. COM. PRIV. LARGIT.
EX. PRAEF. VRBI. PATRICIVS. ET. CONSVL. ORDIN. LEGI. ET. DISTINCXI. CODICEM. FRATRIS. MACHARII. V. C.
NON. MEI. FIDVCIA. SED. EIVS.

et quæ sequuntur, legenda in Gorii Inscriptionibus antiquis in Etruria exstantibus p. 452. De Asterii (qui Consul erat A. C. 494.) genere et ætate, itemque Virgiliani Codicis emendatione videndus est Eminentissimus Card. Norisius, Cenotaph. Pisan. Dissert. 4. Atque hæc sunt omnia fidei sinceræ et quæ laborare nequeat, quum quibusdam MSS. eorum censura et auctoritas publica, sive autographa, sive ad fidem alterius exemplaris descripta, ad finem adhæsit, atque ad nostra tempora devenit.* Illustriora multo et ad propositum meum disertiora, quæ ab Antiquis memorantur de Plauto a Varrone recensito, unde Plauti fabulæ Varronianæ, quas sc. ille admisit:† de opera, quam juxta Eusebium in Chronicis, impendit Cicero scriptis Lucretii, de Cicerone ab Asconio Neronis Imp. ætate emendato, Ennio a Lampadione,‡ et Virgilio demum vel ipsius Augusti temporibus a Vario, Tucca, et Hygino.

Porro huic felicitati accessit non minor, ea scilicet, quæ Antiquioribus Criticis Auctores integros, adeoque a se ipsis felicius expoliendos recognoscendosque obtulit. Magnum id erat ingenii adminiculum, Scriptorem ex ore ipsius fingere et colores ducere, quos ipse repræsentaverat. Nos vicissim hariolationibus ex æqualium Scriptorum usu ductis, ex Dialecti, in qua scripsit, genio atque indole, ex Scholæ denique aut Disciplinæ auctoritate, ætatem conterimus. Fortasse etiam aliquando cum larvis luctamur, et Sophistarum umbratiles *μελέτας*, sequioris ævi vel exercitationes vel oblectamenta, magno cum molimine refingimus. Non diffitendum est multa genuinæ Antiquitatis monumenta ideo ætatem non tulisse, quod Censoriam obeli notam sustinere nequiverant. Circumferebantur olim Orationes Lysiæ 400 et quod excurrit juxta Plutarchum et Photium: plurimæ sane ex mente gravissimorum Scriptorum.* Jamdudum autem est, quod conquerebatur Photius Paulum Mysium multas et præclarissimas sua Crisi exstinxisse.† Homerica omnia atque ea, quæ pro Homericis ostentabant variæ antiquorum *ἐκδόσεις*, penitus fere interierunt, exceptis iis, quæ posteritati consecravit ea sola Editio, quæ ceteras omnes vivendo vicit, cujuscunque demum sit, Zenodoti certe non est, cujus Editio Homerica ab Antiquis commendabatur maxime, quandoquidem plures versus, quos ille obelo notavit, hodie in vulgata habemus: non Aristarchi, qui Ulixeam terminavit libri penultimi v. 296. hisce verbis

Ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο.

Quod ideo libentius commemoro, quia nonnulli non intellecto hoc more Majorum, quæcunque ex Homero ab antiquioribus scriptoribus allegata reperiant, qui aliis atque aliis recensionibus utebantur, ea ad præsens Homerici poematis systema temere agglutinant. Inconsultius quidem hoc, et nullo cum acumine admissum. Cum hoc non esset Homerum, sed centonem exhibere ex diversis Homeri recensionibus consarcinatum. Verum singulare aliquid semper habuit Homeri fortuna. Nemo fere ex antiquioribus paulo doctior, qui ad illius recognitionem non accessit: nemo vicissim ex Neotericis, quem vere Criticum dicere possis. Sive id plurimorum præstantium virorum desperatione factum sit, sive (quod fortunet Literarum siquis sit Genius!) reservata fuerit ea famæ et æternitatis conditio summo isti viro, qui incredibili literarum lumine præsens sæculum ornavit, et immortalibus beneficiis futura omnia demerebitur.

Ut ad Lysiam revertar, quis ille Paulus *ἐκ Μυσίας*, quali lingua, qua conditione et ætate usus est, albus an ater, frugi an nequam, id juxta scio cum inscientibus maxime. Photio certe ætate prior, qui solus, quod sciam, ex antiquis hominem memorat, si Suidam excipias atque præterea Eudociam Imperatricem, quæ ex eodem fonte, unde Suidas, hortos suos irrigavit. Eorum verba sunt: *Παῦλος Γερμῖνος σοφιστὴς, ὁ γράψας, ὅτι γε Λυσίου ἐστὶ τὰ περὶ τῆς*

* Chirographo suo recensiones a se factas attestabantur vel muniebant Critici veteres. Ἐπεὶ κἂν τοῖς βιβλίοις, ἃ διωρθοῦτο τοῦτο, ἐγκαταλέλειπται σύμβολον. ἐπὶ γὰρ τῷ Ἀλεξάνδρῳ παράγραμμα ἦν ἡ πατρίς. Aristid. in Oratione funebri Alexandri Cotiæensis.

† Gell. III. 3.

‡ Ut non turbidæ fidei nec ambiguæ, sed ut puræ liquentisque esset, *equusne* an *eques* Ennius scriptum reliquisset, librum summæ atque reverendæ vetustatis, quem fere constabat Lampadionis manu emendatum, studio pretioque multo unius versus inspiciendi gratia conduxi, et *eques*, non *equus* scriptum in eo versu inveni. Gell. XVIII. 5.

* πλείστους δὲ γράψας λόγους. Dionys. Halicarn. de Lysia. Catonis orationes non minus multæ fere sunt quam Attici Lysiæ, cujus arbitror plurimas esse. Cic. in Bruto. Multa Lysiæ scripta sunt, nonnulla Critiæ. Id. 2. de Orat.

† Πολλοὺς καὶ καλοὺς ἄλλους εἰς νόθους ἀποῤῥιψάμενος πολλῆς καὶ μεγάλης τοὺς ἀνθρώπους ὠφελείας ἀπεστέρησεν οὐχ εὑρισκομένων ἔτι τῶν ὑπὸ διαβολὴν πεσόντων. ἅπαξ γὰρ ἀποκριθέντες παρεωράθησαν, ἐπικρατεστέρας τῆς διαβολῆς, ὥσπερ καὶ ἐπ᾽ ἄλλων πολλῶν, ἢ τῆς ἀληθείας γεγενημένης. Phot. Biblioth. Cod. CCLXI.

Ἰφικράτους δωρεᾶς βιβλία β. ὑπομνήματα εἰς τοὺς λοιποὺς λόγους τοῦ Λυσίου.

Paulum, credo, ætate anteivere uterque et Dionysius Halic. sc. et Cæcilius, qui ex orationibus Lysiæ 425. germanas esse volunt, non nisi 230 juxta Plutarchum: aut cum Photio 233. Dionysio multum debet Lysias: gravissimo omnis memoriæ in rebus præsertim criticis auctori, ut erat ingenio acerrimus et multiplici lectione instructissimus. Præter eam, quæ superest de Lysia Crisin (quod opus emaculatius longe, ut spero, quam in vulgatis repræsentari solebat, huic Editioni præponi curavimus), commentarium* scripsit de dignoscendis Lysiæ orationibus germanis et adulterinis, hodie magno rei literariæ detrimento non exstantem.

Dionysius† ætate et studiis æmulum habuit Cæcilium Rhetorem, natione Siculum, patria Calactinum.‡ Scripsit ille σύγκρισιν Demosthenis et Ciceronis: Demosthenis item et Æschinis: Dictionarium ex ordine literarum: De Demosthenis orationibus germanis et spuriis: de charactere X Oratorum: singularem commentarium de Antiphonte, atque alia permulta, de quibus Suidas consulendus erit. Laudantur a Longino §. 32. juxta finem ejus in Lysiam commentarii. ὁ Καικίλιος ἐν τοῖς ὑπὲρ Λυσίου συγγράμμασιν ἀπεθάρρησε τῷ παντὶ Λυσίαν ἀμείνω Πλάτωνος ἀποφήνασθαι, δυσὶ πάθεσι χρησάμενος ἀκρίτοις. φιλῶν γὰρ τὸν Λυσίαν, ὡς οὐδ' αὐτὸς αὑτὸν, ὅμως μᾶλλον μισεῖ τῷ παντὶ Πλάτωνα, ἢ Λυσίαν φιλεῖ. Hic est Cæcilius, qui orationem Deliacam Æschini abjudicat, Antiphontis orationes genuinas solummodo 35 admittit, Isocratis 28, in horum Oratorum lectione et Crisi versatissimus.

De Oratoribus Atticis librum adornavit Lysimachides Cæciliano libro oppositum, ut constat ex Ammonio in v. θεωρὸς, de quo me plura nescire confiteor.

Curiam Atticam illustravit Hero Atheniensis, incertæ ætatis: de quo Suidas. Ἥρων. Κότυος, Ἀθηναῖος ῥήτωρ τὰς ἐν Ἀθήναις δίκας γεγραφὼς—ἐξήγησιν Δεινάρχου—περὶ τῶν ἀρχαίων Ῥητόρων καὶ τῶν λόγων, οἷς ἐνίκησαν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζόμενοι.

* Vid. Dionys. in Lysia.

licet. Super his enim judicare mihi fas non est, qui a theologorum sacris arcanis tota vita procul abfuerim. Sunto, si voles, quantivis facienda. Verumtamen in disputationibus super monumentis Lysiæ ecquis enucleationes quærat abstrusorum Pauli Apostoli sensuum? Non erat nunc his locus. Alio loco expromsisset. Decebat utique Marklandum, qui theologus esset, Pauli lectione delectari. Non invideo, non intercedo. At cum luce tenebras ne commisceto. Verumtamen nefas ducebam alienam in messem falcem me immittere, fidemque publicam violare, et exsecrabilis exemplum præire grassationis in aliena scripta, quod alii postmodum in meis, me invitissimo, sint imitaturi. Præterea aliis alii ducuntur. Meum ad palatum si quæ minus sint, dubium non est, quin bene multi sint futuri, qui ea appetant, ob eaque vel sola Marklandinas ad Lysiam Conjecturas magni faciant, emant, lectitent. Minus tamen religiosus fui in Latina Lysiacæ orationis interpretatione a Tayloro conscripta, quam prorsus omisi, gemina de causa: altera, quod decrevissem ab hoc, quod edo, corpore Græcorum Oratorum Latinas interpretationes omnimo omnes, quamvis bonas et probatas, excludere; altera, quod hanc Tayloranam parum probarem, quæ persæpe locorum ab oratoris sententia aberrasset, et universe parum Latina esset, quamquam haud me fugit, quam sibi Taylorus et in fide atque perspicuitate suæ interpretationis, et in munditie atque nitore Latinitatis placuerit atque exsultarit. Verum ab intelligentia bonæ tersæque Latinitatis aberat Taylor quam plurimum. Id quod affirmanti nemo facile mihi fidem deneget, annotationes ejus ad Lysiam legens; in quibus haud rari sunt loci, non Apuleianum, sed plane Tertullianeum os referentes, quos alii non magis videantur percepturi, atque ego percipio. Est utique Lysiæ oratio perobscura, cum ob dictionis, quam affectat, brevitatem, tum ob cœca ratiociniorum vincula: ut inprimis bonum interpretem desideret. Ego vero Taylorum eum esse nego bonum interpretem. Quapropter ipsemet molestiam exantlavi Lysiam, unaque Andocidem et Isæum, Latine convertendi. Nam de Antiphonte nondum certi quicquam mecum constitui. Istos vero, quos dixi, Latinos feci, olim aliquando edendos: quod ubi factum fuerit, statuent rei intelligentes, operæne pretium fecisse videar. Interim semel vel bis in annotationibus meis ad Lysiam lectores ad hanc meam Lysiæ interpretationem ablegavi, tum prodendam, cum per fata licuerit finem huic corpori Græcorum oratorum imponere. Vita si suppetet, et sumtus, atque studium emtorum, recipio edenda aliquot volumina, in quæ compingentur Wolfianæ operum Demosthenis et Æschinis et Dinarchi, meæ Andocidis, Lysiæ, Isæi, et nescio an Antiphontis quoque, et ab aliis conscriptæ, si quæ prostant, interpretationes Latinæ probabiles aliorum e Græcis oratoribus minoribus.

Satis, ni fallor, de Lysia Taylorano dixi. Restat, ut quæ nova ornamenta de meo aut in hoc primum volumen jam contulerim, aut in secundum mox sim collaturus, exponam. Si quis ullus alius auctor Græcus mendis et lacunis obsitus est, Lysias certe est miserrime atque desperatissime depravatus. Ut penes Taylorum pene nihil fuit copiarum ad eum emendandum, si ab ejus et Marklandi divinationibus discesseris, ita penes me quoque perparum fuit opis, quod e codicibus Mstis conferrem a me usurpatis. Et oppido pauci supersunt Lysiæ codices Msti, et, quotquot ad notitiam nostram pervenerunt, contemnendi sunt omnes, iisdem mendis inquinati, lacunis iisdem hiulci, ut ex uno videantur omnes manasse, misere mendoso atque lacero; qui est ille, nunc Florentinus, olim a Constantino Lascari e monte Atho allatus, unde Aldus primus Lysiam edidit. Nihil equidem ipse mihi ad contentionem feci reliquum, ut paulo quid plus eniterer, quam decessor meus: verum haud respondit prospera fortuna spei votisque nostris, quamquam non prorsus me frustrata est. Magni faciendus non est Coislinianus, et nihilo tamen minus ex eo bonas lectiones haud paucas sublegit Taylor ante, et secundum eum ego alias plures illinc sublegi. Simillimus illi est Vindobonensis, de quo in continente pluribus dicam, fœdissimis mendis horridus, neque ideo tamen minus licuit haud pœnitendum spicilegium bonarum lectionum inde exhibere. Sed prius de codice Veneto paucis est indicandum. Est in bibliotheca S. Marci Venetiis, in libris, qui olim Cardinalis Bessarionis fuerunt, codex Lysiæ; a quo sperans opis non nihil impetratum iri ad explendum, qui creberrimi hodie sunt in Lysiæ exemplaribus, hiatus, et mendas teterrimas eluendum, dedi literas ad Antonium Zanettium, V. C., illi bibliothecæ præfectum, rogans, ut illius codicis lectiones excerpi et ad me mitti curaret. Ille vero Venetiis negabat esse, qui provinciam illam aut bene gerere nosset, aut suscipere vellet. Nam sibi quidem otium deesse. Interim si quos enotarem singulares locos, de quibus consuli codicem Venetum vellem, se operam hactenus mihi daturum. Invitatus ego humanissimi viri hac pollicitatione, misi ad eum exemplum editionis Stephanicæ, in quo locos difficiliores et præ aliis mendosos notaveram. Remisit hoc exemplum Zanettius suis annotationibus conscriptum, unde intelligens, quid lectionis loco quoque in codice Veneto esset, una intellexi quoque codicem illum, nisi mendosior etiam aliis est Lysiæ codicibus passim prostantibus per Europæ bibliothecas, nihilo profecto esse illis, neque emendatius exaratum, neque pleniorem. Factum sic est, ut in libello Variantium Lectionum codicem hunc Venetum pæne nusquam allegem, qui pæne nulli usui mihi fuerit. Vix enim semel aut bis paulo meliorem exhibuit lectionem vulgata, et contra plerumque fœdiores etiam corruptelas, quam

sunt in libris vulgatis. Plus profeci e codice Vindobonensi, quamquam non tantum, quantum speraveram a Nesseliano illectus indicio. Codicem hunc meam in gratiam totum a capite ad calcem cum editione Lysiæ Marpurgensi a I. H. Maio curata contulit Gottlob Christian Storr, V. C. A. M. Stutgardiensis, ministerii Evangelici candidatus, juvenis ut sacrarum literarum, et earum inprimis, quas orientales appellant, præter vulgarem morem peritus, de quo constabit ex opusculis, quorum parat editionem, ad literaturam Syriacam pertinentibus, quæ opuscula ut quam primum ipsi proferre liceat, ex animo opto; ita mei tam amans, tam observans, tam studiosus, ut id unum pæne videatur arbitratus sibi datum negotii esse, ut modis quibus posset omnibus bene de me mereretur. Tanta fuit ejus erga me pietas, ut filii erga parentem vix major esse possit; neque facile recordor familiarium quemquam fuisse, qui hac laude eum superaret. Verumtamen ægerrime fero a juvene doctissimo, quod otium melius collocari poterat, pæne incassum id esse insumtum. Id quod ex iis schedis mihi constitit, quas Vindobona ad me misit, in quibus apertas quoque et manifestas librarii Græci halucinationes annotavit, sed eas tam crebras, et tam spurcas atque abnormes, ut fieri posse negem, ut usquam locorum alius exstet codex Græcus flagitiosius, atque hic Vindobonensis est, exaratus. Quem si Taylor perinde cognitum usu atque perspectum habuisset, atque ego habeo, profecto non affirmasset, codicem Vindobonensem *optimæ notæ* esse. Sed humanum est, de incompertis bene sperari, et magnifice prædicari. Ego equidem si præscissem futurum, ut illinc plus lolii, quam bonæ frugis colligeretur, profecto non commisissem, ut optimo Storrio meo provinciam tam insuavem et tam infructuosam demandarem; quamquam ipse, ultra quam sibi expediret officiosus, hanc provinciam magis efflagitavit, quam ego imposui. Verum enim vero, quod sæpe usu venit, ut ex ingenti scoriarum acervo auri tamen micæ eruantur, ita mihi quoque licuit ex hac immani farragine portentosissimarum codicis Vindobonensis mendarum haud paucas eruere lectiones præstantissimas, ex alio nullo codice a quoquam annotatas: quas pæne omnes in Textum meum recepi. Haud raro quoque conjecturas meas ab eo confirmari, non sine gaudio deprehendi. Possem hic, tanti si facerem, satis prolixum contexere atque proponere indicem lectionum bonarum a me primo in Lysiam ex hoc codice Vindobonensi immissarum, longiorem etiam illis, quibus in sua ad Lysiam Præfatione exhibendis Taylor suam diligentiam in emendanda Græca Lysiæ oratione demonstratam jactare voluisse videtur. Ego vero satis habui, ubi locorum Lysias e codice Vindobonensi a me emendatus esset, id in subjectis annotationibus statim, aut in libello lectionum mox insecuturo indicare; ubi etiam reliquas codicis hujusdem lectiones repræsentabo, quæ non meræ sint calami aberrationes. Egi equidem, id quod videtis lectores, quod potui; neque, quod in me situm esset, operæ studiique quicquam passus sum desiderari, quo consequerer hoc, ut Lysiam vobis traderem mundiorem et emaculatiorem, quam ante me lectus et in hominum manibus versatus esset. Consecutus omni ex parte si non sum id, quod contendebam, culpa careo. Fortuna defuit, non voluntas. Congratulemur nobis, hæc Lysiæ fragmenta, quamvis miserrime contruncata, superesse, neque prorsus ejus omnia perisse. Fruamur his, quæ habemus, qualiacunque sunt, indolentes acerbæ sorti, quæ Lysiam fataliter oppressit, et quæ voluit codices ejus non nisi mendosissimos atque miserrime lacunosos ad nos pervenire; nisi si forte aut in Escurialensi bibliotheca mundiores atque pleniores Lysiæ membranæ adhuc latent, aut in ea, quæ quondam Heidelbergensis erat, nunc Vaticana est, in qua aiunt, nescio quo auctore freti, servari codicem Lysiæ orationes aliquot nondum editas tenentem: de quo quærere non vacavit; vel potius defuit quærendi opportunitas. Erit olim aliquando tempus, age enim solemur bene sperando clades nostras, quod tempus Græcas literas a contemtu vindicet, quo nunc apud Italos oppressæ jacent. Erunt, qui gazas vetustæ literaturæ tot in bibliothecis Italiæ, tamquam in monumentis vetustorum regum, sepultas eruant, illinc atque in lucem proferant. Bona id quidem fide, et procul jactantia, a qua sum alienus, affirmare possum, opera mea factum esse, ut Lysias nunc prostet haud paulo, quam ante fuit, emendatior, atque dilucidior. Et erit adhuc magis, cum Latina mea Lysiacarum reliquiarum interpretatio prodierit, quæ vicem perpetui in Lysiam commentarii fungi poterit. Pristinas meas ad hunc oratorem animadversiones, jam anno 1757. editas, pæne ne inspexi quidem nuper has novas conscribens. Quo factum esse interdum suspicor, ut ea prætermiserim, quæ malint nonnulli præterita non fuisse. Sed conferat antiqua cum novis, cui copia et volupe erit, et illinc repetat, si quæ haud pœnitenda repererit. Mihi hac uti diligentia neque libuit, neque vacavit. Currente prelo haud raro observavi aut perperam a me scripta, quæ tolli ob rationes typographicas non possent, aut præterita alia, quæ addi festinatio operarum, aut spatiorum angustiæ haud paterentur. Illa itaque retractatum, hæc suppletum ibo in illo, quem toties dico, libello Variantium Lectionum. Orationem Lysiæ Funebrem, quæ in editione H. Stephani Lysiacarum agmen claudit, in Aldina autem, et Taylorana, nostraque statim a prima secunda est, cum codice Augustano contuli, illo, quem Demosthenicorum meorum quintum appellare soleo. Orationem in Philonem, quæ in editione Aldina postrema est, cum codice bibliothecæ regiæ Parisinæ, n. 2944. signato, contulit

meos in usus Schweigheuserus meus, A. M., V. C., Strasburgi. v. Voluminis quarti horum oratorum calcem p. 136. Quas in libello variantium interdum cito schedas Brulartianas, de iis ibidem jam exposui. Quæ schedæ num sint eædem cum Groulartianis, a Tayloro passim laudatis, mihi certo non constat. Suspicatus aliquando fui, codicem Lysiæ, cujus a se usurpati mentionem H. Stephanus in marginibus editionis suæ facit, eundem esse cum Coisliniano. Verum postmodum deprehendi Stephanici lectiones a lectionibus Coisliniani discrepare. Rursus in suspicionem veni, Stephanicum codicem esse eundem cum Vindobonensi. Id quod improbabile non videbitur recordanti H. Stephanum in Italia atque Germania superiore multos per annos hæsisse, et bibliothecas cum Italicis Germanicas versasse. Verum horum quoque codicum lectiones, ut inter se passim locorum concinunt, ita rursus aliis in locis discordant. Decuerat utique Stephanum diligentius indicare, cujas fuisset ille codex Lysiæ, quo se usum ait fuisse. Argumenta orationi cuique Lysiacæ præmissa Taylori sunt omnia; de quo nisi aliunde constaret, etsi ego nil admonerem, satis tamen auctorem dictio ipsa proderet. Animadversiones Taylori disputationibus scatent, præterquam quod caliginosæ sunt, ut conjectoris egeant, a re quoque, de qua agitur, alienissimis. Vanitas hæc est hominis copias literarum ostentantis, e multifaria multorum voluminum lectione, aut pervolutatione certe, collectas. A quo morbo ego sum alienissimus, hoc strigosior, quo alii sunt obesiores. Res ipsæ sunto, per me licebit, bonæ, et exquisitæ adeo. Non tamen his nunc erat hic locus. Quid attinet e Dactyliothecis gemmas ex ære cælatas, e Syntagmatibus Inscriptionum, ad quæ satis fuerat lectores ablegari, longos titulos repetere, unde nil discas, quod ad rem faciat, et pueros fugiat ludum literarium frequentantes. Commentarios in alium quemcunque auctorem si te juvet simili modo conscribere, volumina tot nullo negotio exaggeres, quot vel camelum fatigent. Ego vero meis in commentariis conscribendis hunc tenui modum, et hoc spectavi, ut aut sententias oratoris, sicubi viderentur tenebricosiores, admota face circumlocutionis illuminarem, aut mendas, ubi possem, pro modulo meo emendarem, aut saltim indicarem. Ad libellum Dionysii Halicarn. accedent Tayloranis et Marklandinis annotatis, una cum meis, variæ lectiones e codice Helmstadiensi, et annotationes I. Fr. Matthæi, V. C. ejusdem, cujus super Æschine oratore disputationem doctam et subtilem quarto horum oratorum volumine exhibui. Parat ille nunc discessum a nobis, iter longum et molestum intra paucos dies ingressurus, quod iter deus fortunet atque secundet. Moscoviam, ad Hyperboreos, arcessitus est, ut in ludo publico, qui ibi est, humaniores literas profiteatur. Patriæ pæne succenseo, homines literatos, quibus ipsa posset uti, invitos

expellenti; quasi copia laboremus ingeniorum studiis scholasticis innutritorum. Nos vero, si qua re alia caremus, adolescentibus vel maxime caremus, Græce Latineque callentibus, et rei scholasticæ gerendæ deditis. — Venit adhuc in mentem editionum Lysiæ superiori seculo in Germania proditarum, Hanoviensis, et, quæ illam recentavit, Marpurgensis. Verum præstat de illis tacere, quarum exigua aut potius nulla sit auctoritas. Unum hoc sufficiat a me commemoratum esse, Hanoviensem non referre fideliter exemplum Stephanicum, sed vitiosam et contaminatam esse conjecturis, seu Andreæ Schotti, seu Iodoci van der Heiden. Hæc ad Lysiam præfanti mihi post Taylorum, qui meliora quæque dudum occupavit, succurrebant, quæ ut, benevole lector, æqui bonique habeas, etiam atque etiam te rogo. Scripsi Lipsiæ d. 20. Martii 1772.

LYSIÆ VITA

A IOANNE TAYLORO CONSCRIPTA.

Natus est Lysias eo tempore, quo res Atheniensium domi forisque, sive rerum gestarum gloriam, sive pacis ornamenta spectemus, ad summam quasi maturitatem erant perductæ.* Barbaris enim nuper terra marique profligatis, et universæ Græciæ libertate feliciter vindicata, ut nemo jam hostis superesset, nisi domi fuisset quærendus, populus Atheniensis, bellicæ quasi laudis satur et gloriæ armis partæ, præstantissima omnis memoriæ ingenia in acie fori atque in umbra Academiæ excolere cœpit. Tum fuit Thucydides et Xenopho, a quibus post Herodotum Historia commota est, ut auderet uberius, quam superiores, et ornatius dicere: Scenam illustrarunt Sophocles et Euripides, et in diverso genere Aristophanes et Menander, qui ceteris pene omnibus ejusdem artis auctoribus nomen abstulere: Tum primum Philosophia, in qua de rebus bonis et malis, deque hominum vita, moribus et officiis disputatur, inventa et exculta esse dicitur; quam idcirco Socrates auctor, de cælo, nam illa altera de Natura fuit antiquior, devocasse fertur. In hac denique urbe atque his temporibus primum se Eloquentia extulit, eadem pene tempestate et nata et perfecta; cum decem simul Oratores Athenis ætas una tulerit,† quorum ut diversa

* Diod. Sic. ad Olymp. LXXX. 2.

† Celeberrimi isti X-viri secundum ætatem hoc ordine videntur esse collocandi. I. Antipho antiquissimus, qui floruit κατὰ τὰ Περσικὰ, Themistoclis, Aristidis etc. æqualis. II. Andocides natus Olymp. LXXVIII. 1. III. Lysias Olymp. LXXX. 2. Unde corrigendus Plutarchus in vit. Andocidis, Ἄρχει δὲ αὐτῷ (i. e. Andocidi) τῆς γενέσεως Ὀλυμπιὰς μὲν ἑβδομηκοστὴ ὀγδόη, ἄρχων δὲ Ἀθήνησι Θεαγενίδης. ὥστε εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτεσί που ἑκατὸν, legendo potius ἔτεσί που ὀκτώ. Quod verum est. IV. Isocrates Olymp. LXXXVI. 1. Iterum corrigo eundem Plutarchum, γενόμενος δὲ (i. e. Isocrates) κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα Λυσιμάχου Μυῤῥινουσίου δύο καὶ εἴκοσιν ἔτεσι, πρεσβύτερος δὲ Πλάτωνος ἑπτά. Lysimachus eo anno summum Athenis Magistratum gessit, qui domo Myrrhinusius fortasse fuit, sed non novi eam conditionem aut morem describendi Archontas. Sed ita describantur per me licet. Cui tamen connectuntur ista δύο καὶ εἴκοσιν ἔτεσιν? Nimirum ante vel post Λυσιμάχου excidit vox ἄρχοντος, et pro Μυῤῥινουσίου legendum est νεώτερος (quæ vox in MSS. compendiose describi solet) Λυσίου δύο καὶ εἴκοσιν ἔτεσιν etc. Plane ut Dionys. Halic. Ἰσοκράτης ὁ Ἀθηναῖος ἐγεννήθη μὲν ἐπὶ τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ ἕκτης Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Λυσιμάχου. πέμπτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, δυσὶ καὶ εἴκοσιν ἔτεσι νεώτερος Λυσίου. V. Isæus, qui tempore belli Peloponnesiaci vixit et Demosthenem instituit. VI. Æschines, qui videtur in lucem fuisse susceptus circa Olymp. XCVII. Demosthene paucis annis major. VII. Lycurgus Platonis et Isocratis auditor, cujus inter Oratores Græcos H. Stephani suavissima et lectu dignissima, paucis tamen nota, exstat Oratio

virtus, nam inter se pares non fuerunt, summam pene laudem est consecuta, ita his exstinctis, optimum illud genus eloquentiæ studiumque dicendi sensim elanguit. Ad hæc Athenæ non solum Reip. prudenter institutæ, verum etiam cum moderatione administratæ gloria floruerunt, atque ad Jurisprudentiam Romanam condendam, quæ hisce temporibus XII. tabulis describi cœpit, consilium suum et auctoritatem largitæ, sapientiæ existimationem ad omnem memoriam propagarunt. Talem habuit nascendi conditionem Scriptor noster, qua nulla illustrior aut gloriosior excogitari possit.

Natus est Athenis* Olymp. LXXX, 2. Philocle Archonte.† Patrem habuit Cephalum‡ Syracusanum Lysaniæ F. Cephali N.,

unica. VIII. Demosthenes natus Olymp. XCIX. 4. IX. Hyperides, ab Antipatro, eodem fere tempore, quo Demosthenes, interemptus. X. Denique Dinarchus natus Olymp. CIV. 4. Horum omnium Scriptorum, si Hyperidem excipiamus, quædam ad nostram ætatem pervenere: Eorum vitas literis complexi sunt Plutarchus, et Photius in Bibliotheca. Nonnullorum etiam Philostratus. Γένει μὲν καὶ ἀξιώματι, πολὺ προύχοντος ἁπάντων, παιδείᾳ δὲ καὶ λόγων δυνάμει τῇ Ἀττικῇ Δεκάδι παραβάλλοις ἄν. Lucian. in Scytha. Leont. Antholog. III. 30.

Χειρεδίου τόδε σῆμα, τὸν ἔτρεφεν Ἀτθὶς ἄρουρα
Εἰκόνα ῥητήρων τῆς προτέρας Δεκάδος.

Erat enim alia et posterior Decas, de qua consulendus Suid. in Νικόστρατος, Philostrat. in Herode, Auctor Prolegom. in Aristidem.

* Athenis certe. Cephalus Pater Athenas commigrat Syracusis XXX. annos ante decessum. Lysias c. Eratosth. Lysias quindecennis profectus est Thurios, patre jam emortuo. Plutarch. in vit. Atque ita Suidas, qui Lysiam Syracusanum vocat (i. e. genere, et majoribus), ait tamen, ἐτέχθη δ' ἐν Ἀθήναις. Justinus quidem et genere et natalibus Siculum esse velit. 'Lysias, Syracusanus Orator, exsul tunc, quingentos milites stipendio suo instructos in auxilium patriæ communis eloquentiæ misit.' V. 9. et Timæus quoque teste Cicerone. 'Catonis autem orationes non minus multæ fere sunt, quam Attici Lysiæ—est enim Atticus: quoniam certe Athenis est et natus et mortuus, et functus omni civium munere, quanquam Timæus eum quasi Licinia et Mucia lege repetit Syracusas.' De Cl. Oratoribus. Eadem fere, quæ Justinus, habet Orosius II. 27. 'Lysias quoque Syracusanus Orator, quasi in auxilium urbis, quæ esset patria communis eloquentiæ, quingentos milites cum stipendiis suis misit.'

† Male Plutarchus (sive auctor recentior, qui Plutarchi nomine abutitur), in Lysia: γενόμενος Ἀθήνησιν ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος τοῦ μετὰ Φρασικλῆ κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος. Corrige: τοῦ μετὰ Φρασικλείδην κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. Vid. Palmer. Exercit. Meurs. Attic. Lect. IV, 14. Ions. de Script. Hist. Philosoph.

‡ Præter Cephalum Syracusanum Lysiæ patrem fuit Rhetor quidam Atheniensis, Cephalus nomine, quos inter se commisere imperitiores. Rhetorem hunc et demagogum memorant Dinarch. c. Demosthenem, Andocides sæpius, Athenæus, Suid. in V. Tzetz. Add. Aristoph. Eccles. 248. σχ. ad loc. et ad 253. Fragmentum Cephali proferunt Suid. et Etym. M. in v. Ἐπιτιμία. Ioannes Tzetzes homo bonus Chiliad. V. 34. confundit Cephalum Syracusanum Lysiæ patrem, Cephalum Rhetorem, de quo in præsenti agimus, et Cephalum τὸν παλαιὸν (ut eum vocat Æschines c. Ctesiph. [§. ξέ.]) qui Aristophontem adversarium nactus est περὶ καλοῦ βίου, uter sc. melius ætatem egerit, ubi Cephalus laudi duxit se nunquam φυγεῖν, Aristopho se sæpe φυγεῖν, ἁλῶναι nunquam. Eam contentionem ita exprimit Æsch. l. c. Ἐτόλμα δ' ἐν ὑμῖν ποτὲ σεμνύνεσθαι Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος ὁ Ἀζηνιεὺς, λέγων, ὅτι γραφὰς παρανόμων πέφευγεν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε· ἀλλ' οὐχὶ ὁ Κέφαλος ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος ὁ δοκῶν δημοτικώτατος γεγονέναι, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἐφιλοτιμεῖτο, λέγων, ὅτι πλεῖστα πάντων γεγραφὼς ψηφίσματα, οὐδεμίαν πώποτε γραφὴν πέφευγε παρανόμων: καλῶς (οἶμαι) σεμνυνόμενος. Ita Tzetzes:

Οὗτος [Cephalus] καὶ δικαιότατος ἁπάντων ἦν ῥητόρων,
Παρ' ὅλην τούτου τὴν ζωὴν μὴ σχὼν κατηγορίας.
Ἀριστοφῶν δὲ τοὔμπαλιν ὑπῆρχε τῷ Κεφάλῳ,
Ἀεὶ κατηγορούμενος, νικῶν δὲ ἀντιδίκους.

Neque solum hunc errorem erravit Tze-

qui Athenas commigravit sive Periclis, cujus hospitio et familiaritate utebatur, suasu, ut auctor est Lysias in oratione *contra Eratosthenem*, sive civium injuria, cum adversis Reip. temporibus Gelo Syracusarum imperium capessivit. Is est Cephalus, apud quem domi habebantur a Socrate immortales isti sermones de Republica, quos Plato literis mandavit: ubi de hominis ætate, gratia, moribus et opulentia satis multa memorantur. *Καὶ ἐγὼ ἀγασθεὶς αὐτοῦ εἰπόντος ταῦτα, βουλόμενος ἔτι λέγειν αὐτὸν, ἐκίνουν· καὶ εἶπον, ὦ Κέφαλε, οἶμαί σου τοὺς πολλοὺς, ὅταν ταῦτα λέγῃς, οὐκ ἀποδέχεσθαι, ἀλλ' ἡγεῖσθαί σε ῥᾳδίως τὸ γῆρας φέρειν, οὐ διὰ τὸν τρόπον, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλὴν οὐσίαν κεκτῆσθαι. — μέσος τὶς* (inquit Cephalus) *γέγονα χρηματιστὴς τοῦ τε πάππου καὶ τοῦ πατρός· ὁ μὲν γὰρ πάππος τε καὶ ὁμώνυμος ἐμοὶ, σχεδόν τι ὅσην ἐγὼ νῦν οὐσίαν κέκτημαι παραλαβὼν, πολλάκις τοσαύτην ἐποίησε· Λυσανίας δὲ ὁ πατὴρ ἔτι ἐλάττω αὐτὴν ἐποίησε τῆς νῦν οὔσης· ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ ἐὰν μὴ ἐλάττω καταλίπω τουτοισὶν, ἀλλὰ βραχεῖ γέ τινι πλείω ἢ παρέλαβον.** Neque bonum senem fefellit fortasse aut cura aut augurium. Nam in vexatione Inquilinorum sub XXX-viris, ubi in ditissimum quemque sævitum est maxime, Lysias cum fratre Polemarcho primus avarissimæ istius conjurationis crudelitatem est expertus.

Olymp. LXXXIV, 1. cum Athenienses coloniam Sybarin (i. e. Thurios) deducendam censuerunt, Lysias XV. annos natus cum Polemarcho fratre natu maximo, juxta Photium et Plutarchum, vel una cum duobus fratribus juxta Dionysium (qui erant Polemarchus et Euthydemus)† colonis se adjunxit, hereditatis adeundæ gratia. Sybaris, urbs ubere gleba, et civium‡ mollitie ad proverbii infa-

tzes, verum etiam Cephalum Lysiæ P. Thurium appellat, et Oratoris N. res gestas in debellandis XXX. tyrannis Cephalo assignat.

* Plat. de Rep. l. 1. Eadem pene de Cephali divitiis habet Tzetzes, futilis ille auctor et recens, verum mutuatus procul dubio a bonæ fidei scriptoribus, *πλούτῳ κομῶν καὶ εὐγενής*. Chiliad. V. 34. Cic. 4. ad Attic. 15. 'Feci idem, quod in *πολιτείᾳ* Deus ille noster Plato. Cum in Piræum Socrates venisset ad Cephalum locupletem et festivum senem, quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex: deinde cum ipse quoque commodissime locutus esset, ad rem divinam dicit se velle discedere, neque postea revertitur. Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset.' Dum hæc commentabar, et de Periclis etiam fortunis inaudiveram (*πλούτου δὲ καὶ γένους προσόντος αὐτῷ λαμπροῦ*. Plutarch. in Pericle. *Περικλῆς, ἀνὴρ γένει καὶ πλούτῳ, πρὸς δὲ τούτοις δεινότητι λόγου — προέχων*. Diod. Sic.) nescivi, quo pacto accipienda erant verba Pseudo-Plutarchi de Lysia, quæ cum solertiore lectore relinquam. *Λυσίας υἱὸς ἦν Κεφάλου — μεταναστάντος εἰς Ἀθήνας ἐπιθυμίᾳ τε τῆς πόλεως, καὶ Περικλέους τοῦ Ξανθίππου πείσαντος αὐτὸν φίλον ὄντα καὶ ξένον, πλούτῳ διαφέρων*. Quid? anne dicemus *αὐτὸν διαφέροντα*? an *Περικλέους διαφέροντος*? an denique connectemus cum initio, *Λυσίας υἱὸς Κεφάλου — πλούτῳ διαφέρων*? Ita semper fere accidere solet, ut istiusmodi sorices non solum *ἀνιστορησίᾳ*, verum etiam aliquando indiligenti oratione, atque sermonis *ἀνακολουθίᾳ* seipsos proderent.

† *Εἰς Θουρίους πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσί*. Dionys. Halic. Eorum nomina conservavit Plato l. c. Polemarchus natu maximus, et Euthydemus alter, non *Εὔδιδος* aut *Εὔδιμος*, ut habent Codd. Plutarchi, aut *Εὔδημος*, ut conjecit Xylander. Tertium igitur, Brachyllum, ex eod. Plutarcho, non habuit, si qua fides in Dionysii verbis. Quo tamen errore ductus hunc quoque fratrem adjecit Plutarchus fortasse in sequentibus expediemus.

‡ Plura Athenæus l. 12. ubi incredibilia

miam notissima, in ea parte magnæ Græciæ,* seu Italiæ ad sinum Tarentinum sita est, quæ ad Austrum spectat et occidentem solem. Per ea tempora, quibus Græcorum et Atheniensium maxime Fortuna se extulerat, populus ille diutino bello fractus, atque etiam Crotoniatarum vi patriis sedibus ejectus, legatos in Græciam ad auxilium implorandum misit. Ostentabant agri fertilitatem, commoditatem loci, quem in Siciliam navigantibus vel portum amicissimum, vel, si alii occuparent, stationem infensissimam paratum esse dicebant: ad hæc agrorum communionem, civitatem ceteraque ejusmodi præmia pollicebantur. Inflammabant hæc maxime animos Atheniensium, qui jam ad† provincias constituendas et Siciliam alludere cœperunt. Cum igitur a Spartanis, ad quos primos legati Sybaritarum venerant, nihil impetrari potuit, Athenienses Periclis suasu et auctoritate decem triremes patrio more auxilio Sybaritis misere. Ei classi præfuere Lampo‡ et Xenocritus. Coloniæ deducendæ socii fuere tum alii viri et eruditione et rebus gestis illustres, tum etiam Herodotus et Thucydides. Ille ob diutinam in istis regionibus mansionem, ubi etiam et historiam condidisse a Plinio§ fertur, Herodotus Thurius appellari solebat. Nam et proœmium illud, quod ejus historiæ præponitur, a Plesirrhoo, uti quibusdam videtur, concinnatum, aliter apud alios legitur. *Τὸ δὲ, Ἡροδότου Ἁλικαρνασσέως ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, πολλοὶ μεταγράφουσιν, Ἡροδότου Θουρίου*. Plutarch. de Exsilio. Ita in suo Cod. rep-

narrantur de istius populi luxuria.

* Vocabatur etiam Major et Exotica Græcia. Vid. Scalig. et Dacier ad Festum.

† *Καὶ Χεῤῥόνησον καὶ Νάξον καὶ τὴν Εὔβοιαν εἴχομεν πλείστας δ' ἀποικίας ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις ἀπεστείλαμεν*. Æsch. de ement. legat. [§. νδ'.]

‡ *Περικλῆς Μενίππῳ μὲν ἐχρῆτο πρὸς τὰς στρατηγίας, δι' Ἐφιάλτου δὲ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἐταπείνωσε, διὰ δὲ Χαρίνου τὸ κατὰ Μεγαρέων ἐκύρωσε ψήφισμα, Λάμπωνα δὲ Θουρίων οἰκιστὴν ἐξέπεμψεν*. Plutarch. Reipubl. gerund. præcept. Eosdem coloniæ duces memorat Diod. Sic. Unde mirari subit, cur idem Plutarchus in Nicia Hieroni assignet istius expeditionis auctoritatem. *Ἱέρων ἦν, ἀνὴρ τεθραμμένος ἐπὶ τῆς οἰκίας τοῦ Νικίου — προσποιούμενος δ' υἱὸς εἶναι Διονυσίου τοῦ Χαλκοῦ προσαγορευθέντος, οὗ καὶ ποιήματα σώζεται, καὶ τῆς εἰς Ἰταλίαν ἡγεμὼν γενόμενος, ἔκτισε Θουρίους*. Lamponi *δεκάτῳ αὐτῷ* assignat *σχ*. Aristoph. Av. 521. *Ὁ δὲ Λάμπων θύτης ἦν καὶ χρησμολόγος, καὶ μάντις, ὃ καὶ τὴν εἰς Σύβαριν τῶν Ἀθηναίων ἀποικίαν ἔνιοι περιάπτουσιν, αὐτὸν ἡγήσασθαι λέγοντες Ἀθηναῖον ὄντα σὺν ἄλλοις δέκα*. Ab hoc ergo duce et divinatore Colonia ista in diverbium et jocum abiit. Aristoph. Nub. 331.

Θουριομάντεις, ἰατροτέχνας, σφραγιδονυχαργοκομήτας.

σχ. ad loc. *Θουριομάντεις, οὐ τοὺς ἀπὸ Θουρίου μάντεις, ἀλλὰ τοὺς εἰς Θούριον πεμφθέντας, ἐπὶ τὸ κτίσαι αὐτήν. ἐπέμφθησαν δὲ δέκα ἄνδρες· ὧν καὶ Λάμπων ἦν ὁ μάντις, ὃν ἐξηγητὴν ἐκάλουν*. et quæ sequuntur. Adjunge Suidam in *Θουριομάντεις· Ἐξέπεμψαν δὲ εἰς κτίσιν τὴν αὐτοῦ Ἀθηναῖοι δέκα ἄνδρας, ὧν καὶ Λάμπων ἦν ὁ μάντις, ἐξηγητὴς ἐσόμενος τῆς κτίσεως τῆς πόλεως*. Ita omnes libri Suidæ MSS. X. sc. duces, totidemque naves, ut mos erat Atheniensibus diuturno usu consecratus, qui denario numero pro ratione tribuum Rempublicam universam domi forisque administrabant. Inficeti editores Suidæ, qui pro *δέκα*, *μυρίων*; excudi curarunt! atque inficetus etiam ille, qui tam violentam mutationem calculo suo comprobare potuit!

§ 'Tanta ebori auctoritas erat Urbis nostræ trecentesimo decimo anno, tunc enim auctor ille [Herodotus] historiam eam condidit Thuriis in Italia.' Plin. XII. 4. Cum constituebantur X-viri legum ferendarum, annus urbis agebatur CCC. Evenit autem, ut eod. fere tempore Romanorum legati Athenas proficiscerentur *νομοθεσίας χάριν*, et Athenienses dictam Coloniam in Italiam deducerent.

perit Aristoteles, cujus Rhetor. III. 9. hæc sunt verba: Ἡ μὲν οὖν εἰρημένη λέξις ἡ ἀρχαῖα ἐστίν. Ἡροδότου Θουρίου ἥδ' ἱστορίης ἀπόδεξις.* His omnibus accedit testimonium Inscriptionis, quam in honorem Herodoti elaboratam conservarunt Stephanus Byzantinus et σχ. Aristoph. Nub. 331.

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα,
 Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορικῆς πρύτανιν,
Δωριέων πάτρης βλάστοντ' ἄπο· τὸν γὰρ ἄπλητον
 Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν Θούριον ἔσχε πάτρην.

Thucydidem vero Sybarin profectum, et quidem cum Xenocrito, qui dux erat Coloniæ, declarat vita Thucydidis ἀδέσποτος, ejus Editt. præfigi solita. Una quoque cum his profectum fuisse Empedoclem philosophum tradit Laertius in Vita. His igitur aliisque colonis in Italiam appulsis, et nova urbe condita, quæ a fonte vicino Thurium vocabatur, primo civitas discordiis agitari, mox discessione facta obtruncari veteres Sybaritæ, et summa rerum potiri, quos auxilio contra populum finitimum nuper arcessiverant. Ex eo tempore Urbs non Ἀττικίζειν modo cœpit, sed Attica tota facta est. Populum in tot Tribus distinxerunt novi hospites, in quot domi se fuisse distinctos meminere: Tum primum galeata Pallade, Atheniensium ritu, signari æs Thuriorum, ceterisque istius populi institutis et disciplina administrari nova Resp.

Ab Olympiadis LXXXIV, 1., qui erat Lysiæ ætatis XVI., usque ad XCII, 1. annos omnino XXXII.,† in Colonia commorabatur Lysias, πολιτευόμενος ἐν εὐπορίᾳ πολλῇ (verba sunt Auctorum fere omnium, qui ejus vitam literis consignarunt) κτησάμενός τε οἰκίαν καὶ κλήρου λαχών, (Plutarch.) quæ postrema verba fortasse emendari debent ex Photio οἰκίαν τε κατασκευασάμενος καὶ κλήρου τυχών. In ea mansione Tisiam‡ et Niciam Rhetoras Syracusanos audivit. Atheniensium vero rebus in Sicilia fractis,

* Ἡρόδοτος ὁ συγγραφεὺς, ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας. Strab. l. 14. Εἴ τῳ πιστὸς ὁ Θούριος εἶναι λογοποιὸς δοκεῖ. Julian. in Epist.

† Recte Suidas, Ἐκπεσὼν ἐκεῖθεν ἐπ' Ἀττικισμῷ ἐπανῆλθεν ἐς Ἀθήνας. ἄγων ἔτος μζ'. Unde mirum, quo computo usus sit Plutarchus, κἀκεῖ διέμεινε — ἔτη ἑξήκοντα τρία. Longissime certe a vero. ἑξήκοντα legit Plutarchi Cod. Petav. τριάκοντα τρία Meursius, et Palmer. denique ὥστε τριάκοντα. Fortasse bonus scriptor, qui Plutarchum similavit, dum in Fastis duos Callias habuit descriptos, unum, qui Præturam gessit Olymp. XCII, 1. (quo tempore rediit Lysias) alterum, qui C, 4. ad hanc usque supputationem prorogavit, adeoque plures annos Auctori nostro assignavit a Thuriis revertenti, quam vivendo erat assecutus. Verum et erravit quoque in nomine Archontis: Nam dixisse non debuit ἕως Κλεάρχου τοῦ Ἀθήνησιν ἄρχοντος, sed ἕως Κλεοκρίτου, ut modo dicturus est, ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρχοντος.

‡ Priusquam Eloquentiæ lacertos suos movit Athenis, quibus tamen et nata et alta esse creditur, Artis istius, sive Rhetoricæ proprie dictæ, præcepta invenisse et excoluisse dicuntur Siculi, quorum princeps exstitit Empedocles, deinde floruit Corax Hieronis T. familiaris, circa Olymp. LXXVI. Cujus discipulus Tisias esse fertur. De his atque artis origine plura, sed fabulis similia, habet Scholiastes Hermogenis in initio. 'Ait Aristoteles, cum, sublatis in Sicilia Tyrannis, res privatæ longo intervallo judiciis repete-

et cum dominorum fortunis commutatis etiam Thuriorum animis, Lysias Ἀττικίζειν αἰτιαθεὶς solum vertere cogitur, et domum revertitur Callia Archonte, Olmp. XCII, 1.*

Quo tempore Athenas rediit Lysias, magna rerum commutatio atque inclinatio fortunæ consecuta est istam Remp. Duodecimo enim anno post coloniam Sybarin deductam, Olymp. sc. LXXXVII, 1. ortum est bellum inter duos potentissimos populos, qui omnem Græciam in suas partes trahebant, Lacedæmonios et Athenienses; omnium fere, quæ in superiorum temporum monumentis produntur memoriæ, et diuturnitate temporis gravissimum, et fortunæ varietate celeberrimum. Bellum illud, quamvis illustres utrinque habuit eventus, maximeque dignos stylo istius Scriptoris, qui res in eo gestas oratione complexus est, nihil tamen habuit exitu memorabilius atque insolita victoriæ facie. Lacedæmonii enim, accisis penitus Atheniensium viribus, atque æmula urbe potiti, moderatius quidem, quam solent victores, in debellatam gentem consueverunt; atque iram diuturnis inimicitiis et contentionibus accensam terminabant, non in Urbe diruta aut servitute Civium, sed in operam dando factiosis quibusdam Civibus, qui Reip. pertæsi imperium a Populo ad Paucos translatum voluerunt. Ea fuit dominatio XXX-Tyrannorum. In quo gloriæ et imperii flexu nihil populo libertatis avidissimo calamitosius accidere potuit, quam videre se imperiosius a suis civibus tractari, quam ceteri solent ab hoste irritato. Sed hanc Reip. commutationem præcesserat etiam altera, bello nondum confecto, Olymp. sc. XCII, 1. ubi Reip. summa penes CCCC-viros aliquandiu constitit. Quoniam autem in altera Reip. inclinatione Lysias domum a Colonia rediit, et notior ex illo tempore esse cœpit, in altera vero a nemine Civium calamitate superabatur; et cum plurima in ejus orationibus contineantur, quæ ad utramque tempestatem Reip. spectant, ideo necessarium duxi memoriam istorum temporum paulo altius repetere.

Belli Peloponnesiaci anno XVII. Athenienses Syracusanis bellum

rentur, tum primum (quod esset acuta illa gens et controversa natura) artem et præcepta Siculos, Coracem et Tisiam, conscripsisse. Nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen et de scripto plerosque dicere.' Cic. Brut. 46. Add. Dionys. Halic. in Isoc. Cic. 1. de Orat. 91. 2. de Invent. 6. Quintil. II. 16, 17. III. 1. Marcian. Capell. l. 5. Ammian. Marcellin. XXX. 4. Quis autem fuerit Nicias Rhetor, quem audivit Noster, quæro hodie qui respondeat. Nam de eo apud omnes auctores præter eos, qui contexuerunt vitam Lysiæ, altissimum est silentium.

* Ἐξέπεσε μετ' ἄλλων τριῶν ait Plutarch. atque idem fere Photius, Ἀττικίζειν αἰτιαθεὶς μεθ' ἑτέρων τριῶν ἐξέπεσε τῆς πατρίδος. Rectius Dionysius, στασιάσαντος τοῦ δήμου, ἐκπίπτει σὺν ἄλλοις τριακοσίοις Ἀττικισμὸν ἐγκληθεῖσι. Quanquam interea suspicor Plutarchum, qui Lysiæ tres fratres numerat, Polemarchum, Eudidum et Brachyllum (licet non diserte ab eo dicantur una Italiam navigasse, immo cum fratre uno Polemarcho, quod tamen verum non est, Lysias se ad Thurios contulisse ab hoc scriptore dicitur) scripsisse potius ἐξέπεσε μετ' ἀδελφῶν τριῶν. Adeo quidam sunt scriptores, quos etiam contra propriam fidem et auctoritatem liquido emendare possis.

indixerunt.* Factum est id potissimum consilio atque auctoritate Alcibiadis, ad quod gerendum ipse dux electus est cum duobus collegis, Nicia et Lamacho. Vix in Siciliam pervenit, cum nuncius ei cum nave Salaminia a magistratu missus esset, ut domum ad causam dicendam rediret. Nam priusquam classis exiret, accidit, ut una nocte omnes Hermæ, qui Athenis erant, dejicerentur, quod non ad privatam rem, sed ad conjurationem pertinere existimabatur, et in Alcibiadem, quia ceteris major erat et potentior, ideoque suspectior, convenire. Insimulabatur præterea Cereris mysteria in domo sua fecisse, quod nefas erat more Atheniensium. Revocatus igitur a bello ad judicium, cum in magna spe esset provinciæ bene administrandæ, postquam aliquantulum itineris confecisset, clam se a custodibus subduxit, et primum Elidem, deinde Lacedæmonem venit. Magnum ea res Atheniensium fortunis detrimentum attulit, cum intelligerent eundem hominem et prodesse plurimum et obesse Reip. potuisse. Ejus enim consilio Lacedæmonii Syracusanis, Gylippo duce, auxilium decernunt; et Athenienses ibidem bellum per triennium cupidius, quam felicius gerentes, cum Lamacho et Nicia ducibus atque etiam Demosthene, qui ei bello cum imperio successit, ad interitum profligarunt. Ejusdem opera Ioniam et tributarias Atheniensium civitates in Asia ad defectionem sollicitarunt, pacem cum Dario rege Persarum fecerunt, et Decelea oppido in Attica capto, præsidioque ibi posito, urbem in obsidione tenuerunt.†

Lacedæmonii interea, sive ingenio Alcibiadis versatili diffisi, sive Agidis consilio ducti, apud quem Alcibiadis virtus et res bene gestæ plus invidiæ, quam gratiæ contraxerant (accedebat etiam uxoris infamia, quam Alcibiades adulterio cognoverat), tempus hominem interficiendi quærere instituunt: Ille cognita re ad Tissaphernem præfectum Darii regis clam aufugit: cui cum se celeriter et officii comitate et oris gratia insinuasset, mox commeatus Lacedæmoniis maligne præbere suadet, docens "minime utile esse Darii rebus, unius civitatis opes nimis crescere, ne confecto bello statim ei cum victoribus esset dimicandum." Ubi hanc operam civibus suis præstitit, mox de reditu in patriam cogitare cœpit.

Erat hoc tempore Pisander Prætor Atheniensium apud Samum cum exercitu. Cum eo Alcibiades per internuncios colloquitur. Monet eum "immoderatæ civium licentiæ crudelitatisque erga eos, qui multum in imperiis magistratibusque versati plurimum gratia et auctoritate ceteros antecellebant:" (Erat autem Pisander eodem, quo Alcibiades, animo, populique potentiam imminui cupiebat.) Conqueritur "per invidiam multorum se fuisse, indicta causa, absentem capitis damnatum, publicatis bonis, omniumque sacerdotum religionibus devotum; ejusque devotionis, quo testatior esset memoria, exemplum in pila lapidea incisum esse positum in publico: regis amicitiam suamque operam pollicetur; negat tamen se id conciliare posse, nisi imperium a Populo, qui eum exagitassent, ad Optimates translatum foret." Alcibiades, quanquam non plurimam spem in Optimatum animis habebat, tamen arbitrabatur fore, id quod postea accidit, ut, discordia inter ordines civitatis facta, ab altera parte in auxilium vocaretur. Pisander itaque domum delatus populum aggreditur, cui jam imminentis belli periculi major erat timor, quam dignitatis cura. Cui quum suasisset, ut sua voluntate abrogaretur imperium, domi post se reliquit ex suo numero quosdam,* qui de Rep. ordinanda interea consulerent, atque ad Tissaphernem, ut de Regis amicitia ageretur, contendit.

* Vid. Thucyd. l. 6. Diodor. Justin. Studium Atheniensium in hoc bello suscipiendo egregie describit Plutarch. in Alcibiade, quem vide in Nicia quoque. Inter hoc bellum et captam Trojam intercessere anni DCCLX. Diod. Sic. l. 13. init.

† Lys. p. 287. Edit. Tayl. Isocr. de Bigis. Thucyd. Nep. et Plutarch. in Alcibiad.

Ex hisce initiis crevit Oligarchia, de qua agimus, ab Impp.,† qui Asiæ oram maritimam cum classe tenebant, primo agitata, atque eodem tempore in civitates ceteras, quæ imperio P. Atheniensis parebant, insinuata, quas ad eandem Reip. formam recipiendam sollicitaverunt. Alcibiades interea, sive res parum ei ex consilio cessit (Pisander enim magis id egit, ut imminueretur populi auctoritas, quam ut revocaretur Alcibiades), sive nondum ad mentem satis commota esset Resp., ita egit cum præfecto Regis, ut, cum ad eum legati novæ Tyrannidis venissent, nihil minus, quam amicitia Regis, videretur fuisse exspectandum.

Nihilo secius Pisander id, quod instituerat, perfecisse decrevit. Domum reversus vere novo paulo ante annum exeuntem id procuratum a suis deprehendit, ut non plures, quam quinque hominum millia ad Reip. administrationem admitterentur.‡ Ejus autem interventu constituti sunt X-viri Reip. ordinandæ cum summa potestate, quos vocarent Συγγραφέας.§ Qui ad dictum diem ad populum referrent, qua potissimum ratione Resp. optime administrari posse videretur. Ubi advenit dies, concione habita, populum rogarunt, ut "cuivis Atheniensium liceret sententiam quamcunque vellet exponere, atque ut id impune facere liceret." Eoque aditu ad Tyrannidem patefacto, omni metu vacui sententiam dixerunt in hunc modum: "Antiquandam esse pristinam Magistratuum in urbe rationem: non esse stipendia nisi militibus persolvenda: eligendos esse a Concionis Præsidibus V-viros, a quibus Centum alios esse

* Hi nominabantur ἑταῖροι. Vid. Thucyd. VIII. 48, 65. Lysiam, p. 207. ed. Tayl.

† N. p. 206. Eratosthenes ἐπὶ τῶν τετρακοσίων ἐν τῷ στρατοπέδῳ ὀλιγαρχίαν καθιστάς. Thucyd. VIII. 48. καὶ ἐκινήθη πρότερον ἐν τῷ στρατοπέδῳ τοῦτο καὶ ἐς τὴν πόλιν ἐντεῦθεν ὕστερον.

‡ Lys. p. 362. Thucyd. VIII. 65.

§ Lys. p. 215. Harpocr. in V. et Vales. ad loc. Thucyd. VIII. 67. Iidem vocantur πρόβουλοι.

protinus designandos, qui singuli ternos sibi cooptantes imperii summam administrarent cum summa potestate."* Ita commutata est Resp., soluta populi auctoritate, et ab his CCCC-viris tractari cœpit.

Imperium hoc modo constitutum administrarunt homines diversissimis studiis, et vitæ genere et instituto longe inter se ipsos dissimili. Ex horum numero erant XXX.† illi viri, quorum crudelitatem VIII. post anno iterum expertæ sunt Athenæ. Erant etiam moderati nonnulli, quos non dominandi lubido, sed patriæ communis amor, ne penitus deleretur civitas, siquid suo consilio efficere possent, ad imperii societatem invitavit. Οὔ μοι δοκεῖ χρῆναι ὀργίζεσθαι ὑμᾶς τῷ ὀνόματι τῷ τῶν τετρακοσίων, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις ἐνίων. οἳ μὲν γὰρ ἐπιβουλεύσαντες ἦσαν αὐτῶν, οἳ δ' ἵνα μήτε τὴν πόλιν μηδὲν κακὸν ἐργάσαιντο, μήθ' ὑμῶν μηδένα, ἀλλ' εὖνοι ὄντες εἰσῆλθον εἰς τὸ βουλευτήριον. Lysias p. 357. Nonnullos excitavit suorum civium invidia, qui potentiorem quemque eo in majori suspicione habere consuescebant; nonnullos Alcibiadis gratia et misericordia; nonnullos ejusdem odium et inimicitiæ.

Fuit in hoc numero Phrynichus.‡ Erant ei cum Alcibiade veteres inimicitiarum causæ; quapropter cum ea res olim in classe agi cœpta est, obnixe operam dedit, ne quid in gratiam Alcibiadis meditarentur.§ A quo consilio destitutus totam rem Astyocho, Lacedæmoniorum classi Præfecto, per nuncios aperit, ceteraque egit multa, ad consilia, quæ tunc capiebantur, impedienda.‖ Unde Pisandri opera imperium, quod in classe habuit, deponere coactus est. Constituta autem tyrannide, quæ Alcibiadi minus favere videbatur, nemini aut opera aut consilio cessit in dominatione adjuvanda.¶ Ea cum esset apud suos gratia et auctoritate, ubi importuna Quadringentorum crudelitas et dominatio tædio civibus esse cœpit, neque eorundem auctoritas aliunde confirmari posse videbatur, nisi a Lacedæmoniis adjuvaretur; ad Spartam mittitur cum Antiphonte aliisque pacem quibusvis demum conditionibus cum ea civitate facturus. Domum autem re infecta reversus mane in foro a Thrasybulo Calydonio et Apollodoro Megarensi percutitur, quos ob merita in populum Athenienses ideo recuperata civitate decreto publico in Civium numerum retulere.**

* Ἐλθόντας δὲ αὐτοὺς τετρακοσίους ὄντας ἐς τὸ βουλευτήριον ἄρχειν, ὅπῃ ἂν ἄριστα γιγνώσκωσιν αὐτοκράτορας. Thucyd. VIII. 67.

† Lys. p. 260. οἱ τριάκοντα — οἳ αὐτοὶ ἦσαν ἅπαντες τῶν τετρακοσίων τῶν φευγόντων.

‡ Οὐ Φρύνιχος μὲν καὶ Πείσανδρος καὶ οἱ μετ' ἐκείνων δημαγωγοί, ἐπειδὴ πολλὰ εἰς ὑμᾶς ἐξήμαρτον, τὰς περὶ τούτων δείσαντες τιμωρίας, τὴν προτέραν ὀλιγαρχίαν (sc. τῶν υ.) κατέστησαν; Lys. p. 421. Thucyd. l. 8.

§ Plutarch. in Alcib. Thucyd. VIII. 48.

‖ Thucyd. VIII. 50. Suid. in Φρυνίχου πάλαισμα. Polyæn. III. 6. Plutarch. in Alcib.

¶ Παρέσχε δὲ καὶ Φρύνιχος ἑαυτὸν πάντων διαφερόντως προθυμότατον ἐς τὴν ὀλιγαρχίαν, δεδιὼς τὸν Ἀλκιβιάδην, καὶ ἐπιστάμενος εἰδότα αὐτὸν ὅσα ἐν τῇ Σάμῳ πρὸς τὸν Ἀστύοχον ἔπραξε, νομίζων οὐκ ἄν ποτε αὐτὸν κατὰ τὸ εἰκὸς ὑπ' ὀλιγαρχίας κατελθεῖν· πολὺ δὲ πρὸς τὰ δεινά, ἐπειδήπερ ὑπέστη, φερεγγυώτατος ἐφάνη. Thucyd. VIII. 68.

** Lys. p. 258. et 134. De cæde Phrynichi convenit inter omnes. De modo

Huic Antiphonta et Archeptolemum libens adjungo, quia populus, vindicata libertate, in eadem causa pariter adjunxerunt. Antipho* Sophili F. Rhamnusius totum illud, quod Pisander manu gessit, primus consilio instruxit. Cum facundia ceteros anteiret, ideoque populo formidolosior fuit, nunquam ipse in concione dixit, aut coram Judice causam alicujus egit, dicturos tamen multum et rerum usu et consilio suo adjuvit.† Erant his cum Theramene, homine lubrici ingenii atque ad omnem Reip. fortunam composito, veteris amicitiæ rationes: Quorum opera ubi Theramenes Remp. oppresserat, rursus, restituta libertate, Reip. auctoritate usus est idem ad eorum internecionem, suamque impunitatem.‡ Tum demum Antipho ad causam pro se dicendam adactus graviter et luculentissime pro capite peroravit.§ Sententiam,‖ qua damnatus est uterque, conservavit Cæcilius apud Plutarchum in Antiphontis vita.

In eadem conjuratione erant Aristarchus et Alexicles; mortis genere, cum continebat novum et insolitum sive justitiæ sive severitatis exemplum, illustrissimi. Interfecto Phrynicho et tumultu de percussoribus nato, populus scivit, ut "de Phrynicho haberetur

disputatur. Paulo enim aliter atque noster historiam exponit Thucyd. VIII. 92. et Plutarch. in Alcib. aliter Lycurg. c. Leocr. Edit. Steph. p. 164. qui cædem factam fuisse scribit: νύκτωρ παρὰ τὴν κρήνην τὴν ἐν τοῖς Οἰσυίοις ὑπὸ Ἀπολλοδώρου καὶ Θρασυβούλου. Thucydides ὑπὸ τινὸς τῶν περιπόλων, qui idcirco erat e Juventute Attica, quod verum esse non potuit, cum Lysias provocat ad Acta publica, quæ istius facinoris socios civitate donavit, Apollodorum et Thrasybulum. Plutarchus cum Thucydide fere consentit. Ὕστερον μέντοι τὸν Φρύνιχον ἑνὸς τῶν περιπόλων Ἕρμωνος ἐν ἀγορᾷ πατάξαντος ἐγχειριδίῳ καὶ διαφθείραντος, οἱ Ἀθηναῖοι δίκης γενομένης τοῦ μὲν Φρυνίχου προδοσίαν κατεψηφίσαντο τεθνηκότος, τὸν δ' Ἕρμωνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ συστάντας ἐστεφάνωσαν.

* Antiphontes erant plurimi. Antiphontem e Collegio CCCC virorum eundem fuisse ac Antiphontem Rhetorem, permanens hodie et recepta est opinio: adeoque in ea sum, licet dubitanti similior, quam veris victo: Illud interea certissimum habeo, eorum, quæ de Antiphonte Rhetore apud Plutarchum tradantur, nonnulla ad Tragicum Antiphonta pertinere, nonnulla ad Onirocriticum. Id quod in commodiori loco exponam. Ex hac ὁμωνυμίᾳ credo emanare, quod Plutarchus dicat: Οἱ δὲ ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀνῃρῆσθαι αὐτὸν [Antiphonta] ἱστοροῦσιν, ὥσπερ Λυσίας. Photius vero sic: Λυσίας φησὶν αὐτὸν ὑπὸ τῶν τετρακοσίων ἀνῃρεῖσθαι (lege ἀνῃρῆσθαι) Lysias quidem neque hoc, neque illud affirmat, verum hominem plecti a populo post recuperatam libertatem, ideo quod Conjurationis τῶν CCCC. particeps fuisset, p. 216. Et id confirmat S. C. quod ex Cæcilio ab eodem Plutarcho est adductum. Idem etiam Photius: Παρέτεινε τὸν βίον ἕως τῆς ὑπὸ τῶν υ γεγενημένης καταλύσεως τῆς δημοκρατίας, ἧς καὶ αὐτὸν αἰτίαν μετεσχηκέναι φασὶ παρασχεῖν· διὸ καὶ μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν τετρακοσίων εἰσαγγελθεὶς ἑάλω, καὶ τοῖς τῶν προδοτῶν ἐπιτιμίοις ὑποβληθεὶς ἄταφος ἐῤῥίφη, καὶ γέγονεν ἄτιμος, οὐκ αὐτὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ φύντες. Vid. quoque Marcellinum de vita Thucydidis.

† Thucyd. VIII. 68. Συντάξαι δὲ αὐτὸν καὶ πρῶτόν, φασι, τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγωνιστικοὺς λόγους· τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ οὐδεὶς φαίνεται καθεὶς ἑαυτὸν εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα· οὐδ' ἔστι λαβεῖν δικανικὸν λόγον τῶν Ἀντιφῶντι πρότερον γεγραμμένων. Phot. in Antiph. Add. Plutarch. et Philostrat.

‡ Lys. pag. 216.

§ Thucyd. VIII. 68.

‖ Elegantissima et luculenta Formula Actionis et Solennitatis Legitimæ, mendarum tamen non immunis. sc. l. 2. p. 25. vol. I. Orat. Attic. pro Πελληνεὺς legendum Παλληνεὺς, ut testantur Marmora quamplurima, deinde fortasse l. 13. τοὺς ᾑρημένους συνηγόρους: postea deesse videtur post εἰς τὸν, h. p. τῷ δὲ δημάρχῳ ἀποφῆναί τε οἰκίαν ἐς τὸν * * * καὶ μὴ ἐξεῖναι κ. τ. λ. et in fine corrige καὶ τοῦτο θέσθαι, sc. τὸ ψήφισμα.

quæstio Proditionis: Qui si reus perageretur, illico absolverentur, qui eum patriæ causa interfecissent, ejusque ossa effossa extra Atticam projicerentur:" Adjecerunt id quoque, ut, "si qui ad causam hominis dicendam adessent, si cecidisset Phrynichus, eodem judicio tenerentur." Aderant Aristarchus et Alexicles. Lege agitur de Phrynichi proditione. Damnatum mors Advocatorum et externa sepultura sequebatur.*

Memorantur præterea quamplurimi ab istius ævi scriptoribus; Pisander, Tyrannidis auctor præcipuus, de quo plura in superioribus: Andro,† Theramenes‡, Aristocrates,§ Agno,‖ Callæschrus,¶ Polystratus,** Aristopho,†† Læspodias,†† Melesias,†† Aristoteles,‡‡ Melanthius,§§ Onomacles‖‖ ceterique. Illi igitur recepta Rep. nihil omnino de Alcibiade referebant, cujus potissimum gratia ea res primo agitari videbatur, verum ad Agidem Lacedæmoniorum regem legatos de pace mittebant, et ad Samum, qui docerent "Remp. non penes CCCC. viros esse, sed ad imperii summam quinque millia Civium admitti," populumque adeo composita oratione delinirent, veriti, ne, id quod postea accidit, aliquid novi contra suam auctoritatem molirentur classiarii Atheniensium, qui eo tempore circa Samum stationem habebant, novamque dominationem ægre laturi videbantur.

Comparaverat olim Sami Pisander factiosorum Civium turbam ad CCC., quæ Remp. ad Oligarchiam deduceret. Verum opera Thrasybuli et Thrasylli Atheniensium, qui apud exercitum erant, profligata erat ea manus conjuratorum, et Samiorum Resp. confirmata, cum legati Quadringentorum Samum essent delati.

Dum hæc aguntur, effecit Thrasybulus cum oratione tum auctoritate apud milites, qua plurimum valebat, ut ab exercitu Alcibiades exsul revocaretur; qui protinus Samum deductus, dux inter ceteros classi constituitur. Ille legatos, qui Athenis venerant, blande et comiter exceptos, hac oratione dimisit, "Quadringenti confestim sua voluntate jura populo redderent, aliter se cum classe affuturum, ut eos auctoritate cogeret." Quo responso territi, qui novam Tyrannidem impensissime adjuvissent, Pisander, Phrynichus, Antipho, Aristarchus aliique, ubi plebem quoque, quæ domi erat, cum exercitu sentire, et quosdam etiam ex conjuratorum numero

* Lycurg. c. Leocrat. Edit. Steph. p. 164.

† Ille est, qui tulit decretum c. Antiphontem, quod laudavimus modo. Ἀνδρῶνά φησιν εἶναι Κρατερὸς ἐν τῇ ἐνάτῃ τῶν ψηφισμάτων, τὸν γράψαντα τὸ ψήφισμα τὸ περὶ τοῦ Ἀντιφῶντος τοῦ ῥήτορος. Ἦν δὲ εἷς τῶν τετρακοσίων ὁ Ἀνδρών. Harpocr.

‡ Ἐν τοῖς ξυγκαταλύουσι τὸν δῆμον πρῶτος. Thucyd. VIII. 68. Τῆς προτέρας ὀλιγαρχίας αἰτιώτατος. Lys. p. 215. De eo plura in sequentibus.

§ Lysias, p. 215. Thucyd. VIII. 89.

‖ Theramenis Pater, unus τῶν προβούλων. Lys. p. 215.

¶ Lys. ibid.

** Lysias pro Polystrato.

†† Thucyd. VIII. 86.

‡‡ Xenoph. Hellenic. l. 2. deinde XXXvir.

§§ Xenoph. ibid.

‖‖ Vid. Decret. c. Antiph.

de sua salute mature consulere animadvertissent, primo urbem Lacedæmoniis tradere voluerunt, qua spe frustrati partim in exsilium profecti sunt, partim eo quo exposuimus modo eversæ libertatis pœnas dedere. Ita exauctoratis post imperium IV. mensium Quadringentis, Alcibiades P. A. decreto restitutus atque absens imperio præfectus simul cum Thrasybulo ad bellum adversus Lacedæmonios gerendum summa cura convertitur.

Quod reliquum erat istius belli varia fortuna ab Atheniensibus terra marique gestum est; donec Olymp. XCIII, 4. post XXVII. æstates in ea contentione absumptas totum illud virtute sua et consilio delevit Lysander.* Pugnatum erat ad Ægos flumen tanta strage atque internecione Atheniensium, ut cum classe nomen etiam imperii pene excisum esse videretur.† Quibus rebus gestis Lysander tributarias undique Atheniensium civitates voluntarias recepit, ejectis iis, quos in præsidio reperiret, vel Atheniensium rebus studere suspicaretur, quibus unicam salutis conditionem indulsit, ut nullibi, nisi Athenis, eis salvis esse liceret; ratus, quanto plures in urbem confluxerint, tanto ægrius obsidionem, quam parabat, propter plurimorum inediam, sustineri posse. Sciebat enim neque ex advecto frumento multum superesse, eosque mari interclusos novum advehere non posse reputabat. In omnibus itaque urbibus constituta‡ decemvirali potestate, ipse cum navibus ducentis urbem obsidet, atque ut idem terrestribus copiis ab Academiæ parte faceret Pausanias Lacedæmoniorum Rex, literis jubet. Athenienses itaque terra marique obsessi et inedia vexati primo pacem per legatos petivere.§ Quam cum fieri Lacedæmonii negarent, ni

* Plutarch. in Lysandr. Diod. Sic. Xenoph. Hellenic. l. 2. Nepos in Lysandr. Justin. l. 5.

† Ab eo interitu Classis in Hellesponto Oratores exordium sumunt dicendi de Republica translata ad XXXviros. Ἐπειδὴ γὰρ τὰς ναῦς τὰς περὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἀπωλέσαμεν, καὶ ταῖς ἀτυχίαις ἐκείναις ἡ πόλις περιέπεσε, τίς οὐκ οἶδε κ. τ. λ. Isocr. Areopag. Ita Lys. p. 207. 233, et 475. ed. Tayl. eodem aditu orationis utitur ad publicas calamitates enarrandas.

‡ "Namque undique, qui Atheniensium rebus studuissent, ejectis, decem delegerat [Lysander] in unaquaque civitate, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum committeret." Nepos in Lysandr. Hunc Decemviratum Lacedæmoniis familiarem constituit idem Sami, Ephesi, in Piræeo denique eodem tempore, quo in urbe XXX. Ἔτι δὲ τὸ πάντων ἐναντιώτατον αὐτονομίᾳ καθιστᾶτε, ἔνθα μὲν δεκαρχίας, ἔνθα δὲ τριακονταρχίας. Καὶ τούτων τῶν ἀρχόντων ἐπιμελεῖσθε οὐχ ὅπως νομίμως ἄρχωσιν, ἀλλ' ὅπως δύνωνται βίᾳ κατέχειν τὰς πόλεις. ὥστ' ἐοίκατε τυραννίσι μᾶλλον ἢ πολιτείαις ἡδόμενοι. Xenoph. Hellenic. l. 6. Plutarch. in Lysandr. Suid. in Δεκαρχίαι.

§ Historiam sequor Xenophontis, quam Lysias semper confirmat. Aliter tamen de hac re Æschines π. παραπρεσβ. cujus verba infra adducturus sum. Ait enim quorundam civium pervicacia, Cleophontis maxime (memoratur ille Lysia p. 234. præconio satis honesto, quod ingloriosis pacis conditionibus etiam capitis periculo restitit), rem eo perductam fore, ut, cum possent Athenienses sibi ipsis et gloriose satis et utiliter consulere, hortantibus Lacedæmoniis, odium tamen et inimicitias exercere mallent, licet cum interitu civitatis conjunctas. Τὴν τελευταίαν ἀβουλίαν φυλάξασθαι, ὅθ' ἡττημένοι τῷ πολέμῳ, προκαλουμένων αὐτοὺς Λακεδαιμονίων εἰρήνην ἄγειν, ἔχοντας πρὸς τῇ Ἀττικῇ Λῆμνον καὶ Ἴμβρον καὶ Σκῦρον, καὶ δημοκρατουμένους κατὰ τοὺς νόμους, τούτων μὲν οὐδὲν ἤθελον ποιεῖν, πολεμεῖν δὲ προῃροῦντο, οὐ δυνάμενοι. Κλεοφῶν δὲ ὁ λυροποιὸς (τυροποιὸς mal., ut

demissi ab urbe Piræeum versus muri brachia ad X. stadiorum utrinque intervallum dejicerent, ibi Theramenes, animo Reip. penitus evertendæ, legationem in se recepit, populi animos honestiorum conditionum spe deliniens.* Quadrimestri igitur mora in eo munere posita, quo posset Atheniensium animos et fame et obsidione diutina fractos ad quascunque vellet conditiones deducere, cum inter Spartanos sociosque diu multumque† deliberatum est, an

videtur, σχ. Aristoph. Ran. 693. nam a ceteris constanter λυροποιός, vid. Andoc. p. 19. Edit. Steph.) ὃν πολλοὶ δεδεμένον ἐν πέδαις ἐμνημόνευον, παρεγγραφεὶς αἰσχρῶς πολίτης, καὶ διεφθαρκὼς νομῇ χρημάτων τὸν δῆμον, ἀποκόψειν ἠπείλει μαχαίρᾳ τὸν τράχηλον, εἴ τις εἰρήνης μνησθήσεται. τελευτῶντες δὲ εἰς τοῦτο τὴν πόλιν προήγαγον, ὥστε ἀγαπητῶς τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι, ἀποστάντας πάντων, καὶ τὰ τείχη καθελόντας, καὶ παραδεξαμένους φρουρὰν, καὶ Λακεδαιμονίων ἁρμοστὴν, καὶ τῆς δημοκρατίας τοῖς τριάκοντα ἀφεμένους, οἳ χιλίους καὶ πεντακοσίους τῶν πολιτῶν ἀκρίτως ἀπέκτειναν.

* Hæc omnia confirmantur a Lysia pag. 234. et alibi, cum quo consentit Xenopho, qui per totum Hellenic. l. 2. hanc Reipublicæ conversionem persequitur. Diodorus quidem Siculus longe aliter de Theramene verba facit, eumque ait populi studiosissimum ideo XXXvirum ab illo esse factum, quo posset auctoritate sua cavere, ne quid detrimenti Resp. caperet. Neque ab ea opinione abludit multum genus mortis, quam factionis istius crudelitate oppetere coactus est, aut quod de eo memoriæ prodidit Cicero. 'Sed quid ego Socratem aut Theramenem; præstantes viros virtutis et sapientiæ gloria commemoro?' 1. Tusc. 42. 'Quam me delectat Theramenes! quam elato animo est! etsi enim flemus, cum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur, qui cum conjectus in carcerem XXX. jussu Tyrannorum, venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo ejecit, ut id resonaret: quo sonitu reddito, arridens, Propino, inquit, hoc pulcro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus. — Lusit vir egregius extremo spiritu, cum jam præcordiis conceptam mortem contineret, vereque ei, qui venenum præbuerat, mortem est eam auguratus, quæ brevi consecuta est.' 1. Tusc. 40. Prope est Plutarchus in Nicia, juxta principium. Ἔνεστι περὶ Νικίου πρῶτον εἰπεῖν, ὃ γέγραφεν Ἀριστοτέλης, ὅτι τρεῖς ἐγένοντο βέλτιστοι τῶν πολιτῶν, καὶ πατρικὴν ἔχοντες εὔνοιαν καὶ φιλίαν πρὸς τὸν δῆμον, Νικίας ὁ Νικηράτου, καὶ Θουκυδίδης ὁ Μιλησίου, καὶ Θηραμένης ὁ Ἅγνωνος· ἧττον δὲ οὗτος ἢ ἐκεῖνοι, καὶ γὰρ εἰς δυσγένειαν ὡς ξένος ἐν Κέῳ λελοιδόρηται, καὶ διὰ τὸ μὴ μόνιμον, ἀλλὰ καὶ ἐπαμφοτερίζον ἀεὶ τῇ προαιρέσει τῆς πολιτείας, ἐπεκλήθη Κόθορνος. Ab Agnone etiam Atheniensi (male in Lysandro ab eod. Plutarcho vocatur Θηραμένης Ἅγκωνος) adoptatum fuisse memorat σχ. Aristophanis. De ejus Rhetorica, nam Rhetor erat, i. e. eleganter et graviter dixit, vid. Plat. Apolog. Cic. 1. Tusc. 41. et 3. de Orat. 16. Prolegom. Rhetor. apud Montefalc. Biblioth. Coisl. Plutarch. in Cicer. De eo plura Lysias p. 214. seqq. ejusque consilio in XXX virali potestate constituenda. Adde Justin. V. 9. Harpocr. in v. Suid. in v. et in Ἀργέου υἱός. Εὐμεταβολώτερος. Κόθορνος. Δέξιος ὁ εὔπαιδ. et Ἀγχίστροφοι. Dionys. Halic. in Isocr. in Nicia. Idem in Lysandro, in Consolat. ad Apollonium et Præcept. Reip. bene gerend. Val. Maxim. III. 2. σχ. Aristoph. Lysistr. 658. Apostol. IX. 29. et X. 30. Hominis versatile ingenium depinxit Poeta in Ran. 999.

Θηραμένης; σοφός γ' ἀνὴρ καὶ δεινὸς εἰς τὰ πάντα,
Ὃς ἢν κακοῖς που περιπέσῃ καὶ πλησίον παραστῇ,
Πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν, οὐ Χῖος, ἀλλὰ Κῖος.

et alibi sc. 544.

τὸ δὲ μεταστρέφεσθαι
Πρὸς τὸ μαλθακώτερον
Δεξιοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι καὶ φύσει Θηραμένους.

Cujus loci Græcus enarrator fortasse etiam expediet ea, quæ habet Hesychius in Τρία Θηραμένους. Hunc Theramenem ideo Cothurnum dictum fuisse ex eo, quod alterutri parti in Rep. ut ille pedi, conveniret, norunt et pueri et puerorum didascali. Fabulam Cratini vocatam Θηραμένης memorat Athen. IV. 89.

† Narrat Plutarchus in eo concilio (verum post captam urbem celebratum fuisse scribit, contra fidem ceterorum Auctorum) Erianthum Thebanum immitissimam dixisse sententiam, sc. τὸ μὲν ἄστυ κατασκάψαι, τὴν δὲ χώραν ἀνεῖναι μηλόβοτον: verum postea inter vinum, cum forte quidam luctuosissima nonnulla ex Euripidis Electra recitaret, conversis studiis frangi omnium animos, remque videri indignissimam, "eam civitatem, quæ tales Viros

deleri Atheniensium nomen urbemque incendio consumi oporteret, redit tandem istiusmodi conditionibus impetratis, ut, "muri brachia dejicerentur universa; naves omnes, X.* exceptis, Lacedæmoniis traderentur; dirueretur murus, qui Piræeum cingeret; et Resp. denique ad Lysandri arbitrium componeretur."† Ita Lysandro cum classe Piræeum ingresso, murisque ad tibiarum sonitum dirutis, exactus est Olymp. XCIII, annus quartus, Athenarum expugnatione insignissimus.

Proximus annus titulum sortitus est non a Pythodoro, qui tunc temporis summum magistratum Athenis erat obiturus, cujus idcirco nomen in Fastis omittebatur, sed *ἀναρχία πρὸ Εὐκλείδου* (is recuperata libertate anno sequenti magistratum gessit) ab antiquis scriptoribus vocabatur. Lysander enim receptis Athenis Xviralem in Piræeo,‡ in urbe XXXviralem potestatem constituit. Collegium illud XXXvirorum legibus scribundis institutum, quibus Resp. in posterum uteretur, summam auctoritatem paulatim ad se convertit. Eorum nomina a Xenophonte Hellenic. l. 2. accepimus. sc. Polyarchus, Critias,§ Melobius,‖ Hippolochus, Euclides, Hiero, Mnesilochus, Chremo,¶ Theramenes,** Aresias, Diocles, Phædrias, Chærelaus, Anætius, Piso,†† Sophocles, Eratosthenes,** Charicles,‡‡ Ono-

produxerit, solo æquare." Ita civitati suæ unius Poetæ nomen et claritudo saluti fuit. Alii contendunt negasse Spartanos se ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos.

* XII. Plutarch. in Lysandro.

† Capta urbe ad suos rescripsit Laconice Lysander Ἀλώκαντι ταὶ Ἀθᾶναι, (Plutarch. in Lysandro et Lacon. Apophthegm.) cui pari brevitate responsum est: Ἀρκεῖ τό γε ἑαλώκειν (lege cum Cod. MS. ἑαλωκέναι). Conditiones Pacis Laconica dialecto exaratas idem Plutarch. in Lysandro refert, sed mendose. Rescribo: Τάδε τὰ τέλη τῶν Λακεδαιμονίων ἔγνω, καββαλόντες τὸν Πειραιᾶ, καὶ τὰ μακρὰ σκέλη, καὶ ἐκβάντες ἐκ πασᾶν τᾶν πόλεων, τὰν αὐτᾶν γᾶν ἔχοντες· ταῦτα καὶ δρῶντες τὰν εἰράναν ἔχοιτε, ἃ χρὴ δοῖτε, καὶ τοὺς φυγάδας ἀνέντες, περὶ τᾶν ναῶν τῶ πλήθεος ὁκοῖόν τι κατῆν δοκέοι, ταῦτα ποιέετε. Male hodie οἰκεῖόν τι. Hi muri rursus longo post intervallo a Sylla diruti sunt. Vid. Plutarch. in Sylla. A Piræeo portu ad astu pertingebant V. millia passuum. Vid. Spon. Description des Antiquitez de la Ville d' Athenes. tom. II. p. 234.

‡ Plutarch. in Lysandro. Ex eo decemviratu Piræensi erant Glauco (Πύθερμος δὲ ἐν τοῖς Πειραιῶς τυραννήσασι καταγράφει καὶ Γλαύκωνα ὑδροπότην. Athen. l. 2. Quinam erant isti Piræei tyranni prorsus se nescire fatetur Casaubonus), Charmides ejusdem fortasse Glauconis filius (Χαρμίδης ὁ Γλαύκωνος τῶν ἐν Πειραιεῖ δέκα ἀρχόντων. Xenoph. Hellenic. l. 2. Genere is erat Critiæ Tyrannorum XXX. crudelissimo, adeoque Platoni et Soloni conjunctus, ut ex hoc stemmate patebit:

Execestides
Solo — Dropidas
Critias
Glauco — Callæschrus
Critias XXXvir.
Potone — Charmides
Plato.

Vid. Plat. in Charmide 154. A.), Molpis. Vid. Harpocr. in v. Nos in Fragm. de Diogenis hereditate.

§ Lys. c. Eratosth. Justin. Diod. Lactantius l. 3. Val. Maxim. III. 2. Aristid. adv. Platon. de Rhetorica. Nepos in Alcibiade et Thrasybulo. Aliique. Ἐπειθ' ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, Σωκράτην μὲν τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνατε, ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευκὼς ἕνα τῶν τριάκοντα τῶν τὸν δῆμον καταλυσάντων. Æsch. c. Timarch. p. 24. Edit. Steph.

‖ Lys. ibid. Harpocr.

¶ Lys. c. Nicomach.

** Lys. passim.

†† Lys. c. Eratosth. passim.

‡‡ Lys. c. Eratosth. Xenoph. Memorab. Harpocr. Andoc. de Mysteriis.

macles, Theognis,* Æschines, Theogenes, Cleomedes, Erasistratus,† Phido,‡ Dracontides,‡ Eumathes, Aristoteles,§ Hippomachus et Mnesithides.|| Hi, ubi paulisper Remp. justitiæ et moderationis aliqua laude gessissent, mox tria millia civium adsciscunt, quibus imperii summam specie communicarent, revera autem satellitum loco haberent summæque crudelitatis administros. Deinde armis a ceteris præter istos MMM. per vim ademptis, quasi aditus ad Tyrannidem nondum satis munitus esse videretur, aut ad continendam civitatem parum esset in suo satellitio præsidii, DCC. milites, excubiarum nomine, cum Callibio præfecto (ἁρμοστὴν vocant Lacedæmonii) a victoribus impetrant. Omni igitur metu liberati tyranni miseras urbis reliquias cædibus et rapinis, Græcas civitates Atheniensium exsulibus undique complent.¶

Jam stipendiariis militibus, quos a Lacedæmoniis acceperant, mercedes erant solvendæ, cum Piso et Theognis iniquissimam in Senatu sententiam dixerunt, ut *μετοίκων*, qui fide publica Athenis commorati sunt mercaturæ exercendæ gratia, adeoque re lautiori utebantur, denos, vel, secundum alios, singulus ex XXXvirali numero singulum comprehenderet, quos morte plecterent, atque in eorum bona involarent.** Lysias noster cum Polemarcho fratre in clypeis fabricandis operam exercebat, mancipiis ad eum quæstum usus ad numerum CXX. Eorum igitur ædibus et officinis exinanitis, direpto cum operis ingenti pondere auri atque argenti, relicto neque vase neque vestimento, Polemarchum†† indicta causa, more patrio cicuta interimunt. Lysias, qui ex eorum manibus fuga se eripuit, ubi fratris indigna nece domum suam funestari vidit, nec quidquam spei sibi reliquum fore, extra Atticam se subduxit, in

* Lys. c. Eratosth. Harpocr.

† Κριτίας καὶ Ἐρασίστρατος ὁ Φαίακος τοῦ Ἐρασιστράτου ἀδελφιδοῦς. Plat. Eryx.

‡ Lys. c. Eratosth.

§ Plat. in Parmenide.

|| Huic numero addi posse videtur Callæschrus secundum verba Dionys. Halic. Rhetor. c. 6. Ἀνθρώπῳ γὰρ γενομένῳ κατὰ τὸν τοῦ Καλλαίσχρου τοῦ τῶν τριάκοντα, βέβαιον μὲν οὐδὲν, μὴ ὅτι καὶ τὸ θανεῖν γενομένῳ, καὶ ζῶντι, εἰ μὴ οἷόν τε ἐκτὸς αὐτῆς βαίνειν. Laudat vir doctissimus Critiam Callæschri. Atqui ex Collegio isto non erat Callæschrus, sed Critias filius, ut plane legendum sit: κατὰ τὸν τοῦ Καλλαίσχρου τὸν τῶν τριάκοντα. Addi quoque posse videntur Satyrus et Cleopho ex Lysia p. 476. ni legas, quæ ibi annotavi. Phædimus ex Demosthen. de ementita legatione, f. idem atque Phædrias. De ista Tyrannide, Cæsar. apud Sallust. Laert. in Zenone. Alexand. ab Alexandro III. 16. Justin. l. 6. Orosius II. 15. Diod. Sic. l. 14. Xenoph. in lib. 2. Hellen. Nepos in Lysandro et Thrasybulo. Ælian. V. H. III. 17. Senec. de Tranquill. c. 3. Isocr. in Paneg. et c. Callimach. Gell. XVII. 21. Heraclid. de Politiis. Plutarch. de Solertia Animalium.

¶ Οὕτω καὶ οἱ τυραννοῦντες ἄρχουσι μιαιφονίας, ὥσπερ ἀπὸ τῶν πρῶτον ἀπέκτειναν Ἀθήνησι τὸν κάκιστον τῶν συκοφαντῶν, ὃς Ἐπιτήδειος προσηγορεύθη, καὶ δεύτερον ὁμοίως καὶ τρίτον, εἶτα ἐκ τούτου συνήθεις γενόμενοι Νικήρατον ἑώρων ἀπολλύμενον τὸν Νικίου, καὶ Θηραμένη τὸν στρατηγὸν, καὶ Πολέμαρχον τὸν φιλόσοφον. Plutarch. de esu Carn. Eandem moderationem in initio tyrannidis memorant alii auctores omnes. Lysias p. 192. Xenoph. Diodor.

** Avaritiam et crudelitatem τῶν λ in expilandis divitioribus legas apud Isocrat. in orat. quæ inscribitur ἀμάρτυρος.

†† Polemarchus Philosophus, qui memoratur a Plutarcho de esu Carnium a XXXviris fuisse interfectus, non alius videtur.

libertate Athenarum instauranda magno civibus auxilio proxime futurus.*

Periere utique in isto incendio Reip. summi viri, quos aut Tyrannorum crudelis suspicio, aut vitæ suæ splendor, et meritorum in Remp. magnitudo ad cædem destinare videbatur. In primis Niceratus† Niciæ istius filius, qui in Sicilia olim bellum gessit, domo nobilis, fortunarum amplitudine nemini Civium cedens, moribus denique et fama illustris. Eucrates‡ ejusdem Niciæ frater, a XXXviris ad tyrannidis societatem invitatus, Leo Salaminius,§ Autolycus,|| Strombichides,¶ Dionysodorus,¶ Aristophanes Chollides,¶ Xenopho Icarius,¶ Hippias Thasius,¶ Cleopho,**Calliades,†† Lycophro‡‡ Lycurgi F. Lycurgi præstantissimi Oratoris pater, Antipho,|||| Theramenes XXXvir,§§ ceterique quam plurimi.¶¶

Erat inter Exsules Thrasybulus Lyci F.,*** rebus gestis, quam domo,††† illustrior. Hic ubi primum Thebis movisset ad patriam liberandam, non plus fere habuit secum, quam XXX‡‡‡ de suis. Ad Phylen igitur pagum (quod erat castellum in Attica munitissimum, et ab urbe distabat stadia circiter centum) se recipiens copias celeriter auxit, brevibusque excursionibus aciem Tyrannorum in fugam vertit. Utilem in ea re operam navavit Auctor noster, "in auxilium urbis, quæ esset patria communis eloquentiæ, IↃ milites cum stipendiis suis,"§§§ mittens. Thrasybulus paucos dies

* Lys. c. Eratosth. Plutarch. et Photius.

† Lys. c. Polinch. Xenoph. Hellenic. 2. Nicias quidam, in Orat. Isocr. quæ inscribitur ἀμάρτυρος: ἐπειδὴ οἱ λ κατέστησαν, καὶ αὐτὸν οἱ ἐχθροὶ ἐκ μὲν τῶν μετεχόντων τῆς πολιτείας ἐξήλειφον, εἰς δὲ τὸν μετὰ Πεισάνδρου κατάλογον ἀνέγραφον, δεδιὼς τὰ παρόντα πράγματα, τὴν μὲν οὐσίαν ὑπέθηκεν — αὐτὸς δ' εἰς ἀγρὸν ἐλθὼν διῃτᾶτο.

‡ Lys. ibid. Suid. in Ἄπεστε.

§ Xenoph. Hellenic. Laert. in Socrate. Andoc. de myster.

|| Plutarch. in Lysand. Diod. Sic.

¶ Lys. c. Agorat.

** Lys. c. Agorat. et c. Nicomach.

†† Lys. c. Nicomach.

‡‡ Plutarch. in v. Lycurgi.

§§ Plutarch. in v. Antiph. alius ab Antiphonte Oratore, qui a populo plectebatur propter conjurationem τῶν CD. Unde error Scriptorum, qui ea, quæ ad duos pertinent, ad unum referunt.

|||| Circumventus ille a Critia Collega, et morti datus. Totam rem fuse narrat Xenoph. Hellenic. 2.

¶¶ Τοῖς ἀνοσιωτάτοις τριάκοντα, οἳ ἰδίων κέρδεων ἕνεκα ὀλίγου δεῖν πλείους ἀπεκτόνασιν Ἀθηναίων ἐν ὀκτὼ μησὶν, ἢ πάντες Πελοποννήσιοι δέκα ἔτη πολεμοῦντες. Xenoph. Hellenic. l. 2. Οἱ δὲ ἐν Ἀθήναις δυναστεύοντες τριάκοντα Τύραννοι καθ' ἡμέραν οὐκ ἐπαύσαντο τοὺς μὲν φυγαδεύοντες, τοὺς δὲ ἀναιροῦντες. Diod. Sic. l. 14. Interfecerunt MD. juxta Æschinem in superioribus laudatum, eundem c. Ctesiph. et Isocrat. Areopag. ubi de hac re plura et distincta.

*** Thrasybulus Lyci fil. τὸν δῆμον Στειριεύς (Male a nonnullis ὁ Τυριεὺς ὀνομαζόμενος). De eo Nepos in vita, Xenoph. Thucyd. Diodor. aliique quamplurimi.

††† Ita Nepos. Aliter Justin. et Orosius. Hic II. 17. "Erat inter exsules Thrasybulus, vir strenuus et *generis nobilitate* inter suos clarus, qui auctor audendi pro patria fuit. Itaque castellum Phylem Atticorum finium collecti Exsules capiunt, multarumque civitatum opibus adjuti vires capessunt: quibus Lysias quoque Syracusanus Orator, quasi in auxilium urbis, quæ esset patria communis Eloquentiæ, D. milites cum stipendiis suis misit."

‡‡‡ Nep. in Thrasybulo. Alii LXX. Ὁρμηθεὶς ἐκ Θηβῶν ὡς σὺν ἑβδομήκοντα. Xenoph. l. 2. Hellenic. cui concordat Plutarch. de gloria Atheniensium, init. Τοὺς ἀπὸ Φυλῆς ἑβδομήκοντα κατὰ τῆς Σπαρτιατῶν ἡγεμονίας ἀποσταμένους.

§§§ Ita Justin. et Orosius. supra p. 33. Consultissimus interea Auctor, qui Plutarchi nomine emendicato, ex Photii penu Lysiæ vitam conscribillavit, rem magis signanter narrat: Ait enim pecuniam ad

in Phyle moratus, sumptis secum, quos ibi collegerat, erant autem ad millia hominum, noctu Piræeum occupat, Munichiaque munita, postero die aciem cum Tyrannis confert, et vincit. In eo prælio Critias et Hippomachus* XXXvirorum sævissimi cadunt, et Charmides Glauconis F. Xvir Piræensis.

Reverso in urbem exercitu, Tyrannorum animos summa desperatio, ceterorum exsulis populi misericordia tum primum cepit. Tyrannis igitur abrogatur imperium, quod tanta crudelitate gesserant; quibus Eleusinem emigrantibus, locum, quem sibi olim perfugium pararunt, suffecti sunt X., qui Remp. moderarentur, ex singula tribu P. A. unus. Erant in eo numero Hippocles et Epichares,† atque etiam ex Collegio XXXvirali Phido et Eratosthenes, quos ideo retinebant, quod exsulum reditioni bene velle videbantur. Illi tamen imperio potiti nihil exemplo prioris dominationis perterriti idem cum exsulibus bellum continuabant,‡ et ad dominatum confirmandum Lysandrum accersebant.

Una cum Lysandro exiit Pausanias Rex Lacedæmoniorum, qui partim Lysandri invidia, partim populi misericordia ductus, ubi bellum paulisper specie tenus gessisset, clam ad exsules nuncium mittit, qui diceret, " malle se, ut, pace utrinque facta, amicitiam cum Lacedæmoniis colerent, quam cives cum civibus bellum nefarium et utrisque exitiosum gererent." Idem consilium mittit eis, qui urbem tenuerunt. Quæ res cum Lacedæmoniorum Senatui comprobaretur, pax sancita est hisce conditionibus: *sc.* " ut domum reverterentur exsules cum Thrasybulo Imp., ut ad publicam concordiam colendam invitarentur omnes undique cives, exceptis XXX. qui in urbe, et X. qui in Piræeo dominationem exercuissent (his autem et qui his una se adjungere vellent, Eleusis monstrabatur locus, ubi sine timore esse possint), ut denique, ne qua ex ante actis simultas subesse posset, jurejurando obstringerentur omnes, sanctam et perpetuam discordiarum *ἀμνηστίαν* fore."§ Interjectis

duo millia drachmarum contulisse, clypeos vero CC., et Hermamanis cujusdam (Hermonem vocat Photius) opera adjutum milites conduxisse auxiliares non numero rotundo (ut hujusmodi res describi solent) CCC., verum CCCII., ἀκριβείᾳ nunquam satis prædicanda; ab hospite denique Thrasylæo talenta impetrasse: quot vero impetravit, non memorat. Mala certe fide exemplar descripsit, quo legebatur: ἐπικούρους τε ἐμισθώσατο τριακοσίους, καὶ Θρασύλαιον τὸν Ἠλεῖον ἔπεισε, ξένον ὄντα, αὐτῷ δυο τάλαντα παρασχεῖν. Non igitur apud Plutarchum legendum, milites CCCII., sed milites CCC. et II. talenta. Et hæc est vera Crisis.

* Hippolochus. Justin.

† His adjungatur Rhino. Isocr. c. Callimach. Heraclid. de Politiis. Hic: Τούτων (i. e. τῶν λ) δὲ καταλυθέντων Θρασύβουλος καὶ Ῥίνων προεστήκεισαν, ὃς ἦν ἀνὴρ καλὸς κἀγαθός.

‡ Lys. p. 211. seqq. Justin. V. 10. Xenoph. Isocr. c. Callimach.

§ " Ne qui præter XXX. Tyrannos, et X., qui postea Prætores creati superioris more crudelitatis erant usi, afficerentur exsilio, neve bona publicarentur, reique pub. procuratio Populo redderetur." Nepos in Thrasybulo. Οἱ δὲ διήλλαξαν, ἐφ' ᾧ τε εἰρήνην μὲν ἔχειν ὡς πρὸς ἀλλήλους, ἀπιέναι δὲ ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἑκάστους, πλὴν τῶν Τριάκοντα, καὶ τῶν ἕνδεκα (XIviros sc. Lictores publicos, Tyrannidis administros) καὶ τῶν ἐν τῷ Πειραιεῖ ἀρξάντων δέκα. Xenoph. Hellenic. l. 2. ad fin. Errat Nepos,

diebus, ubi compertum est Eleusinios Tyrannidem recuperare velle atque ad eam rem conficiendam externum militem præmiis et pollicitationibus sollicitare, indignantes se jam in exsilium quasi agi, repente in eos undique fit concursus, ducibusque ad colloquium progressis et per insidias comprehensis, ibi de iis consulitur. Quo tempore Lysias et domesticis inimicitiis et communi indignatione accensus luculentissimam illam orationem *contra Eratosthenem* XXXvirum (pag. Edit. Steph. 120.) habuit, quam Plutarchus in libro De Gloria Atheniensium, *κατὰ τῶν τριάκοντα* inscribere videtur. Interfecti sunt Tyranni publico consilio, ceterosque, missis amicis ac necessariis, ut in gratiam redire vellent, perduxerunt.

Eum exitum habuit seditio Atheniensium, intra biennium et incœpta et composita.* Plurimis id facinus Thrasybuli saluti fuit,

neque enim Xviros in urbe, verum Xviros in Piræeo pacis beneficio excluserunt. Duplex iste Xviratus Auctoribus et antiquis et hodiernis plurimis fraudem fecit. Plat. Epist. 7. memorat LI. qui per ea tempora Rempublicam tractabant, sc. XIviros in urbe, X. in Piræeo, et XXX. denique, penes post quos summa erat auctoritas. καὶ τῆς μεταβολῆς εἷς καὶ πεντήκοντα τινὲς ἄνδρες προέστησαν ἄρχοντες· ἕνδεκα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ — τριάκοντα δὲ πάντων ἄρχοντες κατέστησαν αὐτοκράτορες. Ille autem XIviratus non erat novum imperium, sed collegium Lictorum, qui vel XXX vel Xvirorum jussa capessebant: Id quod ex Xenoph. Hellenic. ceterisque liquet. Ad hos igitur pertinebat jusjurandum: Οὐ μνησικακήσω τῶν πολιτῶν οὐδενὶ, πλὴν τῶν τριάκοντα, καὶ τῶν ἕνδεκα. Præter hos LI. a Platone memoratos constituebatur, ut vidimus, Xviratus Reipublicæ ordinandæ, post inclinatos animos Atheniensium, remque a Thrasybulo fortiter gestam, quos male Nepos intellexit esse Xviros a fœdere exclusos. ideoque X. in urbe et X. in Piræeo, ut dixi, nullo consilio immiscuit. Hæc vidi esse fusius exponenda, cum eorum temporum historiam male excipi in monumentis, præsertim tam claris, magnopere erat dolendum.

* Si fidem habeamus Diodoro et Eusebio, per totum Quadriennium permansit novum hoc imperium, sc. Olymp. XCIV, 1. exortum, XCIV, 4. depositum: verum istius Olymp. anno 2. Præturam gerebat Euclides, sub quo res in solidum restituebantur, ut omnes fere uno ore testantur ex Antiquis. Hinc dicitur: Ἀναρχία πρὸ Εὐκλείδου, Νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, etc. etc. Si quæratur, quamdiu duravit dominatio XXXviralis, tali fortasse computo elicietur responsum. Cum Pythodorus præturam erat initurus, Olymp. XCIV, 1. circa solstitium æstivum (quo tempore annus Atticus incœptabat), rerum potiti sunt XXXviri, ideoque annus iste indigitabatur ἀναρχία, ut olim vidimus. Nam Lysander, qui istum XXXviratum imperavit, urbem cepit anno superiore exeunte, circiter initium Aprilis: Plutarch. in Lysandro: Ἔλαβε τάς τε ναῦς — καὶ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων ἕκτῃ ἐπὶ δεκάτῃ (corrige ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ) Μουνυχιῶνος μηνός. Insequente hyeme Thrasybulus Phylen castellum recepit et cum Tyrannis Munychiæ conflixit. Ejus rei fidem facit Xenopho Hellen. l. 2. Vix enim ad Phylen consiserant exsules, cum impetus in eos fit ex parte XXXvirorum, quo tempore una nocte nix de cælo cecidit plurima. Βουλομένων δὲ τῶν Λ ἀποτειχίζειν — ἐπιγίγνεται τῆς νυκτὸς χιὼν παμπλήθης. Xenoph. Hellenic. Porro hanc fuisse hyemem, quæ proxime secuta est Tyrannidem, discimus ex eodem. Cleocritus enim post pugnam feliciter a Thrasybulo commissam, ubi adhortaretur oppidanos ad concordiam, de XXXvirali dominatu quasi novo et non ultra VIII. mensium ætatem verba facit: οἳ ἰδίων κερδέων ἕνεκα ὀλίγου δεῖν πλείους ἀπεκτόνασιν Ἀθηναίων ἐν ὀκτὼ μησὶν ἢ πάντες Πελοποννήσιοι δέκα ἔτη πολεμοῦντες. Ita computo a mense Munychione facto VIII. mensium terminus in mediam fere hyemem incidet. Perierunt igitur in Tyrannide Menses circiter XIII. in pace concilianda totidem: nam in Boedromione mense, qui nobis est Augustus, in urbem cum suis rediit Thrasybulus. Plutarch. de Gloria Atheniensium. Ἕκτῃ μὲν ἱσταμένη (lege ἱσταμένου) Βοηδρομιῶνος εἰσέτι νῦν τὴν ἐν Μαραθῶνι νίκην ἡ πόλις ἑορτάζει, ἕκτῃ δὲ μηνὸς (lege μεσοῦντος, ita bene respondebit τῷ ἱσταμένου. ἕκτῃ μὲν ἱσταμένου — ἕκτῃ δὲ μεσοῦντος, et præterea circa Plenilunium rem esse a Chabria gestam scribitur in Camillo: norunt autem omnes Athenienses menses suos cum luna auspicari) οἰνοχοεῖται τῆς Χαβρίου περὶ

II

quibus importunissimi tyranni, publicatis bonis, etiam in alienis civitatibus exsilium invidere videbantur. Lacedæmoniorum enim edicto, qui tunc in Græcia summa rerum potirentur, civitates omnes exsules recipere prohibebantur, qui tamen Argis et Thebis nacti sunt perfugium. Redierunt itaque, præter multos, quorum nomina historia istius temporis non retulit, Auctor noster, Archinus vir gravissimus, de quo plura in sequentibus, Atrometus* Æschinis Oratoris pater, Chærepho Socraticus,† Anytus,‡ Phormisius,§ Andocides|| e Collegio X. Oratorum, Aristocrates¶ Scellii F., Æsimus,** Ergocles,†† Epicrates,‡‡ Cleocritus§§ *ὁ τῶν Μυστῶν κήρυξ*, Thrasybulus|||| Colyttensis, aliique.

Fuit aliquanto illustrior recuperatæ Civitatis Atheniensium æra, quod Resp. bello cum finitimis diuturno, et mox intestino functa, ad civilem disciplinam, qua maxime semper inclaruit, novis institutis sive refingendam sive confirmandam sese accingeret. In tanto strepitu armorum, et præterea in discordiis atque internecionibus domesticis, necesse fuit multa laxari, quæ civitas bene constituta et in solidum vindicata colligari vellet; multa innovari, quæ eadem tollenda esse decerneret; nonnulla etiam prævideri, quæ posterorum usui et saluti esse potuerunt. Neque fortasse alienum erit hoc loco exponere, quanta sapientia et moderatione illa Exsulum manus Remp. tractavit, quam nuper tanta virtute vindicaverat.

Anno post reditum Archon erat Euclides, qui idcirco in Fastis atque in institutis Atheniensium novam quasi æram signabat. Multa me movent, quare credam sub eo Prætore repertum esse consilium alphabetum Græcum recensendi, introductamque literarum XXIV., pro XVI. quibus prius utebantur, rationem.¶¶ Præ-

Νάξον ἐπινίκια ναυμαχίας. τῇ δὲ δωδεκάτῃ χαριστήρια ἔθυον ἐλευθερίας· ἐν ἐκείνῃ γὰρ οἱ ἀπὸ φυλῆς (corrige *Φυλῆς*) *κατῆλθον.* Porro autem locus præfractus valde et lacer Plutarch. Sympos. IX. 6. de Thrasybuli reditu et decore inde Boedromioni mensi addito, de ara item Oblivionis procul dubio eo tempore consecrata, quo Lex *ἀμνηστίας* (sive, ut Corn. Nepos vocat, Lex Oblivionis) lata fuit, nonnulla habet, sed propter loci impuritatem impedita nimium et intellectu difficillima. Constabunt tamen utique ea, quæ dixi.

Ex hisce igitur inter se comparatis hujusmodi eruetur Epocha.

Archon.	Olymp.	
Alexias	xciii. 4.	exeunte, Lysander XXXviros imperat.
Pythodorus	xciv. 1.	—*Ἀναρχία*, ut vocatur.
Euclides	xciv. 2.	—ineunte, Thrasybuli reditus cum suis.

Ex errore Diodori, qui in ea re fuit minus curiosus, natus est error Chronographorum, Eusebii sc. Pamphili, Chronici Paschalis, etc.

* Apollonii Vita Æschinis. Idem Æschin. de ementita legat. p. 38. Edit. Steph.

† Plat. Apolog.

‡ Lys. c. Agorat. Isocr. c. Callimach. Xenoph.

§ Dionys. Halic. in Lysia. V. Aristoph. Ran. et Dinarch. c. Demosth.

|| Plutarch, in Andocide.

¶ Demosth. c. Theocrin.

** Lys. c. Agorat.

†† Lys. c. Ergocl.

‡‡ Demosth. de ementita legatione.

§§ Xenoph. Hellenic.

|||| Demosth. c. Timocrat.

¶¶ Vid. Plutarch. in Aristide juxta initium. *σχ.* Euripid. Phœniss. 688. Harpocr. in *Ἀττικ. γραμ.* Salmas. ad Inscript. Herodis et Regillæ. Voss. de Grammatic. Petit. Comment. ad LL. Attic. p. 118. Scalig. ad Euseb. Vales. ad Harpocrat.

turam Euclides alius gessit Olymp. LXXXVIII, 2. ad cujus ætatem referri a nonnullis video Atticarum literarum conversionem. Quod si consideremus Theopompum (qui de ea re, sc. quo pacto id consilium atque ea literas exarandi ratio ab Atheniensibus recepta fuerit, olim scripsit) ab Olymp. XCII, 2. historiam suam esse exorsum, continuaturum sc. illam alteram Thucydidis, quæ in ea ætate desinit, usque ad pugnam navalem prope Cnidum, Olymp. XCVI, 3. credibile est sub eo Euclide rem contigisse, qui præturam gessit Olymp. XCIV, 2. intra ætatem Theopompi historiæ, non sub Euclide, qui 24to ante anno eo magistratu functus est. Si cui levius hoc videbitur, meminerit institutam fuisse novam hanc Grammaticam, Archini* potissimum consilio et auctoritate, cujus opera populus in vindicanda et in reformanda Rep. plurimum usus est, ut mox videbimus. Ἦ, *ὅτι παρὰ Σαμίοις εὑρέθη πρώτοις τὰ κδ̄ γράμματα ὑπὸ Καλλιστράτου· ὡς Ἄνδρων ἐν Τρίποδι. τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τῶν Ἰώνων γράμμασιν Ἀρχίνους* (l. *Ἀρχῖνος*) *ὁ Ἀθηναίου* (vel *Ἀθηναῖος*) *ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου.* — — *περὶ δὲ τοῦ πείσαντος ἱστορεῖ Θεόπομπος.* Suid. in *Σαμίων ὁ δῆμος.* Quibus adde Eusebium: *Οἱ ἐν Ἀθήναις Τύραννοι κατελύθησαν. Ἀθηναῖοι ἤρξαντο στοιχείοις κδ̄ χρῆσθαι, πρότερον ιϛ̄ χρώμενοι.*

P. A. ut dixi, reconciliata pace, de abolendo dolore et priorum temporum necessitatibus legem tulere, quam idcirco Oblivionis appellarunt; eamque *ἀμνηστίαν* jurejurando confirmarunt.† Quod

Montefalcon. in Palæograph. Græc. Spanheim de usu et præstantia Numismatum. Literæ illæ sedecim erant

Α. Β. Γ. Δ. Ε. Ι. Κ. Λ. Μ. Ν. Ο. Π. Ρ. Σ. Τ. Υ.

* Thrasybulo, qui populum virtute sua reducem fecit, Archinum *τὸν ἐκ Κοίλης* (pagus is est Atticæ, quem primus vindicavit optimus Sponius) semper fere conjungunt Antiquiores Scriptores, virum et consilio et auctoritate gravissimum,

Ἀλλ' ὁ μὲν ἂρ μύθοισι, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα.

Æsch. de ementita legat. p. 51. Edit. Steph. *Τοῦ δήμου κατελθόντος ἀπὸ Φυλῆς* (male in editis *φυλῆς* litera minuscula) *Ἀρχίνου καὶ Θρασυβούλου προστάντων τοῦ δήμου.* Demosth. c. Timocrat. *Μυρωνίδης ὁ Ἀρχίνου υἱὸς τοῦ καταλαβόντος Φυλὴν, καὶ μετά γε τοὺς θεοὺς αἰτιωτάτου ὄντος τῆς καθόδου τῷ δήμῳ, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλὰ πεπολιτευμένου καὶ ἐστρατηγηκότος πολλάκις.* Dinarch. adv. Demosth. *Ὁ δὲ καταλυθεὶς ὑπ' ἐκείνων δῆμος διὰ τοὺς τότε γενομένους παρ' ὑμῖν συμβούλους, πάλιν ἡγεμὼν ἦν τῶν Ἑλλήνων. δικαίως οἶμαι· στρατηγῶν μὲν τοιούτων τετυχηκὼς, οἵων εἶπον ἀρτίως, συμβούλους δ' ἔχων Ἀρχῖνον καὶ Κέφαλον τὸν Κολυττέα. μία γὰρ αὕτη σωτηρία καὶ πόλεως καὶ ἔθνους ἐστὶ, τὸ προστατῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν καὶ συμβούλων σπουδαίων τυχεῖν.* Quem locum lego emendatius, quam est in impressis. *Ἀγνοεῖς, ὦ Κηφεισία, τοὺς ἄνδρας. ἢ μὴν ἄξιον εἰδέναι πατέρων ὄντων ἀγαθῶν, καὶ πρὸς ὑμᾶς οἰκείως ἐχόντων. ὁ δὲ μέν ἐστιν ἀδελφιδοῦς Θρασυβούλου Λυσιθείδης· ὁ δὲ Τιμόθεος Κόνωνος υἱὸς, οὗτοι δὲ Ἀρχίνου παῖδες.* Plutarch. de Genio Socratis. Ejus igitur nomen restitue, 1. apud Plutarchum de Glor. Athen. juxta init. *Ἄνελε τὰ περὶ Ἑλλήσποντον Ἀλκιβιάδου νεανιεύματα, καὶ τὰ πρὸς Λέσβον Θρασύλλου, καὶ τὴν ὑπὸ Θηραμένους τῆς ὀλιγαρχίας κατάλυσιν, καὶ Θρασύβουλον καὶ Ἀρχῖνον, καὶ τοὺς ἀπὸ Φυλῆς.* Male hodie *Ἄρχιππον.* 2. in eod. tractatu Plutarchi juxta finem. *Τὸν τοῦ Λυσίου λόγον κατὰ τῶν τριάκοντα τῆς Θρασυβούλου καὶ Ἀρχίνου τυραννοκτονίας.* Male hodie exaratur *Ἀρχίου*, quod Xylandrum male habuit. Ut omittam Suidam in *Σαμίων ὁ δῆμος*, de quo proxime.

† Ad istas *Συνθήκας* et *Ὅρκους* sæpe provocant Oratores, Noster, Isocrates c. Callimach. ceterique. Jurisjurandi quidem formulam ipsis conceptis verbis servavit Andocides de Mysteriis p. 12. edit. Steph.

Ὅρκος κοινὸς τῇ πόλει ἁπάσῃ.

Οὐ μνησικακήσω τῶν πολιτῶν οὐδενὶ πλὴν

humanissimum populi victoris decretum, ut præter eam, quam ex religionibus divinis nanciscebatur, auctoritatem, aliquid etiam in jure humano reperiret præsidii, legem suasit Archinus, ut contra eum, qui de rebus præteritis litem intenderet, exceptionis jure (*παραγραφὴν* vocant Græci) uti liceret: sc. ut Reus priori loco diceret, ejus *ἀμνηστίας* beneficium imploraturus. Legis disertissima verba producam: *Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ Πειραιῶς κατελθόντες ἐνίους ἑωρᾶτε τῶν πολιτῶν συκοφαντεῖν ὡρμημένους, καὶ τὰς συνθήκας λύειν ἐπιχειροῦντας, βουλόμενοι τούτους τε παῦσαι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιδεῖξαι, ὅτι οὐκ ἀναγκασθέντες ἐποιήσασθε αὐτὰς, ἀλλ' ἡγούμενοι τῇ πόλει συμφέρειν, εἰπόντος Ἀρχίνου, νόμον ἔθεσθε, ἄν τις δικάζηται παρὰ τοὺς ὅρκους ἐξεῖναι τῷ φεύγοντι παραγράψασθαι, τοὺς δὲ ἄρχοντας περὶ τούτου πρῶτον εἰσάγειν, λέγειν δὲ πρότερον τὸν παραγραψάμενον, ὁπότερος δ' ἂν ἡττηθῇ τὴν ἐπωβελίαν ὀφείλειν.* Isocrates *ἐν τῷ παραγραφικῷ λόγῳ πρὸς Καλλίμαχον.* Ut uno verbo complectar, omnes undique ordines civitatis ad concordiam publicam invitarunt illustrissimo, quod ubivis legitur, exemplo clementiæ civilis, veterumque simultatum memoriæ oblivione sempiterna deletæ. Nam cum ad obsidionem Piræei, quem occuparant Exsules Thrasybulo duce, C. talenta a Lacedæmoniis mutuo sumpserunt, qui in urbe cum XXXviris steterunt: et concordia facta, Lacedæmonii æs repeterent; nonnullis æquum esse videbatur, ut debitum dissolverunt iidem, qui contraxerant, non ii, quorum in perniciem contractum fuerat; Placuit tamen atque auctoritate publica sancitum est, quo posset omnis omnino simultatum memoria obliterari, ut communiter ab omnibus solutio fieret.* Clarissimum moderationis exemplum animique ad inimicitias deponendas paratissimi.

Verum ut manum illam Phylensem, quæ tanta virtute Remp. vindicaverat, P. A. quasi beneficiorum immemor non plane negligere videretur, decrevit, eod. Archino ferente, *αὐτοῖς εἰς θυσίαν καὶ ἀναθήματα* (verbis utor Æsch. c. Ctesiph. qui hujus rei memoriam conservavit) *δοῦναι χιλίας δραχμὰς, ἔπειτα στεφανοῦσθαι θαλλοῦ στεφάνῳ*† *αὐτῶν ἕκαστον, καὶ οὐδὲ τοῦτο εἰκῇ πρᾶξαι, ἀλλ' ἀκριβῶς τὴν*

τῶν τριάκοντα καὶ τῶν ἕνδεκα, οὐδὲ τούτων ὃς ἂν εὐθύνας διδόναι τῆς ἀρχῆς ἧς ἦρξεν.

Ὅρκος τῆς βουλῆς.

Οὐ δέξομαι ἔνδειξιν οὐδὲ ἀπαγωγὴν ἕνεκα τῶν πρότερον γεγενημένων πλὴν τῶν φευγόντων.

Ὅρκος τῶν δικαστῶν.

Οὐ μνησικακήσω οὐδὲ ἄλλῳ πείσομαι, ψηφιοῦμαι δὲ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους.

Hoc Oblivionis decretum memorant Plutarch. *πολιτικ. παραγγελμ.* Demosth. adv. Bœotum, Æschines, Andocides, Xenoph. Paterc. II. 58. Cic. Philipp. 1. Valer. Maxim. IV. 1. Oros. II. 17. VII. 6. Lys. c. Agorat. fin. Nep. in Thrasybulo, ceterique. Verum legibus et sacramentis longe antecellebat simultatum et injuriarum memoria. Hinc enim derivatur omne istud Atheniensium odium, quod in Socratem haud diu post erupit. *Ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, Σωκράτην μὲν τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνατε, ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευκὼς ἕνα τῶν λ' τῶν τὸν δῆμον καταλυσάντων.* Æsch. c. Timarch. Add. Plat. Epist. 7.

* Demosth. c. Leptin. init. et Isocr. in Areopagitico.

† Tangit Nepos in Thrasybulo "Huic [Thrasybulo] pro tantis meritis, honoris corona a populo data est, facta duabus virgulis oleaginis: quæ, quod amor civium, non vis, expresserat, nullam habuit invidiam, magnaque fuit gloria."

βουλὴν σκεψαμένην, ὅσοι αὐτῶν ἐπὶ Φυλῆς ἐπολιορκήθησαν, ὅτε Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ τριάκοντα προσέβαλον τοῖς καταλαβοῦσι Φυλήν. Ejus autem rei, quo testatior esset memoria, Actis publicis de hac donatione in Metroo juxta Curiam talem Inscriptionem affigi curaverunt:

Τούσδ' ἀρετῆς ἕνεκα στεφάνοις ἐγέραιρε παλαίχθων
Δῆμος Ἀθηναίων, οἵ ποτε τοὺς ἀδίκοις
Θεσμοῖς ἄρξαντας πρῶτοι πόλεως καταπαύειν
Ἦρξαν, κίνδυνον σώμασιν ἀράμενοι.

Hoc plebiscitum publice in honorem civium et facinoris sociorum rogavit Archinus: aliud privatim in gratiam Lysiæ pro tantis ejus in Remp. meritis Thrasybulus: cujus historiola est hujusmodi. Reverso populo (indistincte Plutarchus in Lysia, qui hanc rem narrat, *μετὰ τὴν κάθοδον, ἐπὶ ἀναρχίας τῆς πρὸ Εὐκλείδου*) Thrasybulus rogationem defert, ut Lysias civitate donaretur, idque impetrat. Istud plebiscitum (magis, uti videtur, quo conservaretur mos civitatis, quam Lysiæ, vel odio, vel invidia ductus) *παρανόμων ἐγράψατο* Archinus,* quod non ad Senatum prius de ea re referretur. Eaque ratione hac spe pulsus Orator noster reliquum vitæ egit in eo gradu, qui proxime infra Civem censetur.† Credibile est Lysiam pro hac rogatione Thrasybuli, i. e. pro Civitate orationem habuisse: idque colligo ex Plutarchi verbis in v. quæ tamen hodie propter mendorum impuritatem nihil omnino istiusmodi præ se ferre videntur. *Ἔστι δ' αὐτοῦ [λόγος] καὶ ὃν ὑπὲρ τοῦ ψηφίσματος ἐγράψατο Ἀρχῖνος τὴν πολιτείαν αὐτοῦ περιέχων, καὶ κατὰ τῶν Τριάκοντα ἕτερος.* Legendum est procul dubio: *Ἔστι δ' αὐτοῦ [λόγος] ὑπὲρ τοῦ ψηφίσματος, ὃ ἐγράψατο Ἀρχῖνος [παρανόμων* sc.] *τὴν πολιτείαν αὐτοῦ περιελών.* Plane ut Æschines de ementita legatione p. 34. edit. Steph. *Εἴ τις αὐτοῦ τὴν τύχην περιελὼν ἑτέρῳ περιθείη.*

Denique, ut orationis telam perficere possim, ætas illa populi restituti, tum novis legibus condendis, tum autem plurimis, quibus prius utebantur, antiquandis, illustrissima fuit. Recensebantur publico decreto Legg. tabulæ, et rejectis iis, quæ concordiam modo institutam impedire posse videbantur, novisque latis, quibus opus erat Reip.‡ nova deinceps ratione ex ea tempestate civitas tractari

* Similem Archini constantiam retulit Æsch. c. Ctesiph. p. 82. Edit. Steph. *Ἀρχῖνος γὰρ ὁ ἐκ Κοίλης ἐγράψατο παρανόμων Θρασύβουλον τὸν Στειριέα, γράψαντά τι παρὰ τοὺς νόμους, στεφανοῦν ἕνα τῶν συγκατελθόντων αὐτῷ ἀπὸ Φυλῆς.* Nisi ad hanc ipsissimam historiam de Lysia alludat Orator, quod non prorsus absimile est.

† *Τὸν λοιπὸν ᾤκησε χρόνον ἰσοτελὴς ὤν.* Plutarch. in vita. *Μηδένα τῶν πολιτῶν μήτε τῶν ἰσοτελῶν, μήτε τῶν ξένων.* Demosth. c. Leptin. *Ἰσοτελεῖς* Inquilini sunt *μέτοικοι*, quibus *μετοίκιον* remittebatur, adeoque in tributis pendendis, eadem æstimatione, qua Cives ipsi, censi.

‡ Andocid. de Mysteriis p. 11. Edit. Steph. aliique.

atque administrari cœpit. Hinc eæ locutiones apud Auctores vetustos, *ἄκυρα ὡς τὰ πρὸ Εὐκλείδου,** et *νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος*, etc. Una cum *πολιτείᾳ* immutari quoque literaturam, ut vidimus, novasque tabulas novis literis exarari credibile est. Nam tametsi Ionica scriptura, quæ elementis constabat XXIV., domi ante Euclidem Atheniensium quisque uti poterat, ejus tamen in Actis publicis usus non invaluit ante hunc populi reditum, et conversionem Reip. Eas omnes leges† recensere, quæ per ista tempora sancitæ sunt, vix esse videtur loci hujusce. Unam tamen aut alteram in medium producam, ut moneam, non omnes, quæ leguntur, Solonis aut Draconis esse leges, aut uno tempore latas.

Præclarum semper facinus apud Athenienses habebatur *τυραννοκτονία*: Unde scitissimum erat effatum Antiphontis apud Plutarch. (non tamen Rhetoris, sed alterius cujusdam). Cum enim in convivio quæreretur apud Dionysium Siciliæ tyrannum, quodnam æs præstantissimum esset, atque alii aliud dicerent, respondit, istud *ἐξ οὗ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων πεποίηνται*. Verum ex hoc tempore primum legibus erat cautum, teste Lycurgo c. Leocratem,

Ἐάν τις τυραννίδι ἐπιθῆται ἢ τὴν πόλιν προδιδῷ ἢ τὸν δῆμον καταλύῃ τὸν αἰσθανόμενον καθαρὸν εἶναι ἀποκτείναντα.

Non Tyrannum, sed qui Tyrannidem affectabat. *Εἰκότως*, ut ibid. disserit Orator: *Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἀδικημάτων ὑστέρας δεῖ τετάχθαι τὰς τιμωρίας· προδοσίας δὲ καὶ δήμου καταλύσεως, προτέρας. Εἰ γὰρ ποιήσεσθε* (male ita exaratur, lege *προήσεσθε*) *τοῦτον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ μέλλουσιν ἐκεῖνοι κατὰ τῆς πατρίδος φαῦλόν τι πράττειν, οὐκ ἔστιν ὑμῖν μετὰ ταῦτα δίκην παρ' αὐτῶν* (leg. *παρὰ τῶν*) *ἀδικούντων λαβεῖν: κρείττους γὰρ ἤδη γίνονται τῆς παρὰ τῶν ἀδικουμένων τιμωρίας*. Eo consilio omnes ad Tyrannidem aditus occluserunt, animumque civilem ultra Solonis scita confirmarunt Athenienses, *μόλις εἰς τὴν ἑαυτῶν κατεληλυθότες, πεπειραμένοι καὶ εἰδότες*

* *Ἔστω ταῦτα ἄκυρα, ὥσπερ τὰ ἐπὶ τῶν τριάκοντα, ἢ τὰ πρὸ Εὐκλείδου, ἢ εἴ τις ἄλλη πώποτε τοιαύτη ἐγένετο προθεσμία.* Æsch. c. Timarch. *Καταλυθέντων τῶν τυράννων* [λ̄ sc.] *καὶ γινομένου μετ' αὐτοὺς Εὐκλείδου Ἄρχοντος, ἵνα μὴ μνησικακήσωσιν ἀλλήλοις οἱ πολῖται, συνθήκας ἐποίησαν, ὥστε τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἄκυρα εἶναι.* Schol. ad Luciani Tyrannum.

† Legum hæc recensio juxta σχ. ineditum Æsch. c. Timarch. instituta fuit propter labem, quam in imperio XXXvirorum acceperunt Solonis instituta. Cujus verba adducam ad historiam horum temporum elucidandam commodissima, quanquam vetustis nonnullis auctoribus de occasione legum reformandarum adversentur. *Οἱ λ̄ Τύραννοι διὰ Λακεδαιμονίων κατασταθέντες καὶ τὴν πάτριον πολιτείαν καταλύσαντες ἐλυμήναντο τοὺς Δράκοντος καὶ Σόλωνος νόμους. ἀπολαβὼν οὖν ὁ δῆμος τὴν ἐλευθερίαν εἵλοντο πολίτας ὁσουσδήποτε τοὺς ζητήσαντας καὶ ἀναγράψαντας τοὺς διεφθαρμένους τῶν νόμων. Τότε ἐψηφίσαντο καὶ νόμους εἰσφέρειν ἀντὶ τῶν ἀπολωλότων ἐπ' Ἄρχοντος Εὐκλείδου, ὃς πρῶτος ἦρξε μετὰ τοὺς λ̄. ἐκεῖνοι γὰρ τόν τε δῆμον ἐξέβαλον, καὶ τῶν δημοτικῶν τοὺς ἐπιφανεῖς τοὺς μὲν ἐβασάνισαν, τοὺς δὲ ἐφυγάδευσαν ἀφελόμενοι τὴν οὐσίαν αὐτῶν, τοὺς δὲ ἀπέκτειναν ἀκρίτως. ἐπειδὴ δὲ αὐτοὶ καθῃρέθησαν, ψήφισμα ἐτίθη περὶ τοῦ ἀμνησικακεῖν.*

τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐφόδους τῶν τὸν δῆμον προδιδόντων. Verba sunt ejusdem Scriptoris.*

Hinc porro lux affundetur Demostheni adv. Eubulid. *Τοῖς χρόνοις τοίνυν οὕτω φαίνεται γεγονὼς, ὥστε, εἰ καὶ κατὰ θάτερα ἀστὸς ἦν, εἶναι πολίτην προσήκειν αὐτόν. γέγονε γὰρ πρὸ Εὐκλείδου.* Hinc quoque Isæo de Cironis hereditate fin. *Ἐὰν γὰρ ἐξαπατηθῆτε ὑμεῖς, πεισθέντες, ὡς ἡ μήτηρ ἡμῶν οὐκ ἦν πολῖτις, οὐδ' ἡμεῖς ἐσμέν· μετ' Εὐκλείδη γὰρ ἄρχοντα γεγόναμεν.* Nam eo Prætore legem tulit Aristopho,

Civem non censeri nisi qui matre libera natus fuerit.

Ἀριστοφῶν ὁ ῥήτωρ ὁ τὸν νόμον εἰσενεγκὼν ἐπ' Εὐκλείδου Ἄρχοντος,

Ὃς ἂν μὴ ἐξ ἀστῆς γένηται νόθον εἶναι,

αὐτὸς ἀπεδείχθη ὑπὸ Καλλιάδου τοῦ Κωμικοῦ ἐκ Χωρίδος (f. *Χλωρίδος*) *τῆς ἑταίρας παιδοποιησάμενος, ὡς ἱστορεῖ Καρύστιος ἐν τρίτῳ ὑπομνημάτων.* Athen. l. 13. p. m. 285. Ergo in ætate ante Thrasybuli reditum, visum est ex alterutro parente ingenuo ingenuum nasci, deinde non ita. Vide plura apud Demosth. c. Timocratem, et Ulpian. ad loc. Andoc. de Mysteriis ceterosque. Meursius de Archontibus Atticis male refert Aristophontis legislationem ad præturam prioris Euclidis. Et credibile est tunc temporis a quibusdam fuisse actum, ut sauciam Remp. non modo novis legibus sanarent, verum novam etiam faciem inducerent. Phormisius enim rogationem tulit, *περὶ τοῦ καταλῦσαι τὴν πάτριον πολιτείαν*, cui oratione scripta restitit Auctor noster, ut liquet ex Dionysio Halic. in Vita, atque ex istius orationis reliquiis.

In publica istorum temporum memoria ideo diutius hæsi, quoniam res complectitur exitu graves, utraque fortuna notabiles, et varietate, præsertim in tam brevi temporis curriculo, pene incredibiles. Adhæc malui ea, quæ historiam istius ætatis illustrare posse videntur, hic concludi, quam commentatorem agere, et paginam utramque Lysiæ Annotationum mole obruere. Quæ supersint ad scriptorem nostrum spectantia ubi expedivero, finem faciam.

Obiit Athenis Olymp. C, 2. (vel 3.), annos natus LXXX. (vel LXXXI.) biennio post Demosthenem natum.† Unde miror, cum hæc adeo liquido a vetustioribus tradantur, egregiam istam inconstantiam in Plutarcho. *Ἐτελεύτησεν ὀγδοήκοντα τρία ἔτη βιούς· ἤ, ὥς τινες, ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα, ἤ, ὥς τινες, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα· ἰδὼν Δημοσθένην μειράκιον ὄντα.*

Orationes videtur exarasse in extrema senectute. Quarum enim ætatem eruere possumus, eæ omnes post XXXviratum conficie-

* Plura vide apud Andocid. de Mysteriis.

† Dionys. Halic. in vita.

bantur. Paucissimas ipse in concione aut in curia dixit: τοῖς ἰδιώταις τοῖς πολλοῖς ἐκδούς. Plutarch. in Vita, ubi legendum, ut Photius habet τοὺς πλείους. Memorabile de ea re retulit idem Plutarchus de Garrulitate (si idem sit): Λυσίας τινὶ δίκην ἔχοντι λόγον συγγράψας ἔδωκεν· ὁ δὲ πολλάκις ἀναγνοὺς ἧκε πρὸς τὸν Λυσίαν ἀθυμῶν καὶ λέγων, τὸ μὲν πρῶτον αὐτῷ διεξιόντι θαυμαστὸν φανῆναι τὸν λόγον, αὖθις δὲ καὶ τρίτον ἀναλαμβάνοντι παντελῶς ἀμβλὺν καὶ ἄπρακτον. Ὁ δὲ Λυσίας γελάσας, Τί οὖν, εἶπεν, οὐχ ἅπαξ μέλλεις λέγειν αὐτὸν ἐπὶ τῶν δικαστῶν;

Scholam quoque aperuit et Rhetoricam docuit, si Plutarcho et Ciceroni fides.* Neque docuit solummodo, verum et ejus rei disciplinam literis mandavit, quoniam τέχνας ejus ῥητορικὰς laudari ab Antiquioribus video, Plutarcho, Suida, etc.

Imaginem ejus apud Fulvium Ursinum in marmore si consideremus, videtur fuisse senex, oris majestate simul, ut virili quadam pulcritudine, venerandus. Dimanavit quoque ad posteros nonnulla istius rei memoria, cum venustatem vultus, aut saltem fidem vulgo de ea receptam haud obscure innuat Aristides Serm. Sacr. 4. his verbis: Σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄλλων παλαιῶν τοὺς ἐνδοξοτάτους ἐπὶ λόγοις ὑπῆρξέ μοι θεάσασθαι, ὁμοίως λογοποιούς τε καὶ ποιητάς. Τὸ δὲ τοῦ Λυσίου καὶ διηγήσεως ἄξιον. ἔκαμνον γὰρ τριταίῳ οἵῳ βαρυτάτῳ, καὶ ὁρῶ Λυσίαν τὸν ῥήτορα, νεανίσκον οὐχ ἄχαριν. ἐπῄει δὲ ἡ τῆς καταβολῆς ἡμέρα, καὶ ὁ πυρετὸς οὐκ ἐπεγένετο, ἀλλ' ἐλύθη τὸ νόσημα ἐν τούτῳ.

Memorant Athenæus† et Plutarchus,‡ ad eamque rem confirmandam testimonio Demosthenis c. Neæram utuntur, Auctorem nostrum cum Metanira consuesse, postea autem, relicta uxore illa usuraria, domum duxisse Brachylli fratris filiam. Neque Metaniram solum habuit, verum et Lagidem quoque, si fides habenda sit eidem Athenæo, ibid. Ἥττητο δὲ καὶ ὁ Λυσίας Λαγίδος τῆς ἑταίρας, ἧς ἔγραψεν ἐγκώμιον Κέφαλος ὁ ῥήτωρ. Quod ad Metaniram attinet, fratrisque filiam domum pro uxore ductam, ita accipe ex dicta oratione Demosthenis, ubi inter cetera elucescet mala fide descriptam fuisse a Plutarcho. Verum hoc leviusculum. "Nicareta Charisii§ Elei liberta VII. domi puellas habuit, meretriculas, et prostibulas, unde victum quæritabat: Antiam, Stratolam, Aristocleam, Metaniram, Philam, Isthmiada et Neæram. Lysias, qui Metaniram deperibat, ratus, beneficiorum, quæ in amicam conferre solebat, plurima a domina esse intercepta, adeoque gratum illi aliquid facere cupiens, et quod vetula intervertere nequibat, initiare voluit. Nicaretam igitur oravit, ut Metaniram secum Athenas ad Mysteria

* Παραγενόμενος εἰς Ἀθήνας [Isæus] καὶ σχολάσας Λυσίᾳ. Plutarch. in Isæo. "Lysiam primo profiteri solitum artem esse dicendi: deinde, quod Theodorus esset in arte subtilior, in orationibus autem jejunior, orationes eum scribere aliis cœpisse, artem removisse." Cic. Brut. 48.

† l. 13.

‡ In Vita Lysiæ.

§ Χαρισίου Demosth. Κασίου Athen.

duceret. Eæ tum Corinthi habitabant. Verum ubi domum ad se recipere noluit, reveritus sc. uxorem Brachylli fratris filiam, atque etiam matrem suam natu grandem, quæ in iisdem ædibus habitabat, mulierculas ad Philostratum Coloneum, amicum suum et familiarem, deduxit. Una cum his sequebatur Neæra, ἐργαζομένη μὲν ἤδη τῷ σώματι, νεωτέρα δὲ οὖσα." Hæc Demosthenes. Habita est ea Oratio *contra Stephanum* quendam, qui, ut Metaniram Lysias, Neæram amavit, et præter leges Atticas, mulierem peregrinam in loco uxoris habuit. Emendo hac occasione Athen. l. toties citato, Νικαρέτη δὲ ἡ ἑταῖρα (lege Νέαιρα, nam Nicareta erat lena, quæ ex Neæra quæstum fecit) ἐρωμένη ἦν Στεφάνου τοῦ ῥήτορος, Λυσίου δὲ τοῦ σοφιστοῦ Μετάνειρα. Sed hoc obiter. Contendo, quod longe gravius est, ex historia ipsa apparere, hæc ad nostrum pertingere non posse, adeoque duos fuisse Lysias ætate non longe dissitos, quorum res gestæ et fortasse ingenii monumenta incaute ab aliis, etiam vetustis scriptoribus, misceri et confundi solebant. Oratori nostro Brachyllus frater non erat, verum Polemarchus et Euthydemus. Res ipsa constat ex Dionysio Halic.,* nomina ex Platone.† Qui Brachyllum memorat primus, Plutarchus est, vel potius Plutarchi simius, qui ex hoc Demosthenis loco tertium fratrem, Brachyllum nomine, eruit. Accedit, quod qui Metaniram habuit, non Rhetor aut Orator dicitur, sed Sophista,‡ disciplinæ longe diversæ, studii et ingenii genere plane alienus. Λυσίας γὰρ ὁ σοφιστής, Μετανείρας ὢν ἐραστής, et quæ sequuntur. Demosth. l. c. Et, quod est adhuc expressius, non solum Sophista vocatur ab Athenæo in eadem historia, sed quodammodo Rhetori ex adverso opponi videtur. Νέαιρα δὲ ἡ ἑταῖρα ἐρωμένη ἦν Στεφάνου τοῦ ῥήτορος, Λυσίου δὲ τοῦ σοφιστοῦ Μετάνειρα.

Subductis temporum rationibus, clarius ea, quæ dico, evincentur. Neæra, contra quam scripsit orationem istam Demosthenes, adeoque Demostheni σύγχρονος, minima erat ætate, cum Lysias Orator in extrema senectute diem supremum obiit. Cum igitur Corintho Athenas, una cum Metanira profecta est, jam grandiuscula, utpote quæ occœperat quæstum, accersente porro homine, qui domi matrem habuit superstitem, qui accersivit, noster non potuit esse. Porro habita est ea causa c. Neæram longe post res Olynthiacas;

* In Lysia, juxta init. εἰς Θουρίους ᾤχετο πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσί. Si tertius fuisset frater, qui domi mansit, annon scripsisset σὺν ἀδελφῶν δυσί; Eod. modo Suid. σὺν ἀδελφοῖς δύο.

† De Republica.

‡ Aristidis locus, quem adducturus sum, tum id ostendit, Lysiam vix Sophistam vocari potuisse, tum id quoque, quinam apud antiquos et qua de ratione, Sophistæ vocabantur. Οὐ Λυσίας Πλάτωνα σοφιστὴν καλεῖ, καὶ πάλιν Αἰσχίνην (i. e. Socraticum); κατηγορῶν οὗτός γε φαίη τις ἄν, ἀλλ' οὐχ οἵγε ἄλλοι κατηγοροῦντες ἐκείνων τῶν ἄλλων (f. καὶ τῶν ἄλλων) ὅμως αὐτὸν τούτῳ προσειρήκασιν αὐτούς. Ἔτι δὲ εἰ καὶ Πλάτωνος ἐξῆν κατηγοροῦντα σοφιστὴν προσειπεῖν, τί τούτους γ' ἂν εἴποι τις; ἀλλ', οἶμαι, καὶ Σοφιστὴς ἐπιεικῶς κοινὸν ἦν ὄνομα, καὶ ἡ φιλοσοφία τοῦτ' ἐδύνατο, φιλοκαλία τις εἶναι καὶ διατριβὴ περὶ λόγους, καὶ οὐχ ὁ νῦν τρόπος οὗτος, ἀλλὰ παιδεία κοινῶς. Aristid. c. Plat. 2.

I

quarum meminit Orator, inimicitiarumque cum Philippo susceptarum, eo modo, quo quis rerum in superiori ætate gestarum meminisse solet: In Olymp. CVII, 4. incidunt Olynthiaca XXX. post Lysiæ decessum anno. Attamen in hac ipsa causa producitur testis Philostratus, cujus familiaritate utebatur Lysias ille (quicunque fuerit), qui Metaniram initiavit. *Φιλόστρατος Διονυσίου Κολωνῆθεν μαρτυρεῖ — καταστῆσαι ὡς αὐτὸν Λυσίαν τὸν Κεφάλου, φίλον ὄντα αὐτῷ καὶ ἐπιτήδειον.* An hæc convenire satis videantur?

Ad Sophistam igitur Lysiam (si quis in ea ætate fuerit, fuisse autem alium Lysiam ex ratione temporum patebit) credo ea omnia pertinere, quæ sub Lysiæ *Ἐρωτικῶν* nomine laudantur a vetustis scriptoribus; cujusmodi sunt *Epistolæ*, quæ olim circumferebantur, *Amatoriæ*, maxime autem Oratio illa (sive potius Sermo) *ἐρωτικὸς*, quæ integra conservatur in Platonis Phædro.* Eam si quis arbitretur proficisci posse ex eadem manu, qua profectæ sunt Orationes, quas hodie publici juris facimus, eum non *κρίσει* aut acumine, sed omnibus potius sensibus orbum esse judico. Talem æmulum, Sophistam sc., nancisci potuit Isocrates, qui sæpius Sophistæ, quam Oratoris personam sustinuit; unde ducor, ut ea quoque, quæ de eorum inimicitiis vel æmulatione dicuntur, Rhetori nostro abjudicem.†

Quæ fortasse Crisis (seu commentum fortasse mavis dicere) expediet quodammodo inextricabile istud portentum, quod sub nomine Epigrammatis in Lysiam conservavit Plutarchus. Nam si reputemus, quam dubia fide monumenta Vett. descripsit neotericus ille magni nominis adumbrator (qui etiam potuit, neque inclementer ago, vel plura Epigrammata conflare, vel unum discerpere), et præterea si advertamus, hæc, quæ sequuntur, de eo dici potuisse, cujus levissima notitia ad nos devenit, Sophistam intelligo, tolerabiliora fortasse videbuntur, quæ in hunc diem præstantissimorum hominum acumen elusere. *Μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ, ὡς δεινοτάτου εἰπεῖν, καὶ Ἰσοκράτους πρεσβυτέρου. Ἐποίησε*

* *Βουληθεὶς ὁ ἀνὴρ* [Plato] *ἐπιδείξασθαι τὴν αὐτοῦ δύναμιν, ἣν εἶχεν ἐν τοῖς πολιτικοῖς λόγοις, οὐκ ἠρκέσθη ταῖς ἄλλαις γραφαῖς, ἀλλὰ καὶ κράτιστον* (f. *ἀλλὰ καὶ εἰς* vel *πρὸς κράτιστον*) *τῶν τότε ῥητόρων ἕτερον αὐτὸς ἐν τῷ Φαίδρῳ συνετάξατο λόγον, ἐρωτικὸν εἰς τὴν ὑπόθεσιν, καὶ οὐδὲ ἄχρι τούτου προελθὼν ἐπαύσατο καταλιπὼν ἐν τοῖς ἀναγνωσομένοις τὴν διάγνωσιν, ὁπότερός ἐστι κρείττων λόγος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἥψατο τῶν Λυσίου, τὰς μὲν λεκτικὰς μαρτυρῶν τῷ ἀνδρὶ ἀρετὰς, τῶν δὲ πραγματικῶν ἐπιλαμβανόμενος.* Dionys. Halic. Epist. ad Pomp. *Καὶ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν Λυσίου λόγον οὔτε κατὰ τὴν εὕρεσιν ἐπαινῶν καὶ τῆς ἀταξίας αἰτιώμενος ὅμως αὐτοῦ τὴν ἐπαγγελίαν* (l. *ἀπαγγελίαν*) *ἐπαινεῖ, καὶ ὅτι τῶν ὀνομάτων σαφῶς καὶ στρογγύλως ἕκαστον ἀποτετόρνευται.* Plutarch. de Auditione. "Alius ait, hoc me primum doce: item alius, hoc volo, inquit, discere, istud nolo. Hic a Symposio Platonis incipere gestit propter Alcibiadis comissationem, ille a Phædro propter Lysiæ orationem." Gellius I. 9. Vid. Maxim. Tyr. Dissertat. VIII., Hermogenes de Ideis Orationis et *σχ.* ad locum, Aristid. c. Plat. 1. et de paraphthegm., Theo c. 2.

† *Ἰσοκράτης ἀντισοφιστεύει Λυσίᾳ, καὶ Γοργιάζει.* Schol. Hermog. p. 401. *Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰσοκράτης ὁ τῶν ῥητόρων αἰδημονέστερος Μετάνειραν εἶχεν ἐρωμένην καὶ Καλλὴν, ὡς Λυσίας ἱστορεῖ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς.* Athen. l. 13.

δὲ καὶ εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα Φίλισκος, ὁ Ἰσοκράτους μὲν γνώριμος, ἑταῖρος δὲ Λυσίου, δι' οὗ φανερὸν, ὡς προέλαβε τοῖς ἔτεσιν, καὶ ἐκ τῶν ὑπὸ Πλάτωνος εἰρημένων ἀποδείκνυται. ἔχει δὲ οὕτως,

Καλλίππης θύγατερ, πολυηγόρε, φροντίδι δείξεις
 Εἴ τι φρονεῖς * * καί τι περισσὸν ἔχεις.
Τὸν γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντα, καὶ ἄλλοις
 Ἐν κόσμοισι βίου σῶμα λαβόνθ' ἕτερον,
Δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινὰ Λυσιδάϊμνον,
 Δόντα καταφθίμενον καὶ σοφῷ ἀθάνατον·
Ὅς τοτ' ἐμῆς ψυχῆς δεῖξαι φιλέταιρον ἅπασι
 Καὶ τὴν τοῦ φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν.

Quæ ne plane intentata relinquamus, habe B. L. ad vexatissimum *ἀποσπασμάτιον* Cl. Marklandi conjecturas. En tibi Ipsius Verba. "Corruptissimi hujus Epigrammatis hoc propositum esse videtur: Compellat Musam suam Philiscus, et dicit, Ipsam debere carmen componere in defuncti Amici sui Lysiæ Statuam quandam, quæ, ut videtur, sub Juvenis specie effingebatur. ideo autem Ipsam accurate hoc facere debere, ut et Diis probet sincerum animi sui affectum erga mortuum Sodalem; et simul, ut Hominibus ostendat, quanta Lysiæ Virtus fuerit. Hæc Philiscus, pulcro et laudabili argumento Epigrammatis; cujus verba ita lego:"

Καλλιόπης θύγατερ πολυηγόρε, φροντίδι δείξεις
 Εἴ τι φρονεῖς πινυτὸν, καί τι περισσὸν ἔχεις.
Τῷ γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντι, καὶ ἄλλοις
 Σὺν κόσμοισι νέου σῶμα λαβόνθ' ἕτερον,
Δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινὰ Λυσίᾳ ὕμνον
 Δύντι καταφθιμένων, καὶ ζόφον· Ἀθανάτοις
Ὡς τό τ' ἐμῆς ψυχῆς δεῖξαι φιλέταιρον ἅπασι,
 Καὶ τὴν τοῦ φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν.

Calliopes filia multiloqua, curâ tuâ *ostendes*
 Si quid sapiens, cogitas, et quid eximium habes:
In aliam enim speciem qui transmutatus fuit, et, aliis
 Cum ornatibus juvenis, corpus qui accepit diversum,
Oportet te, quæ præco es virtutis, parere aliquod carmen
  *Lysiæ,**
 Qui subiit regionem *defunctorum, et tenebras: Diis*
Ut et animi mei studium erga sodalem ostendas omnibus,
 Et defuncti omnibus mortalibus virtutem.

"In tertio versu et sequentibus Ordo Verborum hic est: *Δεῖ γάρ σε, κήρυκα ἀρετῆς, τεκεῖν τινὰ ὕμνον τῷ Λυσίᾳ μεθαρμοσθέντι ἐς ἄλλο*

* Rectius forte vertatur: *Oportet et virtutis præconem parere—carmen:* *κήρυκα*, non *σε κήρυκα*. [Ita Markland *ὕμνον* ipse in Addendis.]

σχῆμα, καὶ λαβόντι ἕτερον σῶμα, σὺν ἄλλοις κόσμοισι νέου· Λυσίᾳ, inquam, δύντι καταφθιμένων, καὶ ζόφον. Statuas vero Lysiæ sub Juvenis (νέου) specie formari solitas fuisse (quod et in aliis Viris Illustribus sæpe factum) innuere videtur locus Aristidis Serm. Sacr. IV. p. 335. Ed. Iebb. ubi in somnis se vidisse ait Λυσίαν τὸν ῥήτορα, νεανίσκον οὐκ ἄχαριν. Lysias vero *senex* mortuus est: adeo ut non concipi possit, quid velit Aristides per istud νεανίσκον, nisi alludat ad Lysiæ Statuas hujuscemodi, quas sæpe vidisse, et visas in somnis agnovisse, contigerat. Δύντι καταφθιμένων, sc. χώραν· quæ locutio et Ellipsis frequens est. sic δήεις ἐν Διὸς ἢ μακάρων· *invenies eum in Jovis vel beatorum habitatione:* ex Antholog. III, 6. p. 308. edit. Brodæi. ζόφος pro *Infernis tenebris,* apud Lucianum in Dial. Mort. et alios sæpe occurrit. In versu secundo supplevi πινυτὸν ex mera conjectura. alius forte aliter, et melius: in ceteris nihil difficultatis. Conjectura vero ista, νέου pro βίου, probe scio, quam infirmo talo stet: sed in hujusmodi locis obscuris et desperatis major datur licentia; et, si fallaris, venia paratior. Suspicatus sum aliquando ista, ἄλλο σχῆμα, et ἕτερον σῶμα, non ad Lysiæ statuam aliquam referri, sed ex Metempsychosi Pythagorica explicari debere: ita ut ἄλλοις ἐν κόσμοισι, esset, *aliis in mundis.* Sed et sic, de voce βίου adhuc quærendum, an βιοῦν scribendum? *ut vivat aliis in mundis.*"

"Nonnulla alia leviora omitto, præsertim in Spiritibus et Accentibus. Sed inter gravissima numerari, et mutatum vellem, si quid inclementius dictum videatur in Cl. Andr. Schottum, Virum de Re Literaria optime meritum."

ΛΥΣΙΟΥ ΒΙΟΣ,

ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ

ΧΑΡΑΚΤΗΡΟΣ ΤΩΝ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΩΝ.

ΕΚ ΤΩΝ

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ.*

Pag. ed. Tayl.

ά. ΛΥΣΙΑΣ ὁ Κεφάλου Συρακουσίων μὲν ἦν γονέων, ἐγεννήθη δὲ Ἀθήνησι μετοικοῦντι τῷ πατρὶ, καὶ συνεπαιδεύθη τοῖς ἐπιφανεστάτοις Ἀθηναίων· ἔτη δὲ πεντεκαίδεκα γεγονὼς, εἰς Θουρίους ᾤχετο πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσὶ, κοινωνήσων τῆς ἀποικίας, ἣν ἔστελλον Ἀθηναῖοί τε καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλὰς, δωδεκάτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου· καὶ διετέλεσεν αὐτόθι πολιτευόμενος ἐν εὐπορίᾳ πολλῇ μέχρι τῆς συμφορᾶς τῆς κατασχούσης Ἀθηναίους ἐν Σικελίᾳ. μετ' ἐκεῖνο δὲ τὸ πάθος στασιάσαντος τοῦ δήμου, ἐκπίπτει σὺν ἄλλοις τριακοσίοις Ἀττικισμὸν ἐγκληθεῖσι· καὶ παραγενόμενος αὖθις εἰς Ἀθήνας κατὰ ἄρχοντα Καλλίαν, ἕβδομον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἔχων, ὡς ἄν τις εἰκάσειεν, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου διετέλεσε τὰς διατριβὰς ποιούμενος Ἀθήνησι. πλείστους δὲ γράψας λόγους εἰς δικαστήριά τε καὶ βουλὰς καὶ πρὸς ἐκκλησίας εὐθέτους, πρὸς δὲ τούτοις πανηγυρικοὺς, ἐρωτικοὺς, ἐπιστολικοὺς, τῶν μὲν ἔμπροσθεν γεγενημένων ῥητόρων, ἢ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀκμασάντων ἠφάνισε τὰς δόξας· τῶν δὲ ἐπιγενομένων οὐ πολλοῖς τισὶ κατέλιπεν ὑπερβολὴν, ἅτ' ἐν ἁπάσαις ταῖς ἰδέαις τῶν

lxii [ad: ἐγεννήθη] lxiii [ad: χρόνου]

* Præter Hudsonianos nonnulli alii Codd. MSS. in quibus exaratur luculentissimum hoc de Lysia testimonium, puta in Laurentiana bibliotheca unus (LXX. 19.), in Palatino-Vaticana alter (CXXXIV. 4.), Plutarcho id. per errorem assignant. Nescio, unde desumptæ sunt Variæ Lectiones, quas in Editione Rhetorum Aldina suppeditavit Bibliotheca Regia Cantabrigiensis. TAYLOR.

ά. Θουρίους] Hæc urbs olim fuerat appellata Sybaris. de qua v. Dionys. Alex. p. 61. ed. Rob. Steph. Eam funditus eversam a Crotoniatis docet ad h. l. Eustathius, qui de colonia Græciæ hæc habet: ὕστερον δὲ τῆς πόλεως συνοικισθείσης ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ ἄλλων Ἑλλήνων, Θούριοι προσηγορεύθησαν ἀπὸ κρήνης τινὸς ὁμωνύμου. et paulo post: ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ Θουρίων, ὡς εἴρηται, μετωνόμασαν. καί ἐστιν ἡ εἰς Θουρίους ἀποικία πολλὴ ἐν ταῖς ἱστορίαις. Vide etiam de hac Colonia Meursium de fortuna Athen. p. 44, 45. Postea multi in illam urbem contulerunt se securitatis causa. quod de Alcibiade Nepos VII. 4. 4. dicit, et de aliis Andocides contra Alcibiadem p. 30. v. 29. ed. Steph. τοιγάρτοι διὰ ταῦτα (propter tributum imperatum ab Alcibiade), πολλοὶ τὴν πατρίδα τὴν αὑτῶν ἀπολιπόντες, φυγάδες γίγνονται καὶ ὡς Θουρίους οἰκήσοντες ἔρχονται. MATTHÆI.

λόγων, καὶ μὰ Δί' οὔτοιγε ταῖς φαυλοτάταις εὐδοκιμῶν. τίνι δὲ κέχρηται χαρακτῆρι λόγων, καὶ τίνας ἀρετὰς εἰσενήνεκται, τίνι τε κρείττων ἐστὶ τῶν μετ' αὐτὸν ἀκμασάντων, καὶ πῆ καταδεέστερος, καὶ τί δεῖ λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ, νῦν ἤδη πειράσομαι λέγειν.

β'. Καθαρός ἐστι τὴν ἑρμηνείαν πάνυ, καὶ τῆς Ἀττικῆς γλώττης ἄριστος κανὼν, οὐ τῆς ἀρχαίας, ᾗ κέχρηται Πλάτων καὶ Θουκυδίδης, ἀλλὰ τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης, ὡς ἔστι τεκμῄρασθαι τοῖς τε Ἀνδοκίδου λόγοις καὶ τοῖς Κριτίου, καὶ ἄλλοις συχνοῖς. κατὰ τοῦτο μὲν δὴ τὸ μέρος, ὅπερ ἐστὶ πρῶτον καὶ κυριώτερον ἐν λόγοις, λέγω δὲ, τὸ καθαρεύειν τὴν διάλεκτον, οὐθεὶς τῶν μεταγενεστέρων αὐτὸν ὑπερεβάλετο· ἀλλ' οὐδὲ μιμήσασθαι πολλοὶ δύναμιν ἔσχον, ὅτι μὴ μόνος Ἰσοκράτης. καθαρώτατος δὴ τῶν ἄλλων, μετά γε Λυσίαν, ἐν τοῖς ὀνόμασιν οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ γενέσθαι ὁ ἀνήρ. μίαν μὲν δὴ ταύτην ἀρετὴν ἀξίαν ζήλου καὶ μιμήσεως εὑρίσκω παρὰ τῷ ῥήτορι· καὶ παρακελευσαίμην ἂν τοῖς βουλομένοις καθαρῶς γράφειν, ἢ καὶ λέγειν, ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα ποιεῖσθαι παράδειγμα ταύτης τῆς ἀρετῆς.

γ'. Ἑτέραν δὲ, οὐδὲν ἐλάττω ταύτης, ἣν πολλοὶ μὲν ἐζήλωσαν τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀκμασάντων, οὐδεὶς δὲ βεβαιότερον ἐπεδείξατο. τίς δ' ἔστιν αὕτη; ἡ διὰ τῶν κυρίων τε καὶ κοινῶν καὶ ἐν μέσῳ κειμένων ὀνομάτων ἐκφέρουσα τὰ νοούμενα. ἥκιστα γὰρ

β'. Τεκμήριον] Τεκμήρασθαι recipiendum videtur. nam τεκμήριον aliam constructionem postulat. IDEM.

Κυριώτερον] Lege κυριώτατον. et ita Sylburg. MARKLAND. Non est repudianda lectio vulgata, quam et hic, et alibi tuentur omnes codices et editiones principes. Sæpe enim diversa εἴδη (gradus) junguntur. Sic Dionysius ed. Sylburg. p. 94. 15. τὰ πρῶτα καὶ κυριώτερα. ubi male Sylburg. contra auctoritatem editionis Mediolanensis, Hag. Ald. 1, 2. Steph. 1, 2. Basil. 1, 2, 3. et Wolf. scripsit κυριώτατα. p. 94. 42. κατασκελὴς καὶ βραδυτέρα. p. 94. 37. τὴν κοινὴν καὶ συνηθεστάτην. MATTH. Non obloquar viro literatissimo. Verum tamen tenendum hoc est, facillime potuisse in hujusmodi causis errores subrepere ex eo, quod librarii Græci consuerunt terminationes comparativorum et superlativorum eadem sigla exprimere. ut sæpissime causæ dubitandi incidant gravissimæ, et testimonia quamvis multarum editionum, quarum omnes posteriores ex una principe derivatæ sunt, quocirca consensus earum omnium non potest nisi pro unico suffragio haberi, contra necessitatem e natura rei et modo loquendi exsistentem nil valeant. REISK.

Μίαν] Id est, πρώτην, quo pacto loqui amant Hebræi et N. F. Scriptores. Sequitur enim, ταύτην δευτέραν τὴν ἀρετὴν, et τρίτην ἀρετὴν ἀποφαίνομαι. TAYLOR.

Ζήλου] Lego ζήλου καὶ μιμήσεως, vel, ζήλου τε καὶ μιμήσεως, ut in Lib. de Thucyd. Idiom. ταῦτα ἄξια ζήλου τε καὶ μιμήσεως ἔφαν. Sic De Struct. Orat. segm. XXVI. ζήλου καὶ σπουδῆς ἐπιτήδειον τυγχάνειν οἴομαι. MARKLAND.

γ'. Ἑτέραν] Scil. ἀρετὴν εὑρίσκω, quod præcessit, et repeti debet. Sine causa igitur Sylburgius inserere vult verbum ἀποφαίνομαι. IDEM.

Ἥκιστα] Hunc locum respicit Scholiastes Hermogenis p. 478. laudans Dionysium ἐν τῷ περὶ μιμήσεως, quo nomine etiam laudat p. 411. hunc ipsissimum tractatulum Dionysii de vita et scriptis Lysiæ. Scripsit sane Dionysius περὶ τοῦ, τίνας ἄνδρας μιμεῖσθαι δεῖ, ποιητάς τε καὶ φιλοσόφους, ἱστοριογράφους καὶ ῥήτορας. Epist. ad Cn. Pomp. Neque scripsit solummodo, sed edidit: Ἐν τοῖς προεκδοθεῖσι περὶ τῆς μιμήσεως ὑπομνηματισμοῖς. Judic. de Thucyd. init. ubi plura. Hujus operis reliquiæ sunt, quæ legimus de Lysia, ejusque charactere dicendi, de Isocrate, et Isæo. Quicunque enim conferet notitiam, quam de eo opere *imitationis* reliquit Dionysius, cum his commentatiunculis (maxime in initio) reperiet unum esse opus — Ὑπόθεσιν τοῦ λόγου κοινὴν καὶ φιλάνθρωπον καὶ πλεῖστα δυναμένην ὠφελῆσαι λαβών. ἔστι δὲ ἤδη, τίνες εἰσὶν ἀξιολογώτατοι τῶν ἀρχαίων ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων, καὶ τίνες αὐτῶν ἐγένοντο προαιρέσεις τοῦ τε βίου καὶ τοῦ λόγου καὶ τί παρ' ἑκάστῳ δεῖ λαμβάνειν ἢ φυλάττεσθαι. Sed evenit, ut, cum hic Lysiam, ille Isæum, alius alium ex Dionysio exscriberet, divulsa hæc tabulata, ut in naufragia magna nave fatiscente, quænam aut unde essent ignorarentur. TAYLOR.

ἄν τις εὕροι Λυσίαν τροπικῇ φράσει χρησάμενον. καὶ οὐκ ἐπὶ τούτῳ μόνον ἐπαινεῖν ἄξιον· ἀλλ' ὅτι καὶ περιττὰ καὶ σεμνὰ καὶ μεγάλα φαίνεσθαι τὰ πράγματα ποιεῖ, τοῖς κοινοτάτοις χρώμενος ὀνόμασι, καὶ ποιητικῆς οὐχ ἁπτόμενος κατασκευῆς. τοῖς δὲ προτέροις οὐχ αὕτη ἡ δόξα ἦν· ἀλλ' οἱ βουλόμενοι κόσμον τινὰ προσεῖναι, τοῖς ὅλοις ἐξήλλαττον ἰδιώτην, καὶ κατέφευγον εἰς τὴν ποιητικὴν φράσιν, μεταβολαῖς τε πολλαῖς χρώμενοι καὶ ὑπερβολαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις τροπικαῖς ἰδέαις, ὀνομάτων τε γλωττηματικῶν καὶ ξένων χρήσει, καὶ τῶν οὐκ εἰωθότων σχηματισμῶν τῇ lxiv
διαλλαγῇ, καὶ τῇ ἄλλῃ καινολογίᾳ καταπληττόμενοι τὸν ἰδιώτην. δηλοῖ δὲ τοῦτο Γοργίας τε ὁ Λεοντῖνος, ἐν πολλοῖς πάνυ φορτικήν τε καὶ ὑπέρογκον ποιῶν τὴν κατασκευὴν, καὶ οὐ πόῤῥω διθυράμβων ἔνια φθεγγόμενος, καὶ τῶν ἐκείνου συνουσιαστῶν οἱ περὶ Λικύμνιόν τε καὶ Πῶλον. ἥψατο δὲ καὶ τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων ἡ ποιητική τε καὶ τροπικὴ φράσις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι, Γοργίου ἄρξαντος, ἡνίκα Ἀθήναζε πρεσβεύων κατεπλήξατο τοὺς ἀκούοντας

Ἁπτόμενος] Vel forte ἁπτομένοις, scil. ὀνόμασι. MARKLAND.

Ἀλλ' οἱ βουλόμενοι] Locum sic lego: ἀλλ' οἱ βουλόμενοι κόσμον τινὰ προσθεῖναι τοῖς λόγοις ἐξήλλαττον ἰδιώτην. Τοῖς λόγοις legit Sylburgius etiam ad Dionys. et Victor. ad Aristot. Rhetor. qui habet et τὸν ἰδιώτην, pariter ut Cant., Wolf. ἰδιωτικὴν, nulla necessitate. Dionys. enim in seqq. οὐκ ἐν τῷ διαλλάττειν ἰδιώτην, ἀλλ' ἐν τῷ μιμεῖσθαι, et alibi, τὴν πρὸς ἰδιώτην ἔχειν ὁμοιότητα. TAYLOR. Repete syllabam postremam vocis penultimæ, ἐξήλλαττον τὸν ἰδιώτην, scil. λόγον. sic infra: τὸν δὲ κόσμον οὐκ ἐν τῷ διαλλάττειν τὸν ἰδιώτην, ἀλλ' ἐν τῷ μιμεῖσθαι λαμβάνει. Iterum: ἡ τῆς συνθέσεως τῶν ὀνομάτων ἡδονὴ, μιμουμένη τὸν ἰδιώτην. Diog. Laertius Stilpone: ἦν δὲ ὁ Στίλπων καὶ ἀφελὴς καὶ ἀνεπίπλαστος, πρός τε τὸν ἰδιώτην εὔθετος. vide eundem in Platone, ubi λόγος dividitur in πολιτικὸν, ῥητορικὸν, ἰδιωτικὸν, etc. quem et ἰδιώτην passim appellant Scriptores: ut non opus sit Wolfii τὴν ἰδιωτικήν. MARKLAND. In ed. Roberti Stephani, Ald. et Sylburg. locus sic distinctus legitur: προσεῖναι τοῖς ὅλοις, ἐξήλλαττον ἰδιώτην. Hinc primus Sylburg. legendum censuit τοῖς λόγοις. Sed Henr. Stephanus bene locum distinxit, ut nunc legitur apud Taylorum et Heid., posito commate post ὅλοις. Ergo locus non eget emendatione τοῖς ὅλοις, i. e. διόλου, ὅλως. Sic Diogenes Laert. de Aristotele p. 177. ed. Steph. τοῖς γὰρ ὅλοις φιλοπονώτατος ἐγένετο, et apud alios, v. c. Demosthenem, sæpe sic occurrit. Cæterum scribendum est τὸν ἰδιώτην. Tantum de verbis. De re, v. Aristotel. Rhetor. III. 1. 26, 27. ἐπεὶ δ' οἱ ποιηταὶ λέγοντες εὐήθη, διὰ τὴν λέξιν ἐδόκουν ποιήσασθαι τήνδε τὴν δόξαν, διὰ τοῦτο ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο λέξις, οἷον ἡ Γοργίου, καὶ νῦν ἔτι οἱ πολλοὶ τῶν ἀπαιδεύτων τοὺς τοιούτους οἴονται τοὺς τοιούτους διαλέγεσθαι κάλλιστα. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἑτέρα λόγου καὶ ποιήσεως λέξις ἐστί. MATTH.

Ἥψατο δὲ — ἡ ποιητικὴ — φράσις] Pro ἥψαντο δὲ καὶ οἱ Ἀθ. ῥήτορες τῆς ποιητικῆς τε καὶ τροπικῆς φράσεως. ut paulo post, ἥψατο Ἰσοκράτης αὐτῆς. utrumque recte. IDEM.

Ἡνίκα] Dignus est hac de re locus apud Hermogenis Scholiasten p. 6. qui adscribatur, præsertim cum is in paucorum manibus versetur. Γοργίας δέ τις Λεοντῖνος (Λεοντῖ δέ ἐστι πόλις τῆς Σικελίας) μαθητεύει τῷ σιτίᾳ [lege Τισίᾳ] καὶ μετὰ τὸ μαθεῖν ὑποστρέφει οἴκαδε. εἴπωμεν δὲ καὶ πῶς ἐν Ἀθήναις ἤκμασεν ἡ ῥητορική. γενομένου πολέμου μεταξὺ Λεοντίνων καὶ ἄλλων ἐπιχωρίων, ἐδεήθησαν οἱ Λεοντῖνοι συμμαχίας ἐκ τῶν Ἀθηναίων· καὶ δὴ βουλεύονται, τίνα ὄφελον στεῖλαι ἱκανὸν πρὸς αὐτοὺς, καὶ πέμπουσι τὸν Γοργίαν πρὸς Ἀθηναίους, ὡς εἰδότα τὸ πείθειν. ἐλθόντος δὲ τοῦ Γοργίου εἰς Ἀθήνας, ἐπεδείξατο ἐκεῖ λόγον καὶ εὐδοκίμησε πάνυ, ὥστε, ἡνίκα ἐπεδείξατο λόγον ὁ Γοργίας, ἑορτὴν ἄπρακτον ἐποίουν

ἐν τῇ δημηγορίᾳ· ὡς δὲ τἀληθὲς ἔχει, ὁ καὶ παλαιότερον ἀεὶ θαυμαζόμενος Θουκυδίδης τοὔνομα, δαιμονιώτατος τῶν συγγραφέων, ἔν τε τῷ ἐπιταφίῳ καὶ ἐν ταῖς δημηγορίαις ποιητικῇ κατασκευῇ χρησάμενος, ἐν πολλοῖς ἐξήλλαξε τὴν ἑρμηνείαν εἰς ὄγκον ἅμα καὶ κόσμον ὀνομάτων ἀηθέστερον. Λυσίας δὲ τοιοῦτον οὐδὲν ἤσκησεν (ἐν γοῦν τοῖς σπουδῇ γραφομένοις δικανικοῖς καὶ συμβουλευτικοῖς λόγοις) ποιῆσαι πλὴν εἴ τι μικρὸν ἐν τοῖς πανηγυρικοῖς. περὶ γὰρ τῶν ἐπιστολικῶν αὐτοῦ καὶ ἑταιρικῶν, καὶ τῶν ἄλλων, οὓς μετὰ παιδιᾶς ἔγραψεν, οὐδὲν δέομαι λέγειν. ὁμοίως δὲ τοῖς ἰδιώταις διαλέγεσθαι δοκῶν, πλεῖστον ὅσον ἰδιώτου διαφέρει. καὶ ἐπεὶ ποιητὴς κράτιστος λόγων, λελυμένης ἐκ μέτρου λέξεως, ἰδίαν τινὰ λόγων εὑρηκὼς ἁρμονίαν, ᾗ τὰ ὀνόματα κοσμεῖ τε καὶ ἡδύνει, μηδὲν ἔχοντα ὀγκῶδες μηδὲ φορτικόν. ταύτην δευτέραν τὴν ἀρετὴν κελεύω παρὰ τοῦ ῥήτορος τούτου λαμβάνειν, εἴ τινες ἀξιοῦσι τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ διαλέγεσθαι τρόπον. ἐγένοντο μὲν οὖν πολλοὶ τῆς προαιρέσεως ταύτης ζηλωταί, συγγραφεῖς τε καὶ ῥήτορες· ἔγγιστα δὲ αὐτῆς μετὰ Λυσίαν ἥψατο τῶν πρεσβυτέρων νέος ἐπασκήσας Ἰσοκράτης· καὶ οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, προσωτέρω τούτων σκοπῶν, ἑτέρους ῥήτορας ἰσχὺν καὶ δύναμιν τοσαύτην ἐν ὀνόμασι κυρίοις καὶ κοινοῖς ἀποδειξαμένους.

δ΄. Τρίτην ἀρετὴν ἀποφαίνομαι περὶ τὸν ἄνδρα τὴν σαφήνειαν, οὐ μόνον τὴν ἐν τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τοῖς πράγμασιν. ἔστι γάρ τις καὶ πραγματικὴ σαφήνεια, οὐ πολλοῖς γνώριμος. τε-

οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ λαμπάδας τοὺς λόγους αὐτοῦ ὠνόμασαν. κατέσχεν δὲ αὐτὸν ἐν Ἀθήναις, τὴν συμμαχίαν πέμψαντες ἐν τῇ Λεοντίνῃ [fort. Λεοντῇ. ἐν autem pro εἰς]. κατ' ἐκεῖνο δὲ καιρῷ [Leg. κατ' ἐκεῖνον δὲ καιρὸν] πολλοὶ τῶν Ἀθηναίων τῶν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ διαπρεψάντων ἐάσαντες αὐτὴν τὴν φιλοσοφίαν [hæc duo vocabula τὴν φιλοσ. abundant] τὴν ῥητορικὴν ἐπαιδεύοντο. διόπερ φασὶ καὶ Πλάτωνα διαφθονοῦντα ἐπὶ τῷ τοιούτῳ [f. ἐπὶ τούτῳ] ποιῆσαι δὲ Γοργίαν, τὸν διάλογον, ἐν ᾧ πολλὰ κατατρέχει τῆς ῥητορικῆς. IDEM.

Ποιῆσαι] Aut delendum hoc voc. est, aut pro ἤσκησεν paulo ante leg. φαίνεται et tum ποιήσας in participio. verum præfero priorem rationem. REISK.

Ἐπεὶ] Partem ultimam vocis secundæ, πει, ortam puto ex sequenti syllaba ποι. Forte: καὶ ἔστι ποιητὴς κράτιστος λόγων, λελυμένης ἐκ μέτρου λέξεως ἰδίαν τινὰ εὑρηκὼς ἁρμονίαν, etc. Vix enim dubito, quin ultimum istud λόγων ex linea superiori perperam repetitum fuerit. Si Codices addicerent, libenter legerim, καὶ ἔστι πεζῶν ποιητὴς κράτιστος λόγων. MARKLAND. Pro ἐπεὶ leg. videtur ἐστί. reliqua sana sunt. eandem sententiam repetit. MATTH. Mihi videtur leg. καί ἐστι ποιητὴς κράτιστος ἐκμέτρου λέξεως. omissis illis λόγων λελυμένης. λέξις ἔκμετρος (uno vocabulo) est dictio metro exsoluta. REISK.

Ἔχοντα] Malim ἔχουσαν. ut ad ἁρμονίαν redeat, non ad ὀνόματα. IDEM.

Ἔγγιστα] Bene hoc conjungitur cum ἥψατο, melius, quam si dixisset ἄριστα. MATTH.

Ἐπασκήσας] Ἐπαγμάσας Cant. Non longe a vero. In duas classes distribuit Oratores Græcos Dionysius, ut in hujus operis exordio. Ἔσονται δὲ οἱ μὲν παραλαμβανόμενοι ῥήτορες τρεῖς μὲν ἐκ τῶν πρεσβυτέρων, Λυσίας, Ἰσοκράτης, Ἰσαῖος· τρεῖς δὲ ἐκ τῶν ἐπακμασάντων τούτοις, Δημοσθένης, Ὑπερίδης, Αἰσχίνης. Lego itaque: τῶν πρεσβυτέρων νέοις ἐπακμάσας Ἰσοκράτης. Ille enim inter antiquiores natus (Olymp. sc. LXXXVI, 1. Lysiæ inter ætatem et Isæi) utrosque tam Lysiam, quam Isæum vivendo superavit, et paucis diebus post prælium ad Chæroneam commissum obiit, decimo septimo anno ante decessum Demosthenis, annos fere C. natus. TAYLOR. Bene habet ἐπασκήσας, verum vicina non item. Mihi leg. videtur: ἥψατο τὸ τῶν πρεσβυτέρων ἔθος ἐπασκήσας. perpoliens, emendans. REISK.

κμαίρομαι δὲ, ὅτι τῆς μὲν Θουκυδίδου λέξεως καὶ Δημοσθένους, οἳ δεινότατοι πράγματα ἐξειπεῖν ἐγένοντο, πολλὰ δυσείκαστά ἐστιν ἡμῖν καὶ ἀσαφῆ καὶ δεόμενα ἐξηγητοῦ· ἡ δὲ Λυσίου λέξις ἅπασά ἐστι φανερὰ, καὶ σαφὴς καὶ τῷ πάνυ πόῤῥω δοκοῦντι πολιτικῶν ἀφεστάναι λόγων. καὶ εἰ μὲν δι' ἀσθένειαν δυνάμεως ἐγίνετο τὸ lxv
σαφὲς, οὐκ ἄξιον ἦν αὐτὸ ἀγαπᾶν· νῦν δὲ ὁ πλοῦτος τῶν κυρίων ὀνομάτων, ἐκ πολλῆς αὐτῷ περιουσίας ἀποδείκνυται ταύτην τὴν ἀρετήν. ὥςτε τὴν σαφήνειαν αὐτοῦ ζηλοῦν ἄξιον· καὶ μὴν τό γε βραχέως ἐκφέρειν τὰ νοήματα μετὰ τοῦ σαφοῦς, χαλεποῦ τοῦ πράγματος ὄντος φύσει, τοῦ συναγαγεῖν ἄμφω ταῦτα, καὶ κεράσαι μετρίως· ᾗ μάλιστα οὐδενὸς ἧττον τῶν ἄλλων ἀποδείκνυται Λυσίας χρώμενος. ὥςτε οὐδὲν τοῖς διὰ χειρὸς ἔχουσι τὸν ἄνδρα οὔτε ἀκυρολογίας οὔτε ἀσαφείας δόξαν λαβεῖν. τούτου δὲ αἴτιον, ὅτι οὐ τοῖς ὀνόμασι δουλεύει τὰ πράγματα παρ' αὐτῷ, τοῖς δὲ πράγμασιν ἀκολουθεῖ τὰ ὀνόματα. τὸν δὲ κόσμον οὐκ ἐν τῷ διαλλάττειν τὸν ἰδιώτην, ἀλλ' ἐν τῷ μιμεῖσθαι, λαμβάνει. Καὶ οὐκ ἐπὶ μὲν τῆς ἑρμηνείας τοιοῦτός ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς πράγμασιν ἄκαιρός τις καὶ

Ἅπασα] F. ἅπασιν. Ita certe Scholiastes Hermogenis p. 379. initio, qui respexit hunc locum. MATTH.

Καὶ τῷ πάνυ] Ex Demosthenis Philipp. III. ὥσπερ περίοδος, ἢ καταβολὴ πυρετοῦ, — καὶ τῷ πάνυ πόῤῥω δοκοῦντι νῦν ἀφεστάναι, προσέρχεται. MARKLAND.

Ὥστε τὴν] Locus hic in omnibus Dionysii editt. male interpungitur et male intelligitur. Tu mecum restitue: ὥστε τὴν σαφήνειαν αὐτοῦ ζηλοῦν ἄξιον, καὶ μὴν τό γε βραχέως ἐκφέρειν τὰ νοήματα μετὰ τοῦ σαφοῦς· χαλεποῦ τοῦ πράγματος ὄντος φύσει τοῦ συναγαγεῖν ἄμφω ταῦτα· (perspicuitatem sc. et brevitatem) καὶ κεράσαι μετρίως· ᾗ μάλιστα ἢ οὐδενὸς ἧττον τῶν ἄλλων ἀποδείκνυται Λυσίας χρώμενος. Ultima correctio debetur H. Stephani ingenio, quam Sylburgius assequi non potuisse videtur. TAYLOR. Tenebras huic loco offuderunt una et altera levis depravatio, et Distinctiones male positæ. Totum ita lego et distinguo: καὶ μὴν τῷ γε βραχέως ἐκφέρειν τὰ νοήματα μετὰ τοῦ σαφοῦς (χαλεποῦ τοῦ πράγματος ὄντος φύσει, τοῦ συναγαγεῖν ἄμφω ταῦτα, καὶ κεράσαι μετρίως), μάλιστα, ἢ οὐδενὸς ἧττον τῶν ἄλλων, ἀποδείκνυται Λυσίας χρώμενος. Omittas Parenthesin, et connexionem perspicies. χρώμενος τῷ ἐκφέρειν τὰ νοήματα, est χρώμενος τῇ ἐκφορῇ τῶν νοημάτων, Infinitivus pro Nomine Substantivo. μάλιστα ἢ pro ᾗ μάλιστα, Stephano debes. Legi quoque potest, ἢ μάλιστα ἢ οὐδενὸς ἧττον etc. MARKLAND. Videtur τὸ in illis καὶ μὴν τό γε βραχέως defendi posse, ut aptum ex ἄξιον ζηλοῦν. Etiam illa facultas cum brevitate perspicuitatem copulandi digna est admiratione. Deinde legi velim ᾗ [qua ex parte, aut qua de causa] μάλιστα ἢ οὐδενός γε ἧττον — Λυσίας ἐῤῥωμένος. *validus, robustus*. REISK.

Σαφοῦς] Σαφῶς præferendum censet Taylor e Cantabrig. IDEM.

Ὥστε οὐδὲν] Male me habet οὐδέν. Fort. ὥστε οὐδὲν — δόξαν παρασχεῖν. aut οὐδένα τῶν δ. χ. ἐχόντων τὸν ἄνδρα — δόξαν λαβεῖν. Cæterum ἀκυρολογίας verbum, vel ἀκυριολογίας, quod habet codex Helmstad. non rejiciendum. nam de proprietate sermonis loquitur. ἀκυρολογία etiam legitur apud Eustath. ad Dionys. p. 9. Sed κυριολογίαν habet Longin. p. 156. ed. Cel. Mori, et κυριολεξίαν Schol. Sophoclis edit. Steph. p. 40. et Eustath. l. l. p. 24. et κυριωνυμία p. 29. MATTH. Dictum quidem est præter morem, οὐδὲν λαμβάνει δόξαν, videtur tamen intelligi et ferri posse. Nullus Lysiæ locus capit suspicionem — penes eos, qui eum tractant. ἀκυρολογία recte habet; alterum, quod Helmstad. dat, analogiæ adversatur. κυριολογία recte dicitur ab adjectivo κύριος. verum ἀκυριολογία dici nequit, quia non ἀκύριος, sed ἄκυρος usurpatur. REISK.

Ἀκυρολογίας] Non est hujus loci. Neque enim *Brevitati* opponitur ἀκυρολογία, sed ἀκαιρολογία. Ita modo: οὐκ — ἐν τοῖς πράγμασιν ἄκαιρός τις καὶ μακρός· συνέστραπται δὲ, εἴ τις καὶ ἄλλος καὶ πεπύκνωται. Ἀκαιρολογίας est, τῶν οὐκ ἀναγκαίων τι λέγειν, ut mox loquitur Dionysius. TAYLOR.

Ἐν τῷ μιμεῖσθαι] Imo vero ἐν τῷ καλῶς (vel εὐσχημόνως, vel πρεπόντως) μιμεῖσθαι. REISK.

K

μακρός· συνέστραπται δὲ, εἴ τις καὶ ἄλλος, καὶ πεπύκνωται τοῖς νοήμασι. καὶ τοσούτου δεῖ τῶν οὐκ ἀναγκαίων τι λέγειν, ὥςτε καὶ πολλὰ τῶν χρησίμων ἂν δόξειε παραλιπεῖν. οὐ μὰ Δί' ἀσϑενείᾳ εὑρέσεως αὐτὸ ποιῶν, ἀλλὰ συμμετρήσει τοῦ χρόνου, πρὸς ὃν ἔδει γενέσϑαι τοὺς λόγους. βραχὺς γεμὴν οὕτως, ὡς μὲν ἰδιώτῃ δηλῶσαι βουλομένῳ τὰ πράγματα, ἀποχρῶν, ὡς δὲ ῥήτορι περιουσίαν δυνάμεως ἐνδείξασϑαι ζητοῦντι, οὐχ ἱκανός. μιμητέον δὲ καὶ τὴν βραχύτητα τὴν Λυσίου. μετριωτέρα γὰρ οὐκ ἂν εὑρεθείη παρ' ἑτέρῳ ῥήτορι.

έ. Μετὰ ταύτας ἀρετὴν εὑρίσκω παρὰ Λυσίᾳ πάνυ ϑαυμαστὴν, ἧς Θεόφραστος μέν φησιν ἄρξαι Θρασύμαχον, ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι Λυσίαν. καὶ γὰρ τοῖς χρόνοις οὗτος ἐκείνου προέχειν ἔμοιγε δοκεῖ· λέγω δ' ὡς ἐν ἀκμῇ κοινῇ βίου γενομένων ἀμφοῖν· καὶ, εἰ μὴ τοῦτο δοϑείη, τό γέ τοι περὶ τοὺς ἀληθινοὺς ἀγῶνας ἐκείνου μᾶλλον τετρίφθαι. οὐ μέντοι διαβεβαιοῦμαί γε, ὁπότερος ἦρξε τῆς ἀρετῆς ταύτης κατὰ τὸ παρὸν, ἀλλ' ὅτι Λυσίας μᾶλλον ἐν αὐτῇ διήνεγκε, τοῦτο θαῤῥῶν ἂν ἀποφηναίμην. τίς δ' ἔστιν ἣν φημι ἀρετήν; ἡ συστρέφουσα τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα λέξις, οἰκεία πάνυ καὶ ἀναγκαία τοῖς δικανικοῖς λόγοις, καὶ παντὶ ἀληϑεῖ ἀγῶνι. ταύτην ὀλίγοι μὲν ἐμιμήσαντο, Δημοσϑένης δὲ καὶ ὑπερεβάλετο· πλὴν οὐχ οὕτως εὐτελῶς, οὐδὲ ἀφελῶς, ὥςπερ Λυσίας, χρησάμενος αὐτῇ, ἀλλὰ περιέργως καὶ πικρῶς· λεγέσθω γὰρ, ὡς
lxvi ἐμοὶ φαίνεται. ὑπὲρ ὧν κατὰ τὸν οἰκεῖον διαλέξομαι καιρόν.

ϛ'. Ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐνάργειαν πολλὴν ἡ Λυσίου λέξις. αὕτη δέ ἐστι δύναμίς τις ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις ἄγουσα τὰ λεγόμενα. γίνεται δὲ ἐκ τῆς τῶν παρακολουθούντων λήψεως. ὁ δὲ προσέχων τὴν

Ἱκανὸς] Alii dant ἱκανῶς. quos probo. verum tum ἀποχρώντως quoque erit leg. IDEM.

έ. Ἐν ἀκμῇ κοινῇ βίου] Sententia est hæc: Thrasymachi mediam ætatem cum ætate Lysiæ media si comparamus, inveniemus Lysiam vetustiorem esse, seu prius ætatem suam mediam egisse, quam Thrasymachum. IDEM.

Τῷ γε τι] Recte Stephanus, τῷ γέ τοι. Τῷ τετρίφϑαι, scil. προεῖχεν: quod intelligendum est ex præcedentibus. τῷ τετρίφθαι pro τῇ τριβῇ, ut paulo ante τῷ ἐκφέρειν pro τῇ ἐκφορῇ. MARKLAND. Ego ex Helmstad. et conjectura mea vetusta protuli τό γε τοι, scil. δοϑείη. hoc quidem si minus concedatur, istud certe concedetur —ἐκείνου redit ad Thrasymachum, et in τετρίφθαι subanditur τοῦτον, scil. Lysiam. REISK.

ϛ'. Ἐνάργειαν] In Editt. Dionysii semper ἐνέργειαν. Veram lectionem, quam in Oratorum volumine expressit Stephanus, et nos eum secuti exhibemus, quoque deprehendit olim et pluribus confirmavit Sylburgius, quem ad Dionysium vide. Eam figuram ceteri Rhetores φαντασίαν vocant, ut Longinus Sect. 15. et Quintilian. VI, 2. "Quas Græci phantasias vocant, nos sane visiones appellamus, per quas imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, ut eas cernere oculis ac præsentes habere videamur." Idem Longin. l. 1. Ὡς δ' ἕτερόν τι ἡ ῥητορικὴ φαντασία βούλεται καὶ ἕτερον ἡ παρὰ ποιηταῖς, οὐκ ἂν λάθοι σε· οὐδ' ὅτι τῆς μὲν ἐν ποιήσει τέλος ἐστὶν ἔκπληξις, τῆς δ' ἐν λόγοις ἐνάργεια. TAYLOR. Etiam apud Aristotel. Rhet. 3. 10. 14. et 3. 11. in eadem re sæpius fit mentio ἐνεργείας. Sed ἐνέργεια rerum est, ἐνάργεια orationis. Exempla idem commemorat ibidem. Latius de tota re disserit Demetrius Phalereus a §. 215. ad 227. quem consuluisse neminem pœnitebit. MATTH.

Τῶν παρακολουθούντων] Demetrius Phaler. §. 224. τὰ παρεπόμενα τοῖς πράγμασιν

διάνοιαν τοῖς Λυσίου λόγοις, οὐχ οὕτως ἔσται σκαιὸς ἢ δυσάρεστος, ἢ βραδὺς τὸν νοῦν, ὃς οὐχ ὑπολήψεται τὰ δηλούμενα ὡς γινόμενα ὁρᾶν, καὶ ὥςπερ παροῦσιν οἷς ἂν ὁ ῥήτωρ εἰσάγῃ προσώποις ὁμιλεῖν. ἐπιζητήσει τε οὐθὲν εἰκὸς, τοὺς μὲν ἄνδρας αἰτοῦσα εἰ ταθείη, τοὺς δὲ διανοηϑῆναι, τοὺς δὲ εἰπεῖν.

ζ'. Κράτιστος γὰρ δὴ πάντων ἐγένετο ῥητόρων φύσιν ἀνϑρώπων κατοπτεῦσαι, καὶ τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἀποδοῦναι πάθη τε καὶ ἤθη καὶ ἔργα. Ἀποδίδωμί τε οὖν αὐτῷ καὶ τὴν εὐπρεπεστάτην ἀρετὴν, καλουμένην δὲ ὑπὸ τῶν πολλῶν ἠϑοποιΐαν. ἁπλῶς γὰρ οὐδὲ εὑρεῖν δύναμαι παρὰ τῷ ῥήτορι τούτῳ πρόσωπον οὔτε ἀνηϑοποίητον, οὔτε ἄψυχον. τριῶν τε ὄντων, ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ τὴν ἀρετὴν ταύτην συμβέβηκεν εἶναι, διανοίας τε καὶ λέξεως, καὶ τρίτης τῆς συνθέσεως, ἐν ἅπασι τούτοις αὐτὸν ἀποφαίνομαι κατορθοῦν. οὐ γὰρ διανοουμένους μόνον ὑποτίϑεται χρηστὰ καὶ ἐπιεικῆ καὶ μέτρια τοὺς λέγοντας, ὥςτε εἰκόνας εἶναι δοκεῖν τῶν ἠθῶν τοὺς λόγους, ἀλλὰ καὶ τὴν λέξιν ἀποδίδωσι τοῖς ἤθεσιν οἰκείαν· ᾗ πέφυκεν αὐτὰ ἑαυτῶν κράτιστα δηλοῦσϑαι, τὴν σαφῆ καὶ κυρίαν καὶ κοινὴν καὶ πᾶσιν ἀνϑρώποις συνηϑεστάτην. ὁ γὰρ ὄγκος καὶ τὸ ξένον, καὶ τὸ ἐξ ἐπιτηδεύσεως ἅπαν, ἀνηθοποίητον. καὶ συντίθησί γε αὐτὴν ἁπλῶς πάνυ καὶ ἀφελῶς· ὁρῶν, ὅτι οὐκ ἐν τῇ περιόδῳ καὶ τοῖς ῥυϑμοῖς, ἀλλ' ἐν τῇ διαλελυμένῃ λέξει γίνεται τὸ ἦϑος. καθόλου δὲ, ἵνα καὶ περὶ ταύτης εἴπω τῆς ἀρετῆς, οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος ῥητόρων τῶν γε τῇ ὁμοίᾳ κατασκευῇ χρησαμένων τοῦ λόγου, εἴτε ἥδιον συνέϑηκεν, εἴτε πιθανώτερον. δοκεῖ μὲν γὰρ ἀποίητός τις εἶναι καὶ ἀτεχνίτευτος ὁ τῆς ἁρμονίας αὐτοῦ χαρακτήρ. καὶ

appellat, et §. 222. δεῖ τὰ γενόμενα οὐκ εὐθὺς λέγειν, ὅτι ἐγένετο, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν, κρεμῶντα τὸν ἀκροατὴν, καὶ ἀναγκάζοντα συναγωνιᾷν. Hoc fecit Ctesias in narratione de morte Cyri, qui locus plane est egregius. IDEM.

Λήψεως] Imo vero ὑπολήψεως. et sic nullus dubito in codd. fuisse, licet Taylor aberrarit in sede indicanda. REISK.

Ἐπιζητήσει] Desperatissimum hunc locum, vix una litera mutata, ita refingo:— προσώποις ὁμιλεῖν· ἐπιζητήσειν τε οὐθὲν εἰκὸς, τοὺς μὲν ἂν δρᾶσαι, τοὺς δὲ παθεῖν ἴδῃ, τοὺς δὲ διανοηθῆναι, τοὺς δὲ εἰπεῖν. *qui vero Lysiæ orationes attente consideravit, non adeo lævus aut morosus aut hebes erit, ut non ea, quæ narrantur, tanquam facta coram cernere, et inter eas, quas induxerit orator, personas, tanquam præsentes, versari se putet: neque probabile est eum amplius aliquid requisiturum, si videat, hos quidem agere, illos vero pati; hos vero cogitare, illos autem eloqui.* Opponuntur δρᾶσαι et παθεῖν, quemadmodum διανοηθῆναι et εἰπεῖν. Magnum vero hoc Oratoris nostri Elogium. MARKLAND. Vehementer admiror et collaudo solertiam et sagacitatem ingenii Marklandiani, proboque postrema δρᾶσαι, τοὺς δὲ παθεῖν. quæ dubio vacare videntur. Verum primis in verbis adhuc adhæresco. Nihil equidem h. l. expedio, nisi hoc fortassis, ut εἰκάζων suspicer leg. esse pro εἰκός. et requiret nihil, opinans, alios agere, alios pati, alios cogitare, alios loqui. REISK.

ζ'. Κράτιστος γὰρ δὴ] Particulam γὰρ addidi ex Helmstad. IDEM.

Οὐδὲ] Οὐδὲν vult Sylburg. IDEM.

Καὶ τὸ ξένον, καὶ τὸ ἐξ ἐπιτηδ.] prima tria vocabula addidi, quibus vulgatæ carent. IDEM.

Ἁρμονίας] Lege ἑρμηνείας cum σχ. Hermog. p. 379. qui totum hunc locum citat. Adeo neglectus ille Scholiastes, et unice typis impressus, toties iteratas Dionysii editiones puritate vincit. TAYLOR. Legendum opinor ἑρμηνείας: idem quod ὁ τῆς λέξεως χαρακτὴρ, infra. MARKLAND. Male, ut videtur, h. l. Taylor vulgatæ ἁρμονίας

οὐ θαυμάσαιμ' ἂν, εἰ πᾶσι μὲν τοῖς ἰδιώταις, οὐκ ὀλίγοις δὲ καὶ τῶν φιλολόγων, ὅσοι μὴ μεγάλας ἔχουσι τριβὰς περὶ λόγους, τοιαύτην τινὰ παράσχοι δόξαν, ὅτι ἀνεπιτηδεύτως καὶ οὐ κατὰ τέχνην, αὐτομάτως δέ πως καὶ ὡς ἔτυχε σύγκειται. ἔστι δὲ παντὸς μᾶλλον ἔργου τεχνικοῦ κατεσκευασμένος. πεποίηται γὰρ αὐτῷ τοῦτο τὸ
lxvii ἀποίητον, καὶ δέδεται τὸ λελυμένον· καὶ ἐν αὐτῷ τῷ μὴ δοκεῖν δεινῶς κατεσκευάσθαι, τὸ δεινὸν ἔχει. τὴν ἀλήθειαν οὖν τις ἐπιτηδεύων, καὶ φύσεως μιμητὴς γίνεσθαι βουλόμενος, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι τῇ Λυσίου συνθέσει χρώμενος. ἑτέραν γὰρ οὐκ ἂν εὕροι ταύτης ἀληθεστέραν.

η'. Οἴομαι δὲ καὶ τὸ πρέπον ἔχειν τὴν Λυσίου λέξιν οὐθενὸς ἧττον τῶν ἀρχαίων ῥητόρων, κρατίστην ἁπασῶν ἀρετὴν καὶ τελειοτάτην, ὁρῶν αὐτὴν, πρός τε τὸν λέγοντα καὶ πρὸς τοὺς ἀκούοντας, καὶ πρὸς τὸ πρᾶγμα — ἐν τούτοις γὰρ δὴ καὶ πρὸς ταῦτα τὸ πρέπον — ἀρκούντως ἡρμοσμένην. καὶ γὰρ ἡλικίᾳ καὶ γένει καὶ παιδείᾳ καὶ ἐπιτηδεύματι, καὶ βίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ἐν οἷς διαφέρει προσώπων τὰ πρόσωπα, τὰς οἰκείας ἀποδίδωσι φωνάς· πρός τε τὸν ἀκροατὴν συμμετρεῖται τὰ λεγόμενα οἰκείως, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον δικαστῇ τε καὶ ἐκκλησιαστῇ καὶ πανηγυρίζοντι διαλεγόμενος ὄχλῳ. διαφοράς τε αὐτῷ λαμβάνει κατὰ τὰς ἰδέας τῶν πραγμάτων ἡ λέξις. ἀρχομένῳ μὲν γάρ ἐστι καθεστηκυῖα καὶ ἠθικὴ, διηγουμένῳ δὲ, πιθανὴ καὶ ἀπερίεργος· ἀποδεικνύντι δὲ, στρογγύλη καὶ πυκνή· αὔξοντι δὲ καὶ παθαινομένῳ, σεμνὴ καὶ ἀληθινή·

præfert lectionem ἑρμηνείας. non enim de elocutione in universum disputat, sed de parte elocutionis, h. e. compositione, quod e verbis συνέθηκε, σύγκειται, κατεσκευασμένος, δέδεται, et aliis apparet. Eodem autem sensu antea dixit ἁρμονίαν et sæpissime alibi. MATTH.

Πεποίηται] Hunc locum sic legit σχ. Hermog. pag. 411. πεποίηται γὰρ αὐτοῦ τὸ ἀποίητον, καὶ οὐ λέλυται τὸ λελυμένον· καὶ τὸ μὴ δοκοῦν δεινῶς κατασκευάσθαι (corrige κατεσκευάσθαι) δεινῶς ἔχει. Alibi, sc. p. 379. Καὶ ἐν αὐτῷ τὸ μὴ δοκεῖν — τὸ δεινὸν ἔχει. Hucusque in editis Dionysii, τῷ μὴ δοκεῖν. TAYLOR.

η'. Ἡρμοσμένη] Sylburgius legit ἡρμοσμένον, vel ἥρμοσται. Forte, ἡρμοσμένον ἂν εἴη. MARKLAND. Addidi unam literam ν vulgari lectioni, accusativum, pro nominativo, ἡρμοσμένην, pro ἡρμοσμένη, ad mentem Matthæi, cujus hæc est ad h. l. annotatio: "Facillime restitui potest hic locus sic: οἴομαι δὲ καὶ τὸ πρέπον ἔχειν τὴν Λυσίου λέξιν οὐθενὸς ἧττον τῶν ἀρχαίων ῥητόρων, κρατίστην ἁπασῶν ἀρετὴν καὶ τελειοτάτην, ὁρῶν αὐτὴν (scil. Lysiæ dictionem) πρός τε τὸν λέγοντα, καὶ πρὸς τοὺς ἀκούοντας, καὶ πρὸς τὸ πρᾶγμα (ἐν τούτοις γὰρ δὴ καὶ πρὸς ταῦτα τὸ πρέπον), ἀρκούντως ἡρμοσμένην. Dixit autem πρὸς ταῦτα, quia præcessit πρός τε τὸν λέγοντα κ. τ. λ. Perspicuitatis causa intelligere possis ἐξετάζεται. Eodem ferme modo p. 67. 11. ἐν οἷς καὶ περὶ ἅ." REISK.

Συμμετρεῖται] Imo vero συμμετρεῖ in activo. commensurat, scil. Lysias. Docet insequens διαλεγόμενος. adæquat Lysias verba ad modum cujusque. Aut alias mox leg. sit διαλεγομένη, scil. ἡ λέξις. quod est durum. IDEM.

Δικαστῇ κ. τ. λ.] Tria genera causarum h. l. indicat. Hujus divisionis rationem reddit Aristoteles Rhetor. 1. 3. 1. seqq. MATTH.

Κατὰ τὰς ἰδέας] Secundum partes orationis. Nam mox de exordio, narratione, demonstratione, et peroratione exponit. IDEM.

Καθεστηκυῖα] Cicero Orat. c. 8. eandem ob rem laudat Demosthenem. Itaque hic — summissius a primo — exsultavit audacius. Ceterum ut hic dicitur λέξις καθεστηκυῖα, ita apud Galeum in Opuscul. mythol. p. 536. διάνοια. Polyb. T. II. p. 593. θάλασσα γαληνὴ καὶ καθεστηκυῖα. Philo p. 691. ed. Colon. Allobr. βλέμμα καὶ φωνὴ et p. 872. IDEM.

ἀνακεφαλαιουμένῳ δὲ, διαλελυμένη καὶ σύντομος. Ληπτέον δὲ καὶ τὸ πρέπον τῆς τάξεως παρὰ Λυσίου.

θ'. Ὅτι μὲν γὰρ πιθανὴ καὶ πειστικὴ καὶ πολὺ τὸ φυσικὸν ὑποφαίνουσα, καὶ πάνθ' ὅσα τῆς τοιαύτης ἰδέας ἔχεται, πρὸς εἰδότας οὐδὲν ἴσως δεῖ λέγειν. δι' ὄχλου γὰρ ἤδη τοῦτό γε, καὶ οὐδείς ἐστιν, ὅςτις οὐχὶ καὶ πείρᾳ καὶ ἀκοῇ μαθὼν, ὁμολογεῖ πάντων ῥητόρων αὐτὸν εἶναι πιθανώτατον. ὥςτε καὶ ταύτην τὴν ἀρετὴν ληπτέον παρὰ τοῦ ῥήτορος.

ι'. Πολλὰ καὶ καλὰ λέγειν ἔχων περὶ τῆς Λυσίου λέξεως, ἣν λαμβάνων καὶ μιμούμενος ἄν τις ἀμείνων γένοιτο τὴν ἑρμηνείαν, τὰ μὲν ἄλλα, τοῦ χρόνου στοχαζόμενος, ἐάσω· μίαν δὲ ἀρετὴν ἔτι τοῦ ῥήτορος ἐπιδείξομαι, κρίνας καλλίστην τε καὶ κοινοτάτην καὶ μόνην, τὴν μάλιστα τῶν ἄλλων τὸν Λυσίου χαρακτῆρα δυναμένην βεβαιῶσαι· ἣν ὑπερεβάλετο μὲν οὐδεὶς τῶν ὕστερον, ἐμιμήσαντο δὲ πολλοὶ, καὶ παρ' αὐτὸ τοῦτο κρείσσους ἑτέρων ἔδοξαν εἶναι, τὴν ἄλλην δύναμιν οὐδὲν διαφέροντες· ὑπὲρ ὧν, ἂν ἐγχωρῇ, κατὰ τὸν
οἰκεῖον διαλέξομαι τόπον. τίς δέ ἐστιν ἥδε ἀρετὴ, ἥτις πᾶσιν ἐπαν- lxviii
θοῦσα τοῖς ὀνόμασι; καὶ τίς ἡ χάρις· πρᾶγμα παντὸς κρεῖττον

Διαλελυμένη] Eandem ob causam Aristoteles Rhetor. 3. 19. 6. laudat hæc. εἴρηκα. ἀκηκόατε. ἔχετε. κρίνατε. Et similia habet Lysias in exitu or. contra Eratosthenem. IDEM.

Ληπτέον δὲ] Cum conjecit Wolf. οὖν, vidit aliquid necessarium. Pressius cum MSS. δή. Mox pro τάξεως legerem λέξεως, pariter ut paragraphum exorditur Auctor. Οἴομαι δὲ καὶ τὸ πρέπον ἔχειν τὴν Λυσίου λέξιν. Nihil enim hic agitur de *dispositione* Orationis. TAYLOR.

Τάξεως] Conjectura Taylori, præferentis verbum λέξεως, quod et mihi in mentem venerat, multis argumentis firmari potest. Nam δὴ indicat conclusionem. Disputaverat autem de decoro elocutionis. Deinde τάξις refertur ad τὴν πραγματικὴν θεωρίαν. In hac autem parte loquitur de virtutibus λεκτικαῖς. Porro infra, ubi est conclusio totius loci, ita colligit: τὸ τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις καὶ πράγμασι τοὺς πρέποντας ἐφαρμόττων λόγους. Hic nihil de τάξει. Præterea in dispositione fere non spectatur decorum, sed subtilitas et utilitas. Denique verbum πιθανὴ, quod statim sequitur, et verba πολλὰ καὶ καλὰ λέγειν ἔχων περὶ τῆς Λυσίου λέξεως, quæ paulo post leguntur, indicant hoc loco leg. esse λέξεως. De dispositione seu τάξει disputat infra. REISK.

θ'. Γὰρ πιθανὴ] Pro γὰρ mavult Taylor γοῦν legi. vocabula duo καὶ πειστικὸν abesse a codd. Mstis idem annotavit. Sed bene constare cum τὸ πιθανὸν posse videntur. τὸ πιθανὸν est valens ad fidem faciendam, et assensum extorquendum. τὸ πειστικὸν autem valens ad mentes movendum atque impellendum aut flectendum. Infra quoque copulantur (§. ιά.) ἡ πιθανότης καὶ τὸ πειστικὸν καὶ ἡ χάρις. IDEM.

ι'. Κοινοτάτην] F. δεινοτάτην. Sylburg. Modo καὶ μόνην καὶ μάλιστα, vel τὴν μόνην καὶ μάλιστα. TAYLOR. Pro κοινοτάτην, Sylburg. conjicit, dubius tamen, δεινοτάτην. Forte, κυριωτάτην: ut infra, τῶν κρατίστων τε καὶ κυριωτάτων ἐκλεκτικός. Deinde lego: καὶ μόνην (vel, καὶ ἢ μόνην), ἢ μάλιστα (vel, ἢ τὴν μάλιστα) τῶν ἄλλων, τὸν etc. Sic in Libello, περὶ τῆς Δημοσθ. δεινότητος· ἢ μόνον, ἢ μάλιστα τῶν ἄλλων ἐπαινοῦμεν. Philo Judæus lib. II. de Vit. Mos. p. 449. Ed. Turneb. de LXX. Interpretibus: συντρέχοντα τοῖς πράγμασιν ὀνόματα ἐξεῦρον, ἅπερ δὴ μόνα, ἢ μάλιστα, τρανώσειν ἔμελλεν ἐμφαντικῶς τὰ δηλούμενα· ita legendum pro μόνα μάλιστα: ut p. 442. περὶ ὧν ἢ μόνον ἢ μάλιστά εἰσιν οἱ πόλεμοι. MARKLAND. Mihi videtur καὶ ἱκανωτάτην καὶ μόνην, ἢ μάλιστα τῶν ἄλλων leg. esse. quæ vel sola, aut certe imprimis præter reliquas Lysiæ virtutes, valeat vim et indolem ejus certis documentis docere. Ita cohærebit ἱκανωτάτην cum βεβαιῶσαι. REISK.

Ἧδε ἀρετὴ] Τίς δέ ἐστιν ἥδε ἡ ἀρετὴ ἡ πᾶσιν. SYLBURG.

Χάρις] Vox χάρις, quæ in *Quæstione* ponitur, debuit esse in Responsione. magna enim prædicat Dionysius de una quadam virtute, Lysiæ propria: et Lectorem tenet

λόγου καὶ θαυμασιώτατον. ῥᾷστον μὲν γάρ ἐστιν ὀφθῆναι· καὶ παντὶ ὁμοίως ἰδιώτῃ τε καὶ τεχνίτῃ φανερὸν, χαλεπώτατον δὲ λόγῳ δηλωθῆναι, καὶ οὐδὲ τοῖς κράτιστα εἰπεῖν δυναμένοις εὔπορον. Ὥςτε εἴ τις ἀξιοίη λόγῳ διδαχθῆναι ταύτην τὴν δύναμιν, ἥτις ποτέ ἐστιν, οὐκ ἂν φθάνοι καὶ ἄλλων πολλῶν καὶ καλῶν πραγμάτων δυσεκλαλήτων ἀπαιτῶν λόγον. λέγω δὲ, ἐπὶ κάλλους μὲν σωμάτων, τί δήποτε τοῦτ' ἐστὶν, ὃ καλοῦμεν ὥραν· ἐπὶ κινήσεως δὲ μελισμοῦ καὶ πλοκῆς φθόγγων, τί λέγεται τὸ εὐάρμοστον· ἐπὶ συμμετρίας δὲ χρόνων, τίς ἡ τάξις καὶ τί τὸ εὔρυθμον· καὶ ἐπὶ παντὸς δὲ συλλήβδην ἔργου τε καὶ πράγματος, τίς ὁ λεγόμενος καιρὸς, καὶ ποῦ τὸ μέτριον. αἰσθήσει γὰρ τούτων ἕκαστον καταλαμβάνεται, καὶ οὐ λόγῳ. ὥςθ' ὅπερ οἱ μουσικοὶ παραγγέλλουσι ποιεῖν τοῖς βουλομένοις ἀκούειν ἀκριβῶς ἁρμονίας, ὥςτε μηδὲ τὴν ἐλαχίστην ἐν τοῖς διηχήμασι δίεσιν ἀγνοεῖν τὴν ἀκοὴν ἐθίζειν, καὶ

suspensum, et scire avidum et quærentem tandem, Quænam est hæc Virtus et Vis, qua Tu dicis Lysiam a ceteris omnibus Oratoribus distingui? Cui respondet, Est *Gratia* vel *Decor*; *res, quæ verbis exprimi nequit, et maxime admirabilis.* Conjicio igitur Dionysium scripsisse: *καὶ τίς αὕτη ἡ δύναμις; χάρις, πρᾶγμα παντὸς κρεῖττον λόγου*, etc. Haurio hoc ex Sensu et sequentibus, ubi ad hæc *Quærentis* verba manifesto alludit: *ὥστε εἴ τις ἀξιοίη λόγῳ διδαχθῆναι ταύτην τὴν δύναμιν ἥτις ποτέ ἐστιν*, etc. et in præcedentibus mentionem fecerat Dionysius *ἀρετῆς* cujusdam et *δυνάμεως*, quas hoc loco repetit Ille, qui Quærens inducitur. Sic et infra: *τὸ κράτιστόν* (insere *οὖν*) *ἐστι τῶν Λυσίου ἔργων* (lego *ἀρετῶν*), *καὶ τὸ χαρακτηρικώτατον τῆς δυνάμεως, ἡ κοσμοῦσά τε καὶ ἀνθίζουσα τὴν λέξιν αὐτοῦ χάρις.* Porro: pro *θαυμασιώτερον* scribendum puto *θαυμασιώτατον*. quanquam enim *κρεῖττον παντὸς λόγου* (*quæ verbis non potest exprimi*) recte dicatur; valde tamen dubito, an *θαυμασιώτερον παντὸς λόγου* dici possit, sensu salvo. MARKLAND. Fortasse sic legendus est hic locus: *τίς δέ ἐστιν ἥδε; χάρις, ἀρετὴ πᾶσιν ἐπανθοῦσα τοῖς ὀνόμασι.* Sic enim mox orationem *σχηματίζει* in his: *καὶ τίς ἡ χάρις*; ex qua æquabilitate oritur concinnitas. MATTH. Ego olim sic constituebam (nunc enim in dubio relinquam ita, ut neutri ideo accedam, neque Marklando, neque Matthæo). In v. *ἀρετὴ* desinit interrogatio. tum incipit responsio: *ἡ τοῖς πᾶσιν ἐπανθοῦσα, τοῖς τ' ὀνόμασι καὶ τοῖς ἔργοις, ἡ χάρις.* est, inquam, illa rebus ex omnibus efflorescens, easque res, unde efflorescit, commendans, sive vocabula, sive res, gratia. REISK.

Ἄριστον] Deest in Mst. locus tamen admonet, ut pro eo reponamus *ῥᾷστον*. TAYLOR. Lege, *ῥᾷστον, facillimum*: cui statim opponitur, *χαλεπώτατον δὲ λόγῳ δηλωθῆναι, difficillimum vero verbis declarari.* ita enim (non *λόγον*) cum Stephano legendum. MARKLAND. Ego locum hunc totum ita constitui: *θαυμασιώτατον. ῥᾷστον μὲν γὰρ — καὶ τεχνίτῃ*, pro vulgari hac lectione: *θαυμασιώτερον. ἄριστον μὲν γὰρ — ἢ τεχνίτῃ.* item *λόγῳ δηλωθῆναι* dedi pro *λόγον δηλ.* REISK.

Λόγον] Quia nimis pauca dixit hac de re Dionysius, consulendus est Demetrius Phalereus §. 128. 189. qui e veteribus rhetoribus, quantum scio, omnium optime de gratia et venusta oratione exposuit, exempla etiam commemoravit, quæ in hac re plus valent, quam regulæ et præcepta. MATTH.

Μελισμοῦ] *Μελῶν* Codd. Quæ, si vera lectio sit, ut veram esse suspicor, nullum hic locum habent aut Victor. aut Galeus ad Demetrium Phaler. p. 236. (non 336.) aut Iun. de pictura Vett. ad quos nos amandat Sylburg. TAYLOR.

Ἔργου τε καὶ πράγματος] Hoc est *πράγματός τε καὶ πράγματος*. Scribe, *λόγου τε καὶ πράγματος*. Sic infra, *ἀχθόμενος λόγοις καὶ ἔργοις*. MARKLAND. Non idem sunt, sed diversa, *ἔργον* et *πρᾶγμα*. Illud est, quod homines efficiunt manibus agitantque consiliis et exercent opera. hoc autem potest esse, quicquid est a natura, et conditio quæcunque hominumve rerumve. REISK.

Μέτριον] Sylburg. vult. *μέτρον*. IDEM.

Ὥσπερ οἱ μουσικοὶ] Articulum e Sylburgii præcepto addidi. Proximum insequens *ὥστε* abesse malim. IDEM.

Διηγήμασι] *Διηχήμασι, dissonantiis*, ex mente P. Victorii Var. Lect. 13. 6. monente Sylburgio. TAYLOR. Victorius illo

μηδὲν ἄλλο ταύτης ἀκριβέστερον ζητεῖν κριτήριον, τοῦτο κἀγὼ τοῖς ἀναγινώσκουσι τὸν Λυσίαν, καὶ τίς ἡ παρ' αὐτῷ χάρις ἐστὶ βουλομένοις μαθεῖν, ὑποθείμην ἂν ἐπιτηδεύειν χρόνῳ πολλῷ καὶ μακρᾷ τριβῇ καὶ ἀλόγῳ πάθει τὴν ἄλογον συνασκεῖν αἴσθησιν. ταύτην μέντοι κρατίστην τε ἀρετὴν καὶ χαρακτηριστικωτάτην τῆς Λυσίου λέξεως ἔγωγε πείθομαι, εἴτε φύσεως αὐτὴν δεῖ καλεῖν εὐτυχίαν, εἴτε πόνου καὶ τέχνης ἐργασίαν, εἴτε μικτὴν ἐξ ἀμφοῖν ἕξιν ἢ δύναμιν, ᾗ πάντας ὑπερέχει τοὺς λοιποὺς ῥήτορας. καὶ ὅταν διαπορῶ περί τινος τῶν ἀναφερομένων εἰς αὐτὸν λόγων, καὶ μὴ ῥᾴδιον ᾖ μοι διὰ τῶν ἄλλων σημείων τἀληθὲς εὑρεῖν, ἐπὶ ταύτην καταφεύγω τὴν ἀρετὴν, ὡς ἐπὶ ψήφων ἐσχάτην. ἔπειτα ἂν μὲν αἱ χάριτες αἱ τῆς λέξεως ἐπικοσμεῖν δοκῶσί μοι τὴν γραφὴν, τῆς Λυσίου ψυχῆς αὐτὴν τίθεμαι, καὶ οὐδὲν ἔτιποῤῥωτέρω ταύτης σκοπεῖν ἀξιῶ· ἐὰν δὲ μηδεμίαν ἡδονὴν μηδὲ ἀφροδίτην ὁ τῆς λέ- lxix

in loco nec a se consulto ita emendatum esse docuit, nec cur ita correxerit dixit, nec interpretationem adjecit, nec hanc ob causam laudavit locum Dionysii, sed ut explicaret, quid sit *ἄλογος αἴσθησις*, nec denique satis diligens fuit in describendo. nam ter in hoc loco ab editis libris Dionysii discrepat. Ergo eodem jure hæc emendatio librario et Victorio tribui potest, nec ulla adest causa, cur consilio potius, quam per imprudentiam, aut quia nihil aliud ei tum in mentem veniebat, ita scriptum esse dicamus. Sylburgii porro interpretatio tota pendet ex etymologia, et ut istud vocabulum caret auctoritate, ita apud musicos dissonans consueto vocabulo *ἀσύμφωνον* appellatur. *διηχὴ* quidem et *διηχοῦν* commemoratur, sed utrumque alienum ab hoc loco. Denique si vel maxime *διήχημα* probatum esset vocabulum, notaretque dissonantiam, tamen non video, cur potissimum fiat mentio *διέσεως* in dissonantiis. His ita examinatis veniebat in mentem e simili loco Dionysii ed. Sylburg. p. 10. 14. et Platonis p. 479. ed. Basil. A. 1556. legere *ἐν τοῖς διαστήμασιν, in intervallis.* Quam conjecturam auctoritate et judicio veterum musicorum probari, collatis Meibomii auctoribus musicæ in his locis potissimum, intellexi. Aristoxenus enim p. 14. de intervallis hæc habet: *οὔτε γὰρ ἡ φωνὴ διέσεως τῆς ἐλαχίστης ἔλαττον ἔτι διάστημα δύναται διασαφεῖν, οὔθ' ἡ ἀκοὴ διαισθάνεσθαι, ὥστε καὶ συνιέναι τί μέρος ἐστὶν εἴτε διέσεως, εἴτ' ἄλλου τινὸς τῶν γνωρίμων διαστημάτων.* Hic locus plane similis est nostro. Accedit Aristides Quintilianus p. 13. *τούτων δὲ τῶν διαστημάτων ἐλάχιστόν ἐστιν ὡς ἐν μελῳδίᾳ δίεσις ἐναρμόνιος, εἶθ' ὡς παχύτερον εἰπεῖν, τὸ ταύτης διπλάσιον, ἡμιτόνιον.* Et Martianus Capella de Nuptiis Philol. IX. p. 179. apud eundem Meibomium: "Dico, inquit, quicquid recte sonuerit, aut tonum esse, aut hemitonium, aut quartam partem toni, quæ diesis appellatur." et p. 180. "Diesis vero interpretatio est, ut supra dixi, quarta pars toni." et Vitruv. 4, 5. "Hinc intelligitur, cur alibi *ἁρμονία* seu *συμφωνία ἡ διὰ πασῶν* (octavam dicunt nostri) quatuor et viginti diesis habere dicatur." Ex his efficitur h. l. legendum esse *διαστήμασιν*, et *δίεσιν* h. l. esse quartam seu minimam partem toni. Est ergo sensus hujus loci: Musici profitentur discipulorum sensum ita acuere, ut etiam minimum intervallum (vel, ad verbum, quartam partem toni) in intervallis animadvertant. MATTH. Nil equidem causæ video, cur Dionysio minus licuerit, quod alii *διάστημα* appellant, id idem *διήχημα* appellare. Nullus equidem dubitavi *γ* cum *χ* mutare, cuicunque inventio istæc debebitur, sive casui, sive consilio, sive Victorio, sive typographo. REISK.

Ὑπ' αὐτῷ] Dedi *ἡ παρ' αὐτῷ*, secundum Helmstad. et Victorium. IDEM.

Χαρακτηριστικωτάτην] Revocavi hanc vetustarum editionum lectionem, pro qua Taylor nescio cur *χαρακτηρικωτάτην* suffecerit. error enim typographi profecto non fuit. IDEM.

lxxxiii 1. *De Orat.* 118. Dissertissimus Orator Lysias.

3. *De Orat.* 16. Suavitatem Isocrates, subtilitatem Lysias, acumen Hyperides, sonitum Æschines, vim Demosthenes habuit.

In Brut. 17. Tum fuit Lysias, ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis Scriptor atque elegans, quem jam prope audeas Oratorem perfectum dicere. (Nam plane quidem perfectum et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris.) Nihil acute inveniri potuit in iis causis, quas scripsit, nihil, ut ita dicam, subdole, nihil versute, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo possit fieri aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo quidquam esset elatius.

Ibid. 31. Quodammodo est nonnulla in iis etiam inter ipsos [*Catonem sc. et Lysiam*] similitudo. Acuti sunt, elegantes, faceti, breves. Sed ille Græcus ab omni laude felicior. Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consectentur; quos, valetudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat: quanquam in Lysia sæpe sunt etiam lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius.

lxxxiv *Orat.* 15. Dicat igitur Attice venustissimus ille Scriptor ac politissimus Lysias. Quis enim id possit negare? dum intelligamus hoc esse Atticum in Lysia, non quod tenuis sit atque inornatus, sed quod nihil habeat insolens aut ineptum.

Ibid. 16. Qui Lysiam sequuntur, causidicum quendam sequuntur, non illum quidem amplum atque grandem, subtilem et elegantem tamen, et qui in forensibus causis possit præclare consistere.

Ibid. 132. Dum imitari Lysiam vult, alterum pene Demosthenem.

De optimo genere Oratorum. Imitemur, si poterimus, Lysiam, et ejus quidem tenuitatem potissimum. Est enim multis in locis grandior; sed quia et privatas ille plerasque, et eas ipsas aliis, et parvarum rerum causulas scripsit, videtur esse jejunior, quoniam se ipse consulto ad minutarum genera causarum limaverit.

DIONYSIUS HALICARNASSENSIS.

De Oratoribus. Ὁ Λυσιακὸς λόγος πρὸς το χρήσιμον καὶ ἀναγκαῖον ἐστὶν αὐτάρκης, καὶ τὸ μὲν αὐχμηρὸν ἐκπεφευγὼς, πάνυ δὲ σύντομος καὶ στενὸς κατὰ την ἀπαγγελίαν, ἔτι δὲ καὶ κομψὸς καὶ ἀληθὴς, καὶ τῶν Ἀττικισμῶν εὔχαρις. οὐ μὴν συνεχῶς αὐξητικὸς, πλὴν τοῦ σκοποῦ λεληθότως ἐπιτυγχάνων, μετὰ κεκραμένης τῆς κατὰ τὴν χάριν ἡδονῆς· ὡς ἀναγινωσκόμενον μὲν, οὐχ ὅλον [l. εὔκολον] νομίζεσθαι, χαλεπὸν δὲ εὑρίσκεσθαι ζηλοῦν πειρωμένοις. μάλιστα δὲ ἐπιτευκτικὸς ἐν ταῖς διηγήσεσιν· ἰσχνότητι γὰρ τῆς φράσεως ασφῆ καὶ ἀπηκριβωμένην ἔχουσι τὴν τῶν πραγμάτων ἔκθεσιν.

In Judicio de Isæo §. 3. Ἡ μὲν γὰρ [Λυσίου λέξις] ἀφελής τε καὶ ἠθικὴ μᾶλλον ἐστίν· σύγκειταί τε φυσικώτερον, καὶ ἐσχημάτισται ἁπλούστερον· ἡδονῇ τε καὶ χάριτι πολλῇ κέχρηται. ἡ δὲ Ἰσάιου τεχνικωτέρα, κ. τ. λ.

Ibid. §. 16. Τοῦ Λυσίου μὲν οὖν τις ἀναγινώσκων τὰς διηγήσεις, lxxxv οὐδὲν ἂν ὑπολάβῃ λέγεσθαι κατὰ τέχνην ἢ πονηρίαν, ἀλλ' ὡς φύσις καὶ ἡ ἀλήθεια φέρει· αὐτὸ τοῦτο ἀγνοῶν, ὅτι τῆς τέχνης τὸ μιμήσασθαι τὴν φύσιν αὐτῆς μέγιστον ἔργον ἦν.

Ibid. §. 18. Δοκεῖ Λυσίας μὲν, τὴν ἀλήθειαν διώκειν μᾶλλον· Ἰσαῖος δὲ, τὴν τέχνην· καὶ ὁ μὲν στοχάζεσθαι τοῦ χαριέντως· ὁ δὲ, τοῦ δεινῶς.

Ibid. §. 20. Οὐδένα ἡγούμενος οὔτε ἀκριβέστερον, οὔτε χαριέστερον γεγονέναι Λυσίου.

Ibid. Τούτων δή φημι τῶν ἀνδρῶν, καὶ τῶν παραπλησίων τούτοις, διαφέρειν οἰόμενος Λυσίαν, καὶ ὥςπερ ἀρχέτυπον ὑπογράφων ὑπερέχειν ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα, ταύτης τῆς προαιρέσεως τῶν λόγων ἐποιησάμην κανόνα.

In Judicio de Dinarcho §. 6. Λυσίας ἔν τε τοῖς ἰδίοις καὶ τοῖς δημοσίοις ἀγῶσιν, αὐτὸς αὐτῷ ὁμολογούμενός ἐστιν, εἴς τε τὸν λεκτικὸν τρόπον, καὶ τὴν τῶν ὀνομάτων σαφήνειαν, καὶ σύνθεσιν, αὐτοφυῆ μὲν καὶ λείαν εἶναι δοκοῦσαν, παντὸς δὲ λόγου κατὰ τὴν ἡδονὴν διαφέρουσαν.

Ibid. §. 7. Ἔστωσαν δή τινες ἐπιγραφόμενοι λόγοι, καὶ ὄντες, Δεινάρχου, πολλὴν ἔχοντες πρὸς τὰ Λυσιακὰ ὁμοιότητα· Τούτων ὁ βουλόμενος ποιεῖσθαι τὴν διάγνωσιν, πρῶτον μὲν τὴν ἰδιότητα τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου θεωρείτω· ἔπειτ', ἐὰν μὲν ἀρετήν τε καὶ χάριν τοῖς λόγοις ἐπανθοῦσαν ἴδοι, καὶ τὴν τῶν ὀνομάτων ἐκλογὴν ἐνοῦσαν, καὶ τὸ μηδὲν ἄψυχον εἶναι τῶν λεγομένων, θαῤῥῶν λεγέτω τούτους Λυσίου. ἐὰν δὲ μήτε χαρίεν ὅμοιον εὑρίσκῃ, μήτε τὸ πιθανὸν, καὶ τὸ τῶν ὀνομάτων ἀκριβὲς, μήτε τῆς ἀληθείας ἁπτόμενον, ἐν τοῖς Δεινάρχου λόγοις αὐτοὺς ἐάτω.

De admiranda vi dicendi in Demosthene §. 2. Ἐτελείωσε δ' αὐτὴν [simplicem ideam orationis] καὶ εἰς ἄκρον ἤγαγε τῆς ἰδίας ἀρετῆς Λυσίας ὁ Κεφάλου, κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Γοργίᾳ τε καὶ Θουκυδίδῃ γενόμενος.

Ibid. 11. Ἃ δὲ παρὰ τὸν *** καὶ ἀκριβῆ, καὶ καθαρὸν, καὶ ζηλωτὸν, l xxvi

ἀπὸ τοῦ διαλάμψαντος ἐν αὐτῷ· Λυσιακὸς δ' ἂν εἰκότως λέγοιτο· τοιαῦτα.

Ibid. 13. Ταῦτα οὐ καθαρὰ καὶ ἀκριβῆ καὶ σαφῆ καὶ διὰ τῶν κυρίων καὶ κοινῶν ὀνομάτων κατεσκευασμένα, ὥςπερ τὰ Λυσίου; ἐμοὶ μὲν γὰρ ὑπάρχειν δοκεῖ. Τί δὲ, οὐχὶ σύντομα, καὶ στρογγύλα, καὶ ἀληθείας μεστὰ, καὶ τὴν ἀφελῆ καὶ ἀκατάσκευον ἐπιφαίνοντα φύσιν, καθάπερ ἐκεῖνα; Πάντων μὲν οὖν μάλιστα. Οὐχὶ δὲ καὶ πιθανὰ, καὶ ἐν ἤθει λεγόμενά τινι, καὶ τὸ πρέπον τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις τε καὶ πράγμασι φυλάττοντα; ἡδονῆς δὲ ἄρα, καὶ πειθοῦς, καὶ χαρίτων, καιροῦ τε καὶ τῶν ἄλλων, ἃ πᾶσι τοῖς Λυσιακοῖς ἐπανθεῖ λόγοις, ἆρα οὐχὶ πολλὴ μοίρα;

Ibid. Φυσική τις ἐπιτρέχει τοῖς Λυσίου λόγοις εὐστομία καὶ χάρις, ᾗ προὔχει, πλὴν Δημοσθένους, τῶν ἄλλων ῥητόρων.

In Judicio de Thucydide 53. 'Αντιφῶν, Λυσίας, 'Ισοκράτης, οἱ πρωτεύσαντες τῶν τότε ῥητόρων.

DIO CHRYSOSTOMUS.

Περὶ λόγου ἀσκήσεως. p. 256. Edit. Morell. 1604.

Λυσίαν δὲ βραχύτητι καὶ ἁπλότητι καὶ συνεχείᾳ διανοίας, καὶ τῷ λεληθέναι τὴν δεινότητα.

QUINTILIANUS.

Instit. Orat. III. 8. Neque enim minus viciosa est Oratio, si ab homine, quam si a re, cui accommodari debuit, dissidet: ideoque Lysias optime videtur in iis, quæ scribebat indoctis, servasse veritatis fidem.

Ibid. IX. 4. Neque mihi, quamlibet magnus Auctor, Cicero persuaserit, Lysiam, Herodotum, Thucydidem parum studiosos ejus
lxxxvii fuisse. Genus fortasse sint secuti non idem, quod Demosthenes aut Plato, quanquam et ii ipsi inter se dissimiles fuerunt. Nam neque illud in Lysia dicendi textum tenue atque rarum lætioribus numeris corrumpendum erat. Perdidisset enim gratiam, quæ in eo maxima est, simplicis atque inaffectati coloris: perdidisset fidem quoque.

Ibid. X. 1. His ætate Lysias major, subtilis atque elegans, et quo nihil, si Oratori satis sit docere, quæras perfectius. Nihil enim est inane, nihil arcessitum, puro tamen fonti, quam magno flumini propior.

Ibid. XI. 1. Lysias, qui tum in dicendo præstantissimus habebatur.

Ibid. XII. 10. Nam quis erit hic Atticus? Sit Lysias, hunc enim amplectuntur amatores istius nominis modum.

Ibid. Quid Periclea? Similemne credimus Lysiacæ gracilitati.

GELLIUS.

II. 5. Favorinus de Lysia et Platone solitus est dicere, Si ex Platonis, inquit, oratione verbum aliquod demas mutesve, atque id commodissime facias, de elegantia tantum detraxeris; si ex Lysiæ, de sententia.

HERMOGENES.

De formis Orat. tom. 2. p. 338. Edit. Port.

Πολλὰ τῶν τοιούτων ἐν ἰδιωτικοῖς τὰ παραδείγματα, καὶ πλείονά γε παρὰ τῷ Λυσίᾳ καὶ τῷ 'Υπερίδῃ. φύσει γὰρ οἱ ἄνδρες ἠθικώτεροι.

Ibid. p. 366. Τοῦ δ' αὖ μὴ δοκοῦντος μὲν εἶναι δεινοῦ, ὄντος δὲ ὡς ἀληθῶς τοιούτου, παραδείγματά εἰσι σχεδὸν ἅπαντες οἱ ἰδιωτικοὶ τοῦ Δημοσθένους λόγοι, καὶ τῶν δημοσίων δὲ οὐκ ὀλίγα μέρη· τά γε μὴν τοῦ Λυσίου θαῤῥῶν ἴσως εἴποι τις ἂν, ὅτι πάντα.

Ibid. p. 386. Πλεῖστόν γε μὴν αὐτοῦ [i. e. λόγου ἁπλῶς πολιτικοῦ] lxxxviii
μέτεστι Λυσίᾳ τε καὶ 'Ισαίῳ καὶ 'Υπερίδῃ. διὸ δὴ καὶ μάλιστά εἰσι πιθανοί. διαφέρουσι δὲ οὗτοι ἀλλήλων, ὅτι τῷ μὲν Λυσίᾳ μετὰ τούτων, καὶ τὰ τῆς ἐπιμελείας μετρίως ὕπεστι, καὶ τὸ τοῦ κόσμου σφόδρα ἀνεμφάτως.

LONGINUS.

Sect. XXXIV. 'Ο μὲν γὰρ 'Υπερίδης πρὸς τῷ πάντα, ἔξω γε τῆς συνθέσεως, μιμεῖσθαι τὰ Δημοσθένεια κατορθώματα, καὶ τὰς Λυσιακὰς ἐκ περιττοῦ περιείληφεν ἀρετάς τε καὶ χάριτας.

JULIANUS.

Epist. XLII. Τί οὖν δὲ 'Ομήρῳ μέντοι καὶ 'Ησιόδῳ καὶ Δημοσθένει μέντοι, καὶ 'Ηροδότῳ καὶ Θουκυδίδῃ καὶ 'Ισοκράτει, καὶ Λυσίᾳ θεοὶ πάσης ἡγοῦνται παιδείας.

THEMISTIUS.

P. 329. Edit. Harduin. Par. 1684.

Καὶ τηνικαῦτα οὐ κατώκνεις οὐδὲ ἐδεδοίκεις μή τίς σε μειρακιεύεσθαι ὑπολάβοι ἁμιλλωμένην πρὸς Λυσίαν καὶ Θουκυδίδην.

MARCIANUS CAPELLA.

Lib. V. Post hos tamen in diversis agminibus Oratores emeriti, ac præ se ferentes insignium culmen meritaque linguarum Æschinem, Isocratem, Lysiamque conspiceres.

IOANNIS TAYLORI

LECTIONES LYSIACÆ.

Pag. ed. Tayl.

CAP. I.

675 Lysiæ plures. Lysias pro Lysippo. Emendantur Parœmiographi. Φιλοδικία Atheniensium. Curia ἐπὶ Δελφινίῳ. Apollo Delphinius. Plauti et Terentii Error. Demosthenes emendatus. Locus Varronis apud Nonium Marcellum fœdissimo errore liberatus. Molendinæ pœna. cetera.

Editioni nostræ coronidem jam impositurus, atque ocium nactus a labore omnium, quos unquam sumpsi, improbissimo, institui, ut primus essem, qui messi meæ falcem admoverem, ut quæ a me emendata aut elucidata sint, opera non indiligenti percurrerem. Eo sc. animo, ut, siquid a me inclementer nimis dictum sit, id pro indicto haberem: ambitiose, reciderem: ambigue, arguerem: siquid mutandum, notarem: ut obscurioribus lucem, ingeniosis (si tam magnificam orationem, benevolo lector, non reformides) auctoritatem adderem; ut denique nonnullorum exspectationibus morem gererem, qui de arido nimis hoc notandi genere conquesti quædam præterea adferri volunt, quæ vel Auctoris indolem et scribendi genus, vel Gentis domi bellique instituta, vel Fori denique judiciorumque consuetudinem exponere atque illustrare possint. Quorum demum consilium eousque sum secuturus, ut me interea meæ operæ non pœniteret. Neque enim eo sum ab literis ocio, aut, quod isti fortasse verius esse existimaverint, ea ingenii cultura et lepore, ut mihi licere arbitrarer desidi inter delicatulos hodiernæ Criticæ litare, ad trutinam nescio quam imaginariam Auctorem nostrum exigere, troporum schematumque varietates indagare, Veneresque, ut aiunt, orationis expromendo bonam ætatem conterere bonamque chartam consumere. Novi profecto ex hoc aucupio facillime me meos labores ex fatali illo vico redempturum, ubi odores veneunt: at ego lævus eas semper in ambitione literaria partis secutus fuerim, ut talis mihi lectores contingere exoptarem, qualis amicos desumerem, paucissimos, sed cordatos. In hac quoque notularum mantissa pulchram satis opportunitatem mihimet comparasse videor, ut subductis probe rationibus et pensitato mecum meo commentandi charactere, nonnullorum hominum reprehensiones deprecarer, si qui id, quod in Criticorum laboribus maxime sit solenne, in nostris exspectarent: nempe, ut quos in eadem palæstra mecum desudasse conspexerim, eos omnis conviciis probrisque proscinderem, malaque ingererem multa. Meus longe aliter fuit animus et sententia, diuque mecum dolui, humanissima studia profitentis humana omnia a se aliena exi-

stimare. Veterum ea fuit sapientia, ut Mercurium Gratiis πάρεδρον locarent, ὡς μάλιστα τοῦ λόγου τὸ συγκεχαρισμένον καὶ προσφιλὲς αἰτοῦντος. Plutarch. Dissert. Moral. III. Quosnam ergo decebit magis ab omni acerbitate orationis abesse, atque (ut Plato de Xenocrate dixit) ταῖς Χάρισι θύειν, quam in liberalissimis disciplinis enutritos, in literis cultissimis exercitatos, qui denique in docendo flectendoque animum legentis non mediocrem artificii sui partem poni viderint? Unum quod attinet Andream Schottum Antuerpiensem, siquid a me intemperanter nimis excidit, siquid ejus in republica literaria existimatione indignum, aut mea in eadem novitate, habeto id omne mihi jam defervescente ingenio atque in se redeunte, serio displicuisse:

QVAE. HIC. VEL. ALIAS. SCRIPSI. DIXI. FECI. 676
EX. HVMANITATIS. OFFICIO. SCRIPTA. DICTA. FACTA. SVNTO.
QVAE. SECVS. INSCRIPTA. INDICTA. INFECTA. HABENTOR.

Ad Lysiam redeo, cujus rota currente adcrescebat ὁμωνύμων numerus. Adponatur itaque p. 3. ed. Tayl. (XVIII.) Lysias bis Ciliciæ Præses sub Diocletiano Imp. Vid. Surium de SS. historiis ad Aug. XXIII. et Octob. XXX. Ruinart. Act. Sincer. primorum Martyrum, Lipomannum, etc. (XIX.) Lysias natione Græcus, sub eodem Diocletiano et Licinio Impp. Armeniæ finibus tutandis cum exercitu præfectus. Vid. Bolland. de SS. MM. Sebastenis ad Feb. III. et alibi. (XX.) Lysias Christianus unus ex XI. fidelibus, qui Epistolam Actis Martyrum SS. Tarachi, Probi et Andronici præfixam consignaverunt. Ruinart. ad A. C. CCCIV. Lysiam interea, qui in nostra classe locum obtinet XII. debemus, ut monui, (p. 2.) Adagiorum Centuriatoribus. Vid. Lucil. Tarch. etc. Βοῦς ἐν πόλει. Nam si per bovem, ὃν ἀνέθηκε Λυσίας ἐν Ἀκροπόλει, intelligunt Tauri statuam, quæ Athenis in Arce visebatur, vehementer errant. Bos ille non erat Lysiæ, sed Senatus Areopagitici donarium. Ἔστι δὲ καὶ ταῦρος ἀνάθημα τῆς βουλῆς τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἐφ᾽ ὅτῳ δὲ ἀνέθηκεν ἡ βουλὴ, πολλὰ ἄν τις ἐθέλων εἰκάζοι. Pausan. Attic. c. 24. Βοῦς ἐν πόλει· χαλκοῦς ὑπὸ τῆς βουλῆς ἀνατεθείς. Hesych. Sed non ea statua, verum prodigium quondam, idque non Athenis, sed Romæ visum proverbio Βοῦς ἐν πόλει, auctoritatem dedit. Procop. de bello Gotthic. IV. 21. Ἔλεγεν οὖν ὁ Ῥωμαῖος οὗτος, ὡς ἄρχοι μὲν Ἰταλίας ποτὲ Ἀταλάριχος ὁ Θευδορίχου θυγατριδοῦς· βοῶν δέ τις ἀγέλη ἐς Ῥώμην ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον ἀμφὶ δείλην ὀψίαν ἐξ ἀγροῦ ἥκει διὰ τῆς ἀγορᾶς, ἣν φόρον Εἰρήνης καλοῦσι Ῥωμαῖοι — ἔστι δέ τις ἀρχαία πρὸ ταύτης δὴ τῆς ἀγορᾶς κρήνη, καὶ βοῦς ἐπὶ ταύτης χαλκοῦς ἕστηκε Φειδίου (οἶμαι) τοῦ Ἀθηναίου ἢ Λυσίππου ἔργον. ἀγάλματα γὰρ ἐν χώρῳ τούτῳ πολλὰ τούτοιν δὴ τοῖν ἀνδροῖν ποιήματα — ἕνα δὲ ταῦρον ἔφη τῶν τηνικάδε παριόντων εὐνοῦχον τῆς τε ἀγέλης ἀπολειπόμενον, καὶ ταύτης δὴ τῆς κρήνης ἐπιβατεύσαντα, καθύπερθε βοὸς τοῦ χαλκοῦ στῆναι· τύχῃ δέ τινι παριόντα τινὰ, Τοῦσκον γένος, κομιδῇ ἄγροικον δόξαντα εἶναι, ξυμβάλλοντα τὸ ποιούμενον φάναι (εἰσὶ γὰρ μαντικοὶ καὶ εἰς ἐμὲ Τοῦσκοι) ὡς εὐνοῦχός ποτε καταλύσει τὸν ἄρχοντα Ῥώμης. Hæc Procopius. Nimirum hic est ille bos, quem Lysippus Sicyonius signis clarus, (de quo plurima Pausanias, Plinius, Horat. Propertius aliique) ex ære fecit, non Lysias consecravit. Βοῦς Λυσίου sc. pro Βοῦς Λυσίππου, sive ut in MSS. Codd. exarari solet Λυσ^{ου}, quo pacto nonnulli Codd. Steph. Byzantini pro Λύσιππος,

Λύσις habent. De nomine Lysiæ hæc dicta sunto. Causam autem hanc nostram, in qua de Eratosthenis nece quæstio agebatur, judicabant Ἐφέται, viri sc. LI. ἀριστίνδην electi, qui ad Apollinis Delphinii judicabant ἐπὶ τῶν ὁμολογούντων μὲν δεδρακέναι φόνους, κατὰ νόμους δέ. De cæde enim apud Atheniensis præter Areopagum cognoscebat. I. Curia ἐπὶ Παλλαδίῳ, si erat involuntaria: II. ἐπὶ Πρυτανείῳ, si de Auctore non liquebat: III. ἐν Φρεάττει, ubi aliquis ob cædem involuntariam solum vertens nova interea teneretur: IV. ἐπὶ Δελφινίῳ denique, ubi quis jure ac recte cæsum contenderet. Nam, ut ait Cic. pro Milone—"An est quisquam, qui hoc ignoret, cum de homine occiso quæratur, aut negari solere omnino esse factum, aut recte ac jure factum esse defendi?" In hisce omnibus aio quæsitum esse de cæde. Ejus erat leporis scomma, quod in h. populum jaciebat Lucian. Icaro. Menip. Καὶ ὁ Φοίνιξ δὲ ἐνεπορεύετο, καὶ ὁ Κίλιξ ἐλῄστευε, καὶ ὁ Λάκων ἐμαστιγοῦτο, καὶ ὁ Ἀθηναῖος ἐδικάζετο: et Aristoph. Equit. 1313.

> Εὐφημεῖν χρὴ καὶ στόμα κλείειν καὶ μαρτυριῶν ἀπέχεσθαι
> Καὶ τὰ δικαστήρια συγκλείειν, οἷς ἡ πόλις ἥδε γέγηθεν.

De hisce Curiis plurima plurimi: optime omnium Demosth. c. Aristocr. et Poll. VIII. 10. Adjungant, quibus ea non satisfaciant Pausan. Attic. c. 28. Sigon. de Republica Athen. III. 2. et Meurs. Areop. cap. extr. ut de Lexicis taceam. Neque fuissem hic in propatulo moratus, ni magnis hominibus dubitationem vidissem injectam de loco, ubi agebatur causa. Neque denuo asseram has Curias ita fuisse provinciis distinctas, ut vel rerum necessitati vel diuturnitati temporis earum usus non aliquando cederet. Lege Demosth. c. Bœot. Isocr. Except. c. Callimach. et Valer. Max. VIII. 1. Sed quis ille Apollo Delphinius, cedo, et unde dictus? qui non solum Athenis hujusmodi ædis nactus est, de quibus vide Plutarch. in Theseo et Pausan. in Attic. verum etiam, ut constat ex σχ. in Pind. in honore fuit Æginensibus, et Mensi, Sacris et Ludis nomen dedit, atque
677 apud Chalcedensis itidem nactus est fanum sui cognominis; cujus postea in communionem adscitus T. Flaminius, ut liquet ex Plutarch. in vita.

> Ο. ΔΗΜΟΣ. ΤΙΤΩΙ. ΚΑΙ. ΗΡΑΚΛΕΙ. ΤΟ. ΓΥΜΝΑΣΙΟΝ.
> Ο. ΔΗΜΟΣ. ΤΙΤΩΙ. ΚΑΙ. ΑΠΟΛΛΩΝΙ. ΤΟ. ΔΕΛΦΙΝΙΟΝ.

Plane aliena sunt et fabulam redolent, quæ de eo Etymo habet idem Plutarch. in libro de solertia Animalium: quam licet historiam tangit Homerus, sive quis alius, in hymnis, atque ære adhuc servant nummi Tarentinorum: Aliena item, quæ σχ. Lycophronis 208. Apollo, credo, et Diana δελφικοὶ vel δελφίνιοι ideo dicti, quod erant *uterini*. Nam et Diana Δελφινία dicta. Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ ἱδρύθη μὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως, λέγεται δὲ Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ καὶ Ἀρτέμιδι Δελφινίᾳ. Poll. VIII. 10. Eamque conjecturam adjuvat locus Laertii in Thalete §. 29. Phiala enim a Collegio Sapientum renunciata et ad Thaletem reversa, Ὁ δὲ τῷ Διδυμαίῳ Ἀπόλλωνι ἀπέστειλεν, εἰπὼν οὕτω κατὰ τὸν Καλλίμαχον·

> Θαλῆς με τῷ μεδεῦντι Νειλέω δήμου
> Δίδωσι, τοῦτο δὶς λαβὼν ἀριστεῖον.

Τὸ δὲ πεζὸν οὕτως ἔχει. Θαλῆς Ἐξαμίου Μιλήσιος Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ

Ἑλλήνων ἀριστεῖον δὶς λαβών. Sed me nimium tenuit πολυώνυμος iste Deus, cujus Epitheta fortasse æque ac Oracula tenebris delectantur suis. Jam meminisse oportet me in Auctore purissimo versari, dissimillimoque istius Dei antistiti, quæ

> ἄσπετον χέασα παμμιγῆ βοὴν
> Δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα
> Σφιγγὸς κελαινῆς γῆρυν ἐκμιμουμένη.

Simplex, inquam, noster, et purissimus, nullibi tamen simplicior, quam ubi rem gestam narret. Cujusmodi hic habes de uxore domum ducta, ad funus prodeunte, ab adultero denique in stupri consuetudinem inlecta. Ἐπ' ἐφορὰν αὐτῇ ἀκολουθήσασα ἡ ἐμὴ γυνὴ ὑπὸ τούτου τοῦ ἀνθρώπου ὀφθεῖσα χρόνῳ διαφθείρεται. p. 11. ed. Reisk. *Effertur. Imus. Funus procedit. Sequimur.* Terentius verbis quasi ritualibus. Sed neque Plautus, neque Terentius in palliatis suis tam severe mores Græcorum servant, quin aliquando immisceant domesticos. Nam Simo ille apud Terentium, utut Romæ *funus sequi* liceret, id tamen Athenis Atticis non potuit. Ita enim instituit Solo, ut videbis apud Demosth. adv. Macart. [p. 1071. 1. ed. R.] Τὸν ἀποθανόντα προτίθεσθαι ἔνδον ὅπως ἂν βούληται· ἐκφέρειν δὲ τὸν ἀποθανόντα τῇ ὑστεραίᾳ, ᾗ ἂν προθῶνται, πρὶν ἥλιον ἐξέχειν, βαδίζειν δὲ τοὺς ἄνδρας πρόσθεν ὅταν ἐκφέρωνται, τὰς δὲ γυναῖκας ὄπισθεν. Quæ verba leviter sunt corrupta, cum legi debeat, τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ᾗ ἂν προθῶνται, ut loqui semper observantur scriptores gravissimi atque Ἀττικώτατοι. e. g. Plato in Sympos. init. Τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ᾗ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν αὐτός τε καὶ οἱ χορευταί. Idem in Apolog. Socrat. Τῇ γάρ που ὑστεραίᾳ δεῖ με ἀποθνήσκειν ἢ ᾗ ἂν ἔλθοι τὸ πλοῖον. Sed prius quam manum de tabula, occasione hinc quoque arrepta, more eorum, qui una fidelia duos parietes dealbant, emendamus etiam Varronem de vit. P. R. l. 3. apud Nonium Marcellum. "Propinquæ adolescentulæ etiam Anthracinis: Proximæ amiculo nigello, capillo demisso sequerentur luctum." Ain' vero, luctum? Immo *lectum*, si quidquam sit, quod credam aut certo sciam: lectum sc. in quo efferretur. Ego interea ad cetera pergam, ubi lectorem semel admonuero plurima ex hac oratione erui posse, quæ ad domesticas Atheniensium rationes expediendas, atque ad communia vitæ officia elucidanda pertinere possunt: Cujusmodi sunt p. 20. sqq. ed. R. de habitandi ratione, de cerussa feminarum, de obsonatorum ministeriis, de pistrini denique pœna apud Antiquos, quam servis nequam minitari solent in Comœdia: Ancillis maxime. Ter. Adelph. v. 3. 60.

> " Atque ibi favillæ plena fumi ac pollinis
> Coquendo sit faxo et molendo."

Namque ubi dicitur, Exod. xi. 5. "Morietur omne primogenitum in terra Ægypti, a primogenito Pharaonis, qui sedet in solio suo, ad primogenitum Ancillæ, quæ est in Carcere," Hebræi habent אחר הרחים post molam. Eadem pœna hodie quoque mulctari infrugi mulieres apud Francofurtensis narrat *Burnettus* in Itinerario.

n

CAP. II.

678 Plures Lysiæ Codd. MSS. Plagiarii antiqui. Emendatus Theo et Athenæus.

INTER nitidissimi Scriptoris orationes ea maxime placuisse judicatur, quæ in nostra Editione, uti et in Aldina pariter, legitur secunda: a p. 49. ad 130. ed. R. Siquidem eam unice descriptam, quasi ceteris omnibus prælatam et lectitatam frequentius hodie servant Bibliothecæ quam plurimæ. Ex MS. Cod. Vaticano, itidemque alio S. Marci Venetiis nonnulla hujus orationis in melius restituit Muretus Var. Lect. XVII. 11. Præter complusculos Lysiæ Codd. MSS. quibus instructa est Bibliotheca Laurentiana, quæ est Florentiæ, Plutei IV. Cod. XXIV. hanc orationem continet, uti ex literis humanissimi Bern. Montefalconii V. C. ad me datis atque ex Langii Dani catalogo impresso intellexi. Habetur quoque in Biblioth. Coislin. Cod. CCXLVI. ætate et auctoritate venerabili: itemque in Cod. alio D. de Mesmes in Senatus Parisiensis Curia Principis: in Cod. Barocc. Oxoniis: Perizonii, Lugd. Batavorum in bibliotheca denique Augustana, præter eos Codices, quos nacti sunt istius Orationis H. Stephanus, Fr. Philelphus, aliique, atque demum exemplaria, quibuscum conferuntur libri duo in bibliothecis nostris Cantabrigiensibus. *Venustissima* certe oratio, et *pulcherrima*, siquid habeant Recentiorum testimonia, Victorii sc. et Mureti, auctoritatis. Gravissimum certe Scriptoris studiis et ætate pene æmuli judicium, Isocratis, qui ex hoc fonte in Panegyricam suam copiosissimos rivulos deduxit. Εὕροις δ' ἂν καὶ παρὰ Ἰσοκράτει ἐν τῷ Πανηγυρικῷ τὰ ἐν τῷ Λυσίου Ἐπιταφίῳ καὶ τῷ Ὀλυμπικῷ (vel melius fortasse Ὀλυμπιακῷ) Theo. c. 1. Add. Plutarch. in Isocrate, Philostratum et Photium, et quæ de ea re acutissime notavit ad auctorem nostrum eruditissimus Marklandus, prærepta mihi omni occasione dicendi. Veterum certe minor fuit in hac parte religio; nam eadem animi constantia, qua ex Nostro Isocrates, ex Isocratis vicissim oratione Panathenaica plurima in sua oratione ὁμωνύμῳ expressit Aristides. Vitas X Oratorum ita *descripsere* uterque et Photius, et Plutarchus, ut alterum ab altero *exscripsisse* fatearis. Unus est liber ejusdem Plutarchi de placitis Philosophorum et Galeni, qui inscribitur ***Historia Philosophica***. Ita Philistus (si Theoni fides l. c. nam intercidit auctor): τὸν Ἀττικὸν ὅλον πόλεμον ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐκ τῶν Θουκυδίδου μετενήνοχε. Menander, teste Cæcilio apud Porphyr. de erudito auditu: ὅλον δρᾶμα ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος (quod sane mireris), Ἀντιφάνους τὸν Οἰωνιστὴν μετέγραψεν εἰς τὸν Δεισιδαίμονα. Et si quis Plutarchum in Crasso cum Appiani Parthicis (qui hodie exstant uterque) conferre velit, totum locum de Aristidis Milesiacis, spurcissimi scriptoris opere improbando, hunc ab illo vix literula una immutata inveniet mutuo sumpsisse. In forensibus sane Auctoribus nonnullæ erant quasi *voces legitimæ* et dicendi formulæ solenniores, in quibus a se invicem discrepare vix poterant, etiamsi id operam dedissent sedulam: Δέομαι — μετ' εὐνοίας ἀκοῦσαι — ποιήσομαι ὡς ἂν δύνωμαι διὰ βραχυτάτων τοὺς λόγους. ὅθεν ῥᾷστα μαθήσεσθε — πειράσομαι διδάσκειν. Demosth. c. Aphob. I. Ita Noster pro Mantitheo. p. 576, 9. ed. R. Δέομαι οὖν ὑμῶν, μετ' εὐνοίας ἀκροάσασθαί μου. ποιήσομαι δὲ τὴν ἀπολογίαν, ὡς ἂν δύνωμαι διὰ βραχυτάτων: et c. Eratosthenem, p. 384, 7.

ὅμως δὲ πειράσομαι ὑμᾶς ἐξ ἀρχῆς, ὡς ἂν δύνωμαι δι' ἐλαχίστων διδάξαι. Et similiter, ineunte oratione c. Agoratum, p. 449. 7. Ὅθεν οὖν ἡμεῖς τε ῥᾷστα διδάξομεν, καὶ ὑμεῖς μαθήσεσθε, ἐντεῦθεν ὑμῖν ἄρξομαι διηγεῖσθαι. Vix tamen arbitror ita excusanda esse, quæ habet Lysias *de Aristophanis bonis*, init. paria, immo omnino eadem, quæ ante eum scripsit Andocides *de Mysteriis*. Utrumque locum exscribam, cum res sit inlustrior. Nescio tamen, utrum actum agam necne: neque enim Thomasium *de plagio literario* mihi serio id expetenti adhuc oculis usurpare contigit, qui mihi fortasse tota hac dissertatione supersedere potuisset. Αἰτοῦμαι οὖν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, εὔνοιαν πλείω παρασχέσθαι ἐμοὶ τῷ ἀπολογουμένῳ ἢ τοῖς κατηγόροις· εἰδότας, ὅτι κἂν ἐξίσου ἀκροᾶσθε, ἀνάγκη τὸν ἀπολογούμενον ἔλαττον ἔχειν. οἱ μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐπιβουλεύσαντες καὶ συνθέντες, αὐτοὶ ἄνευ κινδύνων ὄντες τὴν κατηγορίαν ἐποιήσαντο· ἐγὼ δὲ μετὰ δέους καὶ κινδύνου καὶ διαβολῆς τῆς μεγίστης τὴν ἀπολογίαν ποιοῦμαι. εἰκὸς οὖν ὑμᾶς ἐστὶν εὔνοιαν πλείω παρασχέσθαι ἐμοὶ ἢ τοῖς κατηγόροις. ἔτι δὲ καὶ δεινὰ κατηγορήσαντες παραχρῆμα ἐξηλέγχθησαν ψευδόμενοι οὕτω φανερῶς, ὥστε ὑμᾶς πολὺ ἂν ἥδιον δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν κατηγόρων, ἢ παρὰ τῶν κατηγορουμένων. οἱ δὲ αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ, ἀδίκως ἀνθρώπους ἀπολέσαντες, ἑάλωσαν παρ' ὑμῖν 679
ψευδομαρτυριῶντες, ἡνίκ' οὐδὲν ἦν πλέον τοῖς πεπονθόσιν. ὁπότ' οὖν ἤδη πολλὰ τοιαῦτα γεγένηνται, εἰκὸς ὑμᾶς ἐστὶ μήπω τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους πιστοὺς ἡγεῖσθαι. Andocides [p. 3. 9. ed. R.] Αἰτήσομαι οὖν ὑμᾶς δίκαια καὶ ῥᾴδια χαρίσασθαι, ἄνευ ὀργῆς καὶ ἡμῶν ἀκοῦσαι, ὥσπερ τῶν κατηγόρων. ἀνάγκη γὰρ τὸν ἀπολογούμενον, κἂν ἐξ ἴσου ἀκροᾶσθε, ἔλαττον ἔχειν. οἱ μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐπιβουλεύοντες, αὐτοὶ ἄνευ κινδύνων ὄντες, τὴν κατηγορίαν ἐποιήσαντο· ἡμεῖς δὲ ἀγωνιζόμεθα μετὰ δέους καὶ διαβολῆς καὶ κινδύνου μεγίστου. εἰκὸς οὖν ὑμᾶς εὔνοιαν πλείω ἔχειν τοῖς ἀπολογουμένοις. οἶμαι γὰρ πάντας ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι πολλοὶ ἤδη πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορήσαντες παραχρῆμα ἐξηλέγχθησαν ψευδόμενοι οὕτω φανερῶς, ὥστε ὑπὲρ πάντων τῶν πεπραγμένων, μισηθέντες ἀπελθεῖν· οἱ δ' αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ, καὶ ἀδίκως ἀπολέσαντες ἀνθρώπους ἑάλωσαν, ἡνίκα οὐδὲν ἦν πλέων τοῖς πεπονθόσιν. ὅτ' οὖν τοιαῦτα πολλὰ γεγένηται, ὡς ἐγὼ ἀκούω, εἰκὸς ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, μήπω τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους ἡγεῖσθαι πιστοὺς, πρὶν ἂν καὶ ἡμεῖς εἴπωμεν. Lysias. p. 614, 10. ed. R. Si ex Foro in Scenam transeas, eadem pene rerum facies, et egregia ingeniorum paritas. Athen. l. 1. p. m. 13. Παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων Πίνδαρος ἐπαινεῖ. Εὔβουλος δὲ φησὶ

Ἄτοπόν γε τὸν μὲν οἶνον εὐδοκιμεῖν ἀεὶ
Παρὰ ταῖς ἑταίραις τὸν παλαιὸν, ἄνδρα δὲ
Μὴ τὸν παλαιὸν, ἀλλὰ τὸν νεώτερον.

τὸ αὐτὸ δὲ καὶ Ἄλεξις σχεδὸν ἀπαραλλάκτως, τοῦ σφόδρα μόνου κειμένου ἀντὶ τοῦ ἀεὶ. Idem l. 3. p. m. 42. Ἀντιφάνης μὲν ἐν Βοιωτίᾳ

A. Καὶ περὶ μὲν ὄψου γ' ἠλίθιον τὸ καὶ λέγειν
Ὥσπερ πρὸς ἀπλήστους· ἀλλὰ ταυτὶ λάμβανε
Πάρθενε τὰ μῆλα. B. Καλά γε. A. Καλὰ δῆτ' ὦ θεοί.
Νεωστὶ γὰρ τὸ σπέρμα τοῦτ' ἀφιγμένον
Εἰς τὰς Ἀθήνας ἐστὶ παρὰ τοῦ βασιλέως.
B. Παρ' Ἑσπερίδων ᾤμην γε νὴ τὸν Φωσφόρον.
Φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶναι τρία
Μόν'. A. Ἔστιν ὀλίγον τὸ καλὸν, ἔστι πανταχοῦ
Καὶ τίμιον.

Ἔριφος δ' ἐν Μελιβοίᾳ αὐτὰ τὰ ἰαμβεῖα προσθεὶς ὡς ἴδια, τὰ τοῦ Ἀντιφάνους ἐπιφέρει

Παρ' Ἑσπερίδων ᾤμην γε νὴ τὴν Ἄρτεμιν.
Φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα τουτ' εἶναι τρία
Μόν'. Β. Ἔστιν ὀλίγον τὸ καλὸν, ἔστι πανταχοῦ
Καὶ τίμιον· τούτων μὲν ὀβολὸν οὐ πολὺ
Τίθημι, λογιοῦμαι γὰρ — et quæ sequuntur.

Ubi nimirum voces τὰ τοῦ Ἀντιφάνους credo olim margini a lectore quodam fuisse adlitas e regione *Antiphanis* Iamborum, quos Eriphus suæ fabulæ inseruit. Quid enim in textu Athenæi potuere, nondum video. Pari passu ambulant Æschylus apud Athen. l. 1. p. m. 9.

Ὅδ' ἐστὶν ὅς ποτ' ἀμφ' ἐμοὶ βέλος
Γελωτοποιὸν, τὴν κάκοσμον οὐράνην
Ἔῤῥιψεν οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρα
Πληγεῖσ' ἐναυάγησεν ὀστρακουμένη
Χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ' ἐμοί.

et Sophocles ibid.

Ἀλλ' ἀμφὶ θυμῷ τὴν κάκοσμον οὐράνην
Ἔῤῥιψεν οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρα
Κατάγνυται τὸ τεῦχος οὐ μύρου πνέον.

Eadem porro ratione Theophilus in Neoptolemo:

Οὐ συμφέρον νέα ἐστὶ πρεσβύτῃ γυνή.
Ὥσπερ γὰρ ἄκατος οὐδὲ μικρὸν πείθεται
Ἑνὶ πηδαλίῳ, τὸ πεῖσμ' ἀποῤῥήξασα δὲ
Ἐκ νυκτὸς ἕτερον λιμέν' ἔχουσ' ἐξευρέθη.

quæ iisdem pene verbis ante eum Theognis.

Οὔτοι συμφέρον ἐστὶ γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι·
  Οὐ γὰρ πηδαλίῳ πείθεται ὡς ἄκατος,
Οὐδ' ἄγκυραν ἔχουσιν· ἀποῤῥήξασα δὲ δεσμὰ
  Πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα.

Pro συμφέρον legit χρήσιμον Clemens Alexandrinus Strom. l. 6. quem librum, uti et Euseb. Præparat. Evang. l. 10. adeat, qui τὸ εὐεπίφορον εἰς κλοπὴν τῶν Ἑλλήνων penitius inspicere velit. Plena est eorum messis: ego spicas tantum colligo. Ex Antiquis etiam olim de furto literario conscripsere Alcæus de Ephori furtis, non quidem ad normam historiæ conscribendæ, sed per parœdiam. Aretades, cujus opus laudatur a Porphyr. apud Eusebium Præp. Evangel. l. 10. περὶ συνεμπτώσεως, sive de fortuita Auctorum convenientia. Aristophanes Grammaticus ἐν ταῖς παραλλήλοιν Μενάνδρου τε καὶ ἀφ' ὧν ἔκλεψεν ἐκλογαῖς. Latinus (vel juxta quosdam Cratinus) in libris IV. περὶ τῶν οὐκ ἰδίων Μενάνδρου. Lysimachus in libris II. περὶ τῆς Ἐφόρου κλοπῆς. Philostratus Alexandrinus περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς. Pollio, qui librum de Herodoti furto conscripsit, itemque Epistolam ad Soterindam de Ctesiæ plagiis, et libri, cui nomen inditum est Ἰχνευταὶ, ubi de Theopompo multa leguntur.

CAP. III.

Orationes Funebres Antiquorum, *sc.* Platonis, Periclis, Lysiæ, Hyperidis, Isocratis, 680
Demosthenis, et Archini. Emendantur Gellius, Suidas non semel, et Dionysius Halicarnassensis: locus porro Aristotelis vindicatur contra παραδιορθωτὰς quosdam. Isocrates junior orationem funebrem habuit. Νοθεύεται oratio funebris Demosthenis. Emendatur non uno in loco. Ordo tribuum Atheniensium. Emendatur Menander Rhetor. Elegans Marmor in Museo Carpineo. Inusitatæ Latinitatis exempla. Rapsata. Propugnatricem periculorum. Aristides insigni medela mactus.

Adhuc in ferali hoc argumento moramur, et Antiquorum luctui, si Lectori non ingratum fore videbitur, destinavimus schedas quoque proximas. Eorum ex epitaphiis sermonibus ætatem maximam tulerunt Platonis Menexenus, Periclis oratio quam immortalitati consecravit Thucydides l. 2. Lysiæ et Hyperidis. Ἔχομεν (ait auctor ex recentioribus) Πλάτωνος καὶ Θουκυδίδου, καὶ Ὑπερίδου καὶ Λυσίου τοὺς ἐπιταφίους. Theo. c. 2. Sola ex his ad nos non περιῆλθεν Hyperidis, quam laudant Diodor. Sic. l. 18. Plutarch. in vit. Dionys. Halic. in arte c. 6. Longinus §. 34. Harpocrat. in Πύλαι, ceterique. Ejus fragmentum pulcherrimum conservavit Stobæus, quod hic repræsentavimus. Χαλεπὸν μὲν ἴσως ἐστὶ τοὺς ἐν τοῖς τοιούτοις ὄντας πάθεσι παραμυθεῖσθαι· τὰ γὰρ πένθη οὔτε λόγῳ οὔτε νόμῳ κοιμίζεται· ἀλλ' ἡ φύσις ἑκάστου καὶ φιλία πρὸς τὸν τελευτήσαντα ὁρισμὸν ἔχει τοῦ λυπεῖσθαι. ὅμως δὲ χρὴ θαῤῥεῖν, καὶ τῆς λύπης παραινεῖν εἰς τὸ ἐνδεχόμενον· καὶ μεμνῆσθαι μὴ μόνον τοῦ θανάτου τῶν τετελευτηκότων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς, ἧς καταλελοίπασιν. οὐ γὰρ θρήνων ἄξια πεπόνθασιν, ἀλλ' ἐπαίνων μεγάλων πεποιήκασιν. εἰ δὲ γήρως θνητοῦ μὴ μετέσχον, ἀλλ' εὐδοξίαν ἀκήρατον εἰλήφασιν, εὐδαίμονές τε γεγόνασι κατὰ πάντα. ὅσοι μὲν γὰρ αὐτῶν ἄπαιδες τετελευτήκασι, οἱ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἔπαινοι παῖδες αὐτῶν ἀθάνατοι ἔσονται· ὅσοι δὲ παῖδας καταλελοίπασιν, ἡ τῆς πατρίδος εὔνοια ἐπίτροπος αὐτοῖς τῶν παίδων καταστήσεται. πρὸς δὲ τούτοις, εἰ μέν ἐστι τὸ ἀποθανεῖν ὅμοιον τῷ μὴ γενέσθαι, ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ νόσων καὶ λύπης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν προσπιπτόντων εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον. εἰ δ' ἔστιν αἴσθησις ἐν ᾅδου καὶ ἐπιμέλεια παρὰ τοῦ δαιμονίου, ὥσπερ ὑπολαμβάνομεν, εἴη τοὺς ταῖς τιμαῖς τῶν θεῶν καταλυομέναις βοηθήσαντας πλείστης εὐδαιμονίας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυγχάνειν. Serm. CXXIII. Quoniam autem de Isocratis funebri oratione nonnulla ab Antiquis memoriæ prodantur; atque etiamnum exstet, quæ Demostheni a quibusdam attribuitur, de iis nonnulla, sed breviter et succincte. Isocratem ἐν Ἐπιταφίῳ (ita enim, non Σωκράτην, quibusdam legere placet magis) laudat Aristoteles Rhetor. I. 9. et III. 14. Quæ si valeat conjectura, intelligendus est Aristoteles de oratione, quam in funere Mausoli Cariæ regis habuit Isocrates, confirmante Gellio, X. 18. " Id monumentum Artemisia quum Diis Manibus Mausoli dicaret, ἀγῶνα laudibus ejus dicundis facit, ponitque præmia pecuniæ aliarumque rerum bonarum amplissima. Ad eas laudis decertandas venisse dicuntur viri nobiles ingenio atque lingua præstabili, Theopompus, Theodectes, Naucrites (rescribe Naucrates). Sunt etiam, qui Isocratem ipsum cum iis certavisse

memoriæ mandaverint, sed eo certamine vicisse Theopompum judicatum est." Adjungendus quoque Plutarchus in Isocrate. *Ἠγωνίσατο δὲ καὶ τὸν ἐπὶ Μαυσώλῳ τεθέντα ὑπὸ Ἀρτεμισίας ἀγῶνα· τὸ δὲ ἐγκώμιον οὐ σώζεται.* Sunt hæc tamen omnia dubiæ fidei, præsertim cum Gellius (Plutarchi enim auctoritatem non moror) tam timide de ea re scripserit. Accedit, quod vox Σωκράτης in loco Aristotelis, non Ἰσοκράτης, retinenda est. Verba enim, quæ ibi philosophus adducit, sunt Socratis, sive Platonis, in Menexeno. Suidas porro, aliquando utilissimus Auctor, juniori cuidam Isocrati Apolloniati eam orationem assignat, quam Gellius memorat. *Οὗτος δὲ Ἰσοκράτης καὶ Θεοδέκτῳ* (lege *Θεοδέκτῃ*) *τῷ ῥήτορι καὶ τραγῳδιοποιῷ καὶ Θεοπόμπῳ τῷ Χίῳ ἅμα τῷ Ἐρυθραίῳ Ναυκρατίτῃ* (vel potius *Ναυκράτῃ*, ut alibi recte) *διηγωνίσατο περὶ λόγων εἰς τὸν Ἐπιτάφιον Μαυσώλου τοῦ Καρὸς, βασιλέως Ἁλικαρνασσοῦ.* Confer eundem in v. Θεοδέκτης. Dionysius
681 denique Halicarnassensis, qui Art. Rhetor. c. 6. Thucydidem, Platonem, Lysiam, Hyperidem, Demosthenem, adeoque ipsum Naucratem Isocratis discipulum (ita enim legerem *καὶ ὁ τοῦ Ἰσοκράτους*, non *Σωκράτους, ἑταῖρος Ναυκράτης*, Vid. Cic. 1. de Orat. 23. 244. Orat. 51.), auctores funebrium Orationum recenset, vix, credo, Isocratem prætermisisset, si aliqua de ea re constans valuisset opinio. Si desit quod addam, credibilius est longe, quaternos Isocratis discipulos (nam ex eodem ludo sive officina dicendi exierunt Theopompus, Theodectes, Naucrates et Isocrates Apolloniates) inter se ingenii et eloquentiæ laudibus concertasse, quam consummatissimum Magistrum, qui vocis auctoritate et *forensi luce* semper fere *caruisse* dicitur, ad puerilem pene æmulationem descendisse cum iis, quos ipse informaverat. Eam in Isocrate dicendi infrequentiam testatur Cicero, cujus pene verbis utor, et Photius Cod. CCLX. Οὗτος [Isocrates] *πρὸς τὸν διαπυνθανόμενον διὰ τί μὴ δυνατὸς ὢν δημηγορεῖν ἄλλους ποιεῖ δημηγόρους, ὅτι καὶ αἱ ἀκόναι, ἔφη, αὐταὶ μὲν τέμνειν οὐ δύνανται, τὸν δὲ σίδηρον τμητικὸν ποιοῦσι.* Porphyrius tamen apud Eusebium Præpar. Evangel. l. 10. scribit solitum fuisse gloriari Theopompum, præceptorem a se superari. Mitto Isocratis *ἐπιτάφιον λόγον*, quem in honorem Evagoræ habuit, cum non sit publici instituti, neque ex eo genere laudationum Græcarum, quas in hoc loco pertractari velim, eademque de causa, quem in honorem Hermiæ composuit Aristoteles, ut liquet ex Athenæo l. 15. Conscripsisse orationem funebrem in eos, qui ad Chæroneam in prœlio ceciderunt Demosthenem *τὸν πάνυ*, et ex Plutarcho liquet, et ex Demosthenis etiam ipsius auctoritate abunde confirmatur. Intercidit vero, neque ea, quæ in Editis Demosthenis orationibus locum XXIIdum occupat, tanto nomini temere est adscribenda. Eam confodit olim Dionysius Halicarnassensis, Libanius et Photius, ceterique judices acutissimi: *φορτικὸς καὶ κενὸς καὶ παιδαριώδης Επιτάφιος* Dionysio dicitur, qui meam fidem non ægre impetrabit. Verum ne auctoritate magis duci, quam veris vinci videamur, excitemus ex suis latebris Sophistam,

"Namque hoc inclusi ligno occultantur Achivi."

In orationis aditu, vix rota currente; *Ὁμοίως μέντοι διαλεχθῆναι τοῖς πρότερόν ποτε εἰρηκόσιν ἐνθάδ' εἶναι μοι δοκεῖ.* Itane? *Δοκεῖ μοι εἶναι διαλεχθῆναι.* Sed ne me nimis inclementem dixeris, aut eas pœnas ab Au-

ctore petere, quas Librarius debeat, locum ita emendari posse concedam: *Ὁμοίως μέντοι διαλεχθῆναι τοῖς πρότερόν ποτε εἰρηκόσιν ἐνθάδε δεῖν ἐμοὶ δοκεῖ.* Sequitur autem: *Μόνοι γὰρ πάντων ἀνθρώπων ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν ταύτην* (l. *ταὐτὴν*) *ᾤκησαν, καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν παρέδωκαν. ὥστε δικαίως ἂν τις ὑπολάβοι τοὺς μὲν εἰς τὰς ἐπήλυδας ἐλθόντας πόλεις, καὶ τούτων πολίτας προσαγορευομένους ὁμοίους εἶναι τοῖς εἰσποιητοῖς τῶν παίδων· τούτους δὲ γνησίους γόνῳ τῆς πατρίδος πολίτας εἶναι.* Scitum est istud *ἐπήλυδας πόλεις*, vix Tyrone in literis Græcis, nedum Demosthene, dignum. Hesych. *Ἐπήλυδας, νεωστὶ ἐλθόντας ἐξ ἑτέρας γῆς, ἐπιλεκτοὺς, ἢ οὐκ ἰθαγενεῖς.* Recte sane, neque enim Civitates, in quas migramus, verum nos, qui commigramus ipsi, jure Ἐπήλυδες vocamur. Porro autem non leviter contra historiam suæ gentis peccat. *Ἐρεχθέα ἕνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν, τὰς αὐτοῦ παῖδας, ἃς Ὑακινθίδας καλοῦσιν, εἰς προὖπτον θάνατον δόντα ἀναλῶσαι.* Si ocium esset, quærerem, quid dixerit, qui dixit *ἀναλῶσαι θυγατέρας*, verum cum illud non habeam nimium, moneo tantum cespitavisse bonum hominem, qui duas historias ridicule contaminaverit, neque enim Hyacinthidas vocari Erechthei, sed *Hyacinthi* Lacedæmonii filias, qui ob simile factum cum Erechtheo nobilitatur. Sequitur: *Ἐμέμνηντο Ἀκαμαντίδαι τῶν ἐπῶν, ἐν οἷς Ὅμηρος ἕνεκα τῆς μητρός φησιν Αἴθρας Ἀκάμαντα εἰς Τροίαν στεῖλαι.* Id quod Homerus salva historia meminisse non potuit. Æthra enim Thesei erat mater, Acamantis autem *avia*. Noster tamen, ne oscitantia sua lectorem lateret, iterum *ἀνιστορησίαν* inculcat: *Ὁ μὲν οὖν παντὸς ἐπειρᾶτο κινδύνου, τοῦ σῶσαι τὴν ἑαυτοῦ μητέρα ἕνεκα.* Homerus interea de Acamante, nedum de hoc facto, ne unum quidem verbum. Quin et vero simillimum est Æthram ipsam Trojæ non fuisse. Istum enim *στίχον* Iliad. Γ. 144.

Αἴθρην Πιτθῆος θύγατρα, Κλυμένην τε βοῶπιν,

obelo notaverunt olim, ut videre est apud Plutarch. in Theseo: et Eustathius versum, si genuinus esset, de Æthra Thesei matre dici posse negat. In *Tribuum* recensione, quæ orationem claudit, indistincte *καὶ ὡς ἔτυχε*, facta, indicia sunt maxima nugacissimi Imitatoris. Nescivit ille Atheniensium fuisse morem, ut Tribuum nomina uno et perpetuo ordine citarent. Eum ordinem, contra ac noster simius, conservarunt Antiqui. Ex Polluce sic se habet, VIII. 9.

ΕΡΕΧΘΗΙΣ.	ΑΝΤΙΟΧΙΣ.
ΚΕΚΡΟΠΙΣ.	ΛΕΟΝΤΙΣ.
ΑΙΓΗΙΣ.	ΟΙΝΗΙΣ.
ΠΑΝΔΙΟΝΙΣ.	ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΣ.
ΑΚΑΜΑΝΤΙΣ.	ΑΙΑΝΤΙΣ.

In bello eadem fuit *τάξις*, ut credibile est ex his locis Herodoti et Plu- 682
tarchi inter se collatis. *Τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρεος ἡγέετο ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος· ὁ γὰρ νόμος εἶχε οὕτω τοῖσι Ἀθηναίοισι, τὸν πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν· ἡγεομένου δὲ τούτου, ἐξεδέκοντο ὡς ἀριθμέονται αἱ φυλαὶ, ἐχόμεναι ἀλλήλων.* Herodot. Erat. 111. Jam quid velit *ὡς ἀριθμέονται*, ni certam habuissent domi et *legitimam* quasi seriem Tribuum numerandarum? *Πλεῖστον χρόνον ἀντερεισάντων κατὰ Λεοντίδα καὶ Ἀντιοχίδα φυλὴν ἠγωνίσαντο λαμπρῶς τεταγμένοι παρ' ἀλλήλους ὅ, τε Θεμιστοκλῆς καὶ ὁ Ἀριστείδης· ὁ μὲν γὰρ Λεοντίδης ἦν, ὁ δ' Ἀντιοχίδης.* Plutarch. in Aristide. Multa præterea contra puritatem Atticam dicta, multa invenuste opposita prudens omitto. Et quanquam insit numero-

rum quidam flexus, qui auris percellit, quanquam suis locis tota oratio non inconcinne sit instructa, id quod elaborare maxime soleant Sophistarum filii, ille tamen

"Demens, qui nimbos et non imitabile fulmen."

Fuit Archinus quidam Atheniensis, qui *λόγον ἐπιτάφιον* scripsit, teste Platone in Menexeno, atque etiam Photio Cod. CCLX. *Τάχα δ' ἄν τις καὶ αὐτὸν* [Isocratem] *αἰτιάσαιτο κλοπῆς, ἐξ ὧν ἐν τῷ πανηγυρικῷ λόγῳ αὐτοῦ πολλὰ τῶν κατὰ τοὺς ἐπιταφίους λόγους εἰρημένων Ἀρχίνῳ τε καὶ Θουκυδίδῃ καὶ Λυσίᾳ ὑπεβάλετο.* Jam si harum Orationum originem quæras, ab initio fere Reip. Atheniensis *morem* invaluisse video, ut *in concione, populari oratione eos laudarent, qui in prœlio sint interfecti*, eamque laudandi consuetudinem ita *probari, ut quotannis illa die recitari* orationem *necesse* fuerit. Cic. 1. de Orat. Adjunge Menandrum Rhetorem, *περὶ Ἐπιταφίου. Λέγεται παρ' Ἀθηναίοις Ἐπιτάφιος, ὁ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐπὶ τοῖς πεπτωκόσιν ἐν τοῖς πολέμοις λεγόμενος λόγος.* Pergit: *Οὓς γὰρ ἂν εἶπεν ὁ Πολέμαρχος, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο* (l. *τούτῳ*) *τὸ τῆς τιμῆς ἀποδίδοται παρ' Ἀθηναίοις.* Utrum genus illud dicendi ab Ægyptiis profectum sit necne, qui ad civilem Græcorum vitam excolendam plurimum contulere (ex Ægyptiis certe arcessitum memorat Diodorus Siculus, l. 1.) illud nondum pro comperto habeo; ex omni tamen Græcia Athenis fere solis constitit, et a quibusdam scriptoribus istius populi quodammodo inventum esse perhibetur. *Μόνοι δ' ἁπάντων ἀνθρώπων τρία ταῦτ' ἐνομίσατε· τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως τελευτησάντων, αὐτῶν μὲν ἐπαίνους ἐπὶ ταῖς ταφαῖς καθ' ἕκαστον ἔτος λέγειν*, et quæ sequuntur. Aristid. Atque hæc fuit, *ὡς ἐν παρόδῳ*, emortualium Orationum apud Atheniensis facies. Ad Romanos deinde ritus ille propagatus et domesticis etiam laudationibus subinde adauctus in tantum accrevit, ut conquerantur Liv. VII. 40. et Cic. de Cl. Orat. 16. "istiusmodi laudationibus historiam Romanam mendosiorem esse factam." Honos ille defunctos quoscunque, si modo genere vel dignitate illustriores fuissent, pro rostris ornandi ad conjunctissimum fere semper deferebatur. licet scribat Quintilianus "pendere frequenter ex publico aliquo officio atque ex S. C. Magistratibus sæpe mandari." Utrumque fortasse verum, ut publicam personam, Consulem puta aut Prætorem, Magistratus: privatam genere conjunctissimus solenni oratione *produceret*. Ita Brutum, qui 1mus Consulatum gessit, laudavit Collega Valerius Publicola, ut fusius in sequentibus: Publius Decius Fil. qui primo Consul de Samnitibus triumphavit, IIII Cos. a Collega Fabio Maximo laudabatur. Aurel. Vict. c. 27. Liv. X. 29. Filium suum laudavit Fabius Maximus. Plutarch. Cic. de Senect. c. 4. Faustum filium Sylla. Appian. B. Civil. L. Metellum patrem Q. Metellus. Plin. VII. 43. Allato in forum corpore Appii, non Xviri, sed alterius, adiens filius Coss. et Tribunum postulavit congregari sibi legitimam concionem, ut *more Romano* de patre orationem haberet. ex Liv. l. 2. et Dion. Halic. l. 9. Octavius Drusum nepotem. Sueton. in Claud. c. 2. Marcellum itidem, si fides sit Servio ad 1. Æn. 716. Alios alii, de quibus nunc dicendi neque tempus esse video, neque, si tempus superesset, a me, ut dicatur, exspectari. In Municipiis nemo fere publico funere efferebatur sine laudatione. In agro Cordubensi

SEMPRONIAE. VARILLAE.
HVIC. MELLARIENSES.
LOCVM. SEPVLTVRAE.
FVNERIS. IMPENSAM.
STATVAM. LAVDATIONEM.
DECREVERE.
SEMPRONIA. VARILLA. F.
HONORE. ACCEPTO.
IMPENSA. REMISSA.
PIISSVMAE. MATRI.
POSVIT.

Gruter, ccccLxvi. 9.

Carpii in Hispan. 683

C. SEMPRONIO. SPERATO. FLAMINI. DIVORVM.
AVGG. PROVINCIAE. BOETICAE.
IMP. NERVA. TRAIANO. CAES. AVG. GERM. III.
VICERIO. ALAIRANO. ET. L. MARCIO. POSTVMO. COSS.

HIC. PROVINCIAE. BOETICAE. CONSENSV. FLAMINIS.
MVNVS. EST. CONSEQVVT. PERACTO. HONORE.
FLAMIN. ET. FECIALI. OMNIVM. CONCIL. ET.
CONSENSVS. STATVAM. DECREVIT. HVIC. ORDO.
MELLARIENSIS. DECREVERVNT. SEPVLT.
IMPENS. FVNERIS. LAVD. STATVAS. EQVESTRES. DVAS.

VENVSTA. VXOR. HONORE. ACCEPT. IMP. REMISSA.
P.

Gruter, cccxxi. 10.

Ibid.

D. M. S.
L. ACILIVS. L. F. GAL. BARBA. II. VIR.
VIXIT. ANN. LXIII.
ACILIA. L. F. LEPIDINA. N. ME. VI.
L. ACILIVS. L. F. GAL. TERENTIANVS. II. VIR. ANN. LVI.
CORNELIAE. G. F. LEPIDINAE. ANNOR. LX. L. VXORI.
INDVLGENTISSIMAE. MARITVS. PIISSIMVS. FLAMINIC.
M. S. D. D. FVNERVM. INPENSAS. LAVDATIO
NES. LOCA. SEPVLTVRAE. STATVAS. D.
H. S. S. SS. V. T. L.

Gruter, cccxliii. 3.

Primus apud Romanos mortuo Collega Bruto, supremas ejus laudes oratione prosecutus est Publicola, ut liquet ex Liv. II. 7. Aurel. Victor. de viris illustribus c. 10. Plutarcho in vita. *Ἀπεδέξαντο δὲ τοῦ Οὐαλερίου καὶ τὰς εἰς τὸν συνάρχοντα τιμὰς, αἷς ἐκκομιζόμενον καὶ θαπτόμενον ἐκόσμησε· καὶ λόγον ἐπ' αὐτῷ διεξῆλθεν ἐπιτάφιον, ὃς οὕτως ὑπὸ Ῥωμαίων ἠγαπήθη καὶ τοσαύτην ἔσχε χάριν, ὥστε πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ μεγάλοις ὑπάρχειν ἐξ ἐκείνου τελευτήσασιν ὑπὸ τῶν ἀρίστων ἐγκωμιάζεσθαι. λέγεται δὲ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιταφίων ἐκεῖνος γενέσθαι πρεσβύτερος, εἴγε μὴ καὶ τοῦτο Σόλωνός ἐστιν, ὡς Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ ἱστόρηκεν.* Romanis quoque inventum attribuit Dionys. Halic. Antiq. Rom. V. 17. *Ὀψὲ γάρ ποτε Ἀθηναῖοι προσέθησαν τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον τῷ νόμῳ, εἴτ' ἀπὸ τῶν ἐν Ἀρτε-*

μισίῳ καὶ περὶ Σαλαμῖνι καὶ ἐν Πλαταιαῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανόντων ἀρξάμενοι, εἶτ' ἀπὸ τῶν περὶ Μαραθῶνα ἔργων. ubi videas plura. In Concionibus Romanis duo sunt præcipue notanda, quod cito in tantum crevit laudandi hæc cupido, ut ab Augusti temporibus laudationes fierent duplices. Imperator ille sororem Octaviam in sacrario Iulio, Drusus pro rostris solenni oratione prosecutus est: Imperatorem mortuum laudarunt Tiberius et Drusus, ille pro æde Divi Iulii, hic pro rostris. Dio. Suetonius. Pium Antoninum M. Antoninus et L. Verus pro rostris uterque. Capitolin. in M. Antonino: Alterum est, quod, quamvis ab initio virorum tantum gesta, nunquam mulieres laudare mos fuisset, quia tamen Camilli temporibus Matronæ Romanæ, quum in publico deesset, aurum contulere, quo se Romani a Gallis redimere possent, ut sacro auro abstineretur, cautum fuit S. C. ut ob præclarum hoc facinus (quod tamen Plutarch. in Camillo aliter narrat, ego Livium sequor V. 50.) earum in funeribus, sicut in virorum, solennis laudatio haberetur. Primus itaque Popiliam matrem laudavit Crassus filius. Ita Alexand. ab Alexandro IV. 8. nescio tamen, quo animo vel auctoritate. Porciam Catonis sororem, Domitii Ahenobarbi uxorem, Cicero. Vid. 13. ad Attic. 48. (qui ibidem quoque memorat M. Varronis et Lollii laudationem). Amitam suam Juliam, uxoremque Camillam (qui honos tunc primum feminæ ætate juniori persolvebatur, ut Plutarch. in Cæsare), laudavit Julius Cæsar. Plutarch. et Suetonius. Aviam Augustus. Sueton. in Aug. c. 8. Iunia, Cassii uxor, M. Bruti soror, quanquam in testamento, cum ferme cunctos proceres
684 cum honore nominavisset, Cæsarem omisit, id tamen non prohibuit, quo minus laudatione pro rostris ceterisque solennibus funus cohonestaretur. Verba sunt fere Taciti 3. Ann. 76. Exstat apud Fabrettum p. 168. marmor elegantissimum, sed ætatis vicio tertia circiter parte uniuscujusque lineæ consumptum, in quo continetur honestissimum præconium, quod in honorem conjugis defunctæ habuit Civis quidam Romanus, cujus nomen, fortuna et conditio ad nos non descendit. Elegantiam habet maximam, ætatem optimam, et singulare, quod sciam, exemplum continet orationis publicæ marmori saxove concreditæ.*

* * *

685 Tempus hujus orationis indicare videntur mentio Cæsaris Augusti, et pacati orbis, quem ejus opera contigisse satis notum est; nomen item M. Lepidi *conlegæ*, non nostri fortasse, ut intellexit Fabrettus, sed Augusti in IIIviratu. C. denique Cluvii, adfinitate, uti videtur, oratori nostro conjuncti. Caius Cluvius, ubi suam Julio Cæsari probasset fidem, ab eo cum imperio in Galliam fuit missus. Unus erat ex VIIIviris, quibus idem Cæsar, cum in Hispaniam contra Pompeii filios ire maturavit, præfecturam urbis commisit A. V. C. DCCVII, Cæsare tertium Dictatore, quod indicat nummus æreus cum hac inscriptione, CÆSAR DIC*tator* TER*tium* et in parte postica *Caius* CLOV*ius* PRÆF*ectus*. Puteolanum fuisse testatur Cic. 13. Epist. 55. quod arguit quoque hæc Inscriptio Puteolis effossa.

[* Exemplar marmoris, e Fabretto exscriptum, quod hic sequitur in Editione Taylorana in 4to, ut minus conveniens nostræ in 8vo, et porro pannum splendentem potius quam utilem, cum Reiskio prætermisimus: in quo enucleando quantum profecerit Taylorus, qui otiatur et scire cupit, facile Fontem ipsum contulerit. Idem dictum velim de tabula ænea ad init. cap. iv.]

C. CLVVIVS. M. F.
IIII VIR.
IVRI. DIC. II VIR. NOLAE.
IIII VIR. QVINQVENNAL.
DE. SVO. FACIVND. COERAVIT.
IDEMQVE. RESTITVIT.
JOVI. O. M. SACR.

Memorabile feminæ facinus et in adversis viri rebus constantiam plane singularem! memorabile etiam istud, quod *partui diffidens, ex alterius conjugio* prudens sciensque *parari* passa sit *fecunditatem; consilium in quibusdam feminis*, raro licet exemplo, conspiciendum, *in illa* tamen *minime admirandum* ceteris *virtutibus conlatum.* Ita enim intelligo et suppleo fatiscens marmor l. 30. Quod ad Latinum sermonem attinet, qui tunc temporis purissimus habebatur, pauca sunt, quæ indigitari volui, lectori meo concoquenda. l. 1. Frustra gloriatur * * *me patriæ redditum a se, nam nisi* Tu, conjux, *parasses, quod servare* me poterat, *inaniter ille opes suas* POLLICERETUR. l. 11. *acerbissimum mihi accidisse* TUA VICE *fatebor.* upon your account. l. 15. *indignum in modum* RAPSATA. l. 31. DOLENS ORBITATE mea l. 35. CONDICIONEM QUÆRERES, non de stupro, sed honestis nuptiis. *Nullum officii genus etiam infame prætermiserat*, condicionibus *etiam* quærendis, *atque arcessendis mulieribus, quas corrumperet.* Sueton. in Aug. c. 63. l. 61. *speculatricem* PROPUGNATRICEM *meorum* PERICULORUM. Magna inusitatæ Latinitatis exempla in tam brevi circuitu verborum, et, quod jure mireris, unicæ fere hæ sunt reliquiæ Romanorum in re funerea eloquentiæ, cum privatarum laudationum et crebra fuisse exemplaria et bene servata necesse est; quoniam unaquæque familia diligentia non mediocri hæc vel quasi monumenta servaret ad usum, si quis ejusdem generis occidisset, vel ornamenta ad dignitatem atque ad memoriam laudum domesticarum. Vergente sæculo plena sunt Ecclesiasticorum Scriptorum monumenta præconiis in funere recitari solitis. Plena etiam Sophistarum, Adriani Tyrii, Himerii, Polemonis, Libanii, etc. Aristidis ἐπιτάφιον in Alexandrum discipulum memorat Magister in v. Φύσις, ni Epistola sit potius S. P.que Cotiæensi, unde genus duxit Alexander, quam Oratio dicenda. Aristides, ipse Epistolam vo- 686
cat, exeunte sermone: *ὅπερ ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιστολῆς εἶπον.* Rationem magis habet λόγου ἐπιταφίου alia, quæ in Editis Aristidis campræcedit, in Eteonicum sc. Ἐπικήδειος Cyzici habita. Ea insignissimo mendo liberata finem huic commentatiunculæ imponet. *Ποῖος ταῦτα Σιμωνίδης θρηνήσει; τίς Πίνδαρος ποῖον μέλος ἢ λόγον τοιοῦτον ἐξευρών; τίς χορὸς ἄξιον φθέγξεται τοιούτου πάθους, ποία δὲ Δύσηρις Θετταλὴ τοσοῦτο πένθος ἐπένθησεν ἐπ' Ἀντιόχῳ τελευτήσαντι, ὅσον νῦν μητρὶ τῇ τούτου πένθος πρόκειται.* In hoc commate quædam intelligo, Simonidem sc. et Pindarum, quorum θρῆνοι ab antiquis laudantur; in quibusdam hæreo, quænam fuit illa Dyseris sive Antiochi mater, sive anus quædam, quæ luctui præfuit: at in his plane cæcutio. *Ποῖος Σιμωνίδης — τίς Πίνδαρος — τίς χορός.* Nulla vi, nulla facundia a me impetrabis hæc esse sana. Latet omnino in χορος scriptoris cujusdam nomen, cui si adjungas vocem præeuntem, τις, mecum senties esse *Stesichorum.* *Ποῖος Σιμωνίδης — τίς Πίνδαρος — τίς Στησίχορος.* Alibi IIIviratum istum memorat Aristides. *Καὶ Κίοις δὴ Σιμωνίδην, καὶ Στησίχορον Ἱμεραίοις, καὶ Θηβαίοις Πίνδαρον.*

CAP. IV.

Amazones. Onatus sive Onasus rerum Amazonicarum scriptor antiquus. Restituitur locus Aristophanis et Apollonii Rhodii. Tollitur gravissimum in Herodoto mendum. Prætorum Atheniensium nomina aliquam multa vindicantur. Emendatur Dionysius Halicarnassensis, Diodorus Siculus, Demosthenes, aliique, Lysias denique, Etym. M. et Cæsar.

De rebus Amazonicis (v. p. 55. ult.) scripsere inter Antiquos Onatus, σχ. Theocrit. XIII. 46. (quem Onasum vocat σχ. Apollonii Rhodii I. 1208. 1237.) atque inter recentiores laudabilem sane commentarium Petrus Petitus. In monumentis Veterum, quæ *populum* istum *mulierum* adhuc nobilitant (cujusmodi sunt nummi Smyrnæorum, Thyatirenorum ceterarumque civitatum juxta Asiæ oram maritimam, Vide Seguin. p. 23. gemmæ quam plurimæ tabulæque antiquæ. Vid. Canin. Iconogr. XVI. Beger. Thesaur. Brandenburg. vol. III. p. 318. Lucernam antiquam apud Licetum, IV. 55. et *ferro* armari et *equis* vehi semper videri volunt: accomodate ad mentem Lysiæ, μόναι δὲ ὡπλισμέναι σιδήρῳ τῶν περὶ αὐτὰς, πρῶται δὲ πάντων ἐφ' ἵππους ἀναβᾶσαι. Uti Aristophanes Lysistr. 677.

Ἢν δ' ἐφ' ἱππικὴν τράπωνται, διαγράψαι τοὺς ἱππέας·
Ἱππικώτατον γάρ ἐστι χρῆμα κἄποχον γυνή,
Κοὐκ ἀναπολεῖσθαι (l. ἀπολισθαίνει) τρέχοντος·
τὰς δ' Ἀμαζόνας σκόπει,
Ἃς Μίκων ἔγραψ' ἐφ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσι.

Hic libentius adderem, quantum lucis imago illa apud Licetum affundat Plutarchi verbis in Theseo: Ὁ δὲ Δοῦρις οὐ ποταμὸν εἶναί φησι τὸν Θερμώ-
687 δοντα, ἀλλ' ἱστάντας τινὰς σκηνὴν καὶ περιορύττοντας, ἀνδριαντίσκιον εὑρεῖν λίθινον, ὑπὸ γραμμάτων τινῶν διασημαινόμενον, ὡς εἴη Θερμώδων ἐν ταῖς ἀγκάλαις Ἀμαζόνα φέρων τετρωμένην: quantum tabula Begeriana Lysiæ: οἷς [equis] ἀνελπίστως, δι' ἀπειρίαν τῶν ἐναντίων ᾕρουν μὲν τοὺς φεύγοντας, ἀπέλειπον δὲ τοὺς διώκοντας. Nemo fere ad laudem Atheniensium accessit, qui bellum Amazonicum resque ab Atheniensibus præclare in eo gestas dissimulavit. Ἔστι δὲ ἡμῖν (inquit dux istius gentis apud Herodot. Calliop. 27.) ἔργον εὖ ἔχον καὶ ἐς Ἀμαζονίδας τὰς ἀποθήκας τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος ποταμοῦ ἐσβαλούσας κοτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν. Quodcunque in corruptissima ista voce ἀποθήκας latet, Gronovii certe τὸ ἀποθήτας non latet. Diu fui in ea sententia, ut locum ita restitueremus: ἐς Ἀμαζονίδας τὰς ἀπὸ Θεμισκύρας τῆς ἐπὶ Θερμώδοντος ποταμοῦ ἐσβαλούσας κοτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν. Nam Herodotus ipse Melpom. 86. Ἐς δὲ Θεμισκύραν τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι ποταμῷ ἐκ τῆς Ἰνδικῆς — τριῶν τε ἡμερέων καὶ δύο νυκτῶν πλόον. Strabo quoque l. 11. Τὴν δὲ Θεμισκῦραν καὶ τὰ περὶ τὸν Θερμώδοντα πεδία, καὶ τὰ ὑπερκείμενα ὄρη ἅπαντες Ἀμαζόνων καλοῦσι. Pausanias Attic. c. 15. Μόναις δ' ἄρα ταῖς γυναιξὶν οὐκ ἀφῄρει τὰ πταίσματα τὸ εἰς τοὺς κινδύνους ἀφειδὲς, εἴγε Θεμισκύρας τε ἁλούσης ὑπὸ Ἡρακλέους, καὶ ὕστερον φθαρείσης σφίσι τῆς στρατιᾶς, ἣν ἐπ' Ἀθήνας ἔστειλαν, ὅμως ἐς Τροίαν ἦλθον Ἀθηναίοις τε αὐτοῖς μαχούμεναι καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησιν.

Apollon. Rhod. I. 297.

Ἔνθα Θεμισκύριαι (l. Θεμισκύρειαι) Ἀμαζόντες ὡπλίζοντο.

Id. II. 369.

Κεῖθεν δὲ προτέρωσε μέγας καὶ ὑπείροχος ἀγκὼν
Ἐξανέχει γαίης, ἐπὶ δὲ στόμα Θερμώδοντος
Κόλπῳ ἐν εὐδιόωντι Θεμισκύρειον ἐπ' ἄκρην
Μύρεται, εὐρείης διαειμένος ἠπείροιο.
Ἐνθάδε Δοίαντος πεδίον· σχεδόθεν δὲ πόληες
Τρισσαὶ Ἀμαζονίδων· μετὰ δὲ σμυγερώτατοι ἀνδρῶν
Τρηχείην Χάλυβες καὶ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσιν
Ἐργατίναι· τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλονται.

Lycophr. v. 1327.
Theseus

Σὺν θηρὶ βλώξας τῷ σπάσαντι δηΐας
Μύστῃ Τροπαίας μαστὸν εὔθηλον θεᾶς
Ζωστηροκλέπτης, νεῖκος ὤρινεν διπλοῦν,
Στόρνην τ' ἀμέρσας, καὶ Θεμισκύρας ἄπο
Τὴν τοξοδάμνον νοσφίσας Ὀρθωσίαν.

σχ. ad loc. Θεμίσκυρα, πόλις Παφλαγονίας καὶ Ἀμαζόνων, ἔνθα Θεμισκύρειαι αἱ Ἀμαζόνες λέγονται. Justin. II. 4. "In Cappadociæ ora juxta amnem Thermodonta consederunt, subjectosque Themiscyrios campos occupavere. — Horum uxores — singulare omnium sæculorum exemplum ausæ auxere Rempublicam sine viris." Nec miretur aliquis ἀποθήκας pro ἀπὸ Θεμισκύρας describi potuisse, aut reclamitet non solere librarios *propria nomina* compendifacere. Scio non solere *consilio*, sed *incuria* compendifaciunt. Qui enim fieri potuit, ut pro Δημήτριος Δῆμος, pro Θέσσαλος Θάλλος apud Dionysium Halicarnass. reperiremus? Scholiastes Aristoph. Ran. 33. ait actam fuisse eam fabulam anno post pugnam ad Arginusam, quæ commissa erat ἐπ' Ἀντίνου. Hunc autem Prætorem Atheniensem Historici omnes et auctor adeo Argumenti *Antigenem* vocant. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου Ἄρχοντος τοῦ μετὰ Ἀντιγένους. Quin et ipse σχ. v. 732. τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Ἀντιγένους. Qui Magistratum summum Athenis gessit Olymp. LXXV. 1. ab aliis Calliam, ab aliis Calliadem appellari, olim monui (pag. 470). Jam tempus est, ut moneam *Calliadem* recte scribi. Marmor enim Arundell. ad Olymp. LXXXI. 1. Ἄρχοντος Ἀθήνῃσιν . . . . . αλλιου τοῦ προτέρου. Quod verum est, cum Callias alter præturam gessit Olymp. XCII. 1. Verum esse non potuit, si is, qui LXXV. 1. gesserat, nominaretur quoque Callias. Quid commercii est inter voces Lysiam et Nausimachum? Archon autem Olymp. LXXXVI. 1. ab aliis Nausimachus, ab aliis Lysimachus, ab aliis denique compendiose *Lysias* appellatur. Quem Olymp. XC. 1. Astyphilum nominant Marmor Arundellianum et Athenæus, Diodorus Siculus mendose, ut opinor, Aristophylum. Et similiter, qui Aristomnestus XCI. 1. Isæo de Philoctetæ heredit. ille Auctori Argum. Av. Aristoph. et Hesych. in Ἑρμοκοπίδαι Arimnestus est. Elpines Archon erat CVI. 1. Diodoro teste et Dionysio in Dinarcho, eod. tamen Dionysio in Lysia erat Elpinices. Unde fortasse restituendus Demosthenes pro Corona: Αὗται ἀπεδόθησαν αἱ μαρτυρίαι ἐπ' Ἐλπινίκου Ἑκατομβαιῶνος τρίτῃ ἱσταμένου. Male hodie ἐπὶ Νικίου. Vel, quoniam ætas aliquantulum obstet, pro Νικίου Νικήτου restituas, qui paulo ante hanc Orationem habitam eo munere fungebatur. Certe Nicias in Fastis Atticis neutiquam comparet. Observabit bonus lector istum Nicetam a Diodoro Niceratum, ab Arriano de expedit.

Alexandri Anicetum dici. Verum ne extra oleas divagari videar, aut ea diligentius curare, quæ minus ad me attinent, ad Lysiam redeo, quem
688 sic limatiorem reddo. p. 197. 1. ed. Steph. *Οἱ δὲ νῦν θαπτόμενοι, βοηθήσαντες Κορινθίοις ὑπὸ παλαιῶν φίλων ἀδικουμένοις, κοινοὶ σύμμαχοι γενόμενος.* Vegetari oppositionem velim facta unius literulæ mutatione, et reponi *καινοί.* *Quod a veteribus hospitibus auxilium frustra exspectabant Corinthii, id in novis reperere.* In eadem oratione p. 194. 4. *οἷος μέγας, καὶ δεινὸς τῇδε τῇ πόλει κίνδυνος ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἠγωνίσθη;* Vocem *οἷος*, quam solicitarunt Codd. MSS. eam auctoritate Aristidis retinui, neque etiamnum pœnitet retinuisse. *Οὐ μὴν ἔμελλον αἱ ἀραὶ λήθῃ δοθήσεσθαι· λοιμὸς γὰρ τῇ τῶν Ἐφεσίων πόλει ἐνήκμαζεν οἷος βαρύτατος.* Auctor anonymus apud Suidam in v. *Ἀραῖς.* In proxima p. 97. 9. pro *ἠμυνάμην ἐνστάς*, locum ita correxi, *ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν ἠμυνάμην, ἐκστὰς ἔβαλλέ με λίθοις.* Neque pœnitet correxisse. *Ουδεὶς γὰρ ὑπέμεινεν αὐτὸν, οὐδ' εἰς χεῖρας συνῆλθεν, ἀλλ' ἀποστάντες ἔβαλλον ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασι.* Plutarch. in Alcibiade extr. Inter honores, quos regibus suis Barbari conferre solent, recensentur ab Aristot. Rhetor. I. 5. *Προσκυνήσεις, καὶ ἐκστάσεις.* A via *declinationes.* Juxta p. 97. 25. *Πειραιέως* male in textu locum occupat, quam vocem alibi semper ad imam paginam detrusi. Vid. p. 106. 29. Nam qui Atticas locutiones tractant, Mœris et Magister, cum *contractam* formam istiusmodi Genitivorum Atticis placere tradant, *dissolutam* ceteris Græcis, hanc ipsissimam vocem omine non lævo in exemplum adducunt. Eis, quæ a me ad istum locum dicuntur, addas Etymol. M. in v. *Πηλεύς.* *Ἰστέον, ὅτι τὰ εἰς ευς, εἰ μὲν καθαρὸν ἔχει τὸ ε, συναιρεῖται παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, Στειριεὺς, Στειριέως, Στειριῶς, κ. τ. λ.* et rursus in *Βασιλεύς.* *Ἰστέον, ὅτι τὰ εἰς ως* (lege *ευς*) *ἐὰν μὴ ἔχῃ πρὸ τοῦ ε σύμφωνον, συναιροῦνται παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις· οἷον Ἐρετριεὺς, Ἐρετριέως καὶ Ἐρετριῶς. Πειραιεὺς, Πειραιέως καὶ Πειραιῶς.* Ibidem notavi elegantem usum *τοῦ πάλιν*, et contendi non semper *iteratam* aliquam actionem designare, sed venuste dici posse, pro *invicem, ex opposito.* Ita Plutarchus de fraterno amore: *Τοὐναντίον αὖ πάλιν πονηρόν.* Ita cultissimus apud Latinos scriptor Cæsar: "Ut ipsi concedi non oporteret, si in nostros finis impetum faceret, sic iterum nos esse iniquos, qui in suo jure se interpellaremus." B. Gall. l. 44. Itaque in illo loco ejusdem Cæsaris initio B. Gall. lib. 4. "Hi centum pagos habere dicuntur: ex quibus quotannis singula millia armatorum, bellandi causa, ex finibus educunt: reliqui, qui domi manserint, se atque illos alunt: Hi rursus invicem anno post in armis sunt: illi domi remanent." In isto, inquam loco vox *invicem*, quæ ex Vossianorum Codd. uno abest, recte quidem mea sententia abest. Sedulus glossator (nam ex ea officina est, et sexcenti fere loci adhuc purissimi istius scriptoris istiusmodi spurcitie contaminantur) cavit pro summa sua diligentia, ne *rursus* minus recte exponeremus, aut inusitatior ejus significatio lectoris aciem effugeret, itaque adlevit *invicem.* Sequitur p. 102. 2. ed. Steph. *Ἐκ τῆς πατρίδος ἐκβαλεῖν αὐτὸν ποιοῦνται.* Aliquantulum fidei ad locum adstruere satagebam conjecturæ viri ingeniosissimi, *ἐκ τῆς πατρίδος ἐκβαλεῖν σπουδὴν ποιοῦνται.* Emendationis fidejussores erant Herodotus et Pausanias. Adjunge incertum apud Suid. in *Ἀγώνισμα.* *Ἀγώνισμα, σπουδὴν, ἐπιμέλειαν. Ἀγώνισμα τίθενται συλλαβεῖν αὐτόν.* et Herodotum iterum, Erat. 107. *Ἐκπεσόντος δὲ ἐς τὴν ψάμμον αὐτοῦ, ἐποιέετο πολλὴν σπουδὴν ἐξευρεῖν.*

CAP. V.

Andocides. Percurritur ejus vita. Plutarchus in Andocide sæpius emendatur. Stephanus item Byzantinus et Nepos. Mos Atheniensium. Romanorum. Item alius. Παρίνου Σελίνου.

Ex Xviratu Oratorum nullum ætate conjunctiorem habuit Lysias, quam Andocidem, quorum utriusque orationes adversariæ *ἀσεβείας* adhuc servantur. Exstat Nostri pag. editionis Stephan. 103, 17. Andocidis, Edit. Steph. Oratorum Græcorum p. 1. secundi tmematis. Percurram in h. capite vitam Andocidis, tum de fide nonnullorum, quæ illi hodie adsignantur, pauca disputabo, deinde ad cetera pergam. Quæcunque de Andocide prodiderit Plutarchus in libello de vitis X Oratorum, ea tanta fide expresserit Photius, ut hunc ab illo commodato accepisse dixeris. In ea tamen sententia non sum, et judico potius Sophistam, qui Plutarchum simulare voluit, historiarum suarum monumenta, rerumque gesta- 689
rum fidem a Photio emendicare coactum esse, qui solus eo tempore commentarium de vita Oratorum conscriptum habuit. Utcunque cedat ista divinatio, lectori fortasse meo non displicebit, si bigam istam historicam, ut pariter fiat, procurarem. Hem! accipe.

PLUTARCHUS

Tom. Moral. Edit. Græc. Bas. 1574. pag. 448.

Ἀνδοκίδης Λεωγόρου μὲν ἦν πατρὸς, τοῦ θεμένου ποτὲ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνην Ἀθηναίοις, τὸν δῆμον δὲ Κυδαθήναιος ἢ Θουρεὺς, γένους εὐπατριδῶν, ὡς δὲ Ἑλλάνικος καὶ ἀπὸ Ἑρμοῦ, καθήκει γὰρ εἰς αὐτὸν τὸ Κηρύκων γένος. διὸ καὶ προεχειρίσθη ποτὲ μετὰ Γλαύκωνος, σὺν ναυσὶν εἴκοσι Κερκυραίοις βοηθήσων, διαφερομένοις πρὸς Κορινθίους. μετὰ δὲ ταῦτα αἰτιαθεὶς ἀσεβεῖν, ὡς καὶ αὐτὸς τοὺς Ἑρμᾶς περικόψας, καὶ εἰς τὰ τῆς Δήμητρος ἁμαρτὼν μυστήρια, διὰ τὸ πρότερον ἀκόλαστον ὄντα, νύκτωρ κωμάσαντα, θραῦσαί τι τῶν ἀγαλμάτων τοῦ θεοῦ, καὶ εἰσαγγελθέντα, ἐπειδὴ οὐκ ἠβουλήθη ὃν ἐζήτουν οἱ κατήγοροι δοῦλον ἐκδοῦναι, διαβληθῆναι, καὶ πρὸς τὴν αἰτίαν τῆς δευτέρας γραφῆς ὕποπτον γενέσθαι. ἦν μετ' οὐ πολὺν χρόνον τοῦ ἐπὶ Σικελίαν στόλου συνέβη γενέσθαι, Κορινθίων εἰσπεμψάντων Λεοντίνους τε καὶ Αἰγεσταίους ἄνδρας ἰδίᾳ μελλόντων βοηθεῖν αὐτοῖς τῶν Ἀθηναίων, νύκτωρ τοὺς περὶ τὴν ἀγορὰν Ἑρμᾶς περιέκοψαν, ὡς Κράτιππός φησι. προσαμαρτὼν μυστήρια, κριθείς τε ἐπὶ τούτοις ἀπέφυγεν ἐπὶ τῷ μηνύσειν τοὺς ἀδικοῦντας· σπουδὴν δὲ πᾶσαν ἐνεγκάμενος, ἐξεῦρε τοὺς περὶ τὰ ἱερὰ ἁμαρτάνοντας, ἐν οἷς καὶ τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐμήνυσε, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους πάντας ἐλέγξας ἐποίησεν ἀπολέσθαι· τὸν δὲ πατέρα ἐρρύσατο, καίτοι δεδεμένον ἤδη, ὑποσχόμενος πολλὰ λυσιτελήσειν αὐτὸν τῇ πόλει, καὶ οὐκ ἐψεύσατο. ἤλεγξε γὰρ ὁ Λεωγόρας πολλοὺς δημόσια χρήματα σφετεριζομένους, καὶ ἄλλα τινὰ ἀδικοῦντας. καὶ διὰ μὲν ταῦτα ἀφείθη τῆς αἰτίας. εὐδοκιμῶν δὲ ὁ Ἀνδοκίδης ἐπὶ τοῖς πολιτευομένοις, ἐπέθετο ναυκληρίᾳ καὶ τοῖς τε Κυπρίων βασιλεῦσι καὶ πολλοῖς ἄλλοις δοκίμοις ἐπεξενώθη, ὅτε καὶ μίαν τῶν πολιτίδων Ἀριστείδου θυγατέρα ἀνεψιὰν οὖσαν αὐτῷ, λάθρα τῶν οἰκείων ἐξαγαγὼν ἔπεμψε δῶρον τῷ Κυπρίων βασιλεῖ. μέλλων δὲ ἐπὶ τούτοις εἰς δικαστήριον εἰσάγεσθαι, πάλιν αὐτὴν ἐξέκλεψεν ἀπὸ τῆς Κύπρου, καὶ ληφθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐδέθη. διαδρὰς δὲ ἧκεν εἰς τὴν πόλιν, καθ' ὃν χρόνον οἱ τετρακόσιοι διεῖπον τὰ πράγματα, δεθεὶς δὲ ὑπὸ τούτων καὶ διαφυγὼν αὖθις, ὁπότε κατελύθη ἡ ὀλιγαρ-

χία, ἐξέπεσε τῆς πόλεως τῶν λ̄ τὴν ἀρχὴν παραλαβόντων. οἰκήσας δὲ τὸν τῆς φυγῆς χρόνον ἐν Ἠλίδι, κατελθόντων τῶν περὶ Θρασύβουλον, καὶ αὐτὸς ἧκεν εἰς τὴν πόλιν. πεμφθεὶς δὲ περὶ τῆς εἰρήνης εἰς Λακεδαίμονα, καὶ δόξας ἀδικεῖν ἔφυγε. Δηλοῖ δὲ περὶ πάντων ἐν τοῖς λόγοις οἷς συγγέγραφεν. οἱ μὲν γὰρ ἀπολογουμένου περὶ τῶν μυστηρίων εἰσὶ, οἱ δὲ καθόδου δεομένου· σώζεται δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ περὶ τῆς ἐνδείξεως λόγος, καὶ ἀπολογία πρὸς Φαίακα, καὶ περὶ τῆς εἰρήνης, καὶ ἤκμαζε μὲν κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἅμα Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ. ἄρχει δὲ αὐτῷ τῆς γενέσεως Ὀλυμπιὰς μὲν ἑβδομηκοστὴ ὀγδόη, ἄρχων δὲ Ἀθήνησι Θεογενίδης, ὥστε εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτεσί που ἑκατόν. Τούτου δὲ ἐπώνυμός ἐστι καὶ Ἑρμῆς ὁ Ἀνδοκίδου καλούμενος, ἀνάθημα μὲν ὢν φυλῆς Αἰγηΐδος, ἐπικληθεὶς δὲ Ἀνδοκίδου διὰ τὸ πλησίον παροικῆσαι τὸν Ἀνδοκίδην. καὶ αὐτὸς δὲ ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῳ διθυράμβῳ, καὶ νικήσας ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ᾽ ὑψηλοῦ, ἀντικρὺς τοῦ πωρίνου σελίνου· ἔστι δὲ ἁπλοῦς καὶ ἀκατάσκευος ἐν τοῖς λόγοις, ἀφελής τε καὶ ἀσχημάτιστος.

PHOTIUS

Biblioth. Cod. CCLXI.

Ἀνεγνώσθησαν Ἀνδοκίδου λόγοι δ̄. οὓς τέως εἴδωμεν· ὁ περὶ τῶν μυστηρίων, ὁ περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου, ὁ περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης, καὶ τέταρτος ὁ κατὰ Ἀλκιβιάδου. Ἔστι δὲ ἐν τούτοις ὁ ἀνὴρ ἁπλοῦς τε καὶ ἀκατάσκευος, ἀφελείας τε φίλος, καὶ τῷ ἀσχηματίστῳ σχηματιζόμενος. συνακμάσαι δὲ Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ λέγεται, καὶ ἀρχὴν αὐτῷ τῆς γενέσεως γενέσθαι ὀγδόην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. παῖς δὲ ἐχρημάτιζε Λεωγόρου, ἐξ εὖ γεγονότων καταγόμενος. Ἑλλάνικος δέ φησι καὶ τῆς πόῤῥω τῆς γενέσεως ὀχετοὺς ἥκειν εἰς αὐτὸν ἐξ Ἑρμοῦ. αἰτίαν δὲ λαβὼν τοῦ ἀσεβεῖν ἐπὶ τῇ τῶν Ἑρμῶν περικοπῇ, καὶ τῇ τῶν μυστηρίων τῆς Δήμητρος ὕβρει, ἀπέφυγε κριθεὶς ἐπὶ τῷ μηνύσειν τοὺς ἀδικοῦντας· σπουδὴν δὲ πᾶσαν εἰσενεγκάμενος, εὗρε τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ ἁμαρτήσαντας, οἷς καὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα συγκατεμήνυσεν· ἀλλὰ γὰρ τοὺς μὲν ἄλλους πάντας ἐλέγχοις φωράσας ἀπολέσθαι κατεπράξατο, τὸν δὲ πατέρα καίτοι δεδεμένον ἤδη ἐξείλετο ὑποσχόμενος ἐν πολλοῖς αὐτὸν λυσιτελέσι (Steph. λυσιτελῆ. F. λυσιτελήσειν absque γενέσθαι olim scriptum) γενέσθαι τῇ πόλει· καὶ οὐκ ἐψεύσατο. ὁ γὰρ Λεωγόρας πολλοὺς διήλεγξε χρήματα δημόσια νοσφισαμένους, καὶ ἕτερα τοιαῦτα παρανομοῦντας. εὐδοκιμῶν δὲ ἐπὶ τοῖς πολιτεύμασιν ὁ Ἀνδοκίδης ἐπέθετο ναυκληρίαν (l. ναυκληρίᾳ) καὶ τοῖς τε Κυπρίων βασιλεῦσι ξένος ἐγένετο, καὶ πολλοῖς ἄλλοις δοκίμοις, ἡνίκα καὶ θυγατέρα μὲν Ἀριστείδου, ἀνεψιὰν δὲ αὐτοῦ, τῶν οἰκείων ὑπεκκλέψας δῶρον ἔπεμψε τῷ Κυπρίων βασιλεῖ. μέλλων δὲ εἰς δικαστήριον ἐπὶ τῇ κακουργίᾳ εἰσάγεσθαι, πάλιν αὐτὴν ἀπὸ Κύπρου κλέπτει, καὶ ἁλοὺς ὑπὸ τοῦ Κυπρίων βασιλέως, δεσμοῖς παρεδόθη· κᾀκεῖθεν δὲ διαδρὰς ἐπεδήμησε τῇ πόλει κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ, ἡνίκα τοῖς τετρακοσίοις τὰ πολιτικὰ μετεχειρίζετο πράγματα· δεθεὶς δὲ καὶ ὑπὸ τούτων πάλιν διέφυγεν. ἡνίκα δὲ ἡ ὀλιγαρχία κατελύθη, ἐφυγαδεύθη τῆς πόλεως· καὶ ἐν Ἠλίδι τὸν τῆς φυγῆς χρόνον διατρίψας, τῶν περὶ Θρασύβουλον κατεληλυθότων, καὶ αὐτὸς συγκατελήλυθεν· αἱρεθεὶς δὲ περὶ τῆς εἰρήνης εἰς Λακεδαίμονα πρεσβεύειν, καὶ ἀδικεῖν δόξας ἔφυγε. Τούτου δέ ἐστιν ἐπώνυμος καὶ Ἑρμῆς, ἀνάθημα μὲν φυλῆς Αἰγηΐδος, ἐπικληθεὶς δὲ Ἀνδοκίδου, διότι πλησίον αὐτοῦ Ἀνδοκίδης ᾤκει.

690 Si unum legeris, utrumque legeris, nisi quod illa, quæ Photius commentatus est, alter mendose et σολοικοφανῶς exscripsit. Andocides Leogoræ fil. (hucusque saltem recte, et juxta marmor apud Fulv. Ursinum

ΑΝΔΟΚΙΔΗΣ ΛΕΩΓΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ) erat juxta Plutarchum Κυδαθήναιος ἢ Θουρεύς. Κυδαθηναιεὺς esse potuit, et credo fuisse, verum ita in Plutarcho rescribas. Harpocratio etenim et Steph. Byzantinus, Δῆμος φυλῆς Πανδιονίδος, ἀφ᾽ οὗ ὁ δημότης Κυδαθηναιεύς. et similiter marmor Athenis,

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ.
ΑΥΛΟΥ.
ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΥΣ.

itemque alterum ibidem,

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ. ΤΟΥ. ΜΥΡΩΝΟΣ.
ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΩΣ.

Proxime: Istud Θουρεὺς, est depravatum quoque. Θοραὶ erat populus Ἀντιοχίδος φυλῆς, unde popularis denominandus erat, non Θουρεὺς, ut Plutarchus, neque denuo Θορεὺς, ut Stephanus Byzantinus, sed Θοραιεὺς, ad quam lectionem ibi prope accedit MS. Gronovii Θορακεύς. Unum interea me male habet: Si fuerit domo Κυδαθηναιεὺς, ex tribu erat Pandionide, si Θοραιεὺς, Antiochide: Ille interea extra utramque Tribum habitabat, in Ægeide sc. si omnes Historici non mentiantur: Ἑρμῆς ὁ Ἀνδοκίδου καλούμενος, ἀνάθημα μὲν ὢν φυλῆς Αἰγηΐδος, ἐπικληθεὶς δὲ Ἀνδοκίδου, διὰ τὸ πλησίον παροικῆσαι τὸν Ἀνδοκίδην. Plutarch. et similiter Photius. "Accidit, ut una nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant, Athenis dejicerentur, præter unum, qui ante januam Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocatus est." Nepos in Alcibiade. Qui locus in manuscripto vetusto melius hoc pacto legitur — *ante januam Andocidis erat:* Itaque ille postea Mercurius *Andocidis vocatus est.* Hæc, inquam me, male habuissent, ni crederem unumquemque non ea tribu aut populo (ita enim cum Cicerone δῆμον interpretor) existimari, ubi degebat, sed ea, cui ab origine sua gens et familia accensebatur. Perinde ut apud Romanos, qui Romæ habitabant, Magnates in rusticas potius tribus nomen lubentissime dederunt. Inde est, quod Fabiensis et Scaptiensis tribulis suos dixit Augustus apud Sueton. in Octav. 40. Ita marmor Brixiense apud Gruterum CXXVI. 3.

C. IVLIO. C. F.
FAB. SCAPT.
CAESARI.
AVGVSTO.

Et quod in honorem Tiberii tribulis itidem sui monumentum consecrarunt Pontifices Albani. Gruter. CXXV. 8.

TI. CAISARI. DIVI. AVG. F.
DIVI. IVLI. N. AVGVSTO.
PONT. MAX. COS. V. IMP. VIII. TRIBVN.
POTEST. XVIII.
PONTIFICES. ALBANI.
Q. IVLIVS. Q. F. FAB. RVFVS.
C. IVLIVS. C. F. SCA. BASSVS.
TI. IVLIVS. TIB. F. FAB. MERVLA.
M. IVLIVS. C. F. FAB. SENICIO.

Quemadmodum fere Cives nostri Londinenses non istorum sive Collegiorum sive Sodalitatum jure utuntur, quorum quæstibus, verum ut unicuique nomen profiteri conlibitum est maxime. Deinde Plutarchus, jam non Librarii vicio, sed suo expurgandus, in prosapia Andocidis deducenda maluit Photium sequutus, Oratorem ex Mercurio, quam seipsum in vita Alcibiadis, ex Ulysse derivare. Neque hæc dico nescius perinde esse, teste ipso Ulysse apud Ovid. Met. XIII. 146.

> " Est quoque per matrem Cyllenis addita nobis
> Altera nobilitas:"

verum ut moneam, quantum schedæ Photianæ ob oculos positæ valuerint præ ipsius Plutarchi commentariis, qui fortasse ad manum scriptoris in his vitis concinnandis non erant. Verum pergit, et cum classe XX navium refert Andocidem missum ad auxilium Corcyræis ferendum contra Corinthios. Instructa erat classis illa Olymp. LXXXVI. 1. quo tempore annum agebat Andocides 33tium. Confirmat vero Lysias [p. 129. ed. Tayl.] eum quadragenarium nunquam obiisse munus ἱππέως, ὁπλίτου nunquam, non τριηράρχου, non ἐπιβάτου. Qui igitur classi præfuit, erat Andocides, Leogoræ quidem filius, nostri vero avus paternus, ut olim vidimus.
691 Solenne fuit Atheniensibus nomina in familiis alternare, τὰ ὀνόματα παρ' ἀλλήλων παραλαμβάνεσθαι, ut loquitur Orator c. Macartat. Lex fortasse id non jussit, jussere tamen mores, jussit consuetudo: eoque animo intelligo locum istum ejusdem auctoris: Τὰ δ' ὀνόματα ἐθέμην τούτοις — τῷ μὲν πρεσβυτάτῳ τὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμαυτοῦ ὄνομα Σωσίαν, ὡς δίκαιόν ἐστι· καὶ ἀπέδωκα τῷ πρεσβυτάτῳ τοῦτο τὸ ὄνομα. Idem contra Bœotum: ἀξιοῖ δ' αὐτὸς, ὡς δὴ πρεσβύτερος ὢν τοὔνομ' ἔχειν τὸ τοῦ πρὸς πατρὸς πάππου. Inde Miltiades Cimonis filius et Cimo Miltiadis, et quod ait Aristoph. Av. 284.

> Ἱππόνικος Καλλίου κἀξ Ἱππονίκου Καλλίας.

ad quem locum vid. Palmer. in Exercit. Spanheim. ad Nub. Aristoph. 64.

> " Vota pater solvit, nomenque imponit avitum:
> Iphis avus fuerat."

Ovid. Met. IX. 707. Iterum Plutarchus. Andocides erat Leogoræ filius, istius sc. qui pacem cum Lacedæmoniis fecit. Ut in superioribus Avi res gestas ad Nepotem, hic ad Filium transtulit. Testis est Andocides ipse in Orat. de pace: Καὶ ἡρέθησαν δέκα ἄνδρες ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων πρέσβεις εἰς Λακεδαίμονα περὶ εἰρήνης αὐτοκράτορες· ὧν ἦν Ἀνδοκίδης ὁ πάππος ὁ ἡμέτερος. Notabile est, quod ubicunque hic scriptor ab exemplari Photiano discedat, ibi in errores maximos incidat. Addit idem circa finem, Andocidem in ædilitate victorem tripodem posuisse ἄντικρυς τοῦ πωρίνου σελίνου. Neminem vidi, quem non excruciavit istud πωρίνου σελίνου: Porini Selini, ut vertunt. Quod miror. Nihil frequentius, quam ut Græci dicant λίθινον Ἑρμῆν pro lapidea statua Mercurii. Idem fere esset, si dixissent πώρινον: Πώρινος, λίθινος, ὁ δὲ πῶρος οὐ πᾶς λίθος, Hesych. Vid. Herodot. Terpsich. 62. Συγκειμένου σφι Πωρίνου λίθου ποιέειν τὸν νηὸν, Παρίου τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐξεποίησαν. Pausan. Eliac. II. 19. Ἔστι δὲ λίθου πωρίνου κρηπὶς ἐν τῇ Ἄλτει. Porum lapidem memorat Plin. XXXVI. 6. fin. et XXXVI. 17. "Mitior est autem servandis corporibus nec absumendis chernites, ebori simillimus, in quo Darium conditum

ferunt: Parioque similis candore et duritie, minus tamen ponderosus, qui porus vocatur." Inde pro σελίνου (quod nihil est) lego Σιλήνου, et intelligo statuam istius Dei ex lapide, qui porus dicitur, factam. Andocides noster jam adultus vixit, si quis alius, vitam vere ἀβίωτον. p. 105. ult. ed. Steph. Singularis in eo fortunæ inconstantia, non quod utramque alternatim expertus sit, sed quod adversam varie. Age ergo, ut cum Auctore meo a me emendato loquar: Σκέψασθε Ἀνδοκίδου τὸν βίον, εἴτε τοιοῦτος ἢ ἕτερός ἐστιν. p. 105. 12. Juventutem petulanter egit, et, ex auctoritate Plutarchi, propter nocturnas commessationes venit olim in suspicionem Hermarumque obtruncatorum et profanatæ Cereris religionis. Ex eo crimine, cum servum, quem productum vellent adversarii, domi retinuit, iterum incidit in similem infamiam, cum una nocte ante exitum classis, quæ Alcibiade duce in Siciliam erat navigatura, omnes Hermæ, qui in urbe erant, dejicerentur, præter unum, qui ante Andocidis januam erat. Hæc Plutarchus solus et admodum indistincte. Priorem istam αἰτίαν ceteri omnes partim ignorant, partim negant. Thucydides quidem haud obscure innuit VI. 28. accidisse, ut ante notabile istud Hermocopidarum facinus juvenes quidam temulenti Hermas præciderent per ludibrium et petulantiam: sed ex ejusdem verbis elicitur quoque nullam de ea re habitam fuisse quæstionem, nullum indicium, donec erumperet hæc, sive Alcibiadis, sive cujusquam alius, audacia. Verba ejus adponam, ne fidem ægre mihi adcommodes: Μηνύεται οὖν ἀπὸ μετοίκων τέ τινων καὶ ἀκολούθων, περὶ τῶν Ἑρμῶν οὐδὲν, ἄλλων δὲ ἀγαλμάτων περικοπαί τινες πρότερον ὑπὸ νεωτέρων μετὰ παιδιᾶς καὶ οἴνου γεγενημέναι. In magna illa trepidatione et timore populi ob dejectos Hermas, in qua Alcibiadis potentia suspectior erat (cujus rei historiam legere possis apud Photium in Andoc. Plutarch. in Alcib. et Nicia, Lysiam c. Andocid. atque Andoc. ipsum περὶ μυστηρίων, Thucyd. Diodor. aliosque), crebræ factæ sunt delationes, quas vide apud Andoc. p. 2. 3. seqq. ed. Steph. Andocidem denique ipsum insimulat Dioclides, ibid. p. 6. inter alios quadraginta, quorum plurimi cognatione vel affinitate illi erant conjuncti. Fuerunt autem Leogoras Andocidis pater, Callias Teleclis f. qui Andocidis sororem, quam unicam habuit, uxorem duxit, Euphemus Teleclis f. Calliæ frater, Charmides Aristotelis et Leogoræ sororis filius, Taureas Leogoræ patruelis, Nisæus Taureæ filius, Callias Alcmæonis filius, Leogoræ itidem patruelis, aliique, ibid. p. 7. Ibi Andocides in jus vocatus ultro se vinciendum obtulit, ni servum, quem secum habuit, coram sisteret. p. 105. 14. Res, ut videtur, in ejus arbitrio stetit, an erat argenti æstimatio facienda, qua teneretur ni sisteret, an vinculis coercendus, usque dum servum proferret: ille tamen sana mente exturbatus vincula prætulisse dicitur, cum interea sciret, servum, ne delator fieret, a 692
se morti fuisse datum. Hæc eo paulo fusius, quia et locum Lysiæ illustrent, meas ibi emendationes confirment, Plutarchi denique de servulo isto Andocidis fidem, qualis sit, perspiciendam lectori exhibeant. In iis vinculis post annum fere integrum, proposita immunitate patrem cognatosque omnis simul insimulat et absolvitur. Senex aliis indiciis de ærario factis gratiam populi meruit, seque pœnâ eripuit, quæ ceteros omnis confestim insecuta est. Hæc habet historia, quæ dum infirmare vellet Andocides in luculenta ista, quam pro se habuit, defensione, illud interea vel ex ipsius testimonio constat: fuisse eum in ista conjuratione:

ejus facinoris auctorem et caput exstitisse Euphiletum quendam; atque Hermem denique, qui ob Andocidis januam solus in urbe non dejiceretur, ideo incolumem mansisse, quod Andocides, qui in eam operis partem designatus erat, id temporis æger ex vulnere in lecto decumbebat. Eo periculo liberatus homo noster mercaturæ quæstum occipit, atque amicitia cum Rege Cypri facta, civem Atticam sibi affinem clam e tutela eduxit, novo hospiti in servitutem et delicias. Istius lenocinii causa metuens sibi a suis civibus, dum puellam furto repetere vellet, a Rege in vincula conjectus est. Elapsus domum revertitur, rursusque a CCCCviris, qui tunc Remp. tenebant, in carcerem et verbera datur. Corruente Rep. sub XXXviris dura omnia exsilii, restituta cum Thrasybulo, infensos civium animos expertus est. Binas ibi Ἐνδείξεως causas sustinuit, quarum unam egit Lysias Orat. VI. Postquam diutinam ætatem in vinculis egisset et bona in judiciis dissipasset, legatus ad Lacedæmonios de pace ineunda missus, et domi postea παραπρεσβείας condemnatus, reliquum quod erat vitæ in exsilio peregit, relicta domo vacua, splendissimaque familia in ejus funere clausa. Eum exitum habuit Andocides, vir auctoritate inter suos magnus, eloquentia inter posteros clarus, omnino major, si facundia, quam in periculis suam salutem eleganter exercebat, in Reip. discrimine ad communem utilitatem salutariter fuisset usus. Ea facundiæ monumenta commentario proximo materiam suppeditabunt.

CAP. VI.

Andocidis Orationes IV. Laus Iosephi Wasæi τοῦ μακαρίτου. Andocidis oratio prima περὶ μυστηρίων. Eadem est Ἐνδείξεως. Gravissima oscitantia Scriptoris vitæ Andocidis. Secunda falso inscribitur. Ter emendatur. H. Stephani temeritas. Vindicatur emendatio Lysiaca. Tertia νοθεύεται. Tollitur ex ea mendum fœdissimum. Disputatur de quarta sive postrema. Emendatur plurimis in locis. Εὐανδρία. Ostracismi exitus. Num videatur hæc oratio a Lysia fuisse conscripta? Quem revera habuit auctorem. Locus Platonis vindicatur contra ejus Interpretem. Emendantur Lycurgus et Plutarchus.

Ex Orationibus, quas scripsit Andocides, IV, hodie superstites, legit Photius. Plutarchus, qui Photianis non contentus Vitam addidit, pueriliter peccavit, mihi eo nomine pœnas proxime daturus. Si exstitissent commentarii, quos in Andocidem scripsisse olim Valerium Theonem testatur Suidas, aut si prodiissent curæ, quas non ita pridem huic scriptori impendisse viros doctos in exteris regionibus didici ex Cl. Wasæi Bibliotheca Literaria, minus, credo, mihi fuisset necessarium, ut hic dissererem, quæ ad singulam Andocidis orationem olim adnotavi. Dum hæc scribo Calendis Decembribus MDCCXXXVIII, de obitu clarissimi istius viri et de Republica literaria optime meriti, Iosephi nempe Wasæi, primus allatus est nuncius. Dolebam sane, primo quod tanto hortatore studiorum meorum, mihique multis officiis conjunctissimo privatum me viderem, tum vero quia interitu talis viri in alienissimo Reipublicæ literariæ tempore exstincti, dignitatem bonorum studiorum, nostrique
695 præsertim ordinis statim imminutum iri sensi. Magna ille vixit et cum summis viris gratia et cum eruditis auctoritate. Nam et ingenium nullis

literarum limitibus, humanitatem nullo officiorum genere concludi et circumscribi voluit. Testes meæ orationis esse possunt plurimorum nostrorum hominum tum etiam et exterorum voces, quibus illius nunquam aut in laboribus suscipiendis consilium, aut in exsequendis opera defuit. Atque profecto dolorem nostrum non minimum auxisset, ni ex isto literarum consortio et conjunctione, quam semper cum viris eruditissimis excoluit, spes aliqua superesset, Diodorum aliquando non minus limate aut emendate minus proditurum. Hac quasi parentatione defunctus eo unde divorti redeo. Inscribitur prima oratio Andocidis Περὶ Μυστηρίων. Præter eam superesse quoque sua ætate voluit alteram Περὶ Ἐνδείξεως Plutarchus. Si superfuit una, superfuisse sat scio alteram, cum una sit. Ἔνδειξις erat ea actionis species, quæ, si quis legibus aut judicio publico, aliquo aut loco aut munere exclusus, eum tamen aut locum adire, aut munus ambire voluit, reum deferebat. Andocides, qui et *mysteria* fecisse insimulabatur, et cetera nefaria commisisse, adeoque eo piaculo constrictus, talem Ἐνδείξεως causam in hac oratione egit, itaque ab Antiquis pro arbitrio orationem vel Ἐνδείξεως vel Περὶ Μυστηρίων (nam utroque modo scribunt) habuisse dicitur. Vocem Ζητητὴς ex oratione Περὶ Ἐνδείξεως laudat Harpocratio, quæ in illa, quam hodie habemus, Περὶ Μυστηρίων aliquoties occurrit. Causam denique expediet ipse Andocides, cujus verba Edit. Steph. p. 2. hæc sunt: *Πρῶτον μὲν περὶ αὐτῆς τῆς αἰτίας, ὅθενπερ ἡ ἔνδειξις ἐγένετο, διόπερ εἰς τὸν ἀγῶνα τόνδε κατέστην περὶ τῶν μυστηρίων* (ἀπολογήσομαι sc.) Tune, mi homo, sub leonino Plutarchi nomine os istud tuum asininum latere posse arbitreris! Neque adhuc tam laute corium tuum dedolasse mihi videor, quin iterum, ubi usus venerit, a me vapulabis. Sic soleo, qui genus, qui ingenium mentiuntur. Secunda oratio nomen vulgo sortita est Περὶ τῆς ἑαυτοῦ Καθόδου. In ea luculentissima sane oratione *conqueritur* multum de quorundam civium injuriis, qui negaverunt suum indicium de Hermocopidarum conjuratione Reipublicæ quidquam attulisse salutis: *exponit* suam infelicitatem in consiliis .c. Rempublicam initis, vitamque ex ea tempestate quam duxit vere ἀβίωτον: *orat* denique, quæ causæ fuit summa, ut immunitatem (ἄδειαν vocant Græci) quam olim illi ob indicia ἐψηφίσαντο, postea autem mutato consilio revocarant, ratam esse nunc demum paterentur. *Ἐγὼ τοίνυν τοσοῦτον ὑμῶν μόνον δέομαι· τὸ ψήφισμα, ὃ Μενίππου εἰπόντος ἐψηφίσασθε, εἶναί μοι ἄδειαν, πάλιν ἀπόδοτε. ἀναγνώσεται δὲ ὑμῖν αὐτὸ, ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἐγγέγραπται ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Ψήφισμα. Τουτὶ τὸ ψήφισμα, ὃ ἠκούσατε, ψηφισάμενοί μοι, ὦ Ἀθηναῖοι, ὕστερον ὑφείλεσθε, χάριν ἑτέρῳ φέροντες.* Rectius ergo inscriberetur Περὶ τῆς Ἀδείας, quo nomine laudat Harpocratio in v. Ὀῤῥωδεῖν. Eam tamen non prius dimittam, quam contra H. Stephani temeritatem vindicavero. Ille enim, ut olim in Lysia, dominationis τῶν CCCC oblitus (gravius aliquid dicere nolim) ter in hac Oratione, Aldinam, et MSS. lectionem τετρακοσίων et τετρακοσίοις in τριακοσίων et τριακοσίοις imprudentissime mutat. V. not. p. 171. pen. ed. Steph. Tu ubique restituas in his locis, quod ille exclusit. Hæc erant cum adnotatu necessaria, tum etiam emendationi meæ ad Lysiam aliquam auctoritatem addunt. *Κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ἐπεὶ τῶν τετρακοσίων θεὸς λήθην ἔδωκε*, p. 105. 30. ubi ex historia dudum correxi, *Κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἐπὶ τῶν τετρακοσίων. Θεὸς γὰρ*, etc. Quod potui etiam hoc loco adductus Andocidis: Πυθό-

μενοι δέ τινές με ἥκοντα τῶν τετρακοσίων ἐζήτουν τε παραχρῆμα, καὶ λαβόντες ἤγαγον εἰς τὴν βουλήν. εὐθὺς δὲ παραστάς μοι Πείσανδρος κ. τ. λ. Sequitur tertia oratio De Pace, quam Harpocratio, et, juxta auctorem ὑποθέσεως, Dionysius quidam, proculdubio Halicarnassensis, Oratori nostro abjudicant. Et recte quidem mea sententia abjudicant. In Orationis initio insumpta est fere una pagina Edit. Steph. in monumentis suæ gentis recensendis, ut hoc planum faceret audientibus, majores eorum non modo nullo cum impendio, sed maxima semper cum utilitate pacem cum Lacedæmoniis fecisse. Totum autem locum, iisdem pene per omnia verbis, emendicavit Sophista ex fine Orationis Æschinis de ement. legat. Quas autem reponit ille gratias pro tantis auxiliis? Istas sc. quas solent, qui exscribunt nempe ut describant perperam. In Andocidis editis ita: Ἦν μὲν ὁ πόλεμος ἡμῖν ἐν Εὐβοίᾳ — καὶ Μιλτιάδην τὸν Κίμωνος ὠστρακισμένον, καὶ ὄντα ἐν Χεῤῥονήσῳ κατεδεξάμεθα δι' αὐτὸ τοῦτο, πρόξενον ὄντα Λακεδαιμονίων, ὅπως πέμψαιμεν εἰς Λακεδαίμονα, προκηρυκευσόμενον περὶ σπονδῶν. καὶ τότε ἡμῖν εἰρήνη ἐγένετο πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη πέντε, καὶ ἐνεμείναμεν ἀμφότεροι ταύταις ταῖς σπονδαῖς ἔτη τριακαίδεκα. Hoc est digitis computare! Audi vero alterum: Καταστάντες πρὸς Λακεδαιμονίους εἰς πόλεμον — Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος προκηρυκευσαμένου πρὸς Λακεδαι-
694 μονίους, ὄντος προξένου, σπονδὰς τοῦ πολέμου πεντηκονταετεῖς ἐποιήσαμεν, ἐχρησάμεθα αὐταῖς δὲ ἔτη τριακαίδεκα. Æsch. π. παραπρεσβ. non procul a fine. Ad quartam vero properat, in qua magnopere exultat, Crisis mea. Habita est, si Musis placet, *Contra Alcibiadem*. Ita Harpocratio cum alibi, tum in voce Εὐανδρία. Εὐανδρία. Παναθηναίοις Εὐανδρίας ἀγὼν ἤγετο. Ἀνδοκίδης δ' ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου δηλοῖ, καὶ Φιλόχορος. Primum itaque restituamus eam vocem orationi, nam hodie in ea neutiquam comparet. Locum autem habebit in ipso exitu orationis, Καίτοι τυγχάνω νενικηκὼς ἐν ἀνδρίᾳ, καὶ λαμπάδι, καὶ τραγῳδοῖς. *Vox ista* Ἀνδρία *suspecta* fuit doctissimo *Palmerio*, qui *de eo agone nihil unquam se legisse* profitetur; quoniam autem Λαμπαδηφορία ἀγὼν (ab Oratore proxime memoratus) *celebrabatur in* Academia, *dubitat, num* Andria *vox irrepserit pro* Academia, *quæ forte per abbreviationem quandam scripta fuerat*. Tu autem pro ἐν ἀνδρίᾳ lege εὐανδρίᾳ. Quis negat? Ego interea majus opus moveo. 1. Disputatur in hac causa quemnam potius ex tribus decennali isto exsilio, quod *ostracismum* vocant, plecterent Athenienses: Ὁ μὲν οὖν ἀγὼν ὁ παρὼν, οὐ στεφανηφόρος, ἀλλ' εἰ χρὴ μηδὲν ἀδικήσαντα τὴν πόλιν δέκα ἔτη φεύγειν. οἱ δ' ἀνταγωνιζόμενοι περὶ τῶν ἄθλων τούτων ἐσμὲν ἐγὼ καὶ Ἀλκιβιάδης καὶ Νικίας· ὧν ἀναγκαῖον ἕνα τῇ συμφορᾷ περιπεσεῖν. Edit. Steph. p. 29. (2.) Deinde, Orator, quicunque fuerit, memorat, se domo esse humili potius et ignobili, quam illustri: Εἰ δεῖ κατὰ γένος (vel ut feliciter saltem Stephanus καὶ τὸ γένος) σκοπεῖν, ἐμοὶ μὲν οὐδαμόθεν προσήκει τούτου τοῦ πράγματος, p. 33. (3.) Porro legationes suas recenset, quibus honorifice et in civitatis salutem functus est: Ἐγὼ πρεσβεύσας εἰς Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν καὶ εἰς Μολοσσίαν καὶ εἰς Θεσπρωτείαν καὶ εἰς Ἰταλίαν καὶ εἰς Σικελίαν τοὺς μὲν διαφόρους ὄντας διήλλαξα, τοὺς δ' ἐπιτηδείους ἐποίησα, τοὺς δ' ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀπέστησα. p. 34. Jam meum est, ut veris, si possim, vincam hæc quasi oris lineamenta Andocidem minime referre, deinde ut producam, quem referant maxime. Interea autem, dum me ista cura exerceat, expendenda est Athenæi auctoritas, qui hanc orationem quodammodo Lysiæ nostro assignet: cum l. 9. sub

finem laudet ex ejus oratione adv. Alcibiadem voces Τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις, qui locus continuo legitur in oratione præ manibus, p. 33. πρότερος τῆς πόλεως χρήσασθαι τοῖς χρυσοῖς χερνίβοις (l. χερνιβίοις) καὶ θυμιατηρίοις. Attamen eam locutionem usurpare potuit uterque, et Lysias et noster, sive Andocides, sive quisquam alius: vel in Auctoris nomine cespitaverit summus ille scriptor: certe ad Lysiam multo minus spectat, quam ad Andocidem. Aio autem neque ad Andocidem. Primo enim id confirmo, quantum sc. ea res confirmari possit, *negando*. (1.) Nam Andocides, quantum ex historiæ monumentis liquet, nunquam cum Alcibiade et Nicia de ostracismo decertavit. (2.) Deinde non ea fuit Andocidi generis condicio, ut hanc domus suæ obscuritatem liquido affirmare possit, qui alibi nominis sui splendorem jactare soleat: Καίτοι οὐκ ὄνειδος ὑμῖν ἡ Ἀνδοκίδου καὶ Λεωγόρου οἰκία οὖσα. qui majorum res gestas: οἳ πλείστας μὲν στρατηγήσαντες στρατηγίας, πολλὰ τρόπαια τῶν πολεμίων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ὑμῖν ὑπέδειξαν, πλείστας δὲ ἄλλας ἀρχὰς ἄρξαντες κ. τ. λ. qui denique Mercurio satus generis sui summam et religiosam antiquitatem: οἰκία δὲ πασῶν ἀρχαιοτάτη καὶ κοινοτάτη ἀεὶ τῶν δεομένων. (3.) Tertio autem Andocides, ut dicimus ex Lysia, Siciliam, Italiam, Peloponnesum, Thessaliam, Hellespontum, Ioniam, Cyprum peragravit, sed privatus, sed in ἀποδημίᾳ: nostrum autem vides in Thessalia, Macedonia, Molossia, Thresprotia, Italia, et Sicilia legationes præclare obiisse: Quæ quam diversa! Jam ergo ut declarem, quis Orationem hanc conscripserit, primum, id quod paucissimis ante me contigisse video, monendum est frustra in bibliothecis quæri, quem hodie commendo: novus tibi hodie salutandus est hospes, priusque tibi commonstrandus, quis sit, quem velim, quam quod ea, quæ velim, conscripserit. Totum excute Argiletum, non erit ex Sosiis, qui tibi confirmabit, PHÆACEM quendam sibi unquam æra meruisse. Quotus quisque est ex crumenimulga ista disciplina, qui non protinus exclamet, Mi homo! operam ludis. Canonistæ quidem apud nos non væneunt, neque Scoti familia familiam meam alere possit, at ceteros interea omnis novi perquam familiariter, religavi, distraxi (addet fortasse EDIDI), doctos, indoctos; antiquos, neotericos; eos, quos Minores legunt quotidie, eosque, qui Majores legerint nunquam; eos, qui scripserint ut legendo bene sit aliis, eosque, qui ut comedendo bene sit sibi. Meam autem ceram nunquam signavit Phæax. Valebis. Quod si in Eruditiorum bibliothecis hominem velis demonstrari quis sit, aut quem pluteum habitet, tibi commonstrari, tantundem est. Quem igitur legis, ut noris, accipe. Phæax, qui cum Alcibiade vixit, δεινὸς ῥήτωρ memoratur ab Aristoph. σχ. ad illa Equitum v. 1374.

Σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανε. 695
Συνερκτικὸς γάρ ἐστι, καὶ περαντικὸς,
Καὶ γνωμοτυπικὸς, καὶ σαφὴς καὶ κρουστικὸς,
Καταληπτικός τ' ἄριστα τοῦ θορυβητικοῦ.

Ille (ut τὸ δεξιῶς οὐκ ἀπέθανε exponit Scholiastes) causa capitis dicta ἐπαυτοφώρῳ, facundiæ debuit salutem. Concordant omnia. Confirmat enim noster Orator se olim capitis causam dixisse; fuisse sententiis judicum absolutum; duos deinde, qui in eadem secum fuerint causa, dissimili tamen usos esse fortuna et mortem subiisse. Locum producam, ut

una emendem. Exstat autem pag. Edit. Steph. 34. ineunte: *Καίτοι οὐ δήπου, ὦ Ἀθηναῖοι, ὀστρακισθῆναι μὲν ἐπιτήδειός εἰμι, τεθνάναι δὲ οὐκ ἄξιος· οὐδὲ κρινόμενος μὲν, ἀποφυγεῖν, ἄκριτος δὲ, φεύγειν. ὁ δὲ* (rectius *οὐδὲ*) *τοσαυτάκις ἀγωνιζόμενος δικαίως* (l. *ἀδίκως*) *καὶ νικήσας, πάλιν δόξαιμι δι' ἐκεῖνα ἐκπεσεῖν. ἀλλὰ γὰρ ἴσως μετὰ μικρᾶς διαβολῆς ἢ φαύλων κατηγόρων, ἢ διὰ τῶν ἐπιτυχόντων ἐχθρῶν ἐκινδύνευον, ἀλλ' οὐ διὰ τῶν ἐῤῥωμενεστάτων καὶ λέγειν καὶ πράττειν· οἵτινες δύο τῶν τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἐχόντων ἐμοὶ ἀπέκτειναν.* Verum ut disertius explicetur, quemadmodum ea, quæ cum Andocide pugnant, Phæaci competere videantur, (1.) liquet primo ex Plutarcho in Alcibiade, et Nicia, disputari olim de ostracismo inter PHÆACEM, ALCIBIADEM, et NICIAM. Plutarch. Edit. Bryan. tom. 2. p. 16. ubi dicitur, Alcibiadem, cum primum ad Remp. accessit, nactum esse adversarios duos præ cæteris, Phæacem Erasistrati et Niciam Nicerati: Phæacem cum in aliis rebus, tum in oratione maxime Alcibiadi cedere. Nam quanquam ex eo loco, quem in Rep. tenuit, necesse fuit, ut populum nonnunquam concione compellaret, plus tamen semper in colloquiis privatis et sermonibus domesticis profecisse, quam valuisse forensi eloquentia, ut de eo Eupolis comicus scriberet

Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

Hunc igitur IIIviratum, ubi populus ad solatium potius invidiæ, quam timoris, cujusdam Hyperboli hortatu, in exsilii decennalis discrimen impulit, *καὶ δῆλον ἦν, ὅτι ἐνὶ τῶν τριῶν τὸ ὄστρακον ἐποίσουσι*, verbis ipsissimis Plutarchi utor, ibi Alcibiades adunatis consiliis cum Nicia, vel, juxta alios, cum Phæace, metum omnem et periculum in Hyperbolum convertit nihil tale cogitantem. Non enim in homines aut obscuro genere natos aut infamia aliqua constrictos, sed in summos ubique et populo ob fortunas aut potentiam suspectiores id genus pœnæ semper cadebat, unde de Hyperbolo Plato Comicus,

Καίτοι πέπραχε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,
Αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν στιγμάτων ἀνάξια,
Οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεκ' ὄστραχ' εὑρέθη.

Eum exitum habuit ista contentio, eum quoque et ipsa pœnæ ratio. Pœnituit enim Rempublicam Hyperbolum hominem nequissimum, fæcem populi, et cruce magis, quam testa dignum, ea pœnæ dignitate censeri, qua fortissimum quemque civem, Themistoclem, Aristidem, ceterosque olim censuissent. Desivit ergo et absumta est in hoc pœnæ errore pœnæ quoque natura, neque ultra Hyperbolum, qui istam nobilitatem exsilii quasi contaminasse videtur, quisquam alius ostracismum subiisse dicitur. (2.) Secundo autem, Phæax Erasistrati neque domo admodum nobilis, neque majoribus clarus, recte ea, quæ dixit, potuit proferre. Gens Erasistrati nullum in Vett. monumentis dignitatem consecuta est; primus erat, qui nobilitavit, noster Phæax, cujus deinde nepos ex fratre Erasistratus inter XXXviros fuisse videtur: nam de eo intelligo verba ista Platonis in Eryxia, init. *Ἐτυγχάνομεν περιπατοῦντες ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου, ἐγώ τε καὶ Ἐρυξίας ὁ Στειριεύς· εἶτα προσελθέτην ἡμῖν Κριτίας τε καὶ Ἐρασίστρατος ὁ Φαίακος τοῦ Ἐρασιστράτου ἀδελφιδοῦς·* quem locum Interpres duplici lumbifragio ornavit, *Critias et Erasistratus Phæacus* (quasi esset nomen gentile) *Erasistrati ex fratre nepos.* Verte, ut debes, *Critias et Erasistratus Phæacis Erasistrati filii ex fratre*

nepos. (3.) Quod autem erat ultimum, B. Peloponnes. anno 10mo noster Phæax cum duobus Collegis missus erat ab Atheniensibus legatus in Italiam atque Siciliam ad confirmandos sociorum animos, ceterorumque, si fieri potuit, irritandos adv. Syracusios, quorum potentiam Athenienses imminutam cupiebant maxime. Cui quidem legatione aliqua ex parte satisfecit. Hæc dabit Thucydides V. 4. Si cui hæc parum satisfaciant, unum hoc addam nulla vi infirmandum, quod suppeditabit locus hujus Orationis cum Plutarchi alio in vita Alcibiadis conferendus. Uterque tamen antea a me sanandus. Locus Phæacis (sinito, ut ita tandem auctorem nostrum compellem) exstat Edit. H. Steph. p. 33. init. *Ἵνα—τὴν πόλιν ὅλην ὑβρίζων ἐπιδόξειε* [Alcibiades] *τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχιθεωρῶν αἰτησάμενος, ὡς εἰς τὰ πινάκια τῇ προτέρᾳ τῆς οὐσίας χρησόμενος, ἐξηπάτησε, καὶ ἀποδοῦναι οὐκ ἤθελε, βουλόμενος, τῇ ὑστεραίᾳ πρότερος τῆς πόλεως χρήσασθαι τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις. ὅσοι μὲν* 696
οὖν τῶν ξένων μὴ ἐγίνωσκον ἡμέτερα ὄντα, τὴν πομπὴν τὴν κοινὴν ὁρῶντες ὑστέραν οὖσαν τῆς Ἀλκιβιάδου, τοῖς τούτου πομπείοις χρῆσθαι ἐνόμιζον ἡμᾶς. Tentabat Palmerius *τῇ πρώτῃ καὶ τῇ ἐπιούσῃ*, *ut sit prima et secunda dies Mysteriorum. Nam*, ait ille, *ἡ ἐπιοῦσα est Dies, quæ aliam sequitur, unde forte secundus a primo Mysteriorum ἡ ἐπιοῦσα dicebatur, Sic nos Gallice*, Le lendemain de la feste. Verum fallitur Vir doctissimus. Quod nos *Postridie Festi* diceremus, id Græci hoc modo efferunt. Plutarch. de fortun. Roman. *Ἔφη γὰρ τὴν ὑστέραν ἐρίσαι πρὸς τὴν ἑορτὴν, λέγουσαν, ὡς ἐκείνη μὲν ἐστι κομπώδης καὶ ἄσχολος, ἐν αὐτῇ δὲ τῶν παρεσκευασμένων ἀπολαύουσι μεθ' ἡσυχίας.* Miror maxime Palmerium latere potuisse medicinam tam facilem, tam expeditam, qua sola hoc ulcus sanari potuit. Quantillum interest inter *θυσίας* et *οὐσίας*, attamen quantas turbas hic dedit pauxillula ista differentia? *Τῇ προτέρᾳ τῆς θυσίας*, *Pridie Festi.* Similem, imo simillimam labem eluo ex Lycurgo Edit. H. Steph. p. 168. *ἀλλ' ἥκῃ ἱερῶν, θυσιῶν, ἀγορᾶς, νόμων, πολιτείας μεθέξων.* Male hodie excusum *οὐσιῶν.* Verum ut ad causam, quam proxime accedam, locus ille, quem memoravi modo et expurgavi, confirmatur scribi a Phæace, et quidem in ejus oratione c. Alcibiadem. Qui confirmabit, is, ut monui, est Plutarchus, verum non nisi ad Codicis emendatioris fidem atque auctoritatem prius restitutus. Ille enim in Alcibiade, ubi dixisset Phæacem *ἐντευκτικὸν* potius fuisse, quam *ἀγῶνας φέρειν δυνατὸν*, subjungit continuo, *Φέρεται δὲ καὶ λόγος τις κατ' Ἀλκιβιάδου καὶ Φαίακος γεγραμμένος, ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται, κ. τ. λ.* Quid autem istud *δὲ*? Quænam aut qualis ista correctio? Diceretne quæso, " Quanquam *Phæax in foro et in concione causas minus frequenter egit*, nihilo minus *in manibus versatur oratio* contra hunc et Alcibiadem *habita?*" Ridicule. Fac restituas cum Cod. MS. Aldino, *Φέρεται δὲ καὶ λόγος τις κατ' Ἀλκιβιάδου ὑπὸ Φαίακος γεγραμμένος.* Ibi quid scribitur? Nam in eo eram, nisi vulgatæ lectionis vitium me interpellasset. Ibi *μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται καὶ ὅτι τῆς πόλεως πολλὰ πομπεῖα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ κεκτημένης, Ἀλκιβιάδης ἐχρῆτο πᾶσιν αὐτοῖς ὥσπερ ἰδίοις πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν.* Tu, qui legis hæc, memineris disputationem hanc omnem non indiligenter admodum a me esse tractatam, aut, quod multi faciunt, me commentum procudisse novantiquum; verum constanter, ubi tempus ad eam rem tulerit, meæ famæ periculo cites ORATIONEM PHÆACIS CONTRA ALCIBIADEM.

CAP. VII.

Disputatur de Fide libelli, qui inscribitur Βίοι τῶν δέκα Ῥητόρων, et Plutarcho vulgo attribuitur. Percurritur Vita Antiphontis, quæ et aliquoties emendatur.

QUICUNQUE antiquos Scriptores sive Græcos sive Latinos evolvit, eisque non indiligentem animum advertit, næ ille facile intelliget, multa hodie circumferri, quæ Antiquitas non novit; et eadem opera mirabitur eorum hominum vesaniam, qui cum ipsi fuerint nullo acumine a fæce Romuli discreti, maximorum interea ex omni antiquitate ingeniorum splendissima nomina ementiantur. Ista fide nobiscum egit, ut pluribus ubique argui, ineptus scriptor Vitarum X Rhetorum, quæ sub Plutarchi, at quali! nomine passim væneunt. Nam si in ipso limine operis sistamus, atque de sola Antiphontis vita, qui Oratorum ætate primus fuit, quæstio habeatur, quot mendacia contexuit deglutienda, quas fabulas mussitandas a pueris et ab iis, qui pueriliter, i. e. levi cum judicio Plutarchum lectitare soleant? Ne autem a me *καταῤῥητορευέσθω*, aut Sycophantam agere videar, agedum lege mecum, si velit, immo etiamsi nolit, experiatur. Tu autem, præco, fac silentium. *Ἀκούετε, λεώς· Ἀδικεῖ Πλούταρχος, περὶ τῶν δέκα ῥητόρων ἃ οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐνόμιζον οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ καὶ τερατώδη εἰσφέρων, καὶ τῶν νέων τὰς ἀκροάσεις διαφθείρων.* Ut igitur distinctius omnia et dilucidius cognoscantur, dispiciendum est primum sedulo et sigillatim de condicione nonnullorum hominum, qui *nominis* solummodo ANTIPHONTIS communione videntur inter se ipsos esse conjuncti: unde convincam, ea, quæ de diversis diserte ab optimis scriptoribus tradantur, ad hanc portentosam vitam conflandam undique convenisse. (1.) ANTIPHO Sophili F. Rhamnusius Oratorum primus. Tyrannidem ille *τῶν* CCCC impensissime adjuvit, adeoque a populo recuperata libertate, damnatus. Thucyd. Photius aliique. Nos in vita Lysiæ p. xxxix. seqq.
697 (2.) ANTIPHO Sophista, Atheniensis quoque, quem memorat Xenoph. Memorabil. 1. extr. cum Socrate quondam disceptasse. De eo Hephæstio Grammaticus, teste Athenæo l. 15. commentarium integrum scripsit, *περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι Ἀντιφῶντος.* Eundem fuisse Antiphontem, qui cum Socrate disputavit, atque *Τερατοσκόπον*, sive *Ὀνειροκρίτην* a plurimis laudatum testatur Laertius in Socrate §. 46. *Τούτῳ* [Socrati] *ἐφιλονείκει Ἀντιόλοχος Λήμνιος, καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκόπος.* Suidas etiam et *τερατοσκόπον* vocat et *σοφιστὴν*, et ab Antiphonte Rhamnusio discernit. Eosdem discernit etiam Hermogenes de formis Orat. l. 2. *Πλείους μὲν γεγόνασιν Ἀντιφῶντες· δύο δὲ οἱ σοφιστεύσαντες — ὧν εἷς μέν ἐστιν ὁ Ῥήτωρ· οὗπερ οἱ φονικοὶ φέρονται λόγοι, καὶ δημηγορικοὶ, καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοιοι· ἕτερος δὲ ὁ καὶ Τερατοσκόπος καὶ Ὀνειροκρίτης λεγόμενος γενέσθαι, οὗπερ οἵ τε περὶ τῆς Ἀληθείας λέγονται λόγοι, καὶ ὁ περὶ Ὁμονοίας, καὶ οἱ δημηγορικοὶ καὶ ὁ πολιτικός.* Ubi male *οἱ δημηγορικοὶ* utrique attribuuntur, et male quoque, ut videtur, *ὁ πολιτικὸς* posteriori. Ita igitur lege in superiori commate *καὶ δημηγορικοὶ καὶ ὁ πολιτικὸς, καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοιοι.* sc. quotcunque ad Rhetoris officium spectare videntur. Ad hunc Antiphontem omnino pertinet, quod habet Theodoret. Serm. vi. de Dei providentia. *Ἀντιφῶν δὲ, τινὸς δυσχεράναντος, καὶ οἰωνὸν χαλεπά τινα σημαίνειν νομίσαντος, ὅτι ἡ ὗς τὰ οἰκεῖα κατέφαγεν ἔγγονα, Χαῖρε, εἶπεν, ἐπὶ τῷ σημείῳ, ὅτι πεινῶσα τὰ σὰ οὐ κατέφαγε τέκνα.* Eadem refert Clem. Alexandr. Strom. 7. Memoratur inter Onirocriticos a Tertullian. de Anima c. 46. *Καὶ τὸ μαντεῖον, οὗ προειστήκει προφητεύων Ἀντιφῶν, ὁ τῶν ὀνείρων ὑποκριτὴς, ταύτης ἐπὶ τοῦ ὕπνου λαχὼν τῆς τιμῆς.* Lucian. V. Histor. 2. Conjunge Artemidorum II. 14. Fulgentium, Melampodem *περὶ παλμῶν.* Laudat Senec. Controv. l. 2. "Otho Junius — edidit quatuor libros colorum, quos belle Gallio noster *Antiphontis* libros vocabat. Tantum in illis *somniorum* est." Laudat item Cic. II. de Divinat. 70. "Quid? ipsorum Interpretum conjecturæ, nonne magis ingenia declarant eorum, quam vim consensumque naturæ? Cursor ad Olympia proficisci cogitans visus est in somnis curru quadrigarum vehi. Mane ad Conjectorem. At ille, Vinces, inquit: id enim celeritas significat, et vis equorum. *Post idem ad Antiphontem.* Is autem, Vincare, inquit, necesse est. Annon intelligis Quatuor ante Te cucurrisse?" Alius igitur ab Antiphonte Rhetore, sed et ætate et gente conjunctus Antipho Sophista et Onirocriticus. (3.) Eadem Civitas procul dubio, quanquam id non diserte traditur, quæ duos priores, tulit etiam Antiphontem Tragicum. Is a Dionysio Siciliæ Tyranno in convivio interrogatus, quodnam æs ei optimum esse videretur, Illud, inquit, *ἐξ οὗ κατεσκεύασαν Ἀθηναῖοι τὰς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας.* Quod cum Regi vehementer displicuit, verito sc. ne ea res ad seditionem pertineret, ab eodem est interemptus. Vid. Plutarch. de discrimine Amici et Adulatoris, et in libro de Stoicorum repugnantiis. Tu ergo de his semper distincte, ut debes, neque interea sis nescius pluris fuisse Antiphontas, quos fortasse ille commisit. Sed jam tempus est, ut dispiciamus, quid scripsit. Antipho, ait ille, Sophili F. *μαθητεύσας τῷ πατρί.* Procedente tamen oratione refert Cæcilium, qui commentarium de Antiphonte scripsit, credidisse hominem Thucydidis fuisse discipulum. Eadem fere habet Photius. *Οὗτος τῷ οἰκείῳ πατρὶ Σοφίλῳ σοφιστεύοντι μαθητεῦσαι λέγεται· Κεκίλιος δὲ Θουκυδίδου τοῦ συγγραφέως μαθητὴν γεγονέναι φησὶ τὸν ῥήτορα.* De utraque *schola* pauca, quoniam hominem sua ipsius auctoritate vincam. Qui Athenas Atticas norunt, sciunt illi, etiam me non admonente, serius illic disciplinæ istius ludos aperiri, quam ut Antiphontis pater profiteri posset. Aiunt plurimi Antiphontem ipsum primum artem profiteri, in quibus est ipse Plutarchus proximo fere commate. Porro autem Sophilus, ut hic scribitur, non solum Antiphontem filium, sed Alcibiadem quoque erudivit, ita enim intelligo verba ista, quantum sc. verba parum Græca intelligere possum. *Ὧ καὶ Ἀλκιβιάδην φασὶν ἔτι παῖδα ὄντα φοιτῆσαι.* Hæc non sat tibi temporibus distincta, Dave. Antiphontem ipsum non nisi senem vidit Alcibiades. Hoc ex monumentis istorum temporum colligitur, tuaque adeo oratione in hoc ipso commentariolo. Modo enim: *τούτους εὕροι τις ἂν ἐπιβεβληκότας Ἀντιφῶντι πρεσβύτῃ ἤδη ὄντι, οἷον Ἀλκιβιάδην, Κριτίαν, Λυσίαν, Ἀρχίνοον.* (l. *Ἀρχῖνον*). De Sophili schola tantum: Non felicius cessit altera Thucydidis. Nam per ætatem video non eum Antiphontem, sed Antiphontem Thucydidem instituisse potius. Atque id diserte tradunt Suidas, Marcellinus in vita Thucydidis, et Hermogenes. Quod verum esse arbitror. Et fortasse ita scripsit Auctor noster. Plutarchi enim Codd. MSS. nonnulli, inter quos sunt Turnebi et Vulcobii, pro *Θουκυδίδου μαθητὴν*, *Θουκυδίδου διδάσκαλον* reponunt. Sed de his satis. Sequitur, *Καὶ δύναμιν λόγων κτησάμενος — ὥρ-*

μησε μὲν πολιτεύεσθαι, διατριβὴν δὲ συνέστησε. Næ Tu fortunæ ludibrium,
Antipho! Nimirum hoc est, quod dicitur, *de Consule Rhetor.* Sed quo
pacto se in ea palæstra exercuit, sc. *διατριβὴν δὲ συνέστησε καὶ Σωκράτει τῷ*
698 *φιλοσόφῳ διεφέρετο, ὡς Ξενοφῶν ἱστόρηκεν ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν.* Non
audio. Alium fuisse docui. Deinde, *Καί τινας λόγους τοῖς δεομένοις τῶν
πολιτῶν συνέγραφεν εἰς τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγῶνας.* Credo sane, nam
id diserte dicitur a Thucydide l. 8. qui hunc præceptorem suum senem
descripsit: sed quid sequitur, *π ρ ῶ τ ο ν ἐπὶ τοῦτο τραπείς.* Ex iis, quæ
sequuntur, liquet, *primum* fuisse Antiphontem, qui hoc dicendi genus
tractavit. Dicitur enim *Τῶν γοῦν πρὸ αὐτοῦ γενομένων οὐδενὸς φέρεται
δικανικὸς λόγος.* Ita Clemens Alexandrinus Strom. 1. *Φασὶ δὲ καὶ τοὺς
κατὰ διατριβὴν λόγους, καὶ τὰ ῥητορικὰ ἰδιώματα εὑρεῖν καὶ μισθοῦ συνηγορῆσαι
πρῶτον δικανικὸν λόγον εἰς ἔκδοσιν γραψάμενον Ἀντιφῶντα φυλῇ Ῥαμνούσιον.*
Dixisset itaque potius *π ρ ῶ τ ο ς ἐπὶ τοῦτο τραπείς·* uti Photius: *Συντάξαι δὲ
αὐτὸν καὶ πρῶτον, φασὶ, τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγωνιστικοὺς λόγους.* Jam
sequitur hominis ætas: *Γέγονε κατὰ τὰ Περσικὰ καὶ Γοργίαν τὸν σοφιστὴν,
ὀλίγῳ ν ε ώ τ ε ρ ο ς αὐτοῦ.* Quid Photius? Contrarium prorsus. *Χρόνος
καθ' ὃν ἤκμαζεν, ἐν ᾧ διαπέπρακται τὰ Περσικὰ, ὀλίγῳ π ρ ό τ ε ρ ο ν Γοργίου τοῦ
σοφιστοῦ γεγονώς.* Deinde interemptum fuisse a XXXviris memorat
auctoritate Lysiæ et Theopompi. Quid Theopompus, nescio: Quid Ly-
sias, tantundem. Excidit enim oratio. Id interea scio: exstare aliam
orationem Lysiæ, p. 427. 7. ed. R. ubi diserte dicitur, Antiphontem a po-
pulo capite plecti post repressam CCCCvirorum dominationem. Ergo
non ea dixit Lysias, aut de alio Antiphonte omnino dixit. Quod, ne quid
dissimulem, video Scriptori nostro in mentem venisse: subjungit enim,
*ἀλλ' οὗτός τε ἂν ἡμερώτερος Λυσιδωνίδου πατρός· καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ οὐ
πονηροῦ μνημονεύει;* quæ verba, ut aliquem exinde sensum elicere pos-
sem, neque inclementius cum scriptoris fama, quam par est, agerem, ita
restitui posse existimo: *Ὅτι δὲ ὑπὸ τῶν λ‾ ἀπέθανεν, ἱστορεῖ Θεόπομπος —
ἀλλ' οὗτός τε ἂν εἴ η ἕ τ ε ρ ο ς, Λυσιδωνίδου πατρὸς, οὗ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ
ὡς πονηροῦ μνημονεύει.* In proximis non contentus tanta varietate sup-
plicii, Tragicum facit et a Dionysio Tyranno interemptum narrat, vel
quod istud æs præstantissimum se habere dixit, unde conficerentur sta-
tuæ Harmodii et Aristogitonis, vel quod Regis tragœdias exsibilaret.
Tu, qui priora legisti, noris hæc esse errores et portenta magna. Sequi-
tur, *Κεκωμῴδηται δὲ εἰς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος σὺν Πεισάνδρῳ.* Non-
nulli pessime hæc interpretantur: *Eum sc. fuisse et a Platone et a Pisan-
dro exagitatum.* Expediet Photius. *Κωμῳδεῖ αὐτὸν Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ.*
Laudatur ab Athenæo et scholiaste Aristophanis ceterisque bene multis
Fabula Platonis Comici, cui nomen dedit *Πεισάνδρῳ·* in qua et Pisandrum
et Antiphontem potuit proscindere, adeo ut recte se haberet et Photius
et Plutarchus, *Κωμῳδεῖσθαι* sc. Antiphontem a Platone vel *σὺν Πεισάνδρῳ,*
vel *ἐν Πεισάνδρῳ.* Deinde, *Λέγεται δὲ τραγῳδίας συνθεῖναι καὶ ἰδίᾳ καὶ σὺν
Διονύσῳ τῷ τυράννῳ.* Iterum miscet non miscenda. Tragœdias scripsit
non Rhamnusius, sed Tragicus. Et, licet eosdem fero errores erraverit
de Antiphonte uterque et Photius et Philostratus, eos tamen Plutarcho,
homini acerrimo, condonabo nunquam. Talem commentarium scripsisse
Plutarchum notum est, idque testatur Lamprias F. Quæ hodie leguntur,
nugivendoli sunt scriptoris, propagantis Photianos errores, eosque suis
ineptiis et deliramentis mactantis.

CAP. VIII.

Fames, illegitimum pœnæ genus. Vindicatur emendatio *Lysiæ.* Quid sit *καταράσασθαι πρὸς Ἑσπέραν.* Hierophanta. Emendatur Pausanias, et Isæus.

INEUNTE oratione *contra Andocidem* p. 190. 2. ed. R. notatur Sacrilegus
quidam (nomen ejus in neutra adversariarum Orationum occurrit) *luctuo-
sissimo* mortis genere interiisse, *fame divinitus immissa.* *Οὗτος οὖν ὁ ταῦτα
ποιήσας, θανάτῳ τῷ ἀλγίστῳ ἀπώλετο, λιμῷ,* sunt verba Lysiæ. *Λιμὸν καὶ
λοῖμον θεήλατα κακὰ* vocat Philo de vita Mosis l. 1. p. 619. Edit Galen.
Lugubrem famem dixit Plaut. Cistell. I. 1. 47.

"Nam si hæc non nubat; lugubre mihi fame familia pereat."

Homer. Odyss. M. 341.

Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
Λ ι μ ῷ δ' οἴ κ τ ι σ τ ο ν θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν.

Lucian. Asin. *Ἔνθα ἐκπεσὼν θανάτῳ ο ἰ κ τ ί σ τ ῳ ὁλόκληρος ἔτι καὶ ἀκέραιος
νεκρὸς τεθνήξομαι.* Plin. II. 63. "Illa [*Terra*] medicas fundit herbas, et 699
semper homini parturit. Quin et venena nostri misertam instituisse
credi potest: ne in tædio vitæ *fames, mors terræ meritis alienissima,*
lenta nos consumeret tabe." Sallust. Fragm. l. 3. "Quem contra æta-
tem projectum ad bellum sævissumum, cum exercitu optime merito,
quantum est in vobis, *fame, miserrumma omnium morte,* confecistis." His
conjunge Callimach. Hymn. in Cererem passim. Addidi *divinitus im-
missa,* licet id in Lysia non diserte dicitur, quoniam mirum est, quanta
religione ab hac pœnæ sive acerbitate, sive fœditate potius dixerim,
cavit jus humanum. Inde fit, ut cum Marcianus JCtus ait Judices non
tantam sibi usurpaturos esse damnandi licentiam, ut necessariis impensis
reum interdicant, Cuiacius confirmat in *necessariis* istis *impensis* victum
intelligi oportere: neminem sc. ut fame pereat, esse condemnandum.
Vid. Cuiac. in l. ex ea parte 120. §. in insulam D. de V. O. Idcirco
apud antiquos Romanos cum Vestalis Virgo ob violatam pudicitiam sub
terram defoderetur, lucernam, panem, aquam, lac et oleum una adjecere,
ne videretur inedia perire. Nam ab illa, ut dixi, severitate temperabant
maxime. V. Plutarch. in Numa p. 145. Edit. Bryan. Sic apud Sophocl.
Antigon. 784.

Ἄγων ἔρημος ἔνθ' ἂν ᾖ βροτῶν στίβος,
Κρύψω πετρώδει ζῶσαν ἐν κατώρυχι,
Φορβῆς τοσοῦτον ὡς ἄγος μόνον προθεὶς
Ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγοι πόλις.

σχ. ad loc. *Ἔθος παλαιὸν, ὥςτε τὸν βουλόμενον καθειργνύναι τινὰ ἀφοσιοῦ-
σθαι βραχὺ τιθέντα τροφῆς, καὶ ὑπενόουν κάθαρσιν τὸ τοιοῦτο, ἵνα μὴ δοκῶσιν
λ ι μ ῷ ἀναιρεῖν· τοῦτο γὰρ ἀσεβές.* Verosimile quidem est, id, quod Mar-
cianus ait, ad minores tantum Judices et privatam jurisdictionem perti-
nere: ad Principem ipsum aut P. R. majestatem trahi non oportere, qui
sæpe numero inedia sontis plectebant. Ita turbulentam suam vitam
confecit Jugurtha, ceterique. Eadem oratione exeunte, ad has voces,
Καὶ ἐπὶ τούτοις ἱ ε ρ ε ῖ α καὶ ἱερεῖς στάντες κατηράσαντο πρὸς ἑσπέραν, p. 252.
ult. importunissimum istud *ἱερεῖα* memini me meo qualicunque obelo di-
stinxisse, et *ἱ έ ρ ε ι α ι* reponere voluisse. *Voluisse* dixi, quoniam nescio

quo infortunio aut operarum incuria, adhuc *ἱερεῖα* locum non suum, id est in textu, occupat. Si post ea, quæ ad locum dixi de feminis Cereris sacra facientibus, aliquid sit dicendum, habe. *Ἐρήμην δ' αὐτοῦ* [Alcibiadis] *καταγνόντες καὶ τὰ χρήματα δημεύσαντες, ἔτι καταρᾶσθαι προσεψηφίσαντο πάντας ἱερεῖς καὶ ἱερείας, ὧν μόνην φασὶ Θεανὼ τὴν Μένωνος Ἀγραυλῆθεν ἀντειπεῖν πρὸς τὸ ψήφισμα, φάσκουσαν εὐχῶν οὐ καταρῶν ἱέρειαν γεγονέναι.* Plutarch. in Alcibiade. *Ἴστρος δὲ Δήμητρος εἶναι στέμμα φησὶ τὴν μυῤῥίνην καὶ τὴν σμίλακα· καὶ τὸν ἱεροφάντην καὶ τὰς ἱεροφάντιδας καὶ τὸν δᾳδοῦχον καὶ τὰς ἄλλας ἱερείας μυῤῥίνης ἔχειν στέφανον.* Schol. Sophocl. Œdip. Colon. 674. Adde ex Mazoch. et Grutero,

CASPONIA. P. F.
SACERDOS. CERERIS.
PVBLICA.
POPVLI. ROMANI.
SICVLA.

Vides sacerdotem *Siculam:* atque hinc fidem libero quam ibidem nexu obligavi, et inlustrari velim *actum* istum *legitimum κατηράσαντο πρὸς ἑσπέραν.* Romæ, ait Livius VII. 6. "M. Curtium, silentio facto, *templa* Deorum immortalium, quæ Foro imminent, Capitoliumque *intuentem*, et manus nunc in cœlum, nunc in patentis terræ hiatus ad Deos Manis porrigentem se devovisse." Hic Cereris Sacerdotes ad *occidentem solem* conversi, unde Cereris sacra petebantur (allata sunt enim ex Sicilia ad Atticam), hominem religionibus suis devovebant. "Aditum est ad libros Sibyllinos; in quibus inventum est, Cererem antiquissimam placari oportere. Tum ex amplissimo Collegio Xvirali Sacerdotes P. R. cum esset in urbe nostra Cereris pulcherrimum et magnificentissimum templum, tamen usque Ennam profecti sunt. Tanta enim erat auctoritas et vetustas illius religionis, ut cum illuc irent, non ad ædem Cereris, sed ad ipsam Cererem proficisci viderentur." Cic. 4. Verrin. Ita Ovidius IV. Fast. 21.

"Grata domus Cereri: multas ibi possidet urbes,
In quibus est culto fertilis Henna solo."

Ita Pluto, qui dum

"curru atrorum vectus equorum
Ambibat *Siculæ* cautus fundamina terræ,"

Proserpinam *vidit et abripuit*, a Sophocle in Œdip. Tyran. vocatur *ἕσπερος θεός*. Diod. Sic. l. 5. init. *Οἱ ταύτην οὖν κατοικοῦντες Σικελιῶται παρειλήφασι παρὰ τῶν προγόνων, ἀεὶ τῆς φήμης ἐξ αἰῶνος παραδεδομένης τοῖς ἐγγόνοις, ἱερὰν ὑπάρχειν τὴν νῆσον Δήμητρος καὶ Κόρης. Ἔνιοι δὲ τῶν Ποιητῶν μυθολογοῦσι κατὰ τὸν τοῦ Πλούτωνος καὶ Περσεφόνης γάμον ὑπὸ Διὸς ἀνακάλυπτρα τῇ νύμφῃ δεδόσθαι ταύτην τὴν νῆσον· τοὺς δὲ κατοικοῦντας αὐτὴν τὸ παλαιὸν Σικανοὺς αὐτόχθονας εἶναί φασιν οἱ νομιμώτατοι τῶν συγγρα-*
700 *φέων, καὶ τάς τε προειρημένας θεὰς ἐν ταύτῃ πρώτως φανῆναι, καὶ τὸν τοῦ σίτου καρπὸν ταύτην πρώτην ἀνεῖναι — Καὶ τὰς θεὰς δὲ ταύτας εὑρούσας* [*σῖτον*] *ἀκολούθως τοῖς εἰρημένοις, ὁρᾶν ἐστὶ μάλιστα τιμωμένας παρὰ τοῖς Σικελιώταις.* Epigramma Aristoclis.

Δάματερ πολύκαρπε, σὺ κῆν Σικελοῖσιν ἐναργὴς
Καὶ παρ' Ἐρεχθείδαις· ἓν δέ τι τοῦτο μέγα

Κρίνετ' ἐν Ἑρμιονεῦσι· τὸν ἐξ ἀγέλης γὰρ ἀφειδῆ
Ταῦρον, ὃν οὐκ ἀείρουσ' ἀνέρες οὐδὲ δέκα,
Τοῦτον γραῦς στείχουσα μόνη μόνον οὔατος ἕλκει
Τόνδ' ἐπὶ βωμόν· ὁ δ' ὡς ματέρι παῖς ἕπεται.
Σὸν τόδε, Δάματερ, σὸν τὸ σθένος, ἵλαος εἴης,
Και πάντων θάλλοι κλᾶρος ἐν Ἑρμιόνῃ.

Sequitur p. 256. 2. *Διοκλῆς ὁ Ζακόρου τοῦ ἱεροφάντου, πάππος ἡμέτερος.* F. legendum, *Διοκλῆς ὁ Ζάκορος τοῦ ἱεροφάντου*, *Diocles* æditiuus, *qui Hierophantæ erat ab officiis*; non *Diocles* Zacori *Hierophantæ filius*. Ratio suspicionis est, quoniam Hierophantæ apud Atheniensis uxorem ducere non licebat. Hieron. Epist. ad Gerontiam de Monogamia. "Hierophanta apud Athenas eviratur et æterna debilitate fit castus." Origen. c. Cels. l. 7. *Καὶ εἷς μέν που παρ' Ἀθηναίοις ἱεροφάντης, οὐδὲ πιστευόμενος ἑαυτοῦ τὰς ἀρσενικὰς ὀρέξεις, ὡς Κύριος αὐτῶν εἶναι δυνάμενος, καὶ κρατεῖν αὐτῶν εἰς ὅσον βούλεται, κωνειασθεὶς τὰ ἀρσενικὰ μέρη, καθαρὸς εἶναι νομίζεται πρὸς τὴν νενομισμένην παρ' Ἀθηναίοις ἁγιστείαν.* Pausan. in Corinth. c. 14. *Τῆς δὲ πόλεως* [Phliunte] *αἱ Κελεαὶ πέντε που σταδίους μάλιστα ἀπέχουσι, καὶ τῇ Δήμητρι ἐνταῦθα δι' ἐνιαυτοῦ τετάρτου τὴν τελετὴν καὶ οὐ κατὰ ἔτος ἄγουσι. ἱεροφάντης δὲ οὐκ ἐς τὸν βίον πάντα ἀποδέδεικται· κατὰ δὲ ἑκάστην τελετὴν ἄλλοτέ ἐστιν ἄλλος σφίσιν αἱρετὸς, λαμβάνων, ἢν ἐθέλῃ, καὶ γυναῖκα, καὶ ταῦτα μὲν διάφορα τῶν ἐν Ἐλευσῖνι ὀνομάζουσι* (l. *νομίζουσι*). Verum enim vero salva esse potest et debet Lysiæ vulgata lectio, quoniam ex monumentis hujus populi aliunde adparet, Hierophantam ante susceptum Pontificatum et uxorem ducere et liberos suscipere potuisse. Unde ait idem Hieron. c. Jovinian. l. 1. fin. "Hierophantas Atheniensium usque hodie Cicutæ sorbitione castrari, *et, postquam in Pontificatum fuerint electi*, viros esse desinere." Isæus de Apollodori hereditate: *Διέθετο τὴν οὐσίαν, καὶ ἔδωκε τῇ ἐκείνου μὲν θυγατρὶ, ἐμοὶ* (l. *ἐμοῦ*) *δὲ μητρὶ, αὐτοῦ δὲ ἀδελφῇ, διδοὺς αὐτὴν Λακρατίδῃ τῷ νῦν Ἱεροφάντῃ γεγενημένῳ.* Atque hæc hactenus.

CAP. IX.

Indicantur duo fontes mendarum, quibus scatet Glossarium Hesychianum. Emendatur octoginta circiter in locis. Tentatur Homerus.

Memini me ad orationem istam, quæ inscribitur *περὶ τῆς Εὐάνδρου δοκιμασίας*, p. 800. ult. ed. R. admonuisse Hesychium pluries emendari posse unico medicinæ genere. Non te latet, mi lector, initialis, ut vocant, dictionum literas in unoquoque istius Glossographi articulo *vel* a describente nonnunquam relinqui minio olim pingendas, quod minium casu aliquo pingi negligebatur, *vel* ita tenuiter exarari, ut aliquando literarum ductus vel Lynceos oculos effugeret. Constat certe ita evanuisse, cum descriptor Ἱέρας, loco *τοῦ τέρας*, *σημεῖον* exposuit, et locum tam magnifice, tam pulchre coctæ glossæ dedit inter voces, quæ ab I incipiebant. Dubitare me non sinit doctissimi et (sive privata officia recolam, sive publica in Rem literariam merita) nunquam a me satis prædicandi I. Alberti Harlemensis spectatissima solertia, quin Hesychius jam ab eo prelo committendus et istiusmodi curationem et mea monita minime

exspectet. Condonabit tamen Vir æquissimus, et patienter a me dici audiet, quæ ille propediem tanto dicturus est melius. Mos semper fuit, ut nos novi homines in hac Republica lacero illo glossatore qu. προσόδῳ uteremur ad honores et dignitatem. Ibi est, quod unusquisque nostrum ἀγχίνοιαν suam in insuetum iter libret, et in ea palæstra se exerceat,

" Dum conderet urbem,
Inferretque Deos Latio."

Cum ergo Hesychius aliquid a me dici exspectet, age experiamur, nunquid proferre possim, quod aliorum fugiat industriam. Et potissimum in duplici isto mendarum fonte versabitur commentatio nostra, quem nuper indicavi, sc. ubi Vox alienam sedem occupaverit, *aut* quod exciderit 701 litera initialis, *aut* quod imaginem suam et vestigia dissimulaverit. Neque ceteros fontis, ubi usus venerit, negligemus. In Δ. δύρεσθαι exponitur ὀδύρεσθαι (ut, non exponi, sed legi oportuerat) κλαίειν, θρηνεῖν. In eadem litera δυάζει φλυαρεῖ est menda ipsa. Primo enim Δ et Λ literarum similitudo librarium decepit, et Δυάζει pro Λυάζει scripsit. Videamus ergo, quid Λυάζει. Λυάζει, φλυαρεῖ, μωρολογεῖ, στασιάζει. Nondum recte. Legendum enim φλυάζει. Verum neque ea vox rectius fere vel in sua sede exaratur. Ibi enim legere oportet Φλυάζει, (non φλουάζει, ut editur) φλυαρεῖ, ληρεῖ. Similiter in Λ. Λάζων, Ille interpretatur, Tu autem rescribas ἀλάζων. In Π. πίτνας ἐκτείνων τίμια φασί, multa sunt menda. Primo enim evasit litera E, qua retracta ex fuga, lege porro non 'Επίτνας, verum 'Επιτείνας, quod recte ille exponit ἐκτείνων, ut debuit: Deinde, quod sequitur, sc. τίμια φασὶ, repetuntur ex articulo superiori desinente τὰς τιμωρίας πιτίμια φασίν. Pergit glossographus et mendosæ glossæ Πιτνὰς subjungit alteram Πιτνεῖ, πίπτει, ἐκτείνει. Falsa hæc. Πιτνεῖ quidem est Cadere, verum ἐκτείνει, quæ est altera expositio, poscit ἐπιτείνει. Quod Tu in posterum non dubitabis legere. Eodem pacto Ληχόϊον κανοῦν οὐ λοχόϊον restitues οὐληχόϊον κανοῦν οὐλοχόϊον, et tibi conferenti fidem faciet glossa Οὐλοχόϊον. In Μώδιξ articulo non major sanitas. Substituas enim pro Μώδιξ, Φλὸξ, φλυκτὶς, Σμώδιξ, Φλὲψ, φλυκτίς. Confer Σμώδιξ et Φλέψ. In I legimus Ἴγνυντο, ἠνοίγοντο. Hoc erat οἴγνυντο, ἠνοίγοντο. Ibidem ἱερὸν, ἔνυγρον, ἀγαθὸν, μέγα, ὅσιον καὶ ναός. Sit sane μέγα, sit ὅσιον et ναός. At interea ἔνυγρον est διερόν. Διερόν· ὑγρόν· χλωρόν· ζῶον· ἔναιμον, etc, †, Διερός· λαμπρός· ζῶν· περιφανής. †. Διερούς, διύγρους. In litera Θ excidisse arbitror non literam, sed syllabam. θαζόμενος, σκώπτων. Legerem enim ex Hesych. in Τωθάζω, Τωθαζόμενος. Hæc vox iterum corrumpitur. Nam pro Θωτάζει, ἐμπαίζει, χλευάζει, legerem Τωθάζει. In P. legimus Ῥίσαντες, φιλονεικήσαντες. Lego ἐρίσαντες. In eadem litera ῥαίδηλες ἐμφανές. Ubi credo non extritam esse literam ducem, sed transpositam, et legi recte ἀρίδηλες. Ibidem legitur ῥήγων βοηθών. Quod nihil aliud est, quam ἀρήγων. In T. τήτυμα, ἀληθῆ. Lege ἐτήτυμα. In horum nonnullis serius didici meam Crisin esse præreptam. Non ignoro aliquando literam principem deficere ex populi alicujus aut gentis consuetudine. Ita Ἴγα, σιώπα Κύπριοι. Ergo non temere Librarii socordiæ imputabis, quod populi alicujus consilio vel saltem usu est introductum. Hesychius enim, qui gentium sermones memorat *centum* fere et *triginta*, aliquando, immo sæpissime, auctoritatem suam reticet, dissimulato nomine istius populi, qui dialectum formavit aut celebravit. Βδάλλει apud eum est ἀμέλγειν. At cujatium? Atticorum nempe, ut aliunde discimus, sc. ex σχ. Theocr. ad Idyll. II. 56.

'Εμφὺς, ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας,

Ubi dicitur: Εἴρηται δὲ βδέλλα παρὰ τὸ βδάλλειν, ὅ ἐστιν ἐξαμέλγειν τὸ αἷμα. τὸ γὰρ ἀμέλγειν 'Αττικοὶ βδάλλειν λέγουσι. Quæ verba scholiastæ leguntur fere, verum sine nomine gentis, apud Hesych. in 'Εβδηλλάμην. Eodem modo vox Θρόνα vel Τρόνα apud alias gentis et scriptores alias et maxime diversas nacta est significationes, ut discimus ex eod. σχ. ad II. 59. Θρόνα, Θεσσαλοὶ μὲν τὰ πεποικιλμένα ζῶα· Κύπριοι δὲ τὰ ἄνθινα ἱμάτια· Αἰτωλοὶ δὲ φάρμακα, ὥς φησι Κλείταρχος· Ὅμηρος δὲ τὰ ῥόδα. Ex his nonnullas habet Hesychius (habebit saltem propediem, sc. ubi emendaverò), non tamen nobiscum ea fide egit atque scholiastes. Prodidit enim, quid dicantur, non quis dixit. Ecce in Θρόνον. Θρόνον τετράπουν καὶ τὸν ἱερὸν δίφρον, καὶ ἐκπεποικιλμένον. Scripsit procul dubio τετράπουν ἐκπεποικιλμένον, lacertam sc. aut animal simile, quod Thessali vocant Θρόνον. (Dum in his regionibus subsistam proximam vocem et emendari ejusque interpretationem vindicari velim. Θρονίτης, πρώτιστος. Fab. Χρώτιστος. Temerarius ille homo vix, credo, se ipsum intellexit. Tu retineas πρώτιστος, et emendes Θρανίτης. Hesych. in Θαλάμιος. Θαλάμιος λέγεται ὁ ἔσχατος· ὁ δὲ μέσος ζύγιος, ὁ δὲ ἀνώτατος θρανίτης.) In Τρόνα dedit Cypricum usum. Τρόνα ἢ θρόνα ἀγάλματα, ἢ ῥάμματα ἄνθινα. Fortasse scripsit βάμματα, vel, quod potius suspicor juxta scholiasten modò laudatum, ἱμάτια, ἄνθινα. More hoc Hesychii observato, cum et Εἶδαρ et Ἴδαρ exponat βρῶμα, non utique extemplo adfirmabis extritam esse alicujus incuria literam E in Ἴδαρ, ne, quod communiter Εἶδαρ dicitur, id Cyprius, vel Ætolus, vel Syracusius, mallet pronunciare Ἴδαρ. Idem pene est, ut moneam de Εἰαμεναὶ et 'Ιαμεναὶ, Εἴαρ et Ἴαρ, Εἴθαρ et Ἴθαρ, Εἶλαρ et Ἶλαρ, Εἰρωνεία et 'Ιρωνεία. Exponit ille Εἴκων, ὑποχωρῶν et Ἴκοντες, ὑπακούοντες, παραχωροῦντες. Εἰλαπίνη, θυσία, ἑορτὴ, et 'Ιλαπίνας, θυσίας, ἑορτάς. Εἰλεὸς dicitur ἡ τοῦ θηρίου κατάδυσις, 'Ιλεὸς θηρίου φωλεός: Similiter Εἰλιγγιᾶν, σκοτοῦσθαι, συστρέφεσθαι, et 'Ιλιγγιᾶν, συστροφοῦσθαι, σκοτοῦσθαι. Ita, 'Ερήνη. κόρος· τέλος. (Tu fac emen- 702 des εἰρήν. κόρος, τέλειος) et 'Ιρίνες (potius 'Ιρῆνες. Vid. Kust. ad Suid. v. Μελείρην, et Lexic. Herodot.) μελέφηβοι. Nolis itaque emendaturienti similis, αἴμονα ἐπιστήμονα, ἔμπειρον, protinus existimare reponendum esse δαίμονα, qu. δαήμονα. quod ille pariter fere interpretatur: verum in Homero subsistere Il. E. 49.

Υἱὸν δὲ Στροφίοιο Σκαμάνδριον, αἴμονα θήρης.

Sæpissime innuere videtur, utroque modo et dici et scribi. Ita Ἵρεται, ἢ εἴρεται, συνάπτεται. 'Ιπύα, σιπύα. Quasi dixisset cellam panariam, vel ἀρτοθήκην, ab aliis Σιπύαν dici, ab aliis 'Ιπύαν. Λέκρανα ἢ ὠλέκρανα τοὺς ἀγκῶνας: unde non dubitabis corrigere 'Ωλέκρανον ὁ Ἄγων sic, 'Ωλέκρανον ὁ 'Αγκών. Aut, si dubites, consulas glossam 'Αγοστούς. ὠλέκρανα. οἱ δὲ ἄκρα χειρῶν, ἢ πήχεις, ἢ ἀγκῶνες.

Eandem porro adhibebis dubitationem in emendandis iis glossis, in quibus literæ principalis figura propter similitudinem exarandi librarium fefellisse potuit. Nam et hæc est altera pars disputationis meæ. Non ergo protinus, si quid a B incipiat, quod Ego vel Tu per Φ describeremus, id in Φ corrigendo corrumpes· quoniam si ore Macedonico usus

esses, intactum utique relinqueres. Plutarch. enim Quæst. Græc. 9. Τῷ Β ἀντὶ τοῦ Φ χρῶνται Μακεδόνες, Βίλιππον καὶ Βαλακρὸν καὶ Βερονίκην λέγοντες. Nescire non possis hæc nos dicere et nominare Φίλιππον et Φαλακρὸν et Φερονίκην. Verum id non patiuntur Macedones. Eodem teste Β pro Π Delphici oris est et loquelæ. Adspirationem variæ gentes varie exprimunt. Lacones per Β. Ita Hesychius Βάγος, κλάσμα ἄρτου, μάζης, καὶ βασιλεὺς καὶ στρατιώτης (corrige στρατηγός). Λάκωνες. Eam vocem antiquissimi Attici exarassent ΗΑΓΟΣ, Æoles FΑΓΟΣ: nos communiter non adspiramus, verum scribimus ΑΓΟΣ. ut Hesych. Ἀγὸς, ἡγεμὼν, ἀπὸ τοῦ ἄγειν τὰ πλήθη, et alibi Ἄγος, κλαῦσμα, τραῦμα (lege ex eod. Hesych. in v. Βάγος, κλάσμα ἄρτου), ἀρχηγός. Ejusdem commatis sunt Βείκατι εἴκοσι. Λάκωνες. Βεικηλὰ, νωχελῆ (scribe ἀνωφελῆ), ἀχρεῖα. Λάκωνες. Unde non dubitabis et has voces ad Laconismum referre, quanquam id non admonuit Auctor. Βείρακες, ἱέρακες. Βείκας, μακρόθεν. Βέκας, μακράν. Βέκως, μακρόθεν. et sexcentas alias. Eodem adspirandi more delectantur Cretes, qui Laconice loquebantur. Βαλικιώτης, συνέφηβος. Κρῆτες. Tu ergo cave, neque tibi hæc esse prædicta non dixeris. In iis autem, quæ sequuntur, securo ut sis animo, jubeo. Ibi enim experiundo scies et facillimum describentis errorem, et certissimam emendantis fidem. Γ simplex Gamma Græcorum ea est infelicitate figuræ, ut ad plurimas literas similitudine accedat, atque eapropter fœdissimas turbas excire soleat. Si in latus inclines, lineæ duæ, quibus describitur, in angulum fastigiatæ repræsentabunt literam Λ. Deinde Λ et Δ et Α unius lineolæ discrimine a se invicem disterminantur. Porro Γ, si tenuior foret transversæ suæ lineæ ductus, in Ι recidet, et vicissim simili fere vitio ex Τ enascetur. Aliquando insinuabit se in locum congeneris sui, si formam et familiam respicias, Digammatis Æolici F. Est ubi scribitur loco notæ episemæ, quæ potestatem ejusdem digammatis exprimit. Exempla nonnulla proferemus, quæ ceteros fortasse hactenus fugere. Notæ Τ in Γ solitam et levem esse mutationem joculari errore suo testatur Theod. Gaza Gram. l. 3. exeunte, p. 99. *b.* Εὐλογώτεροι μέντοι ἐπὶ τοῦ ὀρύττω καὶ τῶν ὁμοίων τὸ γράφειν ὀρύγω, καθάπερ κἂν τοῖς παλαιοτέροις τῶν ἀντιγράφων ὁρῶμεν. Tanta erat auctoritate, tanta contagionis diritate una et levissima in Exemplaribus litura, ut pene artem ipsam contaminaret, et jam scholis jura esset datura. Ammonius ad voces ἦν δὲ — ὥρα ὡσεὶ ἕκτη. Ioan. XIX. 14. Ὁ δὲ καλλιγράφος ἀντὶ τοῦ Γάμμα στοιχείου, ὅπερ σημαίνει τὸ τρίτην, ἔγραψε τὸ ἐπίσημον, ὃ καλοῦσιν οἱ Ἀλεξανδρεῖς γαβὲξ, ὃ δηλοῖ τὴν ἕκτην, πολλὴν ἔχοντα πρὸς ἑαυτὰ τὴν ὁμοιότητα, καὶ διὰ τοῦ γραφικοῦ σφάλματος γέγονεν ἡ διαφωνία. Ἀντὶ γὰρ τρίτης ὥρας, ἕκτην ἔγραψε. Observarunt plurimi, quorum in numero sunt præstantissimus Galeus noster in erudito suo commentario ad Demetrii Phalerensis librum De Elocutione (quem hominem ob morum suavitatem atque eruditionis elegantiam nemini fere in disciplina nostra secundum pono), et nuper summi ingenii et doctrinæ vir I. Albertus (qui literarum bono natus corruptissimum hunc Auctorem integre expoliendum emaculandumque in se suscepit), innumeras fere glossas sub litera Γ latere, quæ duplici F Æolensium exarari debent. Quo pacto Γιστία, Γισχὺν, Γοῖνος, Γέντερ, Γέαρ, et sexcentæ aliæ emendandæ sunt Fιστία, Fισχὺν, Fοῖνος, Fέντερ, Fέαρ. Exponuntur enim ἐσχάτη (l. ἐσχάρα) i. e. Vesta, ἰσχὺν, Vim, οἶνος Vinum, κοιλία, i. e. Venter, ἔαρ Ver. Salmasium quidem virum maximum

in commentariis ad Herodis et Regillæ uxoris inscriptiones latuit medela tam facilis et expedita. Neque enim illi assentior adfirmanti quasdam gentis posse duplex gamma (vel adspirationis notam) ut simplex gamma
vel exarare vel ex ore proferre. Accidit hoc proculdubio ex corruptela 703
Codicis Hesychiani. In ceteris Lexicographis istius consuetudinis nullum vestigium, Photio puta, et Suida, etc. Nemo superest præter Phavorinum, qui corruptissimum auctorem Hesychium descripsit, et proinde Hesychianæ auctoritati nihil quidquam ponderis adjicere vel potest vel debet. Verum non ubique velim, ut tali medicina mactetur Hesychius. Descripsit ille nimirum Homericas dictiones ad unam fere omnis, ea autem incuria, ut aliquando particulas, quibus scatet πολυώνυμος ille scriptor, inconsultissime sequenti vocabulo agglutinaret. Inde si scripsisset Homerus γ' οἶδα, proclive fuit Lexicographo nostro Γοῖδα exinde procudere (quod tamen nescio, quo errore, error enim errorem gignit, per οὐκ οἶδα interpretatur) si γ' ἔτος, Γέτος, Inde fit, quod tot voces in Δ, in Θ, in Τ et Ρ reperiantur, quæ Homericis δ', θ', τ' et ῥ' originem debent. Δαιάζω, ἀναβοῶ, στενάζω exponitur, eodem modo quo Αἰάζω. Neque eodem modo exponuntur Αἰάζω et Δαιάζω solum, verum et Ἀδαΐζω quoque. Ejusdem commatis est ἀδεάζων, ἀναβοῶν, ἀναστενῶν. Hinc quoque exponitur δίψαι, βλάψαι. Natum est vocabulum ex locis Homeri nonnullis male lectis. Ubicunque enim occurrit Ἶψαι, semper particulam δ' a tergo sequitur, ut Il. Α. 454. et Π. 237.

Τιμήσας μὲν ἐμὲ, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν.

et Β. 193.

Νῦν μὲν πειρᾶσθαι, τάχα δ' ἴψεται υἷας Ἀχαιῶν.

Ex simili fortasse fonte θολκάζει χαλιναγωγεῖ. sc. θ' ὁλκάζει. Nam in ο Ὁλκάζει, ἕλκει, χαλιναγωγεῖ. Inde portentum lectionis Θαστρεύεσθαι, ἀναβάλλεσθαι: quod Tu, amice lector, ex Homer. Iliad. Ο. 512. procurabis,

Ἦ δὴ θαστρεύγεσθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.

Adde, si lubet, aut minus probasse videar, Hesychium in Ἦ δῆθα στρεύγεσθαι et in Στρεύγομαι. Arrepta hac occasione emendare non te pigebit corruptissimam glossam Στρανγγεύει, διαβάλλει, οὐκ εὐθὺς πορεύεται. Potius omnino Στραγγεύει, ἀναβάλλει, οὐκ εὐθὺς πορεύεται. Similis fere error aliquibus voculis articulos suos adjunxit, ut ἡδόκωσις ἡστέγη: quemadmodum et recte in Δ interpretatur δόκωσις. Ita in Hesychio legimus in Ο. Ὀδειμάλεος, Ὀδοίοπος, i. e. Δειμάλεος et Δίοπος. Ita Ὀδέγμην προσεδόκων ne corrigas cum Guieto Ἐδέγμην, sed cum viro docto ὃ δέγμην, *id quod exspectavi.* Notabilis est error glossæ ὀδαῖος ὀλίγος — πράσιμος, ὠνήτης. Recte fortasse πράσιμος et ὠνήτης, ut supra in Ὀδαῖον et Ὀδαίων. Ὀδαίων, ὠνίων. ὀδῆσαι γὰρ τὸ ὠνήσασθαι. At quomodo aut qua machina est ὀλίγος? Nempe pro ὀδαῖος substituas Ὁ Βαιὸς, et consulas Βαιὸν in suo loco. Infra legimus Ὀπροστρόπαιος ὁ ἀποστρέφων. Tu fac dividas Ὁ Προστρόπαιος. Deinde Τηαλέσθην, τὴν ἅμαξαν. Lege τὴν ἀλέσθην. Supra enim Τῇ ἀλέσθῃ, τῇ ἀμάξῃ. Ut ad Æolismum revertar, et monstra, quæ peperit; digamma istud quamvis in suum simplex frequentissime, aliquando tamen in Τ, quod etiam proclive fuit, degeneravit. Nam Τέπτα, ἑπτὰ exponitur, i. e. Fεπτά. et, quod est lucidissimum, Τενεκοῦντι, ἐνοικοῦντι. Αἰολεῖς. Adducor equidem, ut credam in dictionibus Æolicis, quales multæ apud Homerum et antiquos leguntur, ibi semper fere in concursu vocalium ad hiatum declinandum eorum digam-

ma se inseruisse, maxime cum id Romanis solenne fuerit, qui ab Æolensibus linguam suam mutuo sumpsere. Inde quod hi ΔαFος, ΤαFων, ΟFις, ΒοFος exarabant, illi literis suis dixerunt *Davus*, *Pavo*, *Ovis*, *Bovis*. Priscianus certe se scriptum reperisse testatur in vetustissimo Apollinis tripode, qui erat in Xerolopho CPoleos, ΔημοφάFων ΛαFοκόFων. Recte sane, atque idcirco Hesychius in v. προτιάπτω, προπέμπω, ad Homericum locum respiciens, qui initio Iliados legitur

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
Ἡρώων,

si emendetur προFιάπτω, προπέμπω (quidni autem ita emendetur?) fidem faciet antiquissimos Homeri codices ita fuisse exaratos, qua itidem ἀκριβείᾳ, suam editionem, quam non minori ingenii felicitate molitur quotidie, quam nos omnes vehementia exspectationis efflagitamus, describi curabit bonarum omnium artium stator et vindex, clarissimus Bentleius. Ut redeam, hoc quasi

"regens vestigia filo,"

vexatissima ista ῥήγεα vel ἡνία, εἵματα, δέσματα, σιγαλόεντα, quæ passim apud Homerum leguntur, ut Iliad. E. 226.

Ἀλλ' ἄγε, νῦν μάστιγα, καὶ ἡνία σιγαλόεντα
Δέξαι.

Iliad. X. 154.

Καλοὶ, λαΐνεοι, ὅθι εἵματα σιγαλόεντα
Πλύνεσκον Τρώων ἄλοχοι.

Ibid. 468.

Τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς χέε δέσματα σιγαλόεντα.

704 emendari jubeo semper σιFαλόFεντα. Qui a σίγη deducunt vel potius cogunt, operam ludunt. Σιαλῶσαι apud Hesychium est ποικίλαι. Recte igitur Σιγαλόεν (corrupte Γ pro F) exponitur ab eodem, ποικίλον τῇ γραφῇ, λαμπρὸν etc. † Σιγαλόεντα, λαμπρὰ, ποικίλα, καὶ τὰ ὅμοια. Porro quo pacto miscentur Γ, F et T, ita nonnunquam propter cognationem A et Λ. Ita Αἰταὶ θυγατέρες Διὸς αἱ τοῖς δεομένοις βοηθοῦσαι, rescribe cum H. Stephano Λιταί. Ita enim Homerus Il. I. 498.

Καὶ γάρ τε λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο.

Et similiter in media voce Ἰαλάσι δεσμοῖς. Lege Ἰλλάσι. Quæ est iterum vox Homerica, Iliad. N. 571.

Τόν τ' οὔρεσι βουκόλοι ἄνδρες
Ἰλλάσιν οὐκ ἐθέλοντα βίῃ δήσαντες ἄγουσιν.

Vicissim Λῆται, ἄνεμοι. Rescribe Ἀῆται. Iterum emendat vocem eandem, et in A pro ἄνται, ἄνεμοι, rescribo optimo jure Ἀῆται ἄνεμοι. Et hæc fortasse est labes glossæ istius βαιμάζειν, βασιλεύειν ἢ βαστάζειν. Ibi repono primum Βλιμάζειν. deinde confirmo, Βλιμάζειν primo et proprie est mulgere, quasi θλιβομάζειν. Id Etymon debeo erudito Scholiastæ Aristoph. Av. 530. Ita Hesychius Βλιμάζειν τὸ τηθολαβεῖν οἱονεὶ θλίβειν ἢ βαστάζει. f. θλιβομαστάζειν cum scholiaste. Deinde, ubi omnia manu regebantur, quoniam principum erat et potentiorum plebis *crumenas mulgere*, exponit Hesych. in secundo loco βασιλεύειν, Didymus κακοῦν, ἀποτίλλειν, κατεσθίειν. Significat denique tertio loco ventrem avium contrectando de earum bonitate experiri: Ita Aristoph. Av. 526.

Πᾶς τις ἐφ' ὑμῖν ὀρνιθευτὴς
Ἵστησι βρόχους, παγίδας, ῥάβδους,
Ἕρκη, νεφέλας, δίκτυα, πηκτάς·
Εἶτα λαβόντες πωλοῦσ' ἀθρόους,
Οἱ δ' ὠνοῦνται βλιμάζοντες.

Nihil tamen horum omnium ad βαστάζειν pertinet. Quid ergo? Nempe ut in prima voce litera literam similem similaverit, ita in hac altera alteram excluserit. Lego enim Βλαστάζειν. Hesych. Βλαστάζειν, βλιμάζειν οἱ αὐτοὶ i. e. Siculi. Sed nondum ex his me expedivi. Sequetur enim articulum Βλιμάξαι, βαστάσαι, ἀτιμάσαι, legendum esse Βλιμάξαι, βλαστάσαι, ἀτιμάσαι, atque etiam βαίνη, ὕβρις, βλίμη, ὕβρις. Ita enim Βλίμη, προπηλακισμὸς, ὕβρις. Atque hæc quidem hactenus. Deinde eodem jure pro Βαίταν. Βαιτάς. Βαιτάδα. Βαιτῶνα, quibus nominibus οἱ παλαιοὶ secundum Suidam, vel Ἕλληνες sec. Hesych. significabant homines nequam et nullius precii, rescribe Βλίταν. Βλιτάς. Βλιτάδα. et Βλιτῶνα. Confunduntur A. Δ. et Λ. δάσος, σύνδενδρος τόπος. l. Ἄλσος. Si desit, quod addam auctoritatis aut fidei causa, notabis iisdem verbis explicari Ἄλσος suo in loco. Ἄλσος, σύνδενδρος τόπος. Vox hæc similiter corrumpitur infra in Δρυμός. Δρυμὸς, δάσος, σύμφυτος τόπος — σύνδενδρος. Lege Ἄλσος et me habebis fidejussorum. Similis error est in Λαγεινὰ, δεινά. Corrige Ἀλγεινά. Nihil verius. Jam eodem filo usus luce et Hellenismo donabis barbaram istam glossam ad caput literæ Δ. Δαγμνὸς, οἰκτρὸς, πένης, ἐλεεινός. Tu enim, sat scio, leges Ἀλγεινὸς, et cod. modo infra Δαεινὸν, κλαύσιμον. Puto Αἰλινὸν, κλαύσιμον. Permiscentur T. et X. Τήτει, σπάνει. Lege Χήτει. Nam sequentibus suo in loco, Χήτει, στερήσει, ἐνδείᾳ, σπάνει. Ita etiam lubenter legerem Χῆτος, ἀπορία. Non, Χὴ, ἔθος, ἀπορία. Pauca adjiciam ex glossis inter se turbatis. Κονιπόδες, ὑποδήματα μοιχικά. † Κονιορτοπόδες, ἀγροῖκοι, ἐργάται. Lego Κονιπόδες, κονιορτοπόδες, ἀγροῖκοι, ἐργάται. Vid. Plutarch. Quæst. Græc. 1. Voces ὑποδήματα μοιχικὰ locum hic habere nequeunt. f. spectant ad glossam Κονίσαλοι, ἀφροδίσια. Ut plene sit Κονίσαλοι, ὑποδήματα μοιχικὰ, ἀφροδίσια. Legimus in H. Ἡγυᾶτο ὁ λαμβάνων ἤγετο † Ἧγε, αὕτη, ἥτις. video hic tris glossas. † Ἡγγυᾶτο (sic enim legas) ὁ λαμβάνων. H. e. qui mutuo sumebat (λαμβάνειν enim, ut docuimus p. 338. edit. nostræ est quodammodo vox usuraria) *fidem dedit, sponsionem præstitit.* Eo ritu sæpissime in Lexicis voces exponi solent, id quod duplicem operam præstat: ostendit enim, quid sit Ἐγγυᾷν et quid Ἐγγυᾶσθαι. Pergo autem ad proximam glossam a me fabricandam. Quæ est hujusmodi † Ἤγετο, ἦγε. Deinde † Ἧγε, αὕτη, ἥτις. Jam in iis, quæ leguntur in Δ. sc. Δαΐω μάθω, † Δαίων, καίων † Δαίω καὶ ἐξάπτω † Δάῃε ἐλύπησε. Fortasse hoc pacto Δαίων καίων † Δαίω μάθω καὶ ἐξάπτω. Certe † Δάκε ἐλύπησε. Modo enim Δάκνει, λυπεῖ. In Ω. cave putes hæc esse interpretamenta, † Ὠικέτευεν, ᾦκει † Ὠκοδόμουν (rescribe Ὠικοδόμουν), ᾠνοχόουν, verum quatuor voces, quæ interpretatione destituantur, hoc pacto digeres:

Ὠικέτευον
Ὤικει
Ὠικοδόμουν
Ὠινοχόουν.

Ohe! jam satis.

CAP. X.

705 **Jus Atticum commendatur. Promittitur Commentarius de republica Atheniensi. Nonnulla observantur ad eam rem spectantia. Emendantur Harpocratio et Hesychius.**

Si Scriptor, quem hodie non minori fere ex obscuritate vindicamus, quam Manutius, qui typis evulgavit primus, ex eorum numero esset, qui ob sermonis elegantiam et colorem quendam orationis, sterilem et infructuosam delectationem solummodo impertiant; næ ego is non fuissem, qui tantos labores in expoliendo insumerem: Nullius fuisset tanta in me auctoritas, ut Scriptorem evolverem, excuterem, evulgarem, qui neque civilem vitam emendare, neque domesticam ornare potuisset. Tantum neque ocio, quod mihi minimum est, neque mea in literis auctoritate, quæ fortasse minor est, fuissem abusus. Habet enim quodammodo disciplina nostra auctoritatis imaginem: est quædam in recognoscendis expoliendisque auctoribus commendatio eorum, quos expolimus: atque artem profitemur, maxima licet cum severitate, nonnulla tamen, hac certe, cum dignitate conjunctam. Si quid igitur hæc nostra edendi ratio in se habeat consilii, studiosus semper fui, ut istud qualecunque consilii aliquam etiam contineret utilitatem. Omnium gentium, quæ moribus et legibus vixere, ea semper prudentissima habebatur, in cujus disciplina et natus et educatus est Scriptor noster. Quod si Lysiam, Demosthenem, ceterosque Fori scriptores Fortuna nobis non conservasset, qui sæpenumero solennis legum formulas atque ipsa verba legitima produxerunt, producta illustrarunt, celeberrimam istam disciplinam, atque Atticæ sapientiæ imaginem in Jurisprudentia solummodo Romana adumbratam vidissemus. Verum precariam istam P. A. gloriam abunde recreavit suorum Oratorum fortuna, quæ aliquatenus oblivionem superavit. Laudabilis fuit S. Petiti industria, qui istius Jurisprudentiæ naufragia singulari et erudito commentario complexus est. Multum ad hoc argumentum illustrandum passim contulit vir incredibilis eruditionis ὁ μέγας Salmasius, qui neque fama, neque meritis Petiti deterritus novam et integram commentationem de LL. Atticis in animo meditabatur. Meditabatur quoque vir doctissimus H. Valesius, aliique, quorum qui merita non ignorant, interventa consilia tantæque et tam solidæ eruditionis jacturam mecum quotidie dolent. Fuere autem I. Phil. Maussacus, eruditus commentator Harpocrationis. Vid. ad v. Ποδοστράβη, et Περίπολος. Lambecius, ut ex ejus Prodomo liquet. Josephus Scaliger, cujus Collectio Legg. Atticarum inedita servabatur in Bibl. Academiæ Lugduno-Batavæ. Vid. Salmas. I. Epist. 120. Ea usus est Petitus, G. Critonius Professor Reg. Paris. cujus Præfatio in Draconis et Solonis leges est in Cod. MS. CDXLIX Biblioth. Cæsareæ. Ex antiquis scripsit Demetrius Phalereus περὶ τῆς ἐν Ἀθήνῃσι νομοθεσίας. V. Diog. Laert. Harpocr. in Ἑρκεῖος Ζεὺς et Παράστασις. Laudatur istius operis liber 3. a Suid. et Harpocr. in Σκαφηφόροι. In Solonis Ἄξονας scripsere utique Aristoteles, Seleucus, Didymus. Citatur Apollodorus ἐν βῳ περὶ νομοθετῶν a Laertio in Solone. Περὶ νομοθετῶν scripsit Theophrastus, ut li-

quet ex eod. Laertio, et Harpocr. in Φαρμακός. Ejusdem de Legibus liber citatur ab Harpocrat. et in Digestis. Callimachum ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν νόμων laudat Athenæus l. 13. p. 585. Heraclidem Ponticum περὶ νόμων Laertius. De Legibus scripsit Pittacus, ut constat ex Suid. De Atheniensium legibus et moribus, itemque de dicasteriis Atheniensium Telephus, ut liquet ex eodem: a quo etiam in v. Ζαμόλξις laudatur Hellanicus ἐν νομίμοις. Hemippi librum primum περὶ νομοθετῶν laudat Athenæus l. 4. p. 154. et Origen. l. c. Cels. librum secundum Porphyrius 4to. περὶ ἀποχῆς, librum sextum Athenæus l. 14. p. 619. Plethonem Theodoro Gazæ æqualem ἐν τοῖς περὶ νομοθεσίας λόγοις laudat ipse Theodorus in libello de Mensibus. Quantum ista disciplina debeat nostræ quoque industriæ, malim intelligi ex commentario de Rep. Atheniensi, quem indies paro, quam ex ea luce, quam adepta est Themis Attica ex hodierna Lysiæ editione; quanquam nonnulla fortasse, neque ea levissima, et hic quoque legantur, quæ aliorum industriam elusere. In eo opere, cui (ubi pauxillulum ocii ab infinitis fere curis circa caput salientibus nactus sim) maxime semper cum delectatione incumbere soleo, non eundem mihi ordinem servandum esse duxi, quem Petitus aliique sibi 706
statuere. Nam ubi historiam gentis breviter persecutus fuero et ad quandam quasi maturitatem perduxero, eam sc. quæ et rerum gestarum legumque condendarum gloriam terminare judicabitur, nonnulla præfaturus esse mihi videor de νομοθεσίας historia et ratione: de Legum scribendarum abrogandarumque ritu: de condicione, ætate, fama, fortunisque Legumlatorum, qui plurimi fuerint: de nummis denique et monumentis: de formularum pactionumque publicarum solennitate, et quæcunque ad actus legitimos et moderationem Reipublicæ pertinere videbuntur. Deinde in Legibus recensendis eum modum ordinemque tractandi mihi præscripsi, quem unusquisque nostrum vivendo describimus. Nam jam inde a natalibus civem Atheniensem meditor deducere, ritusque et patria instituta una persequi, quæ singulam ætatem et condicionem respiciant: qualem sc. se gerere oporteat domi sub patris imperio, qualem foris sub præceptore; quid ab armato milite, quid a consulente sene exspectetur; quis modus in judiciis, quis in curia statuatur. Eo nempe consilio et scribendi ratione expositurus ero vitam Atheniensium non solum publicam et civilem, verum etiam una privatam et domesticam; deinde cum Legum uberi tractatione Antiquitatum etiam thesaurum complexurus simplici quodam et naturali ordine digestum. Mihi quidem, ut meam mentem exponam, præ ceteris eruditionis partibus vehementer semper placuit ista commentatio: Hujus populi et bello et pace clarissimi Annalis et Jurisprudentiam semper cum delectatione evolvi; sive quod naturali æquitate et honesta quadam sapientia ea Jurisprudentia polleret maxime; sive quod, ut ceterarum rerum præclarissimarum, ita et νομοθεσίας quoque primordia cum jucunditate recolere soleamus. P. enim A. primus fortasse inter profanas gentis Reipublicæ legibus et institutis firmatæ exemplum edidit. Quod licet inventum, ut cetera egregia omnia, ab Ægyptiis repetatur, ego potius, propter communionem, quæ inter eas gentis olim intercessit, existimarem unum fuisse, qui utrisque leges dedit, unamque ambabus fuisse νόμων διάθεσιν. Vel fortasse multa ab Ægyptiis utiliter reperta *illachrymabili nocte urgentur*

"Carent quia Vate sacro."

Atheniensibus enim id præconium non defuit, neque ea ratio immortalitatis:

"Fama minor factis: ipsos nam credere dignum
Cœlicolas, tellus quibus hospita semper Athenæ,
Ceu Leges hominemque novum, ritumque sacrorum,
Seminaque in vacuas hinc descendentia terras,
Sic sacrasse loco commune animantibus ægris
Confugium."

Stat. XII. Theb. 499.

"Primæ frugiferos fœtus mortalibus ægris
Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ,
Et recreaverunt vitam, Legesque rogarunt."

Lucret. l. 6. init.

Non mirum est igitur, gentem ea Civilis Scientiæ celebritate et antiquitate ceteris fere omnibus et leges et jura imponere, quemadmodum testatur Pericles apud Thucyd. l. 2. Cicero quidem pro Flacco. "Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, Jura, Leges ortæ, atque in omnis terras distributæ putantur." Quantum contulit ad Jurisprudentiam Romanam, quæ huic populo diuturnius et latius imperium, quam Virtus, peperit, satius est discere ex istius gentis et Historiæ et Juris monumentis, quæ supersunt. Ammian. Marcellin. l. 22. "Solo adjutus sententiis Ægypti Sacerdotum latis justo moderamine Legibus Romano quoque Juri maximum addidit firmamentum." Ille certe, si non *νομοθεσίᾳ* Ægyptiorum, eorum tamen et consiliis et sapientia usus multa in sua Jurisprudentia symbolice instituit; uti Pythagoras ejusdem sapientiæ consultus, multa in Italica Schola condenda suæque philosophiæ præceptis tradendis, Ægyptiacum ad morem per ænigmata rerumque simulachra docuit. Hujusmodi est sapientiæ, quod Solo *ἄξονας* sive tabulas Juris, in quibus officia Civium describerentur, illas præscriptiones verborum, ad quas unumquemque se accommodare et componere oporteret, *Ἀνάγκης ἄτρακτον*, *Necessitatis fusum*, vocavit. Instituit idem, ut ex Poll. I. 12. discimus, *τὰς νύμφας ἰούσας ἐπὶ τὸν γάμον φρύγετρον φέρειν σημεῖον*. Admonuit scilicet novam nuptam, vas istud domesticum, cujus ope fruges torreri solitæ, illi domestica omnia officia rerumque familiarium administrationem curæ esse oportere. Si *φρύγετρον* per *Farreum* exponat Plinius, credo eum duorum populorum instituta commiscuisse, *Confarreationem* sc. Romanorum, atque hunc Solonis ritum, ubi ait XVIII. 3. "Quin et in sacris nihil religiosius Confarreationis vinculo erat. Novæque nuptæ Farreum præferebant." Ego autem pergo: Cavit idem Legislator *τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκατακλίνεσθαι μῆλον κυδωνίου συγκατατράγουσαν*, ut refert Plutarchus in Solone et in libello Præceptorum Conjugal. *αἰνιτ-*
707 *τόμενος*, juxta eundem auctorem, *ὅτι δεῖ τὴν ἀπὸ στόματος καὶ φωνῆς χάριν εὐάρμοστον εἶναι πρώτην καὶ ἡδεῖαν*. Porro multa habemus in Themide Attica, quæ Ægyptiacam originem referre videantur. In hoc populo *nefas* habebatur *servum hominem occidere*, non quod apud profanas gentis tanta erat mancipiorum cura aut reverentia, verum, ut rationem exponit gravissimus auctor Diod. Sic. l. 1. *διὰ τῆς τῶν δούλων φροντίδος ἐθίζοντες τοὺς ἀνθρώπους πολὺ μᾶλλον εἰς τοὺς ἐλευθέρους μὴ δεῖν ὅλως ἐξαμαρτάνειν*. Eadem erat omnino apud Atheniensis cura, quorum erat sapientia, non exspectare, ut suppliciorum severitate vindicarent, quod fieri non oportuerat, verum extemplo prohibere, ne eveniret id quod infectum esse voluerint. Ita in Tabulis, quæ ab ingenuorum puerorum corporibus vim et contumeliam arcebant, in calce legis subjiciebant: *ἔνοχοι δὲ ἔστωσαν ταῖςδε ταῖς αἰτίαις καὶ οἱ εἰς τὰ οἰκετικὰ σώματα ἐξαμαρτάνοντες*. Cujus constitutionis ne quis aut insolentiam aut inæqualitatem miretur, *nihilo sc. majoris censeri ingenuos quam servos*, continuo exclamat præstantissimus Orator c. Timarchum: *Τοῦτο πάντων ἄριστα ἔχει*. Non quod de mancipiis sollicitus erat Legislator; *οὐ γὰρ ὑπὲρ τῶν οἰκετῶν ἐσπούδασεν ὁ νομοθέτης, ἀλλὰ βουλόμενος ἡμᾶς ἐθίσαι πολὺ ἀπέχειν τῆς τῶν ἐλευθέρων ὕβρεως, προσέγραψε, μηδ' εἰς τοὺς δούλους ὑβρίζειν*. Inde cum Lex erat *de adulterum in uxore justa deprehensum interficiendo*, *οὕτω σφόδρα ὁ νομοθέτης*, ut Lysiæ verbis utar, *ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ δίκαια ταῦτα ἡγήσατο εἶναι, ὥστε καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ταῖς ἐλάττονος ἀξίαις τὴν αὐτὴν δίκην ἐπέθηκε*. Easdem sc. pœnas et in *Uxoris* et in *Pellicis* injuria statuit, in utraque gravissimas, ut adulterii semina quodammodo radicitus evelleret, *legitimi*que connubii jura sanciret etiam custodia *usurarii*. Neque videtur sapientissimus Legislator in ea pœnæ acerbitate istius Scholæ auctoritatem commendare, quæ *peccata*, ut cum Cicerone loquar, "non momentis rerum aut eventu, sed vitiis hominum metitur," et quæ argutius quam verius contendit, quod "siquidem peccare est lineas virtutis transilire; quam longe progrediare, cum semel transilieris, id ad augendam transeundi culpam nihil pertineat."

"Nec vincet Ratio hoc, tantundem ut peccet idemque
Qui teneros caulis alieni infregerit horti
Et qui nocturnus sacra Divum legerit."

Nam et alibi, uti in unoque delicto supplicium commensuratum esse voluit Solo, atque ut adesset

"Regula peccatis, quæ pœnas inroget æquas,"

namque id prudentissima sanctione legitimisque verbis instituit: ita in hoc quoque criminis genere, ut loquitur Lysias: *εἴ τινα εἶχε ταύτης μείζω τιμωρίαν, ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς ἐποίησεν ἄν· νῦν δὲ οὐχ οἷός τε ὢν ταύτης ἰσχυροτέραν ἐπ' ἐκείναις ἐξευρεῖν, τὴν αὐτὴν καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ἠξίωσε γίνεσθαι*. Gravissimis ergo pœnis aliquando *minora* delicta coercuit, quæ ad *majora* fenestram patefacerent: hæc vero iisdem, quoniam acerbiores excogitare nequiverat. Draco quidem, qui pleraque nimis severe censuit, inter alia sanxit in iis legibus, quas tulit, *Furem cujusmodicumque furti supplicio capitis puniendum esse*. Gell. XI. 18. *Ἅπασι τοῖς ἁμαρτάνουσι, μίαν ζημίαν, θάνατον* inrogavit, *τοὺς λάχανα κλέψαντας ἢ ὀπώραν ὁμοίως τοῖς ἱεροσύλοις καὶ ἀνδροφόνοις κολαζόμενος*, ut ait Plutarchus in Solone. Ad quam severitatem, quæ modum et proportionem excedebat omnem, procul dubio respexit Horat. 1. Sat. III. 115. verbis a me modo memoratis. Hoc igitur et pleraque alia ultimæ immanitatis capita sustulit Solo, et omnia impendio molliora decrevit, et ad rationis verique normam revocavit. Mihi hæc commentanti videtur omnino potior esse sententia, Solonem non omnis Draconis leges sustulisse, ut quidam tradidere, verum severitatem ejus per omnia exstinxisse potius atque ad lenitatem inclinasse. Multa etenim a Dracone graviter et civiliter admodum instituta legimus, quæ, verum citra pœnæ acerbitatem, a Solone instituta fuisse una discimus. Pro exemplo erit Constitutio Attica

de Ocioso. Quam memorat Valer. Maxim. II. 6. 3, 4. "Apud Atheniensis *Inertia* e latebris suis, languore marcens, *in forum perinde ac delictum* aliquod, protrahitur, fitque ut facinorosæ, ita erubescendæ rea culpæ. Est et ejusdem urbis sanctissimum consilium Areopagus: ubi quid quisque Atheniensium ageret, aut quonam quæstu sustentaretur, diligentissime inquiri solebat, ut homines honestatem (vitæ rationem memores reddendam esse) sequerentur." Eam ex Laertii auctoritate aiebat Lysias in oratione c. Niciam, Δράκοντα γεγραφέναι, Σόλωνα δὲ τεθεικέναι. Licet Harpocrat. in Bibl. Reg. Cant. in articulo inedito adfirmet id fragmentum Lysiæ desumi ex ejus deperdita oratione c. Aristonem. Ἀργίας δίκη. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀρίστωνος φησί· Ὅτι Δράκων ἦν ὁ θεὶς τὸν νόμον, αὖθις δὲ καὶ Σόλων ἐχρήσατο, θάνατον οὐχ ὁρίσας, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλ' ἀτι-
708 μίαν, ἐάν τις (corrige ἐὰν τρὶς) ἁλῷ, τίσαι· ἂν δ' ἅπαξ, ζημιοῦσθαι δραχμὰς ἑκατόν. Utcunque ea res sit, liquet, Draconem, qui *furta* (ut cum Alexandro ab Alexandro loquar) *morosissime pensitavit*, inertiam, non minus ac latrocinia, quæ ab ea derivantur, capitali supplicio coercere voluisse. Nam, quod ait Diphilus Comicus apud Athenæum l. 6. de paupere sumptuoso, ad ociantem æqualiter spectat.

Οὐκ ἐνδέχεται γὰρ ζῆν ἄνευ κακοῦ τινὸς
Τοῦτον· συνίης· ἀλλ' ἀναγκαίως ἔχει
Ἢ λωποδυτεῖν τὰς νύκτας ἢ τοιχωρυχεῖν,
Ἢ τῶν ποιούντων ταῦτα κοινωνεῖν τισὶν,
Ἢ συκοφαντεῖν κατ' ἀγορὰν, ἢ μαρτυρεῖν
Ψευδῆ· τοιούτων ἐκκαθαίρομεν γένος.

Solo istam immanitatem pœnæ exosus, verum lentitudini occurrendum arbitratus, homines ociosos, ἄχθος ἀρούρης, non capite, sed infamia punivit. Variant tamen Antiqui. Nam sec. Poll. VIII. 6. Draco infamia, non morte, Solo non nisi tertio ocii convictum plectebat. Id institutum, ut erat ad Ægyptiacos mores accommodatum, (unde derivasse dicitur qui Athenis tulerit. Vid. Herodot. Euterp. 117. Diod. Sic. 1.) ita Lacedæmoniorum Jurisprudentiæ ex diametro contrariabatur. Adversariæ enim istæ Resp. non *armis* magis, quam *institutis* inter se perpetuo dimicabant. Nam ut Athenis unusquisque artem aliquam profiteri aut quæstum facere tenebatur, ita et Lacedæmone vile semper habebatur id inglorium. Exstitit olim, dubito annon hodie Romæ exstet, in Cod. MS. Lysiæ oratio κατὰ Νικίου, ἀργίας. Laudantur ab Antiquis Orationes Lysiæ κατὰ Νικίδου, κατὰ Νικίου, ἀργίας, et demum κατὰ Νικίου, φόνου. Ex his omnino eadem est κατὰ Νικίδου, et κατὰ Νικίου, ἀργίας. Quoniam legem *de Ocioso* laudat Laertius ex oratione κατὰ Νικίδου, et ubicunque a ceteris laudatur Oratio ἀργίας, alii Codices Νικίου, alii Νικίδου legunt. Ad eam etiam causam jure referri possunt quæcunque laudantur ex oratione κατὰ Νικίου. Optimo certe jure retuli voces Κηττοί, Ὀβολοστατεῖ, Ποταμός. Vel enim ita diserte laudantur, vel istorum vocabulorum usus ostendit ea in istiusmodi actione locum obtinere. Hoc de Ὀβολοστατεῖ non negabis. *Sed unde* Ποταμός; Κηττοὶ *unde? Nomina sunt*, inquies, *pagorum Atticorum: Tu hominem* Ocii *insimulas*. Mane, id ipsum est, quod velim. Nam ut unusquisque *pagus* sive *populus*, in quos tota Attica scindebatur, loco dirimebatur situque, ita aliquando moribus, vitæ genere et condicione, usu et ingenio dirimi erat necesse.

Αἰξωνεῖς ad mare habitabant, Phalerum inter et Sunium, ubi ob portus commoditatem vænibant, non odores fortasse, sed ostrea, pisciculi, atque id genus edulia. Unde proverbium Αἰξωνίδα τρίγλην de mullo præstantiori. Nausicrates Comicus apud Athenæum l. 7.

Μετ' αὐτῶν δ' εἰσὶν ἐκπρεπεῖς φύσιν
Αἱ ξανθοχρῶτες, ἃς κλύδων Αἰξωνικὸς
Πασῶν ἀρίστας ἐν τόποις παιδεύεται,
Αἷς καὶ θεὰν τιμῶσιν φωσφόρον κόρην,
Δείπνων ὅταν πέμπωσι δῶρα ναυτίλοι.
B. Τρίγλας λέγεις.

Ad eum igitur locum, *Belini* veluti ad *ostia*, concurrebant undique pueri, vetulæ, salsamentariorum, bajulorum, portitorum nautarumque familia, cui scholæ sua non deerat Rhetorica, aut naturalis color orationis. Inde Æxonenses apud Antiquos maledici semper et ad mala multa ingerenda proclives. Hesych. Αἰξωνεύεσθαι, κατηγορεῖν. Minime, sed κακηγορεῖν, ut alibi emendavi. Harpocr. Ἐκωμῳδοῦντο [Æxonenses] εἰς βλασφήμους (l. ὡς βλάσφημοι) ἀφ' οὗ καὶ τὸ κακῶς λέγειν, αἰξωνεύεσθαι ἔλεγον — Πλάτων ἐν τῷ περὶ ἀνδρείας φησίν· Οὐδὲν ἐρῶ πρὸς ταῦτά γ' ἔχων εἰπεῖν, μή με εἴπῃς Αἰξωνέα εἶναι. Eodem modo Prospaltii et Thymœtadæ erant φιλόδικοι supra cæteros Atheniensis. Acharnenses, qui in fodinis carbonariis ætatem exercebant, ita graphice a Comico in Acharn. 178. describuntur,

Ἔσπευδον, οἱ δ' ὤσφροντο πρεσβῦται τινὲς
Ἀχαρνικοὶ, στιπτοὶ γέροντες, πρίνινοι,
Ἀτεράμονες, Μαραθωνομάχαι, σφενδάμνινοι,

Potamii denique, et vicini, ex ead. sc. tribu, Cottœenses exagitabantur perpetuo, ut homines *ignavi* et rem suam instrenue administrantes. Harpocrat. in Ποταμός. Ἐκωμῳδοῦντο δὲ ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράπτους, ὡς ἄλλοι τε δηλοῦσι, καὶ Μένανδρος ἐν ταῖς Διδύμαις. Sed jam tempus est, ut ad alia pergam.

CAP. XI.

Recensentur Leges Atticæ apud Lysiam repertæ, et varia de ea re disputantur. 709

RECENSEBO in hoc capite (ea tamen brevitate, qua decet Editorem, qui ex mole libri atque vendendi lege auguratur nihil quidquam fere ad sexennis suos labores compensandos restare, præter memoriam jucunditatis, quam ex ipso labore cepit) ea instituta Atheniensium, quorum notitiam cultissimo nostro Scriptori debemus. Quæ dum percurram, dijudicare possit eruditus lector, utrum mea opera inutiliter necne fuerit collocata in eo Scriptore expoliendo, qui civilibus Atheniensium officiis tantum lucis adtulit. Et si nonnulla a me vel recte animadversa, vel in melius restituta, vel feliciter explicata viderit, consilium fortasse nostrum non improbabit aut studium Jurisprudentiam antiquam magis indies demerendi. Ejusmodi commentarium, quem Editioni suæ Oratorum Græcorum subnecteret, meditabatur olim H. Stephanus vir maximus. Hoc ex ejus præfatione liquet.

Adulterium gravissime semper excepit Majorum nostrorum severitas. Nam illicitam illam et volgivagam Venerem, familiarum jurisque hereditarii ludibrium, ea supplicii acerbitate compesci voluit prudentissimus Atheniensium legislator, ut in dolentis Mariti arbitrio modum pœnæ statueret, ejusque iras justissimas armaret etiam auctoritate publica. Neque ei solummodo gladium concessit, sed ab omni etiam vexatione Fori, quantum sc. humana sapientia præcaveri poterat, et ab Adversariorum ultione immunem præstitit. Humanissimam eam cautelam ex duobus institutis mihi videor eruisse, quorum utrumque conservavit Lysias in elegantissima oratione, quam pro Marito conscripsit, qui Eratosthenem mœchum in uxore deprehensum patrio jure usus domi suæ occidit. Primum igitur esto:

I.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΜΟΙΧΟΝ ΛΑΒΗΙ Ο ΤΙ ΑΝ ΒΟΥΛΗΤΑΙ ΧΡΗΣΘΩ.

II.

ΤΟΥΤΟΝ ΜΗ ΚΑΤΑΓΙΝΩΣΚΕΙΝ ΦΟΝΟΥ ΟΣ ΑΝ ΕΠΙ ΔΑΜΑΡΤΙ ΤΗΙ ΕΑΥΤΟΥ ΜΟΙΧΟΝ ΛΑΒΩΝ ΤΑΥΤΗΝ ΤΗΝ ΤΙΜΩΡΙΑΝ ΠΟΙΗΣΗΤΑΙ.

Quod ad priorem constitutionem adtinet, eam diserte adserit Noster in legibus contineri. Κελεύουσιν, inquit ille, οἱ νόμοι, ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ, ὅ, τι ἂν βούληται χρῆσθαι. p. 48. 7. ed. Reisk. Inde ubi Eratosthenes adulter a Marito deprehensus ἠντιβόλει καὶ ἱκέτευε μὴ αὐτὸν κτεῖναι, ἀλλ' ἀργύριον πράξασθαι, respondet ille, ὅτι οὐκ ἐγώ σε ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος. p. 28. 9. Pergit deinde notabili euphemismo, Οὕτως, ὦ ἄνδρες, ἐκεῖνος τούτων ἔτυχεν, ὧνπερ καὶ Νόμοι κελεύουσι τοὺς τὰ τοιαῦτα πράττοντας: Et alibi, Οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἔπραξα ταῦτα, ἵνα πλούσιος ἐκ πένητος γένωμαι, οὔτε ἄλλου κέρδους οὐδενὸς, πλὴν τῆς κατὰ νόμους τιμωρίας. p. 7. 3. Eodem artificio propter verbi invidiam usus est Cic. pro Milone. "*Fecerunt* id Servi, dicam enim non derivandi criminis causa, sed ut factum est, neque imperante, neque sciente, neque præsente domino, quod suos quisque servos in tali re facere voluit." Quod ad secundam adtinet, id eadem fide verborumque solennitate evincitur. Ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον ἐκ τῆς στήλης τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου. ΝΟΜΟΣ. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, ὅτι αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ Ἀρείου πάγου, ᾧ καὶ πάτριόν ἐστι καὶ ἐφ' ὑμῖν ἀποδέδοται τοῦ φόνου τὰς δίκας δικάζειν, διαῤῥήδην εἴρηται τοῦτον μὴ καταγινώσκειν φόνου, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβὼν ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσηται. p. 34. 8. Auctoris verba exscripsi, ut dijudicet lector, uter nostrum Jurisprudentiam Atticam rectius attigimus, ego, qui binas constitutiones de eo facinore revocavi, an Petitus, qui posteriorem neglexit. Prioris quidem legis naturalem quandam æquitatem pluribus confirmat Lysias p. 38. ubi contendit, *eos, qui alienas Matresfam. in adulterium pelliciunt* (nam in eos Lex maritos armavit, non si quis invitas vi compresserit) *ita earum animos contaminasse,*
710 *ut amorem et necessitudinem omnem, quæ maritis debetur, in se ipsos derivent; domesticas omnis rationes in mœchi arbitrio poni: liberosque demum incerta condicione nasci, omniaque hereditatis jura misceri penitus vel exstingui. Pro quibus* (inquit ille) *Legislator* θάνατον ἐποίησε τὴν ζημίαν. Ut alibi. Γυναῖκας τοίνυν τῶν πολιτῶν τοιοῦτος ὢν μοιχεύειν καὶ διαφθείρειν

ἐλευθέρας ἐπεχείρησε, καὶ ἐλήφθη μοιχός. καὶ τούτου θάνατος ἡ ζημία ἐστί. p. 489. 1. Supplicium nempe, quod Maritus ipse *sumere*, non a Curia *exspectare* poterat. Ἐμοῦ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, οἱ μὲν νόμοι οὐ μόνον ἀπεγνωκότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ κεκελευκότες ταύτην τὴν δίκην λαμβάνειν. Quod si deinde postularetur non juxta legem fecisse, *quod* sc. *privatas simultates ficta conjugis injuria obtexuerit: quod uxorem ipse lenocinatus fuerit; hominemque nec opinantem in fraudem inlexerit;* quo pacto in h. causa contendebant Eratosthenis necessarii, ibi rursus intercessit Legislatoris sapientia, et, quæ erat Constitutio altera, CAUSA COGNITA, inquit ille, CÆDIS OMNINO NE CONDEMNATOR QUI MOECHUM IN UXORE DEPREHENSUM DOMI OCCIDERIT. Quia (ut ait Imp. Alexander l. 4. C. ad L. Jul. de Adulter.) "quod *legitime* factum est, nullam pœnam meretur." Memorabilem hanc dispositionem juris, legibus nostris et usui incognitam, Antiquorum Resp. plurimæ sive naturali jure ductæ, sive exemplo et fama Solonis permotæ, sua etiam civitate donarunt. Μόνους γοῦν τοὺς μοιχοὺς νομίζουσι πολλαὶ τῶν πόλεων νηποινεὶ ἀποκτείνειν, δηλονότι διὰ ταῦτα, ὅτι λυμαντῆρας αὐτοὺς νομίζουσι τῆς τῶν γυναικῶν φιλίας πρὸς τοὺς ἄνδρας εἶναι. Xenoph. in Hierone. Quinetiam Veterum ante Resp. legibus confirmatas eadem fuisse videtur mens et sapientia. Sophocl. Ajace,

Αὐτὸς δὲ μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης, ἐφ' ᾗ
Λαβὼν ἐπακτὸν ἄνδρ' ὁ φυτεύσας πατὴρ
Ἐφῆκεν ἐλλοῖς ἰχθῦσιν διαφθοράν.

Pausan. in Bœotic. c. 36. Πρῶτος δὲ οὗτος ὁ Ὑηττος δίκην μοιχίας λαβὼν δῆλός ἐστι, καὶ χρόνῳ ὕστερον Δράκοντος Ἀθηναίοις θεσμοθετήσαντος, ἐκ τῶν ἐκείνου κατέστη νόμων, οὓς ἔγραφεν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἄλλων τε ὁπόσων ἄδειαν εἶναι χρὴ, καὶ δὴ καὶ τιμωρίας μοιχοῦ. Xenarch. Comic. apud Athen. l. 13.

Πῶς ποτ', ὦ δέσποινα πότνια Κύπρις,
Βινεῖν δύνανται, τῶν Δρακοντείων νόμων
Ὁπόταν ἀναμνησθῶσι προσκυνούμενοι.

Ut obiter id notem, legem illam Dracontis, quam memorat Pausanias, conservavit Demosth. c. Aristocrat. qui etiam Pausaniam perperam aliquando intellectum egregie inlustrabit. Ὁ μὲν νόμος ἐστὶν οὗτος Δράκοντος —

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΠΟΚΤΕΙΝΗΙ

Η ΕΝ ΑΘΛΟΙΣ ΑΚΩΝ
Η ΕΝ ΟΔΩΙ ΚΑΘΕΛΩΝ
Η ΕΝ ΠΟΛΕΜΩΙ ΑΓΝΟΗΣΑΣ
Η ΕΠΙ ΔΑΜΑΡΤΙ
Η ΕΠΙ ΜΗΤΡΙ
Η ΕΠ ΑΔΕΛΦΗΙ
Η ΕΠΙ ΘΥΓΑΤΡΙ
Η ΕΠΙ ΠΑΛΛΑΚΗΙ
Η ΗΝ ΑΝ ΕΠ ΕΛΕΥΘΕΡΟΙΣ ΠΑΙΣΙΝ ΕΧΗΙ

ΤΟΥΤΩΝ ΕΝΕΚΑ ΜΗ ΦΕΥΓΕΙΝ ΚΤΕΙΝΟΝΤΑ.

Quod inter Romanos statuit olim Jus Papirianum, hodie fere nescitur.

Leges enim Regiæ in desuetudinem abeuntes citissime describi atque a peritis conquiri desivere: vel in XII. Tabularum complexionem et auctoritatem migrantes, fluviorum ad instar in magno isto Oceano Juris, et nomen et dignitatem penitus amisere. Romulus interea unde unde adripuit, nam et ante Solonem vixit, neque quidquam fere ea ætate Romæ cum Græcis aut artibus aut disciplina commercii, ille, inquam, quantum ex Catonis oratione apud Gell. X. 23. augurari licet, adulterium Græca severitate pensitavit. "Verba M. Catonis adscripsi ex oratione, quæ inscribitur de Dote, in qua id quoque scriptum est, *in adulterio uxores deprehensas jus fuisse maritis necare* — De jure autem occidendi ita scriptum. In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, *sine judicio impune necares:* Illa te, si adulterares, digito non auderet contingere; neque jus est." Gell. l. c. Similia omnino de Romuli institutis refert Dionys. Halic. Antiq. Rom. l. 2. *Ἁμαρτάνουσα δέ τι* [Uxor] *δικαστὴν τὸν ἀδικούμενον ἐλάμβανε, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς τιμωρίας κύριον. Ταῦτα δὲ οἱ συγγενεῖς μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐδίκαζον, ἐν οἷς ἦν φθορὰ σώματος καὶ εἴ τις οἶνον εὑρεθείη πιοῦσα γυνή.* Hanc sive severitatem sive necessariam justitiam temperavit aliquatenus sequioris ætatis humanitas, et maxime Lex Julia. Ea enim armavit potius *Patrem:* et, cum Marito istud jus non concessit, nisi in infami adultero, (puta, si leno fuerit, quive artem ludicram fecerit, judiciove publico damnatus etc. v. l. 24. in princ. D. ad leg. Jul. de adulter. Quamobrem ab Ulpiano l. 7. §. ult. D. quod met. caus. dicitur. "Non omnem adulterum licet occidere:")
711 Patri adulterum *quemlibet* sive domi suæ, sive generi, in ipsa turpitudine deprehensum occidere permisit, modo una filiam interfecerit. Quod explicat Papinian. l. 22. §. 4. D. ad L. Juliam de adult. "Ideoque Patri, non Marito, mulierem et *omnem* adulterum permissum est occidere, quod plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis cepit, ceterum mariti calor et impetus facile decernentis fuit refrænandus." Remittet enim aliquid de severitate, tardiusque ad cædem accedet, qui nonnisi per sua quodammodo viscera et domesticum funus accessurus erit. Ceterum quod jus maritus *aliquando* in adultero, id nunquam Romanis in legibus videtur in uxore habuisse: ideoque qui uxorem occiderit, pro homicida habetur, verum lege Cornelia de Sicariis non tenebitur, quoniam justo ejus dolori pœnas *ultimas* condonarunt humanissimi Imperatores, in eamque sententiam rescripsit M. Antoninus et Commodus apud Ulpian. l. 38. §. 8. eod. et ante eos Antoninus Pius ibid. et l. 1. in fin. D. ad l. Cornel. de Sicar. Cujus rescripti verba sic se habent: "Ei, qui uxorem suám in adulterio deprehensam occidisse se non negat, ultimum supplicium remitti potest, cum sit difficillimum justum dolorem temperare: et quia plus fecerit, quam quia vindicare se non debuerit, puniendus sit: sufficiet igitur, si humilis loci sit, in opus perpetuum cum tradi: si qui honestior, in insulam relegari." Recte ergo eam juris benignitatem exprimit Ulpian. l. 3. §. 3. D. de Senatusc. Silan. "Si Maritus in adulterio deprehensam uxorem occidat, quia *ignoscitur* ei, non tantum mariti, sed etiam uxoris servos pœna liberari, si justum dolorem exsequenti domino non restiterunt." Eadem erat humanitas, si quis interfecerit adulterum noctu deprehensum ejus condicionis ut per legem Juliam impune occidi non potuerit. "Si *legis auctoritate cessante* inconsulto dolore adulterum interemit, quamvis homicidium perpetratum sit

tamen quia et nox et dolor justus factum ejus relevant, potest in exsilium dari." L. 4. C. ad legem Juliam de adulteriis. Ita Julius Paulus Recept. Sentent. l. 2. tit. 26. §. 5. "Maritum, qui uxorem deprehensam cum adultero occidit, qui hoc impatientia justi doloris admisit, lenius puniri placuit." Profecto Romæ ante Legem Juliam Marito non videtur fraudi fuisse in adultero iræ suæ indulgere, ut plurimis exemplis confirmat, qu argumentum hoc summa cum eruditione tractavit, Brissonius ad L. Juliam de adulteriis. Varia, quæ variæ gentes de adulterio decernebant, congessere Scheffer. ad Ælian. V. Histor. XII. 12. et Asinius in Comment. ad Tit. de Relig. et Sumpt. Funer. D. pag. 119. Nationes certe, quæ sapientiam et auctoritatem Juris Civilis æmulari videbantur, antiqua severitate continebantur. Ita in Wisigothorum legibus, quæ in hac parte pene cum Solonis contendere videantur: Lib. 3. Tit. 4. Lex. 3.

SI CVIVSLIBET VXOR ADVLTERIVM FECERIT ET DEPREHENSA NON FVERIT ANTE IVDICEM COMPETENTIBVS SIGNIS ET INDICIIS MARITVS ACCVSET. QVOD SI MVLIERIS ADVLTERIVM MANIFESTE PATVERIT, ADVLTER ET ADVLTERA SECVNDVM SVPERIORIS LEGIS ORDINEM IPSI TRADANTVR: VT QVOD DE IIS FACERE VOLVERIT, IN EIVS PROPRIO CONSISTAT ARBITRIO.

Et in lege proxima:

SI ADVLTERVM CVM ADVLTERA MARITVS VEL SPONSVS OCCIDERET PRO HOMICIDA NON TENEATVR.

Gundebaldus, qui Burgundionibus legis tulit, non hospes in Romano jure, lege sancivit LXVIII. de Adulteriis.

SI ADVLTERANTES INVENTI FVERINT, ET VIR ILLE OCCIDATVR ET FEMINA.

Septentrionalium quidem jura, quibus utimur magis, in compositione et argenti æstimatione plerumque consistunt, ut Leges Salicas Lindenbrogii cura editas legenti patebit. Veterem tamen disciplinam revocavit Jus Baiwariorum Tit. de Uxoribus et causis, quæ sæpe contingunt, L. Si cum uxore alterius quis concubuerit.

SIQVIS CVM VXORE ALTERIVS CONCVBVERIT LIBERA COMPONAT HOC MARITO EIVS CVM SVO WEREGELDO ID EST CLX SOL.

ET SI IN LECTO CVM ILLA INTERFECTVS FVERIT PRO IPSA COMPOSITIONE QVAM DEBVIT SOLVERE MARITO EIVS IN SVO SCELERE IACEAT SINE VINDICTA.

Supplicii severitatem sustulit Imp. Fridericus Constitut. Neapol. l. 3. tit. 43. de adulter. et lenocin. hisce verbis: "Legum asperitate lenita, non ut olim contra adulteratas et adulteros, ad aliorum conjuges accedentes, gladio est agendum, sed rerum ad eos pertinentium confiscatio induce- 712
tur, si filios legitimos ex eo matrimonio violato, vel alio non habuerit: periniquum enim eos successione fraudari, qui nati sunt eo tempore, quo hujus thori lex legaliter servabatur. At viro tradenda est mulier, nullatenus vitæ periculum subitura, sed ultionem thori violati, nasi truncationis, quod sævius et atrocius inducitur, persequutura: ultra enim neque viro, neque parentibus servire (f. sævire) licebit: Quod si vir ejus in eam vindictam dare noluerit, nos hujusmodi maleficium non sinemus inultum, sed ipsam præcipimus publice flagellandam." Nam ante eum tulit Rogerius l. 3. tit. 49. de pœna uxoris in adulterio deprehensæ,

SI MARITVS VXOREM IN IPSO ACTV ADVLTERII DEPREHENDERIT TAM ADVLTERVM QVAM VXOREM OCCIDERE LICEBIT NVLLA TAMEN MORA PROTRACTA.

Fusius fortasse hæc quam oportuit, verum non ingrata videbitur commentatio, si quis majorum sensa de eo delicto perspicere cupiat, cujus unius fere supplicium non a foro, sed dolore patientis æstimari voluere. Quod reliquum est breviori ambitu concludam; memor me in hoc commentariolo non leges *Lysiacas* illustrare, sed recensere tantum.

III.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ Η ΠΑΙΔΑ ΑΙΣΧΥΝΗΙ ΒΙΑΙ ΔΙΠΛΗΝ ΤΗΝ ΒΛΑΒΗΝ ΟΦΕΙΛΕΙΝ ΕΑΝ ΔΕ ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΕΦ ΑΙΣΠΕΡ ΑΠΟΚΤΕΙΝΕΙΝ ΕΞΕΣΤΙΝ ΤΟΙΣ ΕΝΕΧΕΣΘΑΙ. p. 34. pen.

Ubi primus reposui διπλῆν pro διπλοῦν. Longe inclementius de *illecebris*, quam de *violentia*, statuerunt leges Atticæ, et quidem contra omnium fere gentium usum et disciplinam. Apud Romanos enim, "Qui vacantem mulierem rapuit vel nuptam, ultimo supplicio punitur." Marcian. l. 5. §. 2. D. ad leg. Juliam de vi publica. Id quod sancivit Imp. Justinianus l. unic. C. de raptu Virginum: "Raptores virginum honestarum vel ingenuarum, sive jam desponsatæ fuerint, sive non, vel quarumlibet viduarum feminarum, licet libertinæ, vel servæ alienæ sint, pessima criminum peccantes, *capitis supplicio* plectendos decernimus.—Et merito *mortis damnantur supplicio:* cum nec ab homicidii crimine hujusmodi raptores sint vacui." Pergit Imp. "Quæ multo magis contra eos obtinere sancimus, qui *nuptas mulieres* ausi sunt rapere; quia duplici tenentur crimine, tam adulterii, quam rapinæ: et oportet acerbius adulterii crimen ex hac adjectione puniri." Adde Jul. Paul. Recept. Sent. lib. 2. tit. 26. §. 12. "Qui masculum liberum invitum stupraverit, *capite* punitur." Apud Atheniensis quidem, qui momentum facinoris exitu æstimabant, vis adulterium relevabat. *Illa* enim, ut contendebant istius juris periti, corpus solummodo, non animum stuprabat: qui vero dolo et *blanditiis* mulierem adulteravit, animum ipsum infecit atque a marito alienavit. Idcirco istud delictum pecunia, hoc capitis pœna coercebant. Sanane id philosophia et civiliter institutum, disquirendi non competit: Legem interea, sive potius legis particulam, ita mecum interpretari et intelligere possis.

Lex de Raptore et Moecho.

QVI HOMINEM PVERVMVE INGENVVM VI CONSTVPRAVERIT DVPLVM LVITO: QVI ETIAM MVLIEREM MVLIERESVE IN DOMINIO MARITI POSITAS (in quibus sc. mœchum deprehensum lege occidere possis) EODEM IVRE TENETOR. MOECHVS AVTEM***

Fortasse autem quoniam de *vi* et *suadela* legem agere certum est ex Lysiæ argumentis et ratione legis laudandæ, tota concinnatur ex Lysia et Æschine c. Timarch. h. p.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ Η ΠΑΙΔΑ ΑΙΣΧΥΝΗΙ ΒΙΑΙ ΔΙΠΛΗΝ ΤΗΝ ΒΛΑΒΗΝ ΟΦΕΙΛΕΙΝ ΕΑΝ ΔΕ ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΕΦ ΑΙΣΠΕΡ ΑΠΟΚΤΕΙΝΕΙΝ ΕΞΕΣΤΙΝ (sc. ΓΑΜΕΤΑΣ) ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΕΝΕΧΕΣΘΑΙ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΠΑΙΔΑ Η ΓΥΝΑΙΚΑ ΠΡΟΑΓΩΓΕΥΣΗΙ, ΘΑΝΑΤΩΙ ΖΗΜΙΟΥΣΘΑΙ.

Quid voluit Jus Atticum per διπλῆν βλάβην, fortasse expedient loci pro-

xime a me laudandi. Οἱ περὶ τῆς βλάβης οὗτοι νόμοι πάντες —ἂν μὲν ἑκὼν βλάψῃ, διπλοῦν, ἂν δ' ἄκων, ἁπλοῦν τὸ βλάβος κελεύουσιν ἐκτίνειν. Demosth. c. Mid. 'Αλλ' οἱ νόμοι περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀδικημάτων τῶν εἰς ἀργυρίου λόγον ἀνηκόντων διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν κελεύουσι. Dinarch. c. Demosth. 'Εὰν μὲν δοῦλον κτείνῃ νομίζων τὸν ἑαυτοῦ διειργάσθαι, τὸν τοῦ τελευτήσαντος δεσπότην ἀβλαβῆ παρεχέτω καὶ ἀζήμιον· ἢ δίκην εἰς τὴν ἀξίαν τοῦ τελευτήσαντος ὑποσχέτω διπλῆν. Plato de Legg. l. 9. Atque hæc fere sunt, quæ apud Lysiam matronarum pudicitiam et connubiorum jura defendunt, ob inusitatum genus a Plutarcho, in vita So- 713
lonis notata. "Ολως δὲ πλείστην ἔχειν ἀτοπίαν οἱ περὶ τῶν γυναικῶν νόμοι τῷ Σόλωνι δοκοῦσιν. μοιχὸν μὲν γὰρ ἀνελεῖν τῷ λαβόντι δέδωκεν· ἐὰν δ' ἁρπάσῃ τις ἐλευθέραν γυναῖκα καὶ βιάσηται, ζημίαν ἑκατὸν δραχμὰς ἔταξε (ita enim a Solone olim institutum) — τὸ δ' αὐτὸ πρᾶγμα ποτὲ μὲν πικρῶς καὶ ἀπαραιτήτως κολάζειν, ποτὲ δὲ εὐκόλως καὶ παίζοντα, πρόστιμον ζημίαν τὴν τυχοῦσαν ὁρίζοντα, ἄλογόν ἐστι. Ut hunc titulum concludam, quanquam leges *generaliter* quodammodo loquantur, μοιχὸν ἀνελεῖν τῷ λαβόντι δέδωκε, et 'Εάν τις μοιχὸν λάβῃ, istud tamen jus interficiendi videtur semper ad *maritum* solummodo pertinere.

IV.

ΟΥ ΝΟΜΙΜΟΝ ΕΞΩ ΤΟΥ ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ ΛΕΓΕΙΝ. p. 163. 2.

Cautum hoc de actionibus Areopagiticis, quæ maxima solennitate, addo quoque et severitate, instituebantur. "Εστ' ἂν μὲν περὶ τοῦ πράγματος λέγωσιν, ἀνέχεται ἡ βουλὴ [Areopagitica sc.] καθ' ἡσυχίαν ἀκούουσα· ἢν δέ τις ἢ προοίμιον εἴπῃ πρὸ τοῦ λόγου, ὡς εὐνουστέρους ἀπεργάσαιτο αὐτοὺς, ἢ οἶκτον, ἢ δείνωσιν ἔξωθεν ἐπάγοι τῷ πράγματι, οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ἐπὶ τοὺς δικαστὰς μηχανῶνται, παρελθὼν ὁ κήρυξ κατεσιώπησεν εὐθὺς, οὐκ ἐῶν ληρεῖν πρὸς τὴν βουλὴν, καὶ περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγενημένα οἱ 'Αρεοπαγῖται βλέποιεν. Lucian. in Anacharside. Morem hunc tangit iterum Lysias in principio Orationis de Milite, in Oratione Areopagit. de Oliva, et Lycurgus c. Leocratem Edit. Steph. p. 149. Καὶ ταῦτα, κάλλιστον ἔχοντες τῶν 'Ελλήνων παράδειγμα, τὸ ἐν 'Αρείῳ πάγῳ συνέδριον. ὃ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων δικαστηρίων, ὥστε καὶ παρ' αὐτοῖς ὁμολογεῖσθαι τοῖς ἁλισκομένοις δικαίαν ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν. πρὸς ὃ δεῖ καὶ ὑμᾶς ἀποβλέποντας μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἔξω τοῦ πράγματος λέγουσιν. Add. Poll. VIII. 10. Προοιμιάζεσθαι δὲ οὐκ ἐξῆν, οὐδὲ οἰκτίζεσθαι. et Aristot. Rhetor. init. Athenis quoque "vetari actorem affectus movere, et recisam fuisse orandi potestatem" memorat Quintilian. II. 16. et VI. 1. "Exemplo legis Atticæ Martiique judicii causæ patronis denunciat Præco neque principia dicere neque miserationem commovere." Apul. Nescio, annon ex hac disciplina profectum sit, quod Dionys. Halic. observet auctorem nostrum sæpenumero ἀπροοιμιάστως causas suas intulisse. Contrarium omnino Caius l. 1. §. 1. D. de O. I. "Deinde si in foro causas dicentibus nefas, ut ita dixerim, videtur esse, nulla præfatione facta, Judici rem exponere, quanto magis," et quæ sequuntur.

V.

ΕΝ ΑΡΕΙΩΙ ΠΑΓΩΙ ΟΜΟΛΟΓΩΝ ΑΔΙΚΕΙΝ ΑΠΟΘΝΗΣΚΕΙ ΕΑΝ ΔΕ ΑΜΦΙΣΒΗΤΗΙ ΕΛΕΓΧΕΤΑΙ. p. 210. ult.

Nam " Confessus pro judicato est, qui quodammodo sua sententia damnatur." L. 1. D. de Confessis. Atque ita rescripsit Imp. Antoninus, " Confessos in Jure pro judicatis haberi placet." L. unic. C. de Confessis.

VI.

ΑΝ ΤΙΣ ΑΝΔΡΟΣ ΣΩΜΑ ΤΡΩΣΗΙ ΚΕΦΑΛΗΝ Η ΠΡΟΣΩΠΟΝ Η ΧΕΙΡΑΣ Η ΠΟΔΑΣ ΑΥΤΟΣ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΤΟΥΣ ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ ΦΕΥΞΕΤΑΙ ΤΗΝ ΤΟΥ ΑΔΙΚΗΘΕΝΤΟΣ ΠΟΛΙΝ Η ΤΡΑΥΜΑΤΟΣ ΕΚ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΕΑΝ ΚΑΤΙΗΙ ΕΝΔΕΙΧΘΕΙΣ ΘΑΝΑΤΩΙ ΖΗΜΙΩΘΗΣΕΤΑΙ. p. 212. 3.

De vulnere *cum animo occidendi* inlato judicabat inter alia Curia Areopagitica. Lucian. in Anacharside. Ælian. V. H. V. 15. Demosth. c. Aristocr. et Midiam. Galen. Comment. I. in Hippocr. Prognost. (ubi verba transponi debent *τοιοῦτον γοῦν ἐστι καὶ τὸ παρὰ τῷ Σόλωνι: δικάζειν δὲ τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ φόνου καὶ τραύματος καὶ πυρκαϊᾶς ἐκ προνοίας, καὶ φάρμακον ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς.* lege *τραύματος ἐκ προνοίας καὶ πυρκαϊᾶς*) Maxim. Prolog. ad Dionys. Areopagit. Hellad. Chrestomath. Poll. VIII. 10. Petit. lib. 7. tit. 1. pagg. 504. 525. qui male binas leges procuderit de hac actione, vocabatur *δίκη τραύματος ἐκ προνοίας.* Hac lege " non exitus rerum, sed hominum consilia, ut cum Cicerone loquar, " vindicantur," aut cum D. Hadriano l. 14. D. ad Legem Corneliam de Sicariis, " in Maleficis voluntas spectatur, non exitus." Nam qui alium verberavit per rixam aut in vino, ille tenebatur lege *αἰκίας*, quæ actio erat *privata*, et minoris æstimabatur. Lysias p. 159. 5. *οἱ τοὺς νόμους ἐνθάδε θέντες, οὐκ εἴ τινες μαχεσάμενοι ἔτυχον ἀλλήλων κατεάξαντες τὰς κεφαλὰς, ἐπὶ τούτοις ἠξίωσαν τῆς πατρίδος φυγὴν ποιήσασθαι — ἀλλ' ὅσοι ἐπιβουλεύσαντες ἀποκτεῖναι τινὰς ἔτρωσαν, ἀποκτεῖναι δὲ οὐκ ἠδυνήθησαν*, et quæ sequuntur. Similiter in Jure Civili, l. 1. §. 3. D. ad legem Corneliam de Sicariis. " Divus Hadrianus rescripsit, eum, qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolvi posse: et qui hominem *non occidit, sed vulneravit ut occidat, pro homicida damnandum:* et ex
714 re constituendum hoc. Nam si gladium strixerit, et in eo percusserit, indubitate occidendi animo id eum admisisse: sed si clavi percussit aut cuccuma in rixa, quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam pœnam ejus, qui in rixa casu magis, quam voluntate homicidium admisit." Itaque rescripsit Imp. Antoninus l. 1. C. eod. " Frater vester rectius fecerit, si se Præsidi provinciæ obtulerit. Qui si probaverit, non occidendi animo hominem a se percussum esse, remissa homicidii pœna secundum disciplinam militarem sententiam proferet: crimen enim contrahitur, si et voluntas nocendi intercedat. Ceterum ea, quæ ex improviso casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxæ imputantur." Acute limites ponit inter causas Κακηγορίας, Αἰκίας, et Τραύματος ἐκ προνοίας Orator c. Cononem, qui locus omnino est conferendus. In hac lege primo restitui vocem *πάγου* ex Cod. MS. deinde docui ista *ἢ τραύματος ἐκ προνοίας* margini fuisse adlita h. p. *ἤγουν τραυμ. ἐκ προνοίας*, ut ostenderet adnotator aliquis, qualis esset lex Areopagitica, quam Orator laudat. Nihil ea emendatione verius.

VII.

ΣΤΡΑΤΕΥΕΣΘΑΙ ΜΕΧΡΙ ΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑ ΕΤΩΝ ΑΦ ΗΒΗΣ.

Legem hanc *de ætate militari*, quanquam non ea diserte a Lysia laudetur, adduxi, quoniam in nota ad p. 244. illam multo labore vindicavi. P. A. usque ad annum 60 (sive, quod perinde est, ad annum 42 *ἀφ' ἥβης*) militiæ operam dedit. Non ergo Quadragenarii *simpliciter*, ut omnes fere ante me sensere, sed Quadragenarii *ἀφ' ἥβης* a militia vacabant. Gravissima erat Petiti in hac de re hallucinatio, quam pluribus l. c. redargui.

VIII.

ΔΟΥΛΟΝ ΜΗΝΥΣΑΝΤΑ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΓΕΝΕΣΘΑΙ. p. 274. 8.

Quanquam Athenis *Servo testimonii dictio non erat*, ut discimus ex Comœdia: quanquam itidem Romæ, vel propter *lubricum consilii*, vel *condicionis* infamiam raro ad *testimonii fidem* admittebatur (vid. l. 3. §. 5. D. de Testibus. Rescripserunt enim Impp. Diocletianus et Maximian. "Servos pro Domino, quemadmodum adversus eum interrogari non posse: pro facto autem suo interrogari posse non ambigitur:" L. unic. D. eod. Unde Cic. pro Deiotaro, init. " Nam cum more Majorum de servo in dominum ne tormentis quidem quæri liceat, in qua quæstione dolor veram vocem elicere possit, etiam ab invito etc.), abunde tamen constat in *jure* Atheniensium *publico* atque in Reip. negotiis libertatem Servis sponderi indicia facientibus, dummodo vera esse comparuerint. Vid. Lysiam pag. 187. ed. Reisk. et Andocid. p. 2, 3. Edit. Steph. ubi Alcibiadis facinora deferebant maxime Servi. Non pœnitebant enim Remp. *admoneri* suæ salutis vel ab infima plebecula: *fidem* rerum gestarum non nisi ab ingenuis accipere voluit. Male hanc partem Juris Attici neglexit, quem tamen ob diligentiam summopere miror, Sam. Petitus.

IX.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΡΧΗΝ ΕΝ ΣΥΝΕΔΡΙΩΙ ΛΟΙΔΟΡΗΙ ΖΗΜΙΩΣΑΙ. p. 320. ult.

Vertitur, *Si quis Magistratui forum agenti maledixerit, multa ei inrogator.* Tu verte, *Siquis* omnino *in Foro convicia fecerit, multa ei inrogator.* Quantum nostro ingenio debeat Lex ista, malui ex loco disci adlegato, quam hic repetere. Repetam tamen perpaucissima. (1.) Qui legem adducit, deferebatur quod *in Foro ἐλοιδόρησε*, non quod Magistratui convicia fecerit. (2.) Cum legem alibi in h. oratione adducat, vel rem gestam narret, de *loco* (quod est præcipuum caput legis) omnia; de *persona* nihil. *Τοῦ μὲν νόμου διαῤῥήδην ἀγορεύοντος τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδοροῦντας ζημιοῦν.* Et rursus p. 325. 8. *εἰ γὰρ φανερός εἰμι μὴ ἐλθὼν εἰς τὸ συνέδριον, ὁ δὲ νόμος τοὺς ἐντὸς πλημμελοῦντας ἀγορεύει τὴν ζημίαν ὀφείλειν.* (3.) Solo, qui *gravissimam* pœnam statuit eis qui *ubivis* Magistratui convicia fecissent (erat enim vel *ἀτιμία* juxta Demosthenem, juxta Ulpianum mors ipsa), non utique *leviorem* (mulctam sc.) statuerit eis qui conviciarentur eidem *in Foro* atque in jure dicundo. Nam sec. Paul. Sentent. Recept. §. 10. tit. de Injuriis: " Atrox injuria æstimatur aut

loco, aut tempore, aut persona." Et similiter Papian. Responsorum libro tit. 5. "Si quis forte temerarie aut vulnus aut fracturam ossium inflixerit, aut in convicia atrocia forte proruperit, solutio vel vindicta pro facti ipsius qualitate in judicis arbitrio et æstimatione consistat secundum regulam Gaii sub tit. de injuriarum actione. Est enim gravis, quæ in
715 publico, vel *in foro*, vel ab humiliore persona inlustriori infertur." Ita l. 7. §. D. de injuriis. "Atrocem autem injuriam aut persona, aut tempore, aut re ipsa fieri Labeo ait. Persona atrocior injuria fit, ut cum Magistratui, cum Parenti, Patrono fiat. Tempore si ludis et in conspectu. Nam *Prætoris in conspectu* an in solitudine *injuria* facta sit, multum *interesse ait: quia atrocior est*, qua in conspectu fiat." Add. l. 16. §. 4. D. de pœnis. (4.) Exstat Lex Solonis a Plutarcho in ejus vita laudata, quæ *omnia omnino* convicia ἐν δικαστηρίοις et ἀρχείοις repressit eodem pœnæ genere quod hic memoratur. (5.) Denique ἀρχὴν vel τὴν ἀρχὴν commode exponi potest per *omnino*, ut pluribus. l. c. ostendi, quibus addas istud Luciani V. Hist. init. γράφω τοίνυν περὶ ὧν μήτ' εἶδον, μήτ' ἔπαθον, μήτε παρ' ἄλλων ἐπυθόμην. ἔτι δὲ μηδὲ ὅλως ὄντων, μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι δυναμένων.

X.

ΤΟΝ ΛΕΓΟΝΤΑ ΚΑΚΩΣ ΖΗΜΙΟΥΣΘΑΙ ΕΑΝ ΜΗ ΑΠΟΦΑΙΝΗΙ ΩΣ ΕΣΤΙ ΑΛΗΘΗ ΤΑ ΕΙΡΗΜΕΝΑ. p. 373. 2.

Videtur ergo ex hoc jure *veritas convicii convuciantem excusare*. Quædam autem fuerunt convicia, quæ diserte Lex vetabat, ut ex proxima constitutione discimus. Ea autem vocabantur ἀπόῤῥητα.

XI.

ΤΟΥΣ ΛΕΓΟΝΤΑΣ ΤΙ ΤΩΝ ΑΠΟΡΡΗΤΩΝ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑΣ ΔΡΑΧΜΑΣ ΟΦΕΙΛΕΙΝ

οἷον

ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΝ ΜΗ ΛΕΓΕΙΝ.

ΤΟΥΣ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΠΑΤΕΡΑΣ ΜΗ ΚΑΚΩΣ ΛΕΓΕΙΝ ΤΕΘΝΕΩΤΑΣ.

ΠΑΤΡΑΛΟΙΑΝ Η ΜΗΤΡΑΛΟΙΑΝ ΜΗ ΕΙΠΕΙΝ.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΦΑΣΚΗΙ ΑΠΟΒΕΒΛΗΚΕΝΑΙ ΤΗΝ ΑΣΠΙΔΑ ΥΠΟΔΙΚΟΝ ΕΙΝΑΙ.

Collegi hæc capita τῶν ἀποῤῥήτων ex oratione κατὰ Θεομνήστου, p. 339. atque ibidem nonnulla vindicavi. Oratio illa plurimas leges continet alibi vix reperiundas. Sunt autem, quæ sequuntur.

XII.

ΑΤΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΟΝ ΤΑ ΟΠΛΑ ΑΠΟΒΕΒΛΗΚΟΤΑ.

Colligo ex his verbis, p. 342. 1. Λυσίθεος Θεόμνηστον εἰσήγγελλε τὰ ὅπλα ἀποβεβληκότα, οὐκ ἀξιῶν αὐτὸν (ita lego pro ἐξὸν αὐτῷ) δημηγορεῖν. Ita in lege, quæ titulum habuit ΔΟΚΙΜΑΣΙΑ ΡΗΤΟΡΩΝ et laudatur ab Æschine c. Timarchum. Et hæc erat ἀτιμίας species. Porro Andocides de Mysteriis cum recenset eos, ὧν τὰ μὲν σώματα ἄτιμα ἦν, τὴν δ' οὐσίαν εἶχον καὶ ἐκέκτηντο, habet καὶ ὁπόσοι λίποιεν τὴν τάξιν, ἢ ἀστρατείας, ἢ δειλίας, ἢ ἀναυμαχίου ὄφλοιεν, ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβάλοιεν. Gravius adhuc in militia Romana. "Miles, qui in bello arma amisit vel alienavit, capite punitur: humane militiam mutat." l. 3. §. 14. D. de re militari.

XIII.

Ο, ΤΙ ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΠΟΛΕΣΗΙ, ΕΑΝ ΜΕΝ ΑΥΤΟ ΛΑΒΗΙ ΤΗΝ ΔΙΠΛΑΣΙΑΝ ΚΑΤΑΔΙΚΑΖΕΙΝ· ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΤΗΝ ΔΕΚΑΠΛΑΣΙΑΝ ΠΡΟΣ ΤΟΙΣ ΕΠΑΙΤΙΟΙΣ· ΔΕΔΕΣΘΑΙ Δ' ΕΝ ΤΗΙ ΠΟΔΟΚΑΚΚΗΙ ΤΟΝ ΠΟΔΑ ΠΕΝΘ' ΗΜΕΡΑΣ ΚΑΙ ΝΥΚΤΑΣ ΙΣΑΣ ΕΑΝ ΠΡΟΣΤΙΜΗΣΗΙ Η ΗΛΙΑΙΑ ΠΡΟΣΤΙΜΑΣΘΑΙ ΔΕ ΤΟΝ ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΝ ΟΤΑΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΙΜΗΜΑΤΟΣ ΗΙ.

Primus hic restitui ποδοκάκκῃ pro ποδοκάκῃ. Male hic quoque in Editis Lysiæ p. 356. ult. pro ἡμέρας πέντε, ἡμέρας δέκα, et pro ἐὰν μὲν προστιμήσῃ, ἐὰν μὴ προτιμήσῃ. Exstat integra Lex apud Demosth. c. Timocr. unde descripsit Petitus L. 7. Tit. 5. de Furtis. Nam de Fure diurno agitur, quem *dupli pœna vindicari* voluit Solo, ut discimus ex Gellio XI. 18. Posterius membrum, quod solum apud Lysiam legitur, explicat, quatenus sc. per menda potuit, idem Petitus L. 4. Tit. 9. de pœnis, ratus alterius legis fragmentum esse. Quod secus est.

Sequitur

ΕΠΕΓΓΥΑΙΝ ΕΠΙΟΡΚΗΣΑΝΤΑ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩ· ΔΕΔΙΟΤΑ ΔΕ ΔΙΚΗΣ ΕΝΕΚΑ ΔΡΑΣΚΑΖΕΙΝ.

Fide jubeto juratus Apollinem — fugerit sibi metuens litis causa. Petit. Nemo ex his sensum elicere quivit. Memor esto Lysiam in h. loco p. 359. 6. non leges ad usum forensem citare, verum legum particulas, quæ antiquatas aliquas et vetustate obsitas continerent loquendi formulas. Ita in superiori ποδοκάκκη erat Soloni, quod in Lysiæ ætate ἐν τῷ ξύλῳ δεδέσθαι. Hic ἐπιορκήσαντα est ὀμόσαι, et δρασκάζειν ἀποδιδράσκειν. Habes ergo duarum legum fragmenta.

XIV.

ΕΠΕΓΓΥΑΙΝ ΕΠΙΟΡΚΗΣΑΝΤΑ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩ.

XV.

ΔΕΔΙΟΤΑ ΔΙΚΗΣ ΕΝΕΚΑ ΔΡΑΣΚΑΖΕΙΝ.

Spectabat fortasse hoc postremum ad solennitatem judicii Areopagitici, ubi Reus post priorem defensionem (nam bis dicere potuit) si causæ 716
suæ diffidebat, tuto se fuga subduxit. Τὸν πρότερον ἔξεστιν εἰπόντα λόγον μεταστῆναι· καὶ οὔθ' ὁ διώκων οὔθ' οἱ δικάζοντες, οὔτ' ἄλλων ἀνθρώπων οὐδεὶς κύριος κωλῦσαι. Demosth. c. Aristocr. Add. Poll. VIII. 9. tit. περὶ Πωλητῶν. et VIII. 10. init. Apud Suid. in Ἐν ἄλῳ δρασκάζειν vox ea exponitur *latitare*. Apud Hesych. utrumque et *aufugere* et *latitare*, Δρασκάζειν κρύπτεσθαι, ἀποδιδράσκειν. Corrige eundem in Δραγκάζειν, κρύπτειν, i. e. Δρασκάζειν.

XVI.

ΟΣΤΙΣ ΑΠΕΙΛΛΗΙ ΤΗΙ ΘΥΡΑΙ ΕΝΔΟΝ ΤΟΥ ΚΛΕΠΤΟΥ ΟΝΤΟΣ.

Quicunque a janua prohibuerit, cum fur intus esset.

Vulg. ἀπίλλῃ, p. 359. ult. quod emendavimus. Furtum facere videtur, qui furi exitum et salutem parat, ceteros a foribus arcendo.

XVII.

ΤΟ ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΣΤΑΣΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ ΕΦ' ΟΠΟΣΟΝ ΑΝ ΒΟΥΛΗΤΑΙ Ο ΔΑΝΕΙΖΩΝ. p. 360. 3.

Usurarum modus est pro arbitro fœneratoris.

Atticorum leges usurariæ, quarum hæc videtur esse antiquissima, erudite a Salmasio explicantur, et maximo cum eruditionis apparatu. Quem tu interea consulas. Sequitur

ΟΣΑΙ ΠΕΦΑΣΜΕΝΩΣ ΠΩΛΟΥΝΤΑΙ ΚΑΙ ΟΙΚΗΟΣ ΚΑΙ ΒΛΑΒΗΣ ΤΗΝ ΔΟΥΛΗΝ ΕΙΝΑΙ ΟΦΕΙΛΕΙΝ. p. 361. 1.

Quæ publice prostant, etiam servorum injuriæ obnoxiæ sunto. Petit. Vulg. apud Lysiam ὅσοι. Verum tu totum ita distinguas et corrigas.

XVIII.

ΟΣΑΙ ΠΕΦΑΣΜΕΝΩΣ ΠΟΛΟΥΝΤΑΙ.

καὶ

XIX.

ΟΙΚΗΟΣ ΚΑΙ ΔΟΥΛΗΣ ΤΗΝ ΒΛΑΒΗΝ ΕΙΝΑΙ ΟΦΕΙΛΕΙΝ. p. 362. 1.

Prior particula pertinet ad istam legem, quam adduxit alicubi Demosthenes. PRO MOECHO NE DEPREHENDITOR IN MERETRICE QVAE VEL IN LVPANARI QVAESTVM FECERIT VEL PVBLICE PROSTITVERIT. Vel etiam spectare potest ad aliam a Plutarcho laudatam. *Ἐάν τις προαγωγεύῃ, ζημίαν εἴκοσι δραχμὰς ἔταξε* [Solo] *πλὴν ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται.* Quod ad alterum pertinet membrum, id, cum tota lex nusquam, quod sciam, legatur, explicationem meam non admittit. Spectat procul dubio ad jura famulorum famularumque. *Οἰκῆος καὶ δούλης.* Nam prorsus utique inficeta est lectio vulgata, *Οἰκῆος καὶ βλάβης τὴν δούλην εἶναι ὀφείλειν.*

XX.

ΟΣΟΙ ΕΑΝ ΜΑΧΗΣ ΟΥΣΗΣ ΕΙΣ ΤΟΥΠΙΣΩ ΑΝΑΧΩΡΗΣΩΣΙ ΚΑΙ ΟΣΟΙ ΑΝ ΕΝ ΤΗΙ ΠΕΖΗΙ ΣΤΡΑΤΙΑΙ ΜΗ ΠΑΡΩΣΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΤΟΥΣ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΣ ΔΙΚΑΖΕΙΝ. p. 520. ult.

Solonis leges contra *τὸν ἀστράτευτον*, contra *τὸν λελοιπότα τὴν τάξιν*, et contra *τὸν δειλὸν* (*εἰσὶ γὰρ καὶ δειλίας γραφαί· καίτοι θαυμάσειεν ἄν τις ὑμῶν, εἰ εἰσὶ φύσεως γραφαί· εἰσί.* ut loquitur Orator. c. Ctesiph.) laudat idem Ibid. Pœna erat *ἀτιμία*. *Ἀστρατείαν*, *Λειποτάξιον* et *Δειλίαν*, ut quæ specie differant, recenset Andocides, cujus verba legas supra Leg. XII. Vide, quæ de hac re conscripsit eruditissimus Marklandus ad has orationes c. Alcibiadem. De legibus, quæ Ignaviam coerceant, nonnulla adnotavit Spanheim. ad Julian. Orat. p. 239. De jurisdictione et potestate *τῶν στρατηγῶν* doctissimus Perizonius ad Ælian. V. Hist. V. 13. *Ἀστρατείας* lex erat apud Longobard. L. 1. Tit. de Exercitalibus, l. 14. SI QVIS LIBER HOMO, CONTEMPTA IVSSIONE NOSTRA, CETERIS IN EXERCITV PERGENTIBVS, DOMI RESIDERE PRAESVMPSERIT, PLENVM HERIBANNVM SECVNDVM LEGEM FRANCORVM, ID EST XL SOL. SCIAT SE DEBERE COMPONERE. *Λειποταξίου* apud eosdem lex proxima, SI QVIS CONTVMAX ADEO AVT SVPERBVS EXTITERIT, VT DIMISSO EXERCITV ABSQVE IVSSU

ET LICENTIA REGIS DOMVM REVERTATVR ET QVOD NOS TEVDISCA LINGVA HERILIZ FECERIT, VT IPSE SIT REVS MAIESTATIS, VITAE PERICVLVM INCVRRAT, ET RES EIVS FISCO NOSTRO SOCIENTVR. Quid ea ætate fuerat *exercitum dimittere*, optime explicat Capit. Karoli et Ludov. Impp. lib. 3. tit. 70. QVICVNQVE ABSQVE LICENTIA VEL PERMISSIONE PRINCIPIS DE HOSTE REVERSVS FVERIT, QVOD FACTVM FRANCI HERISLIZ DICVNT, VOLVMVS, VT ANTIQUA CONSTITVTIO, ID EST, CAPITALIS SENTENTIA, ERGA ILLVM PVNIENDVM CVSTODIATVR. Vice hujus legis in nonnullis Exemplaribus leguntur, quæ proxime ex Longobardorum constitutionibus descripsimus.

XXI.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΔΟΚΙΜΑΣΤΟΣ ΙΠΠΕΥΗΙ ΑΤΙΜΟΣ ΕΣΤΩ. p. 523. 3. 717

Eadem pœna, quæ militiæ munera detrectantem, quæ ordinis sui desertorem in bello, quæ ignavum et timidum sequebatur, in eos etiam inrogabatur, qui ex gravi armatura (ubi laboris et periculi plus erat) se in numerum Equitum sine legitimo delectu contulerint. Quæ hic adduxi, verba sunt legis solennia: quæ in superiori commate potius sunt Oratoris legem explicantis. Jussit sc. Lex, ut infamia notaretur, qui *ἀδοκίμαστος ἱππεύῃ*. Inde infit Lysias, eodem reatu teneri, qui in bello ordinem suum propter ignaviam deseruerit, et qui in gravi armatura (*ἐν τῇ πεζῇ στρατιᾷ*) Equitibus nondum legitime adscriptus, non comparuerit.

XXII.

ΜΗΔΕΝΑ ΣΙΤΟΝ ΠΛΕΙΩ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΦΟΡΜΩΝ ΣΥΝΩΝΕΙΣΘΑΙ. p. 716. ult.

Ne quis omnino ultra L *phormos frumenti mercetur.*

Lex erat contra annonam incendentis, et *capite* plectebat si quis *annonam compresserit*. *Compressam* enim *annonam* vocat Livius l. 48. quum precium per coemptionem auctum fuerit. *συμπριαμένους καταθέσθαι* vocat noster infra. *Annonam flagellare* Latini. Ita fere Martial. V. 13.

> " Quippe rogabatur fidusque vetusque sodalis,
> Et cujus laxas arca *flagellat* opes."

Athenis ergo non licuit, conjuratione facta, ultra L. phormos coemere; ne observata caritate, mari intercluso, eam annonam, quam minoris coemissent, pro suo arbitrio venum darent. Solebant enim Dardanarii, ut auctoris nostri verbis utar, navigatione intercepta portubusque occlusis, *ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς ἐπιβουλεύειν τῇ πόλει ἐν οἷσπερ οἱ πολέμιοι.* p. 722. 2. Observare Reipublicæ calamitates id erat apud Romanos JCtos *Annonam adtentare*, quorum in jure ab hujusmodi insidiis et avaritia, non ea tamen severitate, qua apud Atheniensis, lege cautum erat. " Annonam adtemptare et vexare vel maxime Dardanarii solent: quorum avaritiæ obviam itum est tam Mandatis, quam Constitutionibus. Mandatis denique ita cavetur. Præterea debebis custodire, ne Dardanarii ullius mercis sint: *ne aut ab his qui coemptas merces supprimunt*, aut a locupletioribus, qui fructus suos æquis preciis vendere nollent, dum minus uberes proventus exspectant, annona oneretur. Pœna autem in hos varie statuitur: nam plerumque si negociantes sunt, negociatione eis tantum interdicitur: interdum et relegari solent, humiliores ad opus publicum dari." l. 6. in prin.

D. de extraordinariis criminibus. Item l. unic. C. de Monopoliis. "Jubemus, ne quis — monopolium audeat exercere, neve quis illicitis habitis conventionibus conjuret aut paciscatur, Ut species diversorum corporum negociationis non minoris, quam inter se statuerint, venundentur." Crimine stellionatus tenebantur hujusmodi malefici. "Qui merces suppressit, specialiter hoc crimine postulari potest." l. 3. D. de crimine Stellionatus. Placuit ergo extra ordinem plectere, ut ait Ulpianus l. 2. D. eod. "Pœna autem stellionatus nulla legitima est, cum nec legitimum crimen sit. Solent autem ex hoc extra ordinem plecti, dummodo non debeat opus metalli hæc pœna in plebeiis egredi: in his autem, qui sunt in aliquo honore positi, ad tempus relegatio vel ab ordine motio remittenda est." Athenienses, quibus contra annonæ *incendium* providendum erat maxime, (quanquam enim frumenti *sationem*, ut gloriantur, ceteras nationes docuere, *πλείστῳ* tamen *ἁπάντων ἀνθρώπων ἐπεισάκτῳ σίτῳ* utebantur) ceteris rebus venalibus quibuscunque magistratus, quos *ἀγορανόμους* vocabant, præfecere, *ἐπὶ δὲ ταύτῃ μόνῃ τῇ τέχνῃ χωρὶς* Σιτοφύλακας constituebant: *καὶ πολλάκις* (inq. ille) *παρ' ἐκείνων πολιτῶν ὄντων δίκην τὴν μεγίστην ἐλάβετε, ὅτι οὐχ οἷοίτ' ἦσαν τῆς τούτων πονηρίας ἐπικρατῆσαι.* p. 722. ult. Unde elicitur (quanquam et alibi constet, supra enim, *Εἰπέ σν ἐμοὶ, μέτοικος εἶ; Ναί. Μετοικεῖς δὲ πότερον κ. τ. λ.* p. 715. 3.) nonnullos quæstus adeo civibus Atheniensibus interdici, cujusmodi erat hæc frumentaria, ut non nisi ab Inquilinis exerceri poterant: nonnullas item *mancipiis* ablegari. Ita in Veterum didascaliis aulœdi vel tibicines nunquam ex Civibus. Inscriptiones apud Fulv. Ursinum:

ΑΙΓΗΙΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΕΥΑΓΙΔΗΣ ΚΤΗΣΙΟΥ ΦΙΛΑΙΔΗΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣ ΕΠΙΔΑΜΝΙΟΣ ΗΥΛΕΙ
ΧΑΡΙΛΑΟΣ ΛΟΚΡΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕ
ΕΥΘΥΚΡΙΤΟΣ ΗΡΧΕΝ.

718 Et alibi apud eundem,

ΝΙΚΟΚΛΗΣ ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΗΣ ΗΥΛΕΙ.

et

ΕΥΙΟΣ ΧΑΛΚΙΔΕΥΣ ΗΥΛΕΙ.

et

ΘΕΩΝ ΘΗΒΑΙΟΣ ΗΥΛΕΙ.

Ejusdem condicionis proculdubio fuit, cujus memoriam conservavit Marmor apud Sponium,

ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣ ΛΥΣΙΘΕΙΔΟΥ ΚΙΚΥΝΝΕΥΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΑΚΑΜΑΝΤΙΣ ΠΑΙΔΩΝ ΕΝΙΚΑ ΘΕΩΝ ΗΥΛΕΙ
ΛΥΣΙΑΔΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕ ΕΥΑΙΝΕΤΟΣ ΗΡΧΕ.

Ita, *αὐλείτωσαν οὖν ἔφη* [Alcibiades] *Θηβαίων παῖδες· οὐ γὰρ ἴσασι διαλέγεσθαι· ἡμῖν δε τοῖς Ἀθηναίοις* etc. Plutarch. in Alcibiade. Ita *Ἀντιγενίδας Σατύρου Θηβαῖος αὐλῳδὸς Φιλοξένου.* Suid in voc. Videtur omnino idem esse, quem memorat Noster in Orat. *πρὸς Νίκαρχον τὸν αὐλητὴν*, uti laudatur ab Harpocratione. Steph. Byzant. v. *Ἀραβία. Ὡς ἡ παροιμία Ἀράβιος αὐλητὴς, ἣν ἔταττον ἐπὶ τῶν ἀπαύστως διαλεγομένων. ἢ διὰ τὸ μηδένα Ἑλλήνων διασκευάσασθαι τὴν αὐλητικὴν, ὡς οὖσαν βάναυσον, καὶ παντελῶς ἀνελεύθερον, ἀλλὰ βαρβάροις αὐληταῖς χρῆσθαι· Διὸ καὶ Ἀράβιος αὐλητὴς, ὃς*

Δραχμῆς μὲν ηὔλει, τεττάρων δ' ἐπαύετο.

Vile ergo apud Antiquos Musicæ omnis ministerium, uti præsumit Aristot. Polit. l. 1. *Οὕτως εἰ αἱ κερκίδες ἐκέρκιζον αὐταὶ, καὶ τὰ πλῆκτρα ἐκιθάριζεν, οὐδὲν ἂν ἔδει οὔτε τοῖς ἀρχιτέκτοσιν ὑπηρετῶν, οὔτε τοῖς δεσπόταις δούλων.* Verum hæc, inquies, extra oleas. Volui autem aliis dispiciendum proponere, quare Athenis solis Dardanariorum quæstus illiberalis haberetur, et ingenuo homine indignus. Nunc redeo.

XXIII.

ΤΟΥΣ ΤΑ ΑΠΟΛΛΥΜΕΝΑ ΤΟΙΣ ΚΛΕΠΤΑΙΣ ΣΥΝΕΙΔΟΤΑΣ ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΕΝΕΧΕΣΘΑΙ. p. 852. pen.

Quoniam videtur furti conscius *opem* suam, aut saltem *consilium* adhibuisse. Ait vero Paulus Sent. Recept. l. 2. tit. de furtis §. 10. "Non tantum, qui furtum fecerit, sed etiam is, cujus ope aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur." Nam, "Pedius ait, sicut nemo furtum facit sine dolo malo, ita nec consilium vel opem ferre sine dolo malo posse." l. 50. §. 2. D. de furtis. Atque ita in legibus Wisigothorum lib. 7. tit. de furibus et furtis §. 7. "Non solum ille, qui furtum fecerit, sed etiam quicunque *conscius* fuerit, vel furtim ablata sciens susceperit, in numero furantium habeatur, et *simili vindictæ subjaceat.*" Frustra hanc juris particulam in Petiti commentario diutius quæsivi.

XXIV.

ΥΠΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΑΙ ΟΥΚ ΕΞΕΣΤΙ ΔΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΤΗΙ ΑΡΧΗΙ ΤΗΙ ΑΥΤΗΙ. p. 865. 1.

Triginta dies, et quod excurrit, scribatus munere fungi cautum erat. Iterum sub eodem Prætore ad id officium admoveri non poterant. Tam sedulo sibi cavit a ministris publicis Civitas Atheniensium.

XXV.

ΟΡΚΟΣ ΤΩΝ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ.

ΤΑ ΒΕΛΤΙΣΤΑ ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΣΕΙΝ ΤΗΙ ΠΟΛΕΙ.

ΑΠΟΦΑΙΝΕΙΝ ΕΙ ΤΙΣ ΤΙΝΑ ΟΙΔΕ ΤΩΝ ΛΑΧΟΝΤΩΝ ΑΝΕΠΙΤΗΔΕΙΟΝ ΟΝΤΑ ΒΟΥΛΕΥΕΙΝ.

Habes hæc capita p. 887. 5. Secundum a Petito negligitur.

XXVI.

ΕΙ ΤΙΣ ΦΡΟΥΡΙΟΝ ΤΙ ΠΡΟΥΔΩΚΕΝ Η ΝΑΥΝ Η ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΟΝ ΤΙ ΕΝ ΩΙ ΜΕΡΟΣ ΤΙ ΕΤΥΓΧΑΝΕ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ ΤΑΙΣ ΕΣΧΑΤΑΙΣ ΖΗΜΙΑΙΣ ΖΗΜΙΟΥΣΘΑΙ. p. 886. 2.

Quemadmodum in jure Romano, "Proditores, transfugæ, plerumque capite puniuntur et exauctorati torquentur: nam pro hoste, non pro milite, habentur." l. 7. D. de re militar. Quod Jus Atticum *ἐσχάταις ζημίαις*, Romanum *Capite.* Aliquando eadem loquendi solennitas in utroque jure conspicitur. Celsus enim l. 21. D. de pœnis, ait, "*Ultimum supplicium* mortem solam interpretamur."

XXVII.

ΑΤΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΟΝ ΕΝ ΣΤΑΣΕΙ ΠΟΛΕΩΣ ΜΗΔΕΤΕΡΑΙ ΜΕΡΙΔΙ ΠΡΟΣΘΕΜΕΝΟΝ.
p. 869.

Memorat hanc legem Solonis, recte tamen ait a posteris reprobari, Plu-
719 tarchus de solertia Animalium, in libro de sera numin. vindict. et in Solone. Memorat etiam Cic. 10. Epist. ad Attic. 1. "Ego vero Solonis popularis tui, ut puto, etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit, si quis in seditione non alterius utrius partis fuisset." Memorat etiam Gellius II. 12. et Alexander Aphrodisensis in Topic. Aristotel. In eo jure vertitur oratio Lysiæ c. Philon. qui tamen jus istud potius *moribus* fuisse receptum innuit, quam *scriptis* sancitum. Sed contrariæ fuisse sententiæ video Gellium l. c. "In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt, legem esse Aristoteles refert scriptam ad hanc sententiam: Si ob discordiam dissensionemqve seditio atqve discessio popvli in dvas partis fieret, et ob eam cavsam irritatis animis vtrinqve arma capientvr, pvgnabitvrqve, tvm qvi in eo tempore in eoqve casv civilis discordiæ non altervtri parti sese adivnxerit, sed solitarivs separatvsqve a commvni malo civitatis secesserit, is domo patria fortvnisqve omnibvs careto exsvl extorrisqve esto." Optima ratione videtur a Solone institui, ne quis publicam salutem privatis suis rationibus posthaberet. Quid enim esse potest tam incivile, quam domi desidem suis fortunis invigilare, ab omni periculo semotum, et communi incendio patriæ minime exturbatum; sibi soli se nasci arbitratum, et *περιμένοντα*, ut Plutarchi verbis utar, *ἀκινδύνως τὰ τῶν κρατούντων*? Quibus si non Solo, communis hominum consuetudo et res ipsa *ἀτιμίαν* inussisset. Merito enim utrisque displicet qui utrisque minime displicere satagit. Id suadet ratio et comprobavit usus. Atque hæc hactenus.

CAP. XII.

Lysias emendatur sæpius. *Εἰς τὸν χλωρὸν τύφον.* **Emendatur Hesychius, Philo Judæus, Marcianus in Digestis, et Terentianus Maurus denique plurimis in locis.**

Supremus hic Commentarius et spicas leget, et veniam, si quid commerui, pro me deprecabitur. Nemo nostrum erat, quem non misere cruciavit desperatissimus ille locus in oratione, quæ habita est c. Alcibiad. *Οὗτος γὰρ παῖς μὲν ὢν παρ' Ἀχεδήμῳ τῷ Γλάμωνι, οὐκ ὀλίγα τῶν ὑμετέρων ἀφῃρημένῳ, πολλῶν ὁρώντων, ἔτι μὲν ὑπὸ τῷ αὐτοματὶ κατακείμενος, ἐκώμαζε μεθ' ἡμέραν, ἄνηβος, ἑταίραν ἔχων, μιμούμενος τοὺς ἑαυτοῦ προγόνους,* et quæ sequuntur. p. 536. 1. Hodie hariolandi finem facio, ceterosque omnis ut vacuo sint animo jubeo. Lego etenim, *ἔτι μὲν ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατακείμενος.* Lucianus in *vitarum auct.* *Καὶ γὰρ οὐ τῶν σωμάτων ἐραστής εἰμι, τὴν ψυχὴν δὲ ἡγοῦμαι καλήν. ἀμέλει, κἂν ὑπὸ ταὐτὸν ἱμάτιον μοι κατακέωνται, ἀκούσῃ αὐτῶν λεγόντων μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ δεινὸν παθεῖν,* et paucis interjectis, *Καὶ ταῦτα, ὑπ' ἐξουσίας, ἐν τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατακείμενον.* Athenæus l. 1. non procul ab initio, *Ἀριστοτέλης ἐν Τυῤῥηνῶν νομίμοις. Οἱ δὲ Τυῤῥηνοὶ δειπνοῦσι μετὰ τῶν γυναικῶν ἀνακείμενοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ*

ἱματίῳ. Hæc fueram commentatus, atque idem sibi in mentem venisse literis ad me datis significavit, adducto etiam Luciani loco, Vir præstantissimus, cui plurimum et Ego, et Tu, Lector, debemus, Jer. Marklandus. In fine orationis c. Pancleon. legitur p. 738. 1. *Ἐὰν γὰρ διαμνημονεύητε, οἶδ' ὅτι τά τε δίκαια καὶ τἀληθῆ ψηφιεῖσθε, καὶ ἃ ἐγὼ ὑμῶν δέομαι.* Quod et salve legitur, neque facile displicere potest, *Ἀττικώτερον* tamen longe *εὖ οἶδ' ὅτι.* Familiarissimum loquendi genus, quod Oratores Attici non temere omittunt. Noster certe hoc in loco non omisit, ubi inter voces *διαμνημονεύητε* et *οἶδ'* infelix illa vocula *εὖ* sita (ΔΙΑΜΝΗΜΟΝΕΥΗΤΕΕΥΟΙΔ') describentis aciem facile effugit. Ita in altero loco consimili, in Orat. sc. c. Agorat. p. 473. 6. *Δεῖ γὰρ αὐτὸν ἀποδεῖξαι, ὡς οὐ κατεμήνυσε τῶν ἀνδρῶν τούτων, οὐδ' αἴτιος αὐτοῖς ἐστὶ τοῦ θανάτου. κἂν δύναιτο οὐδέποτε ἀποδεῖξαι.* Ubi legendum esse monui (literis non aliunde accersitis, verum earundem quibusdam repetitis, quæ propter adfinitatem cum proximis inter exarandum negligebantur) *Δεῖ γὰρ αὐτὸν ἀποδεῖξαι, ὡς οὐ κατεμήνυσε τῶν ἀνδρῶν τούτων, οὐδ' αἴτιος αὐτοῖς ἐστὶ τοῦ θανάτου· ὃ οὐκ ἂν δύναιτο οὐδέποτε ἀποδεῖξαι.* Orationem c. Tyrannum Eratosthenem habitam ad popularis 720
suos hisce verbis claudit Lysias. p. 447. 1. *Παύσομαι κατηγορῶν. ἀκηκόατε. ἑωράκατε. πεπόνθατε. ἔχετε. δικάζετε.* Huc adludit procul dubio Aristoteles Rhetoric. 3. extrem. *Τελευτὴ δὲ τῆς λέξεως· ἁρμόττει ἡ ἀσύνδετος, ὅπως ἐπίλογος, ἀλλὰ μὴ λόγος ᾖ. εἴρηκα. ἀκηκόατε. ἔχετε. κρίνατε.* Porro ut exempla mutuatus sit magnus ille artifex dicendi ex Auctore nostro (mutuatur autem sæpenumero, neque tamen vel semel nomine laudat) ita aliquando imitari studuit Romanæ Eloquentiæ princeps Cicero. Ita quod ineunte hac ipsa oratione dixit Lysias, p. 381. 1. *Οὐκ ἄρξασθαί μοι δοκεῖ ἄπορον εἶναι, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τῆς κατηγορίας, ἀλλὰ παύσασθαι λέγοντι.* id adumbravit Cic. pro lege Manil. non procul ab initio: "Hujus autem orationis difficilius est exitum quam principium invenire." Plura dabit Victor. Var. Lect. XX. 16. et Muret. XIX. 20. Eadem oratione locus iste, p. 415. 7. *Καὶ Βάτραχος, καὶ Αἰσχυλίδης οὐ τἀληθῆ μηνύουσιν, ἀλλὰ τἀληθῆ ὑπὸ τῶν τριάκοντα πλασθέντα εἰσαγγέλλουσι,* ita emendabatur, me insciente, ab Herald. Animadv. in Salmas. III. 7. 4. *καὶ Β. καὶ Α. οὐ τἀληθῆ μηνύουσιν, ἀλλὰ τὰ ὑπὸ τῶν τριάκοντα πλασθέντα εἰσαγγέλλουσι.* Acute quidem, neque incredibile est, istud *τἀληθῆ* repetitum fuisse ex superioribus. De Meursio, Schotto, et Palmerio nonnulla, qui ante me hoc saxum volvebant. Meursium dixi, p. 271. not. errore meo in Attic. Lect. IV. 7. et de Archontibus III. 16. Prætoris Atheniensis nomen apud Lysiam emendasse. Quod ad priorem locum spectat, id secus est, nam ibi neutiquam emendat. Ille tamen Attic. Lect. II. 14. qui locus me omnino latuit, lacunam in oratione c. Alcibiadem supplere voluit p. 560. 4. *Ὁ δὲ Πολέμαρχος καὶ οἱ τὰ δεήσονται.* legendo nimirum *Ὁ δὲ Πολέμαρχος καὶ οἱ πάρεδροι δεήσονται.* Ad quem locum conjeci *στρατηγοὶ,* Marklandus *ταμίαι.* Nonnulla tentaverat ad Lysiam Andr. Schottus in libro, qui inscribitur, *Observationes humanæ*, qui mihi serius in manus venerat, quam ut singula suis in locis insererem. Ille, ut videtur ex Observat. IV. 5. postquam auctorem nostrum *in gratiam Iod. Vander Heidii amici et contubernalis recensuisset*, interea dum sub prelo sudaret, *loca tum intacta* his Observationibus immiscuit. Ille itaque l. c. Harpocrationis auctoritate adductus orationem c. Andocidem vindicavit, atque, uti nos olim, ab initio supplevit. p. 188. Deinde sua hariolatione

non contentus, qua Heidii editionem beavit, locum istum asperrimum in orat. c. Theomnest. p. 353. ita legit: Οὐκοῦν ἄτοπον ἂν εἴη τὸν φεύγοντα φάσκοντα ἀνδροφόνον εἶναι, δεῖξαι καὶ ἀπολογῆσαι, ὅτι ὁ διώκων ὡς ἔκτεινε διωμόσατο: et statim pro κατηγορίας, legit κακηγορίας, et pro εἰπέ τίς σε, εἰπόντι σε. Idem IV. 9. pro Αἴδηψον, p. 108. quæ fuit H. Stephani importunissima conjectura, veterem lectionem mecum ex Thucydide confirmat. Cetera habes suis in locis. Palmerii denique veniam oratam velim, qui voces Πωρίνου Σελίνου in Andocidis Vita ex Plutarcho, me nesciente, expediverat: cui igitur laudem resigno meæ conjecturæ quæ legitur harum Lectionum cap. 5. His igitur valere jussis, restat, ut cetera persequar, quæ habeo dicenda. In oratione c. Pancleonem fugitivum servum dicitur εἰς τὸν χλωρὸν τυρὸν, p. 733. 2. i. e. ad *Forum Casei recentis*, locum sc. ubi venum darentur, Attico dicendi genere et eleganti. Poll. IX. 5. Βιβλία· οὕτω τὸν τόπον, οὗ τὰ βιβλία οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον. ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους ἐκ τῶν πιπρασκομένων, ὡς εἰ φαῖεν, ἀπῆλθον εἰς τοὔψον, καὶ εἰς τὸν οἶνον, καὶ εἰς τοὔλαιον, καὶ εἰς τὰς χύτρας, καὶ κατὰ τὸν Εὔπολιν, περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα, καὶ τὸν λιβανωτὸν καὶ εὐθὺ ἀρωμάτων, καὶ περὶ τὰ γέλγη. Et 10. 11. Οἱ Ἀττικοὶ ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων καὶ τὰ χωρία ὠνόμαζον· λέγοντες, εἰς τοὔψον· καὶ εἰς τὰ μύρα καὶ εἰς τὸν χλωρὸν τυρόν· καὶ εἰς τὰ ἀνδράποδα. Ita Æsch. c. Timarch. p. Edit. Steph. 9. Τίς γὰρ ὑμῶν ὃς οὐ πώποτε εἰς τοὔψον ἀφῖκται καὶ τὰς δαπάνας τὰς τούτων οὐ τεθεώρηκεν; Alexis Comicus apud Athenæum l. 3. p. m. 53.

Τοῖς ἰχθυοπώλαις ἔστιν ἐψηφισμένον,
Ὥς φησι, χαλκῆν Καλλιμέδοντος εἰκόνα
Στῆσαι Παναθηναίοισιν ἐν τοῖς ἰχθύσιν
Ἔχουσαν ὀπτὸν κάραβον ἐν τῇ δεξιᾷ.

Aristoph. Vesp. 784.

—δραχμὴν μετ' ἐμοῦ πρώην λαβὼν
Ἐλθὼν διεκερμάτιζέ μ' ἐν τοῖς ἰχθύσιν.

σχ. ad loc. ἐν τοῖς ἰχθυοπώλαις, ἀπὸ τῶν πωλουμένων τοὺς πωλοῦντας εἰπών. Id. Av. 13.

Ἡ δεινὰ νὼ δέδρακεν οὐκ τῶν ὀρνέων
Ὁ πινακοπώλης Φιλοκράτης μελαγχολῶν.

σχ. Οὕτως ἔλεγον καὶ ἐπὶ τῶν τόπων, ἀντὶ τοῦ, ὀρνεοπωλείων. ὡς τῶν χυ-
721 τρῶν, ἀντὶ τοῦ, χυτροπωλείων. Ita Hesych. Χύτραι, τὰ χυτροπώλια (l.
χυτροπωλεῖα). Et in Ἰχθῦς. Ἀττικοὶ τὰ ἰχθυοπωλεῖα ἔλεγον. Id. Ran. 1103.

Κᾂν ταῦτα λέγων ἐξαπατήσῃ παρὰ τοὺς ἰχθῦς ἀνέκυψεν.

σχ. Παρὰ τὰ ἰχθυοπώλια. τὸ δὲ τοιοῦτον Ἀττικόν. Εὔπολις

Περιῆλθεν εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα.

Id. Equit. 1371.

Ποῦ δῆτα Κλεισθένης ἀγοράσει, καὶ Στράτων,
Τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω τἀ'ν τῷ μύρῳ
Ἃ στωμυλεῖται τοιαδὶ καθήμενα.

Mala fide Interpres, *unguentis illitos*, cum adnotavit σχ. Οὕτως Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ ἐν μυροπωλείῳ, ἀπὸ τῶν πωλουμένων τοὺς τόπους καλοῦντες. Theophr. περὶ βδελυρίας. Καὶ πληθούσης τῆς ἀγορᾶς προσελθὼν πρὸς τὰ κάρυα, ἢ τὰ ἀκρόδρυα κ. τ. λ. Eodem modo Euripid. Med. 67.

Ἤκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν
Πεσσοὺς προσελθών—

σχ. ad loc. Ἐπεὶ ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις ὠνόμαζον τοὺς τόπους· πεσσοὺς γὰρ νῦν, τοὺς τόπους τῶν κυβευτῶν, ὡς ὄψον καὶ μύρα, ἔνθα ταῦτα συνήθως ἐστίν. Consulendi sunt Kuster. ad Suid. in Τοὔψον. Fornerius Rerum Quotid. II. 23. Casaub. ad Theophrast. Charact. περὶ ἀναισθησίας. Græv. Lect. Hesiod. cap. XIX. H. Steph. Append. de Ling. Attic. c. 16. p. 211. Meurs. Attic. Lect. VI. 32. III. ult. et Ceramic. c. 16. Pergo. In Orat. c. Alcibid. p. 531. et in altera, quæ inscribitur Δήμου καταλύσεως, p. 769. not. notavi, qua facilitate Librarii descripserint πραττόμενα et πραττομένων pro προσταττόμενα et προσταττομέων. Adde, quæ acutissime observavit de ea re Cl. Marklandus ad Orat. XIV. Ita vulgo legitur apud Phil. de vita Mosis l. 2. Τούτων τοίνυν (i. e. librorum Mosis) τὸ μέν ἐστιν ἱστορικὸν μέρος, τὸ δὲ περὶ τὰς πράξεις καὶ ἀπαγορεύσεις. Ubi legit Cl. Editor, quem honoris causa nomino, προστάξεις καὶ ἀπαγορεύσεις, plane uti in initio ejusdem libri. Πρόσταξις δὲ τῶν πρακτέων καὶ ἀπαγόρευσις τῶν οὐ πρακτέων, ἴδιον νόμου. Quemadmodum quoque legem definit Chrysippus apud Marcian. l. 2. D. de legib. προστατικὸν μὲν, ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ, ὧν οὐ ποιητέον. Ubi accuratissima Taurelli Editio Pandectarum habet, uti debuit, προστακτικόν. Verum nihil mirum, si Græca, quæ leguntur in Latinis scriptoribus, a Latinis Librariis descripta, fœdissimis mendis scateant. Quantum hodie supersit in Prisciano quantum in Digestis! Luculentissimum exemplum addam ex auctore, quem maximi semper feci, qui, ut cum Mureto loquar, "asperitatem Grammaticarum præceptionum inusitata quadam numerorum suavitate condivit." Is est Terentianus Maurus, qui de diphthongis disserens hæc habet, 421.

"Quin et Y loco priore ἰῶτα si subjunxeris,
Effici Diphthongon unam posse, nec pluris reor,
Υἷες ut dicunt, ΑΕΙΛΟΓΙΑ μυῖα et talia."

Memineris tu primo pro Y Latinorum rescribendum esse Υ Græcorum, et ἰῶτα quasi *Giota* sonari, aliter versus constare nequit, uti nec pariter in iis Trochaicis, quæ sunt in vicinia, 403.

"Ἰῶτα tantum et Y videmus subditas vocalibus."

ubi iterum rescribe Υ et *Iota* pronuncies, et 451.

"Scribimus siquando νῖκος, ἰῶτα solum sufficit."

Hæc tamen obiter. Quid Tu tamen sentis de ista voce ἀειλογία? Annon est quoddam præclarum? Si adducatur, ut diphthongum υι repræsentet (quo pacto hic adduci video Υἷες et μυῖα), frustra est: quoniam repræsentat nihil minus. Si non exempli loco, sed veluti epitheton muscæ, ut voluit Enarrator ad locum, quid est ab omni Græcismo alienius? Quocunque demum modo allegetur, legem metri violat. Nam præterquam quod ejus

penultima nulla *libertate Græcorum*, nullo *musarum favore* produci possit, tamen sive pausam metri Trochaici aperte violat. Vix enim *metricus* auctor in legibus condendis legem metri violaret, vix *suam*, qui v. 314. modum sibi ipsi constituisset,

> "Regulam servans ubique *finis* ut *quarti* pedis
> Nominis verbive *fine* (comma primum terminet:
> Hac enim toma probatur) metron hoc trochaicum."

Quid ergo? Tu sanabis hoc pacto

> "Υἷες ut dicunt ACHÆI, γυῖα, μυῖα et talia."

Ita modo, sc. v. 464.

> "Sic et Αἰνείαν Achæus, noster *Ænæan* vocat."

et similiter, 664.

> "Quanquam ἴτυν dicunt Achæi, hanc βίτυν gens Æolis."

Verum, ut cum Sidonio loquar Carm. IX.

> "Non *Marsus*, *Pedo*, *Silius*, *Tibullus*,
> Non quod *Sulpiciæ* jocus Thaliæ
> Scripsit blandiloquum suo Celeno,
> Non *Persi* rigor aut lepos *Properti*,
> Sed nec centimeter *Terentianus*,"

quem tamen in sinu quotidie fere gesto, hodie mihi tanti sunt, quanti Lysias, quem plurimi facio, tantique fecerim, ut eum millenis circiter in locis restitutum, nitidum et pene novum, Tibi, Lector, tuoque genio commendem. Quædam præterea in schedis meis raptim video congesta de Oberto Decembri, qui, ex Gesneri auctoritate, Auctori nostro bonas horas impenderat: de Philisco, qui portentosum istud Epigramma de Lysia olim concinnavit: de Zosimo et Zenone antiquis Lysiæ Commentatoribus: nonnulla de Rutilio Lupo, qui tot Lysiæ Latine conservavit, et cujus ætas, studium et condicio fere ignorantur. Verum instant Typographi; instant amici, vel de mea fide propter moram editionis solliciti, vel propter molem de fortunis. Tu his fruere.

ΛΥΣΙΑΣ.

ΛΥΣΙΟΥ

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΦΟΝΟΥ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ὁ ΦΕΥΓΩΝ δίκην φόνου Εὐφίλητος τὸν Ἐρατοσθένην Οἴηθεν τὴν αὐτοῦ γυναῖκα μοιχεύοντα ἐπ' αὐτοφώρῳ λαβὼν ἀπέκτεινε. SCALIG. MS.

Pag. ed. H. Steph. — Pag. ed. Reisk.

91.1 α'. ΠΕΡΙ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην, ὦ ἄνδρες, τὸ τοιούτους 2
ὑμᾶς ἐμοὶ δικαστὰς περὶ τούτου τοῦ πράγματος γενέσθαι, 3

ΛΥΣΙΟΥ] In hujus nominis societatem venere plurimi. Occurrit præter nostrum longe ὀνομαστότατον (I) Lysias in Marm. Chron. Arundel. Archon Athenis Olymp. XXIV. 3. non alius a Tlesia, quem Pausanias in Messen. solita discrepantia ad Olymp. XXIII. 4. relegavit. (II) Lysias Atheniensium dux, qui navali prœlio ad Arginusas interfuit δέκατος αὐτὸς, a populo demum capite damnatus: ex notissima historia. Vid. Xenoph. Diod. Sic. quorum hic tamen semel pro Lysia *Lysaniam*, ille uno itidem in loco *Leonta* exhibet. Ita vicissim pro Lysania (τῷ τετράρχῃ sc.) *Lysias* apud Ioseph. et Euseb. (III) Alius fortasse nostro itidem æqualis, qui memoratur infra in Orat. de Aristoph. bon. (IV) Lysias, qui duobus dialogis Speusippi Platonici pro istius scholæ genio nomen dedit. (V) Philosophus Tarsensis Epicureus, ex Sophista Tyrannus factus, cujus historiola occurrit apud Athenæum l. 5. p. m. 215. Adde Rhodigin. lect. antiq. V. 12. et XXII. 21. An idem fuit ille, apud quem Hermachus Epicuri successor diem obiit, ut prodit Laert. in Epicur. videant otiosores: immo an omnino *fuerit*, nam eruditissimo Menagio non arrisit ἐτελεύτα παρὰ Λυσίᾳ, sed παραλύσει. (VI) Pharmacopola ejusdem ætatis atque Diogenes Cynicus. Laert. VI. 42. (VII) Eximius sculptor, cujus "opus, quadriga currusque et Apollo ac Diana ex uno lapide Romæ in magna auctoritate habebatur," ut testatur Plin. XXXVI. 5. (VIII) Legatus Seleuci Alexandri M. successoris, in bello contra Demetrium. Polyæn. l. 4. (IX) Alius junior sub Antiocho Epiph. ex regia prosapia, quem debellavit Iudas Macchab. deinde una cum Antiocho Eupatore Demetrius morte mulctavit. 1 Macchab. cap. 3. 4. 7. Ioseph. Antiq. l. XII. cap. 11. 15, 16. Appian. in Syriac. Polyb. in Hist. c. 17. et in Excerpt. Legat. Hegesip. de excid. urb. Hierosol. II. 13. et L. Florus Epitom. Histor. Liv. I. 46. (X) Claudius Lysias tribunus militum a D. Luca in Act. Apost. memoratus. (XI) Medicus incerti ævi a Celso laudatus V. 18. (XII) Lysias quidam, qui βοῦν ἀνέθηκεν ἐν ἀκροπόλει, ut habent Apostol. Cent. V. 85. And. Schott. Vatic. Append. Cent. l. 25. Ni tamen Lysippo, ut alibi dicitur, fucum fecerint Parœmiographi. (XIII) Lysias, quem colloquentem inducit Plutarchus in l. de Music. (XIV) Lysias, ad quem exstat epistola Libanii III. 104. (XV) Alius, cujus occurrit mentio Marm. Oxon. IX. 3. edit. Mattair.

ΔΙΟΓΕΝΗΣ. ΛΥΣΙΟΥ. ΛΑΟΔΙΚΕΥΣ.

(XVI) Alius porro ejusdem farinæ, cujus nomen visitur Athenis in theatro Bacchi.

ΝΙΚΩΝ,
ΛΥΣΙΟΥ.
ΛΑΙΕΥΣ.

Spon. Wheeler. (XVII) Lysias Presbyter (ita Codd. non Λουσίᾳ) cui dantur duæ epistolæ Nili monachi, III. 109, 110. Ut taceantur (1) Lysias, quem somniavit

4 οἷοί περ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς [1] εἴητε τοιαῦτα πεπονθότες. εὖ γὰρ
οἶδ' ὅτι, εἰ τὴν αὐτὴν γνώμην περὶ τῶν ἄλλων ἔχοιτε ἥν-
περ περὶ ὑμῶν αὐτῶν, οὐκ ἂν εἴη ὅςτις οὐκ ἐπὶ τοῖς γε-
γενημένοις ἀγανακτοίη· ἀλλὰ πάντες ἂν περὶ τῶν τὰ τοι-
αῦτα ἐπιτηδευόντων τὰς ζημίας μικρὰς ἡγοῖσθε. καὶ ταῦ-
τα οὐκ ἂν εἴη μόνον παρ' ὑμῖν οὕτως ἐγνωσμένα, ἀλλ' ἐν 92. 1
ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι· περὶ τούτου γὰρ μόνου τοῦ ἀδικήματος
καὶ ἐν δημοκρατίᾳ [2] καὶ ὀλιγαρχίᾳ ἡ αὐτὴ τιμωρία τοῖς
ἀσθενεστάτοις πρὸς τοὺς τὰ μέγιστα δυναμένους ἀποδέδοται,

[1] εἰ ἦτε Taylor. Auger. [2] καὶ ἐν ὀλιγ. A.

Ions. de Script. Hist. Philos. auctorem fuisse tractatuli de plagiis literarum, cum noster omnino fuit, qui orationem conscripsit περὶ τῆς τῶν βιβλίων κλοπῆς. (2) Lysias Tetrarcha, de quo supra, non alius quam Lysanias. (3) Lysias epistolarum auctor corrupte in Indice ad Laert. in Catalog. Codd. MSS. Col. Baliol. Oxon. apud Meurs. Eleus. c. 20. apud omnes ferè Codd. Cic. Offic. et alibi (V. Fr. Fabrit. ad Offic. I. 155.) pro Lyside. (4) Lysiæ nomen προσποίητον ab Ἐρωτικῶν scriptoribus, Luciano, Aristæneto et Alciphrone frequentatum. (5) Lysias qui videri potuit, uti profecto nonnullis visus est, Isocratis amitam in uxorem duxisse. Plutarch. in Isocr. sub fin. Nam revera fuit mulierculæ nomen Λύσιον, ut Phronesium, Leontium, Glycerium, quæ nupsit Isocratis filio adoptivo. (6) Lysias Peripateticus, Stratonis auditor. Cic. de Fin. V. 13. Nam *Lyco*, adjuvantibus nonnihil MSS. rescribi olim optima fide jusserunt Scaliger et Lambinus. (7) Lysias Quietus Maurus. Euseb. Chron. ad A. C. CXVI. qui rectius apud Xiphilin. et Spartian. (V. Casaub. ad Spartian. in Hadrian. n. 24.) Λούσιος, Lusius nominatur. Κύντος Λούσιος Μαῦρος, Dion. Cocceian. in excerpt. apud Valesium. Uti Λούσιος apud Plutarch. in Sertorio et Mario. Caius enim Lusius C. Marii nepos fuit ex sorore. Visitur etiam *Lusius* Varus, *Lusius* Geta, *Lusius* Saturninus apud Tacit. atque hodie in inscriptionibus, quarum plures exstant in Gruteri corpore, nonnullos adjecit Fabrettus ad Columnam Trajanam, qui hoc nomen summa diligentia expedivit et restituit. Exsulet ergo *Lisius* ille e Cœl. Aurel. Chron. IV. 3. et revocetur *Lusius* ad formam præcedentem, uti quoque apud eundem auctorem, sc. II. 1. 7. recte occurrit. (8) Lysias Archon Olymp. LXXXVI. 1. Ita Codd. Volcob. et Turneb. Plutarchi in Isocrate, quem tamen alii Lysimachum, alii Nausimachum faciunt. TAYLOR.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΦΟΝΟΥ ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΜΟΙΧΕΙΑΣ ΛΟΓΟΣ. CONTIUS. Perperam; neque enim adulterii Eratosthenes in hac oratione accusatur, sed jure cæsum Eratosthenem, quippe in adulterio deprehensum, ostenditur. SLUITER.

Εἰ ἦτε] Lectionem hujus loci non improbo. Minus ideo necessaria videatur, ingeniosissima licet, conjectura Schotti Scaligerique reponentium: οἷοίπερ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς εἴητε τοιαῦτα πεπονθότες. TAYLOR. Contraxi in unum vocabulum εἴητε ista duo, male distracta, εἰ ἦτε. Sequi debuerat Taylor Scaligerum et Schottum hic recta monentes. πεπονθότες idem est, atque si dixisset εἰ ἐπεπόνθειτε. REISK. Utraque lectio potest probari. AUGER.

Περὶ] Malim καὶ περὶ, *etiam de aliis*. REISK.

Τὰς ζημίας] Videtur μεγίστας interponendum esse. vel maximas, gravissimas, acerbissimas quasque pœnas in hominibus talia patrantibus tamen minutas et meritis inferiores mihi videmini existimaturi. IDEM.

Μακρὰς ἡγεῖσθε] Sic vulgatæ. H. Stephanus ex conjectura μικρὰς ἡγοῖσθε. Infra: Οὐδένα οὕτως ὀλιγώρως διακεῖσθαι ὅστις — μικρᾶς ζημίας ἀξίους ἡγεῖται τοὺς — istud ἡγοῖσθε præterea fidem nanciscitur ex Coisl. TAYLOR. Leg. μικρᾶς. CONT.

Οὐκ ἂν εἴη] Et nescio, an hæ in mœchos constitutæ pœnæ, non apud vos solos, sed in universa quoque Græcia ratæ et sancitæ sint. REISK.

Ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ] Alius quicunque dixisset ἀλλὰ καὶ ἐν ἁπ. Sed hæc est Lysiæ nostri breviloquentia, quæ etiam de περὶ, quod modo annotabamus, excuset. IDEM.

Καὶ ὀλιγαρχίᾳ] Leg. καὶ ἐν ὀλιγαρχίᾳ. CONT.

Πρὸς τοὺς τὰ μέγιστα δυναμένους] Ad verbum interpretare, non, *adversus eos qui maxima pollent potentia*; sed, *in comparatione eorum qui &c.* AUGER.

ὥςτε τὸν χείριστον τῶν αὐτῶν τυγχάνειν τῷ βελτίστῳ·
6 οὕτως, ὦ ἄνδρες, ταύτην τὴν ὕβριν ἅπαντες ἄνθρωποι δει-
νοτάτην ἡγοῦνται. περὶ μὲν οὖν τοῦ μεγέθους τῆς ζημίας
ἅπαντας ὑμᾶς νομίζω τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἔχειν, καὶ οὐ-
δένα οὕτως ὀλιγώρως διακεῖσθαι, ὅςτις οἴεται δεῖν συγ-
γνώμης τυγχάνειν ἢ μικρᾶς ζημίας ἀξίους ἡγεῖται τοὺς
τῶν τοιούτων ἔργων αἰτίους· ἡγοῦμαι δὲ, ὦ ἄνδρες, τοῦτό
με δεῖν ἐπιδεῖξαι, ὡς ἐμοίχευεν Ἐρατοσθένης τὴν γυναῖκα
7 τὴν ἐμὴν, καὶ ἐκείνην τε διέφθειρε καὶ τοὺς παῖδας τοὺς
ἐμοὺς ᾔσχυνε καὶ ἐμὲ αὐτὸν ὕβρισεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν
ἐμὴν εἰσιὼν, καὶ οὔτε ἔχθρα ἐμοὶ καὶ ἐκείνῳ οὐδεμία ἦν
πλὴν ταύτης, οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἔπραξα ταῦτα, ἵνα

Τῶν αὐτῶν] Subaudi δικαίων. REISK. AUGER.

Τυγχάνειν] Scaliger, si is fuit, adscripsit λαγχάνειν. Sed vulgata bene habet. REISK.

Ταύτην] Scil. ἣν ἐγὼ νῦν ὕβρισμαι καὶ περὶ ἧς νῦν ἀγωνίζομαι. quo fit, vel factum est, ut omnes homines, hanc, de qua nunc agitur, contumeliam omnium duxerint atrocissimam. IDEM.

Τῆς ζημίας] Imo vero τῆς ὕβρεως, vel παρανομίας. Sensit etiam interpres, expressit certe. IDEM. Non recte. Sic enim procedit orator: injuria de qua agitur graviter puniri debet si vere illata est; atqui vere illata est; id quod mox probare intendit, ἡγοῦμαι δὲ κ. τ. λ. AUGER.

Αἰτίους] Eos, a quibus istiusmodi flagitia proficiscuntur. Colligit sic: Certum est, mœchos, pœnis dignos esse, quæ possunt excogitari acerbissimæ. (Demonstravit hactenus hanc positionem, ut vulgo usurpant, majorem.) Jam subsumit: Sed Eratosthenes mœchus est. id quod tota docetur oratione. Unde ultro consequitur, recte sumtas fuisse ab eo pœnas. REISK.

Ἐμοίχευεν] Leg. ἐμοίχευσεν. CONT.

Ἐκείνην τε διέφθειρε] Hic obiter, paucis verbis, sed rotundis et nervosis, enormitatem et fœditatem hujus flagitii docet, et cur mœchus dignus sit, in quem tam graviter animadvertatur. Injurias enim facit et mulieri ipsi, quam stupro polluit, et marito ejus, et liberis eorum communibus. Mulierem enim, quam corrumpit, docet, quem maritum amare debebat et amandum sancte receperat, eum odisse, arcana ejus prodere, ridiculum ad alios facere, minuere ipsius rem familiarem, furari, sicamque uxori in jugulum mariti tradit; rescindit vinculum matrimonii, in culpa est, ut uxor a marito fraudem intelligente aut repudietur, aut male tractetur, ut ignominia, et penuria rerum omnium, et odio publico opprimatur, denique pestem ipsi extremam consciscit. Ita de muliere meretur is, qui eam a se amari simulat, sed ita amat, ut lupus oviculam, ut vulpes anserculum. Porro contrahit liberis tam flagitiosæ matris hoc dedecus, ut in publico et impune a quocunque e stupro nati appellentur, et mater ipsorum scortum. Et profecto impudicæ ejusmodi et perfidæ uxores omnino sunt omnes scorta. Denique marito, forsitan non male, aut bene etiam, de se merito malam hanc refert gratiam, ut cornua ipsi imponat; quæ fraus ubi percrebuit, ridetur, sibilatur, digitis omnium demonstratur. Possint, si locus aut ferret, aut postularet, alia plura hoc de argumento dici, quod cum tam parvi fiat hodie, ut derisui sit, qui serio de eo cogitet, nemo non culpæ reos, tanquam re bene gesta, ut homines subtiles, miretur, et laudet adeo, passum injuriam rideat; colligere inde est, quam corrupti sint seculi mores. REISK.

Εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν εἰσιὼν] Videtur actor hujus causæ, cui nomen est Euphileto, ὕβριν, contumeliam sibi factam, non in eo posuisse, quod cornutus esset ab Eratosthene factus, sed in hoc, quod Eratosthenes in domum suam, se inscio, et invito adeo, esset ingressus. Illud furis est, hoc tyranni. Superbiam et violentiam homo insolens et arrogans inter alia hoc quoque demonstret, si invito et ringente domino in domum ejus invadat, in eaque pro lubitu grassetur. IDEM.

Χρημάτων ἕνεκα] Ut cædem a se patratam purget, causam ejus sibi ait legitimam fuisse. Nam Eratosthenem mœchum in uxoris suæ amplexibus deprehendisse.

8 πλούσιος ἐκ πένητος γένωμαι, οὔτε ἄλλου κέρδους οὐδενὸς
πλὴν τῆς κατὰ νόμους τιμωρίας.

β΄. Ἐγὼ τοίνυν ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ἅπαντα ἐπιδείξω τὰ
ἐμαυτοῦ πράγματα, οὐδὲν παραλείπων, ἀλλὰ λέγων τἀ-
ληθῆ· ταύτην γὰρ ἐμαυτῷ μόνην ἡγοῦμαι σωτηρίαν, ἐὰν
ὑμῖν εἰπεῖν ἅπαντα [1] δυνηθῶ τὰ πεπραγμένα. ἐγὼ γάρ, ὦ
ἄνδρες, ἐπειδὴ ἔδοξέ μοι γῆμαι καὶ γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς
τὴν οἰκίαν, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον οὕτω διεκείμην, ὥστε
9 μήτε λυπεῖν μήτε λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι ὅ τι ἂν [2] θέλῃ
ποιεῖν, ἐφύλαττόν τε ὡς οἷόν τε ἦν, καὶ προσεῖχον τὸν νοῦν
10 ὥσπερ εἰκὸς ἦν· ἐπειδὴ δέ μοι παιδίον γίγνεται, ἐπίστευον

[1] δυνηθῶ ἅπαντα T. Reisk. A. [2] θέλοι T. R. A.

Sed leges permittunt mœchum in ejusmodi habitu deprehensum haud secus atque furem, occidere. Et profecto fures uxorum sunt mœchi. Alia quacunque causa haud legitima se negat ad cædem patrandam inductum esse; odia privata cum Eratosthene nulla unquam exercuisse; neque cupiditate acquirendarum opum se captum sicam suam venalem cuiquam præstare aut præstitisse unquam ad hominem aliquem clam de medio tollendum, qui conductori esset inimicus, aut exosus. Idem.

Λυπεῖν] Ausculta, quæso. Tenuissimum quod vidi orationis filum mendum non tenue occupavit. Hodie enim me nunquam argumentis vinces his verbis ullam vel minimam subesse ἀντιστοιχίαν. Age trutines. οὕτω διεκείμην, ὥστε μήτε λυπεῖν, μήτε — quid? ὅ,τι ἂν θέλοι ποιεῖν λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι. Profecto hæc non placerent Plutarcho, qui in libro de Exsul. opponenda opposuit. Ita ille: Φυγὰς δὲ καὶ ἀδοξίας — ὥσπερ αὖ τοὐναντίον, στεφάνους καὶ ἀρχὰς — οὐ τὴν αὐτῶν φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν κρίσιν ἔχοντα τοῦ λυπεῖν καὶ εὐφραίνεσθαι. Non Euripidi.

Οὔποτε φήσω γάμον εὐφραίνειν πλέον ἢ
λυπεῖν. Alcest. 238.

Non Demostheni. Ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες δικασταί, νομίζων δεῖν καὶ πρότερον, καὶ ἐπειδὴ οὗτοι ἐλύπουν αὐτὸν δικαζόμενοι καὶ πράγματα παρέχοντες, ἐμὲ τοὐναντίον εὐφραίνειν ἅπαντα ποιοῦνθ', ὅσα ἐκείνῳ χαριεῖσθαι μέλλοιμι. Orat. Contra Bœot. de dot. matern. [p. 1011. ult. ed. R.] Verum ne parcus sim, esto ut ex his verbis hujusmodi possis expiscari sententiam: Neque *tristem*, neque *facilem* maritum me gessi. Esto: Sed id nunc non agitur. Non ad *maritum*, sed *patremfam.* universa dein oratio spectat. ἐφύλαττον — προσεῖχον τὸν νοῦν — ἐπίστευον — πάντα ἐκείνῃ παρέδωκα — οἰκονόμος — φειδωλὸς — ἀκριβῶς πάντα διοικοῦσα. Quippe cum rerum domesticarum cura jam inde ad uxorem pertinebat.

Καί μιν ἔτισ' ὡς οὔτις ἐπὶ χθονὶ τίεται ἄλλη,
Ὅσσαι νῦν γε γυναῖκες ὑπ' ἀνδράσιν οἶκον
ἔχουσι. — Hom. Odyss. H. 67.

Tu ergo, amice lector, ne dubites reponere: ὥστε μήτ' ἐλλιπεῖν, μήτε λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι ὅ,τι ἂν θέλοι ποιεῖν. Vel oculatum librarium hæc minima poterant in fraudem inducere. Cujusmodi etiam medela et Sophoclem quoque mactari velim, Electr. 365.

Ἐμοὶ γὰρ ἔστω τοὐμὲ μὴ λιπεῖν μόνον
Βόσκημα· τῆς σῆς δ' οὐκ ἐρῶ τιμῆς τυχεῖν.

Cedo enim, cui λυπεῖν in isto Tragici loco placere possit. Taylor. Vox λίαν otiosa est. Lego: μήτε ἐᾶν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι etc. *ita me gessi, ut neque* eam *contristarem, neque* contra *permitterem illi libertatem faciendi quodcunque vellet.* Quod erat Humani, et Prudentis simul mariti. Isocrates Panegyrico: τὰς δὲ μεγίστας τῶν πόλεων μηδὲ αὐτὰς ἑαυτῶν ἐᾶν εἶναι κυρίας, ἀλλ' ἀναγκάζειν δουλεύειν. Constructio ista, μήτε λυπεῖν, μήτε εἶναι, non videtur esse proba. Markland. Quod Taylor dat, id ne Græcum quidem est, et sententia caret; quod Markland, est id quidem bene Græcum, et scitum adeo, ut ipse sim, si codices auctores fiant, amplexurus. verumtamen non ideo prorsus est necessarium. Etiamsi ἐᾶν admittam, λίαν tamen utique tuebor. Verum locus hic, ut jacet in vulgatis, bene habet, eique hæc est sententia: Ita me gerebam erga uxorem, ut neque molestus ei essem severitate modum excedente, neque rursus ipsi admodum liceret, quæ vellet, agere. Justo et æquo neque difficilior eram, neque facilior. Reisk.

ἤδη καὶ πάντα τὰ ἐμαυτοῦ ἐκείνῃ παρέδωκα, ἡγούμενος
ταύτην οἰκειότητα μεγίστην εἶναι. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ
χρόνῳ, ὦ Ἀθηναῖοι, πασῶν ἦν βελτίστη· καὶ γὰρ οἰκονό-
μος δεινή, καὶ φειδωλὸς ἀγαθή, καὶ ἀκριβῶς πάντα διοι- 11
κοῦσα· ἐπειδὴ δέ μοι ἡ μήτηρ ἐτελεύτησε, πάντων τῶν κα-
κῶν ἀποθανοῦσα αἰτία μοι γεγένηται. ἐπ' ἐκφορὰν γὰρ
αὐτῇ ἀκολουθήσασα ἡ ἐμὴ γυνή, ὑπὸ τούτου τοῦ ἀνθρώ-
που ὀφθεῖσα, χρόνῳ διαφθείρεται. ἐπιτηρῶν γὰρ τὴν θε-
ράπαιναν τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν βαδίζουσαν καὶ λόγους προσ-
φέρων ἀπώλεσεν αὐτήν.
γ΄. Πρῶτον μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, — δεῖ γὰρ καὶ ταῦθ' 12
ὑμῖν διηγήσασθαι — οἰκίδιόν ἐστί μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχον
τὰ ἄνω τοῖς κάτω, κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ κατὰ τὴν 13

Ταύτην οἰκειότητα μεγίστην] Idem est ac si dixisset: τοῦτο τῆς μεγίστης οἰκειότητος εἶναι αἴτιον, vel τοῦτο πρὸς οἰκειότητα μέγιστον εἶναι, scil. τὸ πιστεύειν τῇ γυναικὶ, καὶ παραδιδόναι αὐτῇ ἅπαντα. Idem.

Φειδωλὸς ἀγαθὴ] Recte habeat, an secus, haud definiam. Defendi posse videtur e similitudine cum dictione οἰκονόμος δεινή. nam ut ibi οἰκονόμος, quod proprie adjectivum est, pro substantivo est usurpatum, ita potuit φειδωλὸς pari modo quoque esse. tametsi Græci potius φείδεσθαι ἀγαθὸς usurpare amant. Sin autem male habet, auctor ego sim, ut legatur: φειδωλῶς (adverbialiter) ἄγαν καὶ ἀκριβῶς διοικοῦσα. Idem.

Ἐπ' ἐκφορὰν αὐτῇ ἀκολουθήσασα] Deesse videtur Atticum γὰρ post ἐκφοράν. Solenne hoc et pæne perpetuum in Narrationum initiis: tametsi omittatur quoque Orat. XII. Οὑμὸς πατὴρ Κέφαλος etc. scribarum, puto, incuria. Mox, διαφθείρεται, ut γίγνεται paullo ante. neque opus est, ut in præterita mutentur, nisi ita statuant MSS. Markland. Add. γάρ. Cont. Auger.

Τούτου] Agit cum Eratosthene, jam peremto, tanquam cum præsente; reapse agit cum peremti necessariis, qui Euphiletum homicidii reum egerant. τούτου est, hoc, quem omnes novimus, cujus causa nunc agitur. Reisk. Np. Eratosthenis. Hic pronomen οὗτος, sicut millies alibi, et quemadmodum *iste* Latino sermone, de eo intelligi debet contra quem lis intenditur. Auger.

Ἀπώλεσεν] Ad malam rem convertit. Sic Latini *perditos* homines appellant depravatis et *profligatis* moribus. Salmas.

Αὐτὴν] Scil. uxorem rei. Auger.

Διηγήσασθαι] Malim προδιηγήσασθαι, *præfari, præenarrare.* Reisk.

Οἰκίδιόν ἐστί μοι διπλοῦν etc.] Hunc locum citat Demetrius περὶ Ἑρμηνείας, (Segm. 194. edit. Gale) in exemplum τοῦ ἰσχνοῦ χαρακτῆρος, *tenuis* seu *subtilis notæ*: in qua dominari putatur Lysias. Mox, pro οὐδέποτε ὑπώπτευσα, legi potest, οὐδέπω τι ὑπώπτευσα, *nihil adhuc suspicatus sum.* Markland.

Γυναικωνῖτιν] Ita Suid. et auctores plurimi. Hesych. Γυναικονίτης. οἶκος γυναικῶν. Dixisse affirmo γυναικωνίτης. Ita enim Pollux in Onomast. (Quem igitur Palmerii non pigebit, qui γυναικονῖτις reponit, mendum non delentis, sed propagantis?) Et tam γυναικωνίτης, quam γυναικωνῖτις, dari confirmant scripta veterum. Ego ultra adagialia non divagabor. Ὁ δὲ Μάρκος — ἐβούλετο ἀπολυθεὶς τοῦ πολέμου πρὸς Λυσιτανοὺς μεταβαλεῖν τὸν πόλεμον, καὶ, τὸ λεγόμενον, ἐκνεύσας τὴν ἀνδρωνῖτιν εἰς τὴν γυναικωνῖτιν κωμάσαι. Auctor apud Suid. in Κωμᾶσαι. Ita Antisthenes παραγενόμενος Ἀθήνηθεν εἰς Λακεδαίμονα ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος ἔφη εἰς τὴν ἀνδρωνῖτιν ἐπιέναι. Theo. Progymn. "Eum Molossum cum in Italiam transiret, dixisse accepimus se quidem ad Romanos ire quasi in ἀνδρωνίτην, Macedonem isse ad Persas quasi in γυναικωνίτην." Gell. XVII. 21. Γυναικηΐην Ionici Scriptores. Γυναικῶνα LXX. Vid. Esth. II. passim. Romani variant. "Neque sedet uxor, nisi in interiore parte ædium, quæ *Gynæconitis* appellatur." Præf. Æmilii Probi. Ita Vitruv. VI. 10. qui de hac re disertius. *Gynæceum*, Cic. Philipp. II. 95.

ἀνδρωνῖτιν. ἐπειδὴ δὲ τὸ παιδίον ἐγένετο ἡμῖν, ἡ μήτηρ αὐ-
τὸ ἐθήλαζεν· ἵνα δὲ μὴ, ὁπότε λούεσθαι δέοι, [1]κινδυνεύῃ
κατὰ τῆς κλίμακος καταβαίνουσα, ἐγὼ μὲν ἄνω διῃτώ-
μην, αἱ δὲ γυναῖκες κάτω. καὶ οὕτως ἤδη συνειθισμένον ἦν,
ὥςτε πολλάκις ἡ γυνὴ ἀπῄει κάτω καθευδήσουσα ὡς τὸ παι-
δίον, ἵνα τὸν τιτθὸν αὐτῷ διδῷ καὶ μὴ βοᾷ. καὶ ταῦτα
πολὺν χρόνον οὕτως ἐγίνετο, καὶ ἐγὼ οὐδέποτε ὑπώπτευσα,
14 ἀλλ' οὕτως ἠλιθίως διεκείμην, ὥςτε ᾤμην τὴν ἐμαυτοῦ
γυναῖκα πασῶν σωφρονεστάτην εἶναι τῶν ἐν τῇ πόλει.

δ΄. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὦ ἄνδρες, ἧκον μὲν ἀπροσ-
δοκήτως ἐξ ἀγροῦ, μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον τὸ παιδίον ἐβόα
καὶ ἐδυσκόλαινεν, ὑπὸ τῆς θεραπαίνης ἐπίτηδες λυπούμενον,
ἵνα ταῦτα ποιῇ. ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἔνδον ἦν· ὕστερον γὰρ
ἅπαντα ἐπυθόμην. καὶ ἐγὼ τὴν γυναῖκα ἀπιέναι ἐκέλευον
καὶ δοῦναι τῷ παιδὶ τὸν τιτθὸν, ἵνα παύσηται κλαίων. ἡ δὲ
τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἤθελεν, ὡς ἂν ἀσμένη με ἑωρακυῖα ἥκον-
τα διὰ χρόνου· ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ ὠργιζόμην καὶ ἐκέλευον
αὐτὴν ἀπιέναι, ἵνα σύ γε, ἔφη, πειρᾷς ἐνταῦθα τὴν
παιδίσκην· καὶ πρότερον δὲ μεθύων εἷλκες αὐ-
τήν. κἀγὼ μὲν ἐγέλων· ἐκείνη δὲ ἀναστᾶσα καὶ ἀπιοῦσα
προστίθησι τὴν θύραν, προσποιουμένη παίζειν, καὶ τὴν

[1] κινδυνεύοι T. R. A.

Plaut. Mostell. II. 3. 68. Ter. Phorm. V. 5. 22. Lector, credo, meus vix se moneri patitur, obtinuisse apud antiquos, ut mulieres in sola superiore ædium parte, σωφροσύνης ergo, ætatulam agerent. Hinc apud Homerum frequentius:

Ἐς δ' ὑπερῷ' ἀναβᾶσα — et huic loco disertius, Odyss. A. 328.

> Τοῦ δ' ὑπερωϊόθεν φρεσὶ σύνθετο θέσπιν ἀοιδὴν
> Κούρη Ἰκαρίοιο περίφρων Πηνελόπεια
> Κλίμακα δ' ὑψηλὴν κατεβήσατο οἷο δόμοιο.

Quin et Hebræis suæ erant γυναικωνίτιδες. Ita Isaacus dicitur novam nuptam duxisse האהלה שרה אמו Gen. xxiv. 67. Quod superest, hunc locum Lysiæ, ad totam, credo, narrationem digitum intendens, laudat Demetr. Phaler. ἰσχνοῦ χαρακτῆρος exemplum, cujus Ideæ, ut technice loquar, neque antiquius, neque illustrius monumentum ullibi exstare contendo. Taylor. Videtur sic leg. ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω. ἄνω τὴν γυναικωνῖτιν, καὶ κάτω τὴν ἀνδρωνῖτιν. *in superiori contignatione secretum mulierum, in inferiori autem* (vel in humili et plano) *marium diversorium*. Reisk. Sensus potest elici ex textu ut se habet; sed velim legi juxta Reiskium. Cæterum ad τὰ ἄνω subaudi κατά. Auger.

Συνειθισμένον ἦν] Subaudi, aut, si mavis, adde τοῦτο ἡμῖν. Reisk.

Οὐδέποτε ὑπώπτευσα] Volebat, quod modo vidimus, Markland legi οὐδέπω τι ὑπώπτ. verum bene habet locus. *toto illo tempore nunquam, ne semel quidem*. Mutandum si quid sit, quod nil est, malim οὐδέπω τότε ὑπ. *nondum tum temporis*. Idem.

Εἷλκες] Εἷλκεν habuit Ald. quod magnum Scaligerum in fraudem induxit. Μεθύοντα εἷλκεν αὐτὴ, inquit ille. Taylor.

Προστίθησι τ. θ.] Simile est apud Petronium. "Adduxit repente ostium, meque nihil tale exspectantem inclusit, exemitque raptim clavem." Salmas.

κλεῖν ἐφέλκεται. κἀγὼ τούτων οὐδὲν ἐνθυμούμενος οὐδ'
ὑπονοῶν ἐκάθευδον ἄσμενος, ἥκων ἐξ ἀγροῦ. ἐπειδὴ δὲ ἦν
93. 1 πρὸς ἡμέραν, ἧκεν ἐκείνη καὶ τὴν θύραν ἀνέῳξεν. ἐρομένου 15
δέ μου τί αἱ θύραι νύκτωρ ψοφοῖεν, ἔφασκε τὸν λύχνον ἀπο-
σβεσθῆναι τὸν παρὰ τῷ παιδίῳ, εἶτα ἐκ τῶν γειτόνων [1]ἐνά-
ψασθαι. ἐσιώπων ἐγὼ καὶ ταῦτα οὕτως ἔχειν ἡγούμην.
ἔδοξε δέ μοι, ὦ ἄνδρες, τὸ πρόσωπον ἐψιμμυθιῶσθαι, τοῦ
ἀδελφοῦ τεθνεῶτος οὔπω τριάκονθ' ἡμέρας· ὅμως δ' οὐδ' 16
οὕτως οὐδὲν εἰπὼν περὶ τοῦ πράγματος, ἐξελθὼν ᾠχό-
μην ἔξω σιωπῇ.

ε΄. Μετὰ δὲ ταῦτα, ὦ ἄνδρες, χρόνου μεταξὺ διαγενο-
μένου καὶ ἐμοῦ πολὺ ἀπολελειμμένου τῶν ἐμαυτοῦ κακῶν,
προσέρχεταί μοί τις πρεσβῦτις ἄνθρωπος, ὑπὸ γυναικὸς
[2]ὑποπεμφθεῖσα ἣν ἐκεῖνος ἐμοίχευεν, ὡς ἐγὼ ὕστερον ἤκουον·
αὐτὴ δὲ ὀργιζομένη καὶ ἀδικεῖσθαι νομίζουσα, ὅτι οὐκ ἔτι
ὁμοίως ἐφοίτα παρ' αὐτὴν, ἐφύλαττεν ἕως ἐξεῦρεν ὅ τι εἴη
τὸ αἴτιον. προσελθοῦσα οὖν μοι ἐγγὺς ἡ ἄνθρωπος τῆς οἰ-

[1] ἀνάψασθαι T. R. A. [2] ἐπιπεμφθεῖσα T. R. A.

Ἐφέλκεται] *Ad se trahit*, hoc est, a pessulo revulsum secum auffert. Reisk.

Ἀνάψασθαι] Se curasse accendi, vel imperasse ancillæ, ut apud vicinorum quempiam lychnum rursus accenderet. Idem.

Ἐψιμμυθιῶσθαι] Vides, mi lector, non heri neque pridie *Cerussam* suum habere usum et existimationem. "*Psimmythium* quoque, hoc est, *Cerussam*, plumbariæ dant officinæ. Laudatissimum in Rhodo. Fit autem ramentis plumbi tenuissimis — Vis ejus eadem, quæ supradictis, levissima tantum ex omnibus præterque ad candorem feminarum." Plin. XXXIV. 54. Variant scripturæ ad extremum. Præter quæ *ad candorem feminarum* adhibetur. Editt. 1472. et 1487. Habe etiam quod Cod. MS. Bibl. Reg. Cantab. Propter quæ *ad candorem feminarum adhibetur*. Legitur hic loci apud Coisl. ἐψιμυθιῶσθαι cum simplici μ. quod ferri potest ex mente σχ. Aristoph. Καὶ ψιμύθιον δι' ἑνὸς μ, καὶ ψιμμύθιον διὰ δυοῖν μμ λέγεται. Eccles. 1064. Non desunt utriusque scriptionis exempla.

> Εἰ δ' ἐκπλυνεῖται τοῦτο τὸ ψιμύθιον.
> Aristoph. Plut. 1065.

Idem Eccl. 924.

> Ἤγχουσα μᾶλλον καὶ τὸ σὸν ψιμμύθιον.

ψιμμυθίῳ ἀλείψειε. Plat. Lyside, et Alexis apud Athen. I. 13.

> Τὰς ὀφρῦς πυῤῥὰς ἔχει τις, ζωγραφοῦσιν ἀσβόλῳ.
> Συμβέβηκ' εἶναι μέλαιναν, κατέπλασε ψιμμυθίῳ.
> Λευκόχρως λίαν τίς ἐστι; παιδέρωτ' ἐντρίβεται.

Utroque modo pariter diversis in locis Etym. M. et auctores, quos laudat. Ἐψιμμυθιῶσθαι. Προστετρῖφθαι τρίμματι λευκὸν τὸν χρῶτα ποιοῦντι, ὥσπερ τὸ φύκος ξανθόν. ἐχρῶντο δὲ τῷ φύκει εἰς τὰ μῆλα, ἵνα ξανθίζῃ, τῷ δὲ ψιμυθίῳ εἰς ὅλον τὸ πρόσωπον, ἵνα λευκὸν ᾖ. Tum autem: Κοσμεῖσθαι τε τῇ ἐμῇ στολῇ καὶ ψιμμυθιοῦσθαι καὶ ἐγχουσίζεσθαι τὸ πρόσωπον. Et: Ἰδών ποτε αὐτὴν ἐντετριμμένην πολλῷ μὲν ψιμμυθίῳ, ὅπως λευκοτέρα ἔτι δοκῇ εἶναι ἢ ἦν, πολλῇ δὲ ἐγχούσῃ, ὅπως ἐρυθροτέρα φαίνοιτο τῆς ἀληθείας. Plura adjicere mihi sit Religio, ne puellarum *scrinia compilasse* videar. Admonerem tamen ψιμμύθιον esse quasi Ἀττικώτερον. Ita fere Mœris: Ψιμμύθιον διὰ τοῦ υ Ἀττικῶς. Supplevit Hudson: ψιμμίθιον Ἑλληνικῶς. Id quod reperitur apud Dioscor. V. 103. et Plutarch. in Alcib. fin. Ὑπογράφουσαν καὶ ψιμμιθιοῦσαν. Taylor.

Αὐτὴ] Legendum αὕτη. ab οὗτος quippe, non ab αὐτός. Idem.

17 κίας τῆς ἐμῆς ἐπιτηροῦσα, Εὐφίλητε, ἔφη, μηδεμιᾷ
πολυπραγμοσύνῃ προσεληλυθέναι με νόμιζε πρός
[1]σε· ὁ γὰρ ἀνὴρ ὁ ὑβρίζων εἰς σὲ καὶ [2]τὴν σὴν
18 γυναῖκα ἐχθρὸς ὢν ἡμῖν τυγχάνει. ἐὰν οὖν λά-
βῃς τὴν θεράπαιναν τὴν [3]εἰς [τὴν] ἀγορὰν βαδί-
19 ζουσαν καὶ διακονοῦσαν ὑμῖν, καὶ βασανίσῃς,
ἅπαντα πεύσῃ. ἔστι δ', ἔφη, Ἐρατοσθένης Οἴηθεν

[1] σοῦ T. A. [2] τὴν γυναῖκα T. τὴν γυναῖκα τὴν σὴν R.
[3] εἰς ἀγορὰν T. A. εἰς * τὴν ἀγορὰν R.

Ἐμῆς] Aut deest post hoc pronomen ἐξιόντα, *præstolans me exeuntem*, h. e. speculans, quandonam essem exiturus domo mea; aut ἐγγὺς est post ἡ ἄνθρωπος collocandum. ut sic legatur: προσελθοῦσα οὖν μοι ἡ ἄνθρωπος, ἐγγὺς τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς ἐπιτηροῦσα. *anus itque illa, quæ me esset prope domum meam speculata* vel *præstolata, cum ad me accessisset*. Reisk. Construe ἐγγὺς cum τῆς οἰκίας. Auger.

Εὐφίλητε] Ὦ φίλτατε. Cont.

Πρὸς σοῦ] Subaudi οἰκίαν. Auger. Ad mentem Codd. et VV. DD. H. Stephani, Scaligeri, Contii, Taylori, et Reiskii, πρός σε dedi.

Τὴν γυναῖκα] Forte, τὴν σὴν γυναῖκα: ut paulo post, οὐ μόνον τὴν σὴν γυναῖκα διέφθαρκεν. Lucianus Solœcist. p. 760. Καὶ γὰρ ὅστις γυναῖκα ὑβρίζει τὴν σὴν, εἰς σὲ ὑβρίζει. Agit ibi Lucianus de differentia phrasium ὑβρίζειν σε et ὑβρίζειν εἰς σέ: ut prius sit, quando *corpus tuum* ab aliquo male tractatur; posterius, quando aliquis *tuorum*, ut Uxor tua, Amicus tuus, etc. Hic vero Lysiæ locus, si sanus sit, ostendit canonem illum Luciani non semper observatum esse. et supra dixerat Noster de Eratosthene, καὶ ἐμὲ αὐτὸν ὕβρισεν: non recte, si Luciani regulæ standum sit. Dixisse enim debuit εἰς ἐμὲ αὐτόν. Fieri quidem potest, ut participium διαφθείρων desit post τὴν σὴν γυναῖκα: ὁ ὑβρίζων εἰς σὲ, καὶ τὴν σὴν γυναῖκα διαφθείρων. quam distinctionem alibi in hac Oratione servat: ἐκείνην τε διέφθειρε, καὶ ἐμὲ αὐτὸν ὕβρισεν. Luciani vero normam refutat Demosthenes passim: ut in Midiana, ἐμοῦ μὲν ὕβρισεν εἰς τὸ σῶμα, de Midia loquens, qui *ipsum* Demosthenem κονδύλῳ et verberibus exceperat. Et ita alibi in ista Oratione. Markland.

Τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν] Ita superius, τὴν θεράπαιναν τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν βαδίζουσαν. Obsonandi enim partes ancillulis aliquando cessisse pluribus ostendunt Casaub. ad Athen. l. 4. c. 21. et Duker. in nupera et præclara admodum edit. Thucyd. II. 78. Qui hoc munere fungebatur, ἀγοραστὴς olim audivit. Ἐκάλουν δὲ καὶ ἀγοραστὴν τὸν τὰ ὄψα ὠνούμενον, νῦν δὲ ὀψωνάτορα, ὡς Ξενοφῶν ἐν β῾ ἀπομνημονευμάτων, οὑτωσὶ λέγων, Διάκονον δ' ἂν καὶ ἀγοραστὴν τὸν τοιοῦτον θέλοιμεν προῖκα λαβεῖν. παρὰ δὲ Μενάνδρῳ ἐστὶ κοινότερον ἐν Φανίᾳ, Φειδωλὸς ἦν τε καὶ ἀγοραστὴς μέτριος. Ὀψώνην δ' εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς. Athen. l. 4. p. m. 86. Recte summus ille Criticus. Quod Græcis ἀγοραστὴς, suæ ætati erat ὀψωνάτωρ.

Dis.
Manibvs.
Tavrionis.
Opsonatoris.
Popaeae. Avg.

Spon. Miscell. Erudit. Antiq.

Vindicari obiter Hesychium jubeo. Ἀγοράσματα ὤνια. †Ἀγοράσαι λέγει. Immo Ἀγοράσαι λέγε vel λέγουσι. H. e. Veteres obsonantem ἀγοράσαι, non ἀγορᾶν, dixerunt, ut monet Suid. Ἀγοράσαι τὸ ὠνήσασθαι. Ἀγοράσαι λέγουσι, τὸ δ' Ἀγορᾶν βάρβαρον. Et præterea tali utitur interpretamenti forma aliquoties præstantissimus ille Glossographus. Οἷόν τε. δυνατὸν λέγουσι. Taylor.

Ἅπαντα πεύσῃ] *Audies omnia*, quæ scil. tua scire interest. totam rem cognosces. Reisk.

Οἴκοθεν] Felicissime videmur Manutii lectionem restituisse veterumque Codd.; pro qua Stephanus, mente, credo, captus, insulsissimum istud οἴκοθεν infercivit. Οἴη δῆμος erat Atticæ, cujus populares denominabantur Οἴηθεν, uti notum est ex Lexicographis. Ita Polemo apud Laert. erat Οἴηθεν. Ita Ἀριστοκλῆς Οἴηθεν apud Demosth. c. Apatur. Male hodie Οἰῆθεν præter tonum. Erat autem extra hunc pagum et Ὄα, unde Ὄαθεν, Ὄη, unde Ὄηθεν dicebantur. Verum hæc omnia Meursio non satis placebant, qui Stephani οἴκοθεν in Οἴοθεν vertendum suadet. Sed hoc ut præter rem et scriptionem, ita et infeliciter quoque. Istius enim pagi δημόται (fuit enim et Οἶον, idque duplex) non Οἴοθεν, sed ἐξ Οἴου proferebantur. Vid. Harpocr. in Οἶον. Steph. Byzant. in Οἶον, Ἀβρότονον et Μετάχοιον. Atque ita scriptores constanter. Unde supplendum fortasse marmor G. Wheeleri.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΑΦΡΟ
ΔΙΣΙΟΥ. ΕΞ. Ο . . . . ΠΑΙΩΝ ΔΙΟΜΗ
ΔΟΥΣ. ΠΑΛΛΗ sc. ΝΕΥΣ.

Quidni ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΥ (nam illud alterum nunquam, quod sciam, legitur) ΕΞ ΟΙΟΥ? Testantur enim alia.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ.
ΗΡΟΔΟΥ.
ΕΞ ΟΙΟΥ.
Spon. Itin. t. 2. p. 448.

ΛΕΟΝΤΙΚΟΣ, (vel ΛΕΟΝΤΙΧΟΣ potius)
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. ΣΟΥΝΙΕΥΣ.
ΒΑΣΣΟΣ. ΓΑ — ΤΙΟΣ

(ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΣ procul dubio, ut Epicurus apud Laert.)

ΑΗΝΑΙΟΣ. ΕΞ. ΟΙΟΥ. Id. ib. p. 463.

Occurrit apud Herodot. Terpsich. mentio χωρίου in Ægina insula, cui nomen erat Οἴη. Taylor. Restitue pristinam et veram lectionem Οἴηθεν, *ex Œa*, Œensis; quam ejecit Stephanus, quod mirum, substituta illa οἴκοθεν, quæ nihil dicit. Quivis enim est οἴκοθεν: describendus vero hoc loco erat Reus *signanter*, ex δήμῳ seu *pago*, ex quo esset. *Œa* autem pagus in Tribu Pandionide. Harpocration, V. Οἴηθεν· δῆμος τῆς Πανδιονίδος ἡ Οἴη. Ad quæ vide doctiss. Valesium, qui plura exempla vocis Οἴηθεν suppeditabit, quibus adde hoc Diog. Laertii in Polemone: Πολέμων Φιλοστράτου μὲν υἱὸς ἦν, Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Οἴηθεν. Stephani meritis facile hoc condonabunt æqui Literarum Judices. Markland.

ὁ ταῦτα πράττων, ὃς οὐ μόνον τὴν σὴν γυ- 20
ναῖκα διέφθαρκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλας πολλάς·
ταύτην γὰρ τὴν τέχνην ἔχει. ταῦτα εἰποῦσα,
ὦ ἄνδρες, ἐκείνη μὲν ἀπηλλάγη, ἐγὼ δὲ εὐθέως ἐταραττό-
μην, καὶ πάντα μου εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει, καὶ μεστὸς ἦν
ὑποψίας, ἐνθυμούμενος μὲν ὡς ἀπεκλείσθην ἐν τῷ δωματίῳ,
ἀναμιμνησκόμενος δὲ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐψόφει ἡ μέταυ-

Ταῦτα] De quibus nempe ego te nunc admoneo, indicium rei velut eminus ostendens; et quæ tu cognosces plenius, ubi volueris investigare. Reisk.

Τέχνην] Hanc artem exercet, hinc quæstum et victum habet. alitur ab imparis mulierculis, quæ quos nummos maritis suffurantur, eos mœchis ingerunt. Idem.

Μέταυλος] Locus tentatus. ὁ μέταυλος θύρα καὶ ἡ αὔλειος. Ald. ὁ μέταυλος καὶ ἡ αὔλειος θύρα. Vales. ad Harpocr. sed inscite. Janua intelligitur, non, ut ille velit, atrium. Neque felicius Scaliger ἡ μέσαυλος. Quid? Cum Harpocr. μέταυλος ex hac oratione diserte laudet? Profecto Atticismum jugulas. μέταυλος ἡ μέση τῆς ἀνδρωνίτιδος καὶ γυναικωνίτιδός θύρα. Ἀττικῶς. μέσαυλος Ἑλληνικῶς. Mœr. Quid expressius? Adi tamen, si lubet, Æl. Dionys. ex Eustath. ad Iliad. Λ. Ita quoque exponit Hesych. Μέταυλον, quasi rarioris usuræ per μέσαυλον, ut alibi Μέτην per μέσην. Μέταυλος ergo apud Atticos erat janua trium media, quarum prima αὔλειος ἡ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρώτη θύρα τῆς οἰκίας, ut loquitur Suidas, Anticum sc. vestibulum, seu atrium claudens: Extrema παράθυρος, Posticum nempe.

"Atria servantem postico falle clientem."
Hor. 1. Ep. v. 31.

N. alibi: Ταῦτα διανοηθεὶς ἔφευγον, ἐκείνων ἐπὶ τῇ αὐλείῳ θύρᾳ τὴν φυλακὴν ποιουμένων· Τριῶν δὲ θυρῶν οὐσῶν, ἃς ἔδει με διελθεῖν, ἅπασαι ἀνεῳγμέναι ἔτυχον. Plut. Sympos. Δέδια, μὴ δοκῶμεν τῇ αὐλείῳ τὸν τῦφον ἀποκλείοντες εἰσάγειν τῇ παραθύρῳ. "Duarum in atrio januarum (nam παράθυρον negligit) quæ plateam spectabat αὔλειος, quæ εἰς ἀνδρωνῖτιν ferebat Μέσαυλος, θύρα dicta." Du Cang. Atque ita porro Philo de Legg. Special. Θηλείαις δὲ οἰκουρία καὶ ἔνδον μονὴ, παρθένοις μὲν εἴσω κλισιάδων τὴν Μεσαύλιον ὅρον πεποιημέναις· τελείαις δὲ ἤδη γυναιξὶ τὴν αὔλιον. Aristoph. in Pace 981.

Καὶ γὰρ ἐκεῖναι παρακλίνασαι
Τῆς αὐλείας παρακύπτουσι·
Κἂν τις προσέχῃ τὸν νοῦν αὐταῖς,
Ἀναχωροῦσι —

Plutarch. de Curiosit. Ὧν δὲ ἕνεκα κλεὶς καὶ μοχλὸς καὶ αὔλειος, ταῦτα ἀνακαλύπτων καὶ φέρων εἰς τὸ μέσον ἑτέροις. Vid. Vales. ad Evagr. IV. 3. et ad Harpocr. in Μέταυλος. Taylor. μέσαυλος. Cont.

21 λος θύρα καὶ ἡ αὔλειος, — ὃ οὐδέποτε ἐγένετο —, ἔδοξέ τέ
22 μοι ἡ γυνὴ ἐψιμμυθιῶσθαι. ταῦτά μου πάντα εἰς τὴν
γνώμην εἰσῄει, καὶ μεστὸς ἦν ὑποψίας. ἐλθὼν δὲ οἴκαδε
ἐκέλευον ἀκολουθεῖν μοι τὴν θεράπαιναν εἰς τὴν ἀγοράν·
ἀγαγὼν δ' αὐτὴν ὡς τῶν ἐπιτηδείων τινὰ ἔλεγον ὅτι ἐγὼ
πάντα εἴην πεπυσμένος τὰ γινόμενα ἐν τῇ οἰκίᾳ· σοὶ οὖν,
ἔφην, ἔξεστι δυοῖν ὁπότερον βούλει ἑλέσθαι, ἢ μα-
στιγωθεῖσαν εἰς μύλωνα ἐμπεσεῖν καὶ μηδέποτε
παύσασθαι κακοῖς τοιούτοις συνεχομένην, ἢ
κατειποῦσαν ἅπαντα τἀληθῆ μηδὲν παθεῖν
κακὸν ἀλλὰ συγγνώμης παρ' ἐμοῦ τυχεῖν τῶν
ἡμαρτημένων. ψεύσῃ δὲ μηδὲν, ἀλλὰ πάντα τἀ-
ληθῆ λέγε. κἀκείνη τὸ μὲν πρῶτον ἔξαρνος ἦν, καὶ ποιεῖν
ἐκέλευεν ὅ τι βούλομαι· οὐδὲν γὰρ εἰδέναι· ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ
ἐμνήσθην Ἐρατοσθένους πρὸς αὐτὴν, καὶ εἶπον ὅτι οὗτος ὁ
23 φοιτῶν εἴη πρὸς τὴν γυναῖκα, ἐξεπλάγη ἡγησαμένη με
πάντα ἀκριβῶς ἐγνωκέναι. καὶ τότε ἤδη πρὸς τὰ γόνατά
μου πεσοῦσα, καὶ πίστιν παρ' ἐμοῦ λαβοῦσα μηδὲν πεί-
σεσθαι κακὸν, κατηγόρει πρῶτον μὲν ὡς μετὰ τὴν ἐκφορὰν
[1] αὐτῇ προσίοι, ἔπειτα ὡς αὐτὴ τελευτῶσα εἰσαγγείλειε καὶ
24 ὡς ἐκείνη τῷ χρόνῳ [2] πεισθείη, καὶ τὰς εἰσόδους οἷς τρόποις

[1] αὐτῇ A. [2] προθείη T.

Harpocratio videtur accepisse *μέταυλος θύρα* de janua, quam dicimus Gallice *porte de la cour.* AUGER.

Οὐδέποτε] Subaudi πρότερον aut πρὸ τοῦ. REISK.

Μου] Ego μοι mallem. verum multum non interest. IDEM.

Ταῦτα μοῦ πάντα —] Repetit hæc orator quæ mox dicta sunt quasi resumendo se. Gallice diceremus, *tout cela, dis-je, me revenoit à la fois dans l'esprit,* &c. AUGER.

Τοιούτοις] Qualia nempe mala sunt servulorum pistrino conclusorum. REISK.

Βούλομαι] Melius utique conveniret βουλοίμην et βούλωμαι. Nolim tamen ideo vulgatam damnare, qui videam, Græcos in modis non admodum diligentes fuisse, sive librariorum culpa id factum est, sive ipsorum auctorum judicio, quos par est existimare linguæ suæ indolem melius calluisse, auresque habuisse tersiores, quam nos. IDEM.

Τότ' ἤδη] Rectius τότε δή. *In edit. min.* TAYLOR. Mallem τότε δή. MARKLAND. Præter rem. Vulgata proba est. nota hæc gravisque formula significat *tum demum, ita demum.* REISK.

Πεσοῦσα] Alius προσπεσοῦσα dixisset. verum teneto Lysias antiquitatis, cujus tenax est, morem, simplicia compositis præferentis. IDEM.

Αὐτῇ προσίοι] Αὐτῇ προσίοι. et mox αὐτῇ. SCALIG. Ad se (ancillam puta) accesserit, Eratosthenes nempe. REISK. Αὐτῇ, *sibimetipsi ancillæ.* Deinde αὐτῇ, uxori Eratosthenis, heræ suæ. AUGER.

Εἰσαγγείλειε] Scil. Eratosthenem ad heram. αὐτὴ rursus ad ancillam redit. REISK.

Προσθείη] Vitium merum est istud προσθείη, nec quam rem hic agat prorsus video. De antiqua scriptura nullus hæreo, προθείη. Hesych. Προθέντα. Προβαλλόμενον. Ἐπαγγειλάμενον. Indigna sane corruptela nec sublatu difficilis, sed quæ præter Lysiam nostrum ceteros quoque invasit. Ecce tibi Diodorum τὸν ἐκ Σικελίας. Ita ille in aditu. Καθόλου δὲ φαίνεται πᾶν τὸ προστεθὲν τοιοῦτον, ὁποῖον ἂν ἡ τοῦ λέγοντος δύναμις παραστήσῃ. Steph. ad loc. πραχθέν. Vera lectio est προτεθὲν vel cæco judice. Τὸ προβαλλόμενον Hesychii. Ita et apud Demosth. quoque de ement. legat. Εἰς δὲ τὰ τῆς πόλεως πράγματα, ἐν οἷς ἦν τότε, τὴν φιλανθρωπίαν αὐτὸν ἠξίουν ταύτην προσθέντα ἄξιόν τι καὶ αὐτοῦ καὶ τῶν Θηβαίων πρᾶξαι. Cod. Lutet. sincere προθέντα. Atque hæc hactenus. Jam vero quid si ex sanato loco saniorem etiam reddam? Σεμνύνεσθαι non est meum. Sed vide, quid profecerim! Modo dixerat τελευτῶσα, post diutinas sc. moras, et plusculum temporis interjectum. Nunc vero addit τῷ χρόνῳ. Anne hoc Lysiæ ἀκρίβειαν et castitatem sapit? Non quidem, si quid ego sapiam. Corrige ergo: καὶ ὡς ἐκείνη (uxor sc.) τοὺς χρόνους προθείη καὶ τὰς εἰσόδους οἷς τρόποις προσίοι. Sero didici non aliud placuisse Philelpho doctissimo interpreti. "Utque illa et tempus et aditus accedendique modum constituerit." TAYLOR. Auctoritate sua dederat Taylor προθείη, pro lectione vulgatorum librorum προσθείη. unde ego marte meo πεισθείη effeci. tempore tandem, post longas internuntiationes, moras, et recusationes uxorem meam precibus Eratosthenis concessisse. REISK.

Καὶ τὰς εἰσόδους οἷς τρόποις προσίοι] Haud dubito fore haud paucos, qui lectionem hanc tueantur, quasi idem valeret, atque si Lysias sic dixisset: καὶ κατηγόρει ἡ θεράπαινα τὰς τοῦ Ἐρατοσθένους εἰς τὴν ἐμὴν οἰκίαν εἰσόδους, τουτέστιν, οἷς τρόποις προσίοι πρὸς τὴν ἐμὴν γυναῖκα. Ego vero nullus dubito locum hunc leviter esse corruptum, et posse gemino modo sanari, sive ut pro προσίοι legatur ποιοίη. *quibus modis faceret ingressus in domum meam.* Sive, quod malim, ut καὶ post εἰσόδους addatur. denuntiabat ancilla — etiam hæc duo. (1) Eratosthenem itare, ventitare ad domum meam, sæpius in eam me clam ingredi. (2) modos, quibus illa ad heram accederet. REISK. τὰς εἰσόδους regitur a κατηγόρει, quod præcessit. AUGER.

προσίοι, καὶ ὡς Θεσμοφορίοις ἐμοῦ ἐν ἀγρῷ ὄντος ᾤχετο εἰς
τὸ ἱερὸν μετὰ τῆς μητρὸς τῆς ἐκείνου· καὶ τἄλλα τὰ
γενόμενα πάντα ἀκριβῶς διηγήσατο. ἐπειδὴ δὲ πάντα
εἴρητο αὐτῇ, εἶπον ἐγὼ, ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς
ἀνθρώπων [1] πεύσεται· εἰ δὲ μὴ, οὐδέν σοι κύριον 25
ἔσται τῶν πρὸς ἔμ' ὡμολογημένων. ἀξιῶ δέ σε ἐπ'
αὐτοφώρῳ ταῦτά μοι ἐπιδεῖξαι· ἐγὼ γὰρ οὐδὲν δέ-
ομαι λόγων, ἀλλὰ τὸ ἔργον φανερὸν γενέσθαι, εἴ-
περ οὕτως ἔχει. ὡμολόγει ταῦτα ποιήσειν. καὶ μετὰ
ταῦτα διεγένοντο ἡμέραι τέσσαρες ἢ πέντε, ὡς ἐγὼ

[1] πεύσηται T. A.

Θεσμοφορίοις] Θεσμοφόρια erant festa Athenis in honorem Cereris celebrata magno cum apparatu. Deinde τὸ ἱερὸν sine additamento intelligebant Attici, templum Minervæ. AUGER.

Πεύσεται] Sic dedi e Vindobonensi. Toup etiam sic dudum emendarat ad Suidæ t. I. p. 31. REISK.

Τῶν πρὸς ἔμ' ὡμολογ.] M. τῶν πρός σε ἐμοὶ ὡμολογημένων. H. STEPHAN. Duriter sane, ne quid amplius dicam. Quid si τῶν προσωμολογημένων? in Æsch. c. Ctesiph. Παλαιὰ καὶ λίαν προσωμολογημένα. Natum est vitium ex initio vocis subsequentis. TAYLOR. Bene habet vulgata, nisi quod σοι subaudiendum est. Perinde, et in eandem sententiam dicitur τὰ πρὸς ἐμέ σοι ὁμολογηθέντα, atque τὰ ἐμοὶ πρὸς σὲ ὁμολογηθέντα. *pacta conventa inter nos ambos.* nisi quod hæc intercedat differentia, prius illud significat, quæ tute tibi a me depectus es, posterius, quæ ego mihi abs te depectus sum. REISK. Cum Reiskio facit Augerus.

Ἀλλὰ τὸ ἔργον] Id est, ἀλλὰ δέομαι τοῦ τὸ ἔργον φ. γ. *sed hæc postulo, ut res ipsa dispalescat.* REISK.

Ἢ πέντε] Post v. πέντε deesse videtur hæc sententia: καὶ ἐπ' αὐτοφώρῳ τὸν μοιχὸν ἔνδον ἔλαβον. In his enim duobus causæ cardo versabatur, (1) τὸν μοιχὸν λαβεῖν ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ γυναικί. (2) ἐπ' αὐτοφώρῳ, ut non alius, sed ipse maritus, mœchum in stupro uxoris deprehenderet. hæc duo necesse erat argumentis certis et invictis demonstrari. IDEM.

μεγάλοις ὑμῖν τεκμηρίοις ἐπιδείξω. πρῶτον δὲ διηγήσασθαι
26 βούλομαι τὰ πραχθέντα τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ.

ς'. Σώστρατος ἦν μοι ἐπιτήδειος καὶ φίλος· τούτῳ ἡλίου δεδυκότος ἰόντι ἐξ ἀγροῦ ἀπήντησα. εἰδὼς δ' ἐγὼ ὅτι τηνικαῦτα ἀφιγμένος [1]οὐδένα [ἂν] καταλήψοιτο οἴκοι τῶν
27 ἐπιτηδείων, ἐκέλευον συνδειπνεῖν· καὶ ἐλθόντες οἴκαδε ὡς ἐμὲ, ἀναβάντες εἰς τὸ ὑπερῷον ἐδειπνοῦμεν. ἐπειδὴ δὲ καλῶς αὐτῷ εἶχεν, ἐκεῖνος μὲν ἀπιὼν ᾤχετο, ἐγὼ δὲ ἐκάθευ- 94. 1
δον. ὁ δ' Ἐρατοσθένης, ὦ ἄνδρες, εἰσέρχεται· καὶ ἡ θεράπαινα ἐπεγείρασά με εὐθὺς φράζει ὅτι ἔνδον ἐστί. κἀγὼ εἰπὼν ἐκείνῃ ἐπιμελεῖσθαι τῆς θύρας, καταβὰς σιωπῇ ἐξέρχομαι, καὶ ἀφικνοῦμαι [2]ὡς τὸν καὶ τὸν, καὶ τοὺς [3]μὲν ἔνδον κατέλαβον, τοὺς δὲ οὐκ ἐπιδημοῦντας εὗρον. παραλαβὼν δ' ὡς οἷόν τε ἦν πλείστους ἐκ τῶν παρόντων ἐβάδιζον.
28 καὶ δᾷδας λαβόντες ἐκ τοῦ [4]ἐγγύτατα καπηλείου εἰσερ-

[1] οὐδὲν ἂν T. R. A. [2] εἰς T. A.
[3] μὲν οὐκ ἔνδον ὄντας κατέλ. A. [4] ἐγγυτάτου T. R. A.

Μεγάλοις ὑμῖν τεκμηρίοις] Profecto μεγάλα illa τεκμήρια diutius frustra quæsivi. Mi homo, quare pollicitus non fidem tuam liberasti? Mancam olim esse hanc orationem jam aliunde suspicabar. Nunc suspicandi finem feci. TAYLOR.

Σώσαστρος] Recte Coisl. Σώστρατος, uti inferius quoque legitur. Nomen vulgariter usurpatum, et, ut id quoque adjiciam, ex genio linguæ Græcæ. Περὶ μὲν οὖν Σωστράτου ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ γέγραπταί μοι, καὶ δεδήλωται μέγεθός τε αὐτοῦ καὶ ἰσχύος ὑπερβολὴ καὶ ἔργα οὐκ ἀπῳδὰ τοῦ ὀνόματος. Lucian. in vit. Demonactis. TAYLOR. Σώστρατος. CONT.

Ἰόντι] Raro sensu, pro ἐπανιόντι, vel ἐπανήκοντι, revertenti, redeunti. REISK.

Ἀφιγμένος] Scil. ἐκ τοῦ ἀγροῦ εἰς τὸ ἄστυ πρὸς τοὺς οἰκείους. Sæpe ἀφικνεῖσθαι usurpatur pro ἐπανέρχεσθαι vel κατιέναι. IDEM.

Οὐδὲν ἂν καταλήψαιτο etc.] Lego, οὐδένα ἂν, vel οὐδέν' ἂν etc. neminem suorum domi inveniret. Sic infra: Καὶ τοὺς μὲν ἔνδον κατέλαβον. Et rursus: οὐκ εἰδὼς ὄντινα οἴκοι καταλείψομαι (l. καταλήψομαι) καὶ ὄντινα ἔξω. Demosthenes in Everg. καταλαβὼν δὲ αὐτὸν οὐκ ἔνδον ὄντα. MARKLAND. Immo οὐδέν' ἂν (quæ est ipsissima scriptura) καταλήψοιτο τῶν οἴκοι ἐπιτηδείων. neminem suorum domi invenerit. In edit min. TAYLOR.

Τῶν ἐπιτηδείων] Hic loci neutrius generis est. id temporis, tam sero diei domum si redeat, alimentorum, unde reficiatur, nil repertorum esse, cœna a necessariis jam dudum confecta, non existimantibus futurum, ut Sostratus tam sero rure domum rediret. REISK. Rerum necessariarum. AUGER.

Συνδειπνεῖν] Scil. ἐμοὶ, aut ἡμῖν. mecum et cum uxore mea cœnam participare. REISK.

Εἰς τὸν καὶ τὸν] Ὡς τὸν καὶ τόν. CONT.

Ἔνδον] Imo vero οὐκ ἔνδον. alios quidem, cum urbe non excessissent, tamen domi suæ non reperiebam. alios audiebam ne in urbe quidem esse. REISK.

Οὐκ ἐπιδημοῦντας] Malim οὐδ' ἐπιδημοῦντας. REISK.

Εὗρον] Id est, ἔμαθον, ἐπυθόμην. IDEM.

Ἐγγυτάτου] Non admodum incuso ἐγγυτάτου. Sed dedisset, credo, Atticus scriptor ἐγγυτάτω. Adeo cum utroque numero et genere concordat in structura adverbium istud. Οὑτοσὶ ἐγγυτάτω ἂν γένους ἐπετρόπευεν. Isæus. Ἐπὶ τὴν ἔγγιστα νῆσον διέβησαν. Dion. Halic. Οἱ ἐγγύτατα τῶν πολεμίων. Xenoph. Anab. l. 2. Πολεμίων τῶν ἐγγυτάτω καὶ χαλεπωτάτων. Plat. de Legg. l. 1. Πρὸς τοὺς ἐγγύτατα γένους συνοικοίη. Lysiæ fragm. ex orat. de Hegesandri heredit. Ἅμα τῷ ἡλίῳ δυομένῳ εἰς τὰς ἐγγυτάτω κώμας κατεσκήνωσεν. Xenoph. Anab. l. c. TAYLOR. Ἐγγύτατα. CONT. Possit quoque, si quid mutandum sit, quamquam nil necesse est, ἐγγύτατα adverbialiter legi. quam lectionem subjicit Vindobonensis, in quo cerno vestigia hu-

χόμεθα, ἀνεῳγμένης τῆς θύρας καὶ ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου παρεσκευασμένης. ὤσαντες δὲ τὴν θύραν τοῦ δωματίου οἱ μὲν [1]πρῶτοι εἰσιόντες ἔτι εἴδομεν αὐτὸν κατακείμενον παρὰ τῇ γυναικὶ, οἱ δ' ὕστερον ἐν τῇ κλίνῃ γυμνὸν ἑστηκότα. ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες, πατάξας καταβάλλω αὐτὸν, καὶ τὼ χεῖρε περιαγαγὼν εἰς τοὔπισθεν καὶ δήσας ἠρώτων διὰ τί ὑβρίζει εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν εἰσιών. κἀκεῖνος ἀδικεῖν μὲν ὡμολόγει, ἠντιβόλει δὲ καὶ ἱκέτευε μὴ αὐτὸν κτεῖναι ἀλλ' ἀργύριον πράξασθαι. ἐγὼ δ' εἶπον ὅτι οὐκ ἐγώ σε ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος, ὃν σὺ παραβαίνων περὶ ἐλάττονος τῶν ἡδονῶν ἐποιήσας, καὶ μᾶλλον εἵλου τοιοῦτον ἁμάρτημα ἐξαμαρτάνειν εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν καὶ εἰς τοὺς παῖδας τοὺς ἐμοὺς, ἢ τοῖς νόμοις πείθεσθαι καὶ κόσμιος εἶναι. οὕτως, ὦ ἄνδρες, ἐκεῖνος 29
τούτων ἔτυχεν [2]ὧνπερ οἱ νόμοι κελεύουσι τοὺς τὰ τοιαῦτα πράττοντας, οὐκ εἰσαρπασθεὶς ἐκ τῆς ὁδοῦ, οὐδ' ἐπὶ τὴν ἑστίαν καταφυγὼν, ὥςπερ οὗτοι λέγουσι· πῶς γὰρ ἂν, ὅστις ἐν τῷ δωματίῳ [3]πληγεὶς κατέπεσεν εὐθὺς, περι-

[1] πρῶτον T. A. [2] ὧνπερ καὶ νόμοι T. A. ὧνπερ καὶ οἱ νόμοι R.
[3] ποδηγὴς T.

jus lectionis, quæ olim videtur in quibusdam libris fuisse versata, ἀπὸ τοῦ ἐγγύτατα καπηλείου. REISK.

Καὶ ὑπὸ τῆς] Delet istud καὶ Scaliger, quod non inconcinnum sensum evocat: foribus apertis a muliere ad eam rem instructa. Sed utor præsentibus. TAYLOR. Καὶ recte servavit Taylor. est enim prorsus necessarium. REISK.

Ὑβρίζει] Intellige absolute, insolenter agit. AUGER.

Τοὺς παῖδας] Nondum quidem Euphileto tum erat proles, præter filiolam. verum sic loquebantur in foro Attico (et Latini quoque morem illum loquendi imitati sunt, quæ res nota est) ipsi adeo improles, pariterque, quibus nati non essent, nisi unus aut una, spe nascendorum. Tanquam præsentes jam præcipiuntur fictione absentes et adhuc futuri. REISK.

Καὶ νόμοι κελεύουσι] Repone Articulum, καὶ οἱ νόμοι: ut paulo ante, τοῖς νόμοις πείθεσθαι, et, ὁ τῆς πόλεως νόμος. Et ita passim infra. MARKLAND. Forte καὶ οἱ νόμοι. In edit. min. TAYLOR. Οἱ νόμοι. CONT.

Κελεύουσι] Subaudi τυχεῖν. REISK.

Οὐκ εἰσαρπασθεὶς ἐκ τῆς ὁδοῦ] Pro quo, Orat. III. dicit συναρπάζοντες ἐκ τῆς ὁδοῦ. quod (vel ἐξαρπασθεὶς) melius puto. Orat. XII. versus finem: τοὺς δ' ἐκ τῶν ἱερῶν συναρπάζοντες, βιαίως ἀπέκτανον. MARKLAND. Melius συναρπασθεὶς. In edit. min. TAYLOR. ἀφαρπασθεὶς. CONT.

Ἐν τῷ δωμ. ποδηγὴς] Barbarum istud ποδηγὴς confixit Dunæus, sed trepidanti similis, ut debuit. ποδήρης. Tentarunt locum alii aliter. ἐπὶ τῆς γῆς, Scaliger. Est cui placet ἀπὸ πληγῆς. Ego quoque olim πεδήτης conjectavi, nam deesse aliquid judicabam de compedibus, quæ hominem fugiendi impotem efficerent. Verbum autem fuisse ex dominantibus et in communem usuram receptum jam olim fidem dedere Cratinus et Callias, qui fabulam eo nomine insignitam publici juris fecerunt uterque: Ita Hesych. Πέδησεν· ὑποχείριον ἐποίησεν. Πέδαι δέσμα, περισκελίδες. Πεδῆται, πεπεδημένοι. At profecto medelam quasi digito commonstrat Cod. Coisl. ποδηγεὶς, a quo non longe abest παταγεὶς. Ut supra πατάξας καταβάλλω αὐ-

30 ἔστρεψα δ' αὐτοῦ τὼ χεῖρε, ἔνδον δὲ ἦσαν ἄνθρωποι τοσοῦτοι, οὓς διαφυγεῖν οὐκ ἠδύνατο, οὔτε σίδηρον οὔτε ξύλον οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἔχων, ᾧ τοὺς εἰσελθόντας ἂν ἠμύνατο. ἀλλ', ὦ ἄνδρες, οἶμαι καὶ ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι οἱ μὴ τὰ δίκαια πράττοντες οὐχ ὁμολογοῦσι τοὺς ἐχθροὺς λέγειν τἀληθῆ,
31 ἀλλ' αὐτοὶ ψευδόμενοι καὶ τὰ τοιαῦτα μηχανώμενοι ὀργὰς τοῖς ἀκούουσι κατὰ τῶν τὰ δίκαια πραττόντων παρασκευάζουσι.

ζ. Πρῶτον μὲν οὖν ἀνάγνωθι τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

οὐκ ἠμφισβήτει, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ὡμολόγει ἀδικεῖν· καὶ ὅπως μὲν μὴ ἀποθάνῃ ἠντιβόλει καὶ ἱκέτευεν, ἀποτίνειν δ' ἕτοιμος ἦν χρήματα. ἐγὼ δὲ τῷ μὲν ἐκείνου τιμήματι οὐ συνεχώρουν, τὸν δὲ τῆς πόλεως νόμον ἠξίουν εἶναι κυριώτερον· καὶ ταύτην ἔλαβον τὴν δίκην, ἣν ὑμεῖς δικαιοτάτην εἶναι ἡγησάμενοι τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσιν ἐτάξατε. καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες.

τόν. Alibi c. Agorat. ὁ μὲν Θρασύβουλος τύπτει τὸν Φρύνιχον καὶ καταβάλλει πατάξας. Locum autem sic interpungas: λέγουσι· (πῶς γὰρ ἄν, — ἠμύνατο;) ἀλλ' κ. τ. λ. Taylor. Conjeceram πεδήτης, *vinctus compedibus*. Sed non placet, quia nulla *compedum* (quemadmodum est *manicarum*) mentio in tota narratione. Melius Cl. Editor, qui legit παταγεὶς. supra enim dixerat Lysias, πατάξας καταβάλλω αὐτόν. et Orat. XIII. τύπτει τὸν Φρύνιχον καὶ καταβάλλει πατάξας. et iterum pariter eadem Oratione. Hoc verum puto. Cæterum male distinguitur hic locus, et Parenthesis continuari debuit a voce πῶς usque ad ἠμύνατο: et minor tantum Distinctio ponenda post εὐθὺς, et post χεῖρε. Markland. Restitui πληγεὶς e Vindobonensi, prout Toup quoque ad Suidam t. II. p. 298. emendavit. Olim suspicabar de πρηνής. quod etiam non alienum sit. *qui statim uno ictu dejectus præceps corruerit in cubiculo.* focus erat in penetralibus ædium quidem, attamen non in cubiculo. Reisk. ἐν θοιματίῳ ποδισθεὶς. Cont. Ποδηγὴς aliqui explicant *pedibus e lecto tractus*; sed dedi πληγεὶς. Auger.

Σίδηρον] Malim σιδήριον. ut p. 95. 35. ed. Steph. Illud est ferrum, metallum, unde enses, cultri, falces, alia cuduntur; hoc telum ferro factum vulnerandi aut occidendi ergo. Reisk.

Μὴ τὰ δίκαια] Possit idem videri atque τὰ μὴ δίκαια. haud ego tamen infitiabor, me hoc malle, præsertim cum a libris quibusdam articulus τὰ absit. Idem. Τὰ omittit Contius.

Καὶ τὰ τοιαῦτα μηχανώμενοι] Quo pertinet, ut alios subornent, qui mendacia istorum testimonio suo adjuvent. Reisk.

ΝΟΜΟΣ] Usus invaluit in Græcis editionibus veterum oratorum, ut quoties nuntiantur recitanda esse, vel lex, vel testimonium, vel aliquod ejusmodi, quamvis id non compareat quod recitandum est, ejus tamen titulus scribatur. Ita hic loci, quamvis non compareat lex recitanda, scribitur titulus ΝΟΜΟΣ, quum scribi debuisset non titulus LEX sed historice duntaxat legem hic recitatam fuisse. Huic ego mori obsecutus sum, licet eum non recte se habere intelligerem. Auger.

[1] ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον ἐκ τῆς στήλης τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου.

[2] ΝΟΜΟΣ.

ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, ὅτι αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ Ἀρείου
πάγου, ᾧ καὶ πάτριόν ἐστι καὶ ἐφ' [3] ὑμῶν ἀποδέδοται τοῦ 32

[1] ΜΑΡΤΥΡΕΣ A. [2] Deest ΝΟΜΟΣ. T. [3] ὑμῖν T.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ] Scribendum puto ΜΑΡΤΥΡΕΣ. Et ita quoque infra, ubi omnia eadem verba. Sed non affirmo: scio enim unum et alterum exemplum contra afferri posse. Vide ad Orat. III. Markland. Prætuli ΜΑΡΤΥΡΕΣ. Sed posset utcunque servari ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ, quum in usu esset ut vel ipsi testes sua proferrent testimonia vel eorundem, ipsis præsentibus, testimonia legerentur. Auger.

Τοῦτον τὸν νόμον] Hic, ut infra et millies alibi, significat legem quam is qui loquitur scribæ indigitat. Idem.

Τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, etc.] Lege, πάγου. ΝΟΜΟΣ. Ἀκούετε, etc. plane enim excidit ea vox. Sic paulo ante: et infra, ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον. ΝΟΜΟΣ. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, ὅτι etc. Sic enim scribendum, ὦ ἄνδρες, ut pæne vigesies in hac Oratione. Vulgo deest ὦ. Markland.

Ἐφ' ὑμῖν] Ἀφ' ὑμῶν. Schott. Si Musis placet. Quasi idem Jus poterat esse πάτριον (originarium nempe) et collatitium vel precario institutum. Ita enim Antiquiores. Οὔσης τῆς Ἀθηναίων πόλεως, ᾗ προεστάναι τῶν Ἑλλήνων πάτριον. Demosth. de ement. legat. Ἐξέλιπεν Ἀργείους ποτὲ τὸ Ἡρακλειδῶν γένος. Ἐξ οὗ βασιλεύεσθαι πάτριον ἦν αὐτοῖς. Plutarch. de fortuna Alexand. Or. XI. Pressius adhuc de hoc ipso Concilio Æsch. c. Timarch. Ἡμεῖς οἱ Ἀρεοπαγῖται οὔτε κατηγοροῦμεν — οὔτε ἀπολογούμεθα· οὐ γὰρ ἡμῖν πάτριον ἐστίν. et Lucian. Anachars. Ἐπειδὴ καὶ τῇ βουλῇ ἐξ Ἀρείου πάγου, ἥπερ τὰς φονικὰς ἡμῖν δίκας δικάζει, πάτριον οὕτω ποιεῖν. Nasutior paulo fuit Dunæus, qui veram lectionem eruisse visus est, sed quem fefellit ratio et historia. Paucis a me accipe. A. Olymp. LXXX. 1. qui Lysiæ natalibus prior erat, labefactatam fuisse hujusce Curiæ auctoritatem uno ore prodiderunt Antiqui, consilium quidem ad eam rem Pericle, operam præstante Ephialte. De quo historici. Χάριτι τοῦ δήμου καταλύοντα τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλήν. Et rursus: καὶ τὰ πάτρια καὶ περιβόητα νόμιμα καταλῦσαι. Diod. Sic. ad h. annum. Plutarch. in Pericle et Cimone, et alibi non semel. Heraclid. Pontic. de Polit. Aristot. de Rep. II. 12. et Harpocrat. in Ὁ κάτωθεν νόμος. Eo vulnere illato Senatus nervis suis accisus ad pristinam dignitatem nunquam emicuit, nisi quod propter incredibilem in his rebus existimationem de Cæde cognoscere ei erat denuo in integrum repositum. Τοῦτο μόνον τὸ δικαστήριον οὐχὶ τύραννος, οὐκ ὀλιγαρχία, οὐ δημοκρατία τὰς φονικὰς δίκας ἀφελέσθαι τετόλμηκεν. Demosth. c. Aristocr. Id igitur Juris silentium et redintegrationem intelligit ὁ ἀπολογούμενος, ita sententia redintegrata: ᾧ καὶ πάτριόν ἐστι καὶ ἐφ' ὑμῶν ἀποδέδοται τοῦ φόνου τὰς δίκας δικάζειν. Recte opponuntur πάτρια et τὰ ἐφ' ὑμῶν, ut ap. Dem. παλαιὰ atque eadem forma. οὐ τοίνυν τὰ παλαιὰ ἄν τις ἔχοι μόνον εἰπεῖν, ἀλλ' ἐφ' ὑμῶν τουτωνὶ τῶν ἔτι ζώντων πολλοὶ δίκην δεδώκασι. Orat. de ement. legat. Τούτων, ὦ ἄνδρες, δεινότερα οὐ γέγονεν οὐδὲ μείζω πράγματ' ἐφ' ὑμῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν, οἶμαι δ' οὐδ' ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. Id. ibid. Taylor. Lego: καὶ ἀφ' οὗ (vel ὑφ' οὗ) ὑμῖν ἀποδέδοται etc. *et a quo vobis attributum est de cædibus judicare.* In Delphinio enim hæc causa, non in Areopago, agebatur. Hæc vero Curia (Delphinium), ut et cæteræ Tres, quæ diversarum Homicidii Specierum cognitionem habebant (de quibus vide Jul. Pollucem VIII. 10.), jus et auctoritatem suam videntur habuisse ab Areopago; qui ab antiquissimis temporibus, et antequam Delphinii nomen auditum fuerat, judiciis de Cæde destinatus erat locus. Vide doctiss. Perizonium ad Æliani Var. Hist. V. 15. "And. Dunæus pro ἐφ' ὑμῶν, *vestro tempore, vestra memoria.*" Quod sane non intelligo. Markland. F. ἀφ' οὗ ὑμῖν ἀποδέδοται. Vid. Lect. Lys. c. 1. et Jul. Poll. VIII. 10. *In*

φόνου τὰς δίκας δικάζειν, διαῤῥήδην εἴρηται, τοῦτον μὴ κα-
33 ταγινώσκειν φόνου, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ ἑαυτοῦ μοιχὸν
34 λαβὼν ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσηται. καὶ οὕτω σφόδρα
ὁ νομοθέτης ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ δίκαια ταῦτα ἡγή-
σατο εἶναι, ὥστε καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ταῖς ἐλάττονος
ἀξίαις τὴν αὐτὴν δίκην ἐπέθηκε. καίτοι δῆλον ὅτι, εἴ τινα 35
εἶχε ταύτης μείζω [1] τιμωρίαν ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς, ἐποίησεν
ἄν· νῦν δὲ οὐχ οἷός τε ὢν ταύτης ἰσχυροτέραν ἐπ᾽ ἐκείναις
ἐξευρεῖν, τὴν αὐτὴν καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ἠξίωσε γίνε-
σθαι. ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

ἀκούετε, [2] ὦ ἄνδρες, ὅτι κελεύει, ἐάν τις ἄνθρωπον ἐλεύθερον ἢ παῖδα αἰσχύνῃ βίᾳ, διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν· ἐὰν δὲ

[1] τιμωρίαν, ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς ἐπ. T. A.

[2] Deest ὦ. T. R. A.

edit. min. Taylor. Ἐφ᾽ ὑμῶν. Cont. ἐφ᾽ ὑμῶν, *vestris temporibus*. Constat ex historia magnopere labefactatam esse senatus Areopagitici auctoritatem, nec plenissime restitutam fuisse, sed ipsi saltem redditum jus de cæde cognoscendi. Auger.

Τοῦτον μὴ καταγινώσκειν φόνου] Bene si habet, inversa est locutio, pro illa solita τούτου μὴ καταγινώσκειν φόνον. contra illum non pronunciare sententiam homicidium ab eo commissum esse. Ego vero posterius malim. Reisk. Reiskium exscribit Augerus.

Ταύτην τὴν τιμ. π.] Id est, τὸν μοιχὸν φονεύσῃ. Reisk.

Εἶχε] Scil. ἐπιτιθέναι. hoc subaudiri necessarium est propter insequens ἐποίησεν ἄν. quod idem tum erit, atque ἐπέθηκεν ἄν. Idem.

Τὴν αὐτὴν] Post τὴν αὐτὴν deest aut ἐπ᾽ αὐταῖς, aut saltim τῇ, scil. τεθειμένῃ vel τεταγμένῃ τιμωρίᾳ. Idem.

Καὶ τοῦτον τὸν νόμον] Lex, quam hic tradit scribæ recitandam, non est illa, de qua modo egerat, qua sancitum fuerat, ut mœchus super uxore vel pellice alterius deprehensus impune occideretur, sed est hæc, de qua statim agere incipiet, scil. de duplo mulctæ pendendo, si quis liberum hominem vi stupraverit. Idem.

Ἄνδρες] Ὦ ἄνδρες. Cont.

Διπλῆν] Ut existimationi eruditorum consulerem, qui ante me hoc saxum volvebant, attamen διπλοῦν relinquebant intactum, non operæ, non laboris parcus eram, si qua fortuna aut constructione hæc lectio tolerari poterat. Quorum famam dum tutabar, ego interea operam perdidi. Dixit quidem Gellius, XI. 18. "Is in fures non mortis, sed *Dupli* pœna vindicandum existimavit." Itemque Cic. III. Offic. 65. Verum hoc non rem attingit. Ceteri uno ore: οἱ νόμοι περὶ τῶν ἄλλων ἀδικημάτων τῶν εἰς ἀργυρίου λόγον ἀνηκόντων διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν κελεύουσιν. Dinarch. c. Demosth. ἢ δίκην εἰς τὴν ἀξίαν τοῦ τελευτήσαντος ὑποσχέτω διπλῆν. Plato de LL. l. 9. διπλασίας ζημίας ἀξιοῖ. Thucyd. I. 86. Et quod illis ignoscendum non erat, noster fere eodem spiritu. Τοῖς δὲ διπλῆν ἐποίησε τὴν βλάβην. Taylor. Διπλῆν. Cont. Duplum ejus mulctæ, quam luit, qui corpus servile stupravit. Reisk.

Ἐὰν δὲ γυναῖκας, ἐφ᾽ αἷσπερ ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι] Locus est mutilus, corruptus, male distinctus, et Argumentatione defectus. Lex erat celeberrima, ut, si quis *hominem ingenuum* vel *puerum* vi vitiasset, duplicem mulctam solveret: si quis vero *Nuptam* persuasione stuprasset, marito liceret impune eum occidere. Atque hac Lege maxime se defendit Reus noster, cujus Uxor ab hoc Eratosthene non *vi subita*, sed, ut ille ait supra, χρόνῳ διέφθαρται, *post aliquod tempus*, arte et illecebris, corrupta fuerat. Hæc eo præfatus sum, ut planius appareat deesse vocem πειθοῖ,

[1] γυναῖκα, ἐφ᾽ [2] αἷσπερ ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐν τοῖς αὐτοῖς 35
ἐνέχεσθαι. οὕτως, ὦ ἄνδρες, τοὺς βιαζομένους ἐλάττονος 37

[1] γυναῖκας T. R. A.

[2] αἷσπερ τοὺς πείσαντας ἀποκτ. A.

persuasione, quæ opponatur βίᾳ, *vi*: ex qua oppositione et distinctione pendet tota Legis mens. Lego igitur: ἐάν τις ἄνθρωπον ἐλεύθερον ἢ παῖδα αἰσχύνῃ βίᾳ, διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν· ἐὰν δε γυναῖκα (sc. γαμετὴν) πειθοῖ, etc. Clarum est ex eo, quod sequitur, ubi ad verba ipsa Legis alludit: οὕτως, ὦ ἄνδρες, τοὺς βιαζομένους ἐλάττονος ζημίας ἀξίους ἡγήσατο εἶναι ἢ τοὺς πείθοντας. Et statim: ἡγούμενος, τοὺς μὲν διαπραττομένους βίᾳ ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι· τοὺς δὲ πείσαντας, οὕτως αὐτῶν τὰς ψυχὰς διαφθείρειν, ὥστε etc. Sed rem extra omne dubium ponit locus Xenophontis in Convivio, ubi Lysiæ sententiam et pæne verba exscribit: καὶ μὴν ὅτι γε οὐ βιάζεται, ἀλλὰ πείθει, διὰ τοῦτο μᾶλλον μισητός. ὁ μὲν γὰρ βιαζόμενος, ἑαυτὸν πονηρὸν ἀποδεικνύει· ὁ δὲ πείθων, τὴν τοῦ ἀναπειθομένου ψυχὴν διαφθείρει. *Et quidem quod non vi agit, sed persuadet, propterea magis odio dignus est. Qui enim vi agit, improbitatem suam palam ostendit: qui vero persuadet, mentem corrumpit ejus, cui persuadetur.* De pueris et eorum Amatoribus loquitur. Sic Philo Judæus, de Potipharis uxore: βίᾳ λοιπὸν πρὸ πειθοῦς ἐχρῆτο: prout bene emendavit Doctiss. Mangeius, pro πάθους, Lib. de Josepho. Vide et Demosth. in Midiana, et Orat. de Fœdere Alexandri. Quin et Xenophonti adeo placuit hæc Lysiana hujus Legis explicatio, ut eam iterum videatur alludere Cyropæd. lib. III. *Armenius autem hoc modo locutus est: Neque illi, O Cyre, qui viros alienos cum uxoribus suis familiarius versantes deprehendunt, ob hanc causam eos interficiunt, quasi frugi melioris reddituri uxores suas*, ὡς σωφρονεστέρας ποιοῦντες τὰς γυναῖκας· ἀλλὰ νομίζοντες ἀφαιρεῖσθαι αὐτοὺς τὴν πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν, διὰ τοῦτο ὡς πολεμίοις αὐτοῖς χρῶνται· *sed quod existiment eos auferre ab istis amorem sibi debitum, idcirco pro hostibus eos habent.* Ita enim, cum Doctissimo Lysiæ Editore, locum istum legendum et explicandum esse puto: ut ποιοῦντες (non ποιοῦντας) ad *maritos*, αὐτοὺς (non αὐτὰς) ad *mœchos* referatur. Markland.

Ἐφ᾽ αἷσπερ ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι] Elegans phrasis leviter corrupta, et Distinctio male posita, interpretibus imposuerunt. Lego et distinguo: ἐὰν δὲ γυναῖκα πειθοῖ, ἐφ᾽ οἷσπερ ἔξεστιν ἀποκτείνειν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι. Ad verbum: *Si vero nuptam persuasione, eorum reum teneri, propter quæ fas est occidere:* id est, criminis capitalis reum esse; adeo ut per Leges marito liceat eum interficere. Idem est ac si scriptum fuisset, ἔνοχός ἐστι ταῖς αἰτίαις, ἐφ᾽ αἷσπερ ἀποκτείνειν ἔξεστι, vel ἐφ᾽ οἷς θάνατος ἡ ζημία, prout loquitur Noster Orat. XIII. et Æschines adv. Ctesiph. p. 89. et alii passim. Locutionem paucis confirmabimus. Æschines περὶ Παραπρεσβ. p. 37. ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, ἐφ᾽ οἷσπερ καὶ Φιλοκράτης ἐγεγράφει. Dinarchus adv. Demosth. p. 95. εἰ δὲ μὴ, τοῖς αὐτοῖς ἔνοχον εἶναι κελεύουσιν (sc. οἱ νόμοι) οἷσπερ ἄν τις τῶν φευγόντων ἐξ Ἀρείου πάγου κατίῃ. Andocides de Myster. p. 7. οὓς ἔδει τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι ἐν οἷσπερ οὓς ἠγγυήσαντο. Recte quoque ἐνέχεσθαι ἐν. Æschines adv. Ctesiph. p. 78. ὁ γὰρ Σόλων —— ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ᾤετο δεῖν ἐνέχεσθαι τὸν ἀστράτευτον, καὶ τὸν λελοιπότα τὴν τάξιν, καὶ τὸν δειλὸν ὁμοίως. Ubi plenam phrasin habes. Andocides de Myster. p. 12. ἐν τῷ αὐτῷ ἐνέχεσθαι. Sic ἔνοχος ἐν τοῖς αὐτοῖς, Idem p. 11. Demosthenes in Leptin. apposite ad Rem, de Draconis Legibus loquens: ὅμως οὐκ ἀφείλετο τὴν τοῦ δικαίου τάξιν· ἀλλ᾽ ἔθηκεν ἐφ᾽ οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι· κἂν οὕτω τις δράσῃ, καθαρὸν διώρισεν εἶναι. Idem. Ἐφ᾽ οἷσπερ. Cont. Multa ista, et quæ haud dubito quin multi futuri sint, quibus acute et solerter excogitata videantur esse, ingenioque Marklandi digna, in cassum tamen omnia projecta sunt, ut toto cœlo a rei veritate et Lysiæ sententia aberrantia. Deest quidem aliquid, non vero id, quod iste volebat. Deest nempe post ἐφ᾽ αἷσπερ, τοὺς πείσαντας. Legem hanc, brevitate dictionis subobscuram, ut sunt ferme leges omnes Græcæ, propter concisam, quam affectant, dictionem intellectu perquam difficiles, ad Scholiastæ fere modum juvat explicare et integrare sic, ut uncis includamus ea, quæ a lectore quoque ipso tacite subjici debent, a legislatore præterita. ἐὰν δὲ γυναῖκας [βίᾳ τις αἰσχύνῃ], ἐφ᾽ αἷσπερ [καταληφθέντας] τοὺς πείσαντας [vel τοὺς πειθοῖ διαφθείραντας] ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐνέχεσθαι [τοὺς βιασαμένους] ἐν τοῖς αὐτοῖς [ἐν οἷσπερ ἐνέχονται οἱ παῖδας ἐλευθέρους βίᾳ αἰσχύναντες]. Sententia legis hæc est: Quicunque corpora libera per vim stupret, ei pendendum esse duplum illius mulctæ, quæ irrogetur a lege stuprantibus corpora servilia. Eadem pœna [dupli puta præstandi] teneri etiam illos, si qui mulieres ingenuas vi stupraverint. nam qui lenociniis et blanditiis obstrinxissent sibi ad moremque

38 ζημίας ἀξίους ἡγήσατο εἶναι ἢ τοὺς πείθοντας. τῶν μὲν
γὰρ θάνατον κατέγνω, τοῖς δὲ διπλῆν ἐποίησε τὴν βλάβην,
ἡγούμενος, τοὺς μὲν διαπραττομένους βίᾳ ὑπὸ τῶν βια-
σθέντων μισεῖσθαι, τοὺς δὲ πείσαντας οὕτως αὐτῶν τὰς
ψυχὰς διαφθείρειν ὥστ' οἰκειοτέρας αὐτοῖς ποιεῖν τὰς ἀλ-
λοτρίας γυναῖκας ἢ τοῖς ἀνδράσι, καὶ πᾶσαν ἐπ' ἐκείνοις 95. 1
τὴν οἰκίαν γεγονέναι, καὶ τοὺς παῖδας ἀδήλους εἶναι ὁποτέ-
39 ρων τυγχάνουσιν ὄντες, τῶν ἀνδρῶν ἢ τῶν μοιχῶν· ἀνθ' ὧν
ὁ τὸν νόμον τιθεὶς θάνατον αὐτοῖς ἐποίησε τὴν ζημίαν.
40 η΄. Ἐμοῦ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, οἱ μὲν νόμοι οὐ μόνον ἀπεγνω-
κότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ κεκελευκότες ταύτην τὴν
δίκην λαμβάνειν· ἐν ὑμῖν δ' ἐστὶ, πότερον χρὴ τούτους
ἰσχυροὺς ἢ μηδενὸς ἀξίους εἶναι. ἐγὼ [1] μὲν γὰρ οἶμαι πά-

[1] Deest μέν. T.

sibi gerendum pellexissent, atque sic volentes illas corrupissent, seu stupro, seu adulterio, ejusmodi corruptores impune licere occidere. REISK.

Τῶν μὲν γὰρ] Scil. τῶν πεισάντων. IDEM.

Τοῖς δὲ] Scil. βιασαμένοις. IDEM.

Αὐτῶν] Indiligentius paulo atque securius dictum. Confidebas nempe, Lysia, lectorum tuorum fore neminem tam tardum, ut hoc αὐτῶν ad proximum τῶν βιασθέντων referret, sed omnes ultro conjectura id esse consecuturos, quod tu in mente habuisses, scil. τῶν πεισθεισῶν. IDEM.

Καὶ τοὺς παῖδας, etc.] Adulterium, uti videtur, apud Græcos non in *Solutam*, aut *Vacuam*, sed in *Conjugatam*, in ὕπανδρον solam cadere potuit, uti pariter apud Romanos, Græcæ νομοθεσίας probos interpretes. "Proprie Adulterium in Nupta committitur, *propter partum ex altero conceptum* composito nomine: Stuprum vero in virginem viduamque committitur, quod Græci φθορὰν appellant." l. 6. §. 1. D. ad Leg. Jul. de adulteriis coercendis. Ita porro: "*Adulter*, qui alienam *Matremfam.* corruperit," l. 225. D. de verb. signif. ὃς ἂν μοιχεύσηται τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίου. Levit. XX. 10. Vid. quæ nos modo de *Furto* et *Adulterio*. Inde adeo Legg. Civiles, quæ Societatis ut plurimum beneficia adstruere satagunt, alia prorsus respiciunt atque Canonicæ. Plenior est, quem consuli velim, Cl. Harpprecht. ad Instit. l. 4. Tit. 18. §. 4., Anton. Perezii Prælectiones ad C. de lege Julia., et I. Fred. Bockelman. Different. Jur. Civil. et Canon. c. 49. Ad maritum tamen stuprantem detorquetur aliquando vox Adulterium, qui, uti dixi, Mœchus seu Adulter fieri non potest, nisi in aliena uxore: Ita in his locis, quæ tamen majorum sapientissima instituta referunt de dissimili in dissimili sexu atrocitate. Fragm. Cat. apud Gell. X. 23. "In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine judicio impune necares? Illa te, si *adulterares*, digito non auderet contingere. Neque jus est." Item l. 1. C. ad Legem Juliam etc. "Publico judicio non habere mulieres *adulterii* accusationem, quamvis de matrimonio suo violato queri velint, lex Julia declarat: quæ cum masculis jure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem feminis privilegium detulit." Hinc est quod lamentatur muliercula apud Plaut. Mercat. [act. iv. ad fin.]

"Ecastor, *lege* dura vivunt mulieres
Multoque iniquiore miseræ quam viri.
Nam si vir scortum duxit clam uxorem suam,
Id si rescivit uxor, *impune* est *viro*.
Uxor vero si clam domo egressa est foras,
Viro fit causa, exigitur matrimonio.
Utinam *lex* esset *eadem* uxori, quæ est *viro*.
Nam uxor contenta est, quæ bona est, uno viro,
Qui minus vir una uxore contentus siet?" TAYLOR.

Ἐν ὑμῖν ἐστὶν] Scil. διορίζεσθαι. REISK.

Ἐγὼ γὰρ] Ἐγὼ μὲν γάρ. CONT.

σας τὰς πόλεις διὰ τοῦτο τοὺς νόμους τίθεσθαι, ἵνα, περὶ
ὧν ἂν πραγμάτων ἀπορῶμεν, παρὰ τούτους ἐλθόντες σκε-
ψώμεθα ὅ τι ἡμῖν ποιητέον ἐστίν. οὗτοι τοίνυν περὶ τῶν
τοιούτων τοῖς ἀδικουμένοις τοιαύτην δίκην λαμβάνειν παρα-
κελεύονται, οἷς ὑμᾶς ἀξιῶ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν· εἰ δὲ
μὴ, τοιαύτην ἄδειαν τοῖς μοιχοῖς ποιήσετε, ὥς καὶ τοὺς 41
κλέπτας ἐπαρεῖτε φάσκειν μοιχοὺς εἶναι, εὖ εἰδότας ὅτι, ἐὰν
ταύτην τὴν αἰτίαν περὶ ἑαυτῶν λέγωσι καὶ ἐπὶ τούτῳ
φάσκωσιν εἰς τὰς ἀλλοτρίας οἰκίας εἰσιέναι, οὐδεὶς αὐτῶν
ἅψεται. πάντες γὰρ εἴσονται ὅτι τοὺς μὲν νόμους τῆς μοι-
χείας χαίρειν ἐᾶν δεῖ, τὴν δὲ ψῆφον [1] τὴν ὑμετέραν δεδιέναι·
αὕτη [2] γάρ ἐστι πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει κυριωτάτη. 42
θ΄. Σκέψασθε, ὦ ἄνδρες· κατηγοροῦσι γάρ μου ὡς ἐγὼ
τὴν θεράπαιναν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ μετελθεῖν ἐκέλευσα τὸν
νεανίσκον. ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες, δίκαιον [3] μὲν ἂν ποιεῖν ἡγού-
μην, ᾡτινιοῦν τρόπῳ τὸν τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν διαφθείραντα

[1] Deest τήν. T. A. [2] γὰρ ἐπὶ A. [3] μὲν] ἐμὲ T. R. A.

Περὶ τῶν τοιούτων] F. παρὰ, ut pendeat, a sequentibus, παρὰ τῶν τοιούτων δίκην λαμβάνειν. N. c. Andocidem: Καίτοι ὁπότε οὗτος παρ' ἑτέρου ἠξίωσε δίκην ἀσεβείας λαβεῖν, ἦπου ἑτέρους γε παρὰ τούτου λαβεῖν δίκαιον καὶ εὐσεβές ἐστιν. TAYLOR. Mihi non videtur vulgata lectio sollicitanda esse. περὶ τῶν τοιούτων idem h. l. est atque ἐν τοῖς τοιούτοις. *in ejusmodi causis*. REISK.

Ὡς καὶ τοὺς κλέπτας] Non sine stomacho et gravissima Judicum reprehensione hoc dicit Lysias; si ex eorum sententia ea sequeretur legis dispositio, ut *adulterii* αἰτία tutior sit futura atque ad salutem accommodatior, quam illa *furti*. Longe aliter statuerunt gentes, quarum instituta ad nos memoria pervenere. Optime de his rebus Rex sapientissimus, cujus mentem, quia multum ad eam rem facit, non gravabor exscribere. Ἀποδήσει τις πῦρ ἐν κόλπῳ, τὰ δὲ ἱμάτια οὐ κατακαύσει; Ἢ περιπατήσει τις ἐπ' ἀνθράκων πυρὸς, τοὺς δὲ πόδας οὐ; οὕτως ὁ εἰσελθὼν πρὸς γυναῖκα ὕπανδρον (Heb. ad uxorem vicini ejus) οὐκ ἀθωωθήσεται, οὐδὲ πᾶς ὁ ἁπτόμενος αὐτῆς. Οὐ θαυμαστὸν, ἐάν τις ἁλῷ κλέπτων. Κλέπτει γὰρ, ἵνα ἐμπλήσῃ ψυχὴν πεινῶν· ἐὰν δὲ ἁλῷ, ἀποτίσει ἑπταπλάσια, καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ δοὺς ῥύσεται ἑαυτόν. Ὁ δὲ μοιχὸς δι' ἔνδειαν φρενῶν ἀπώλειαν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ περιποιεῖται, ὀδύνας τε καὶ ἀτιμίας ὑποφέρει· τὸ δὲ ὄνειδος αὐτοῦ οὐκ ἐξαλειφθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. μεστὸς γὰρ ζήλου θυμὸς ἀνδρὸς αὐτῆς· οὐ φείσεται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· οὐκ ἀνταλλάξεται οὐδενὸς λύτρου τὴν ἔχθραν, οὐδὲ μὴ διὰ πολλῶν δώρων. Prov. VI. fin. TAYLOR.

Τὴν δὲ ψῆφον ὑμετέραν] Mos loquendi postulat, aut τὴν δὲ ὑμετέραν ψῆφον, aut τὴν δὲ ψῆφον τὴν ὑμετέραν. Post hæc scripta inveni posteriorem conjecturam a Brulart. et Vindobon. confirmatam. quare recepi. REISK. Cui ita assentior, ut velim ego eandem lectionem in textum admisisse. AUGER.

Ἐπὶ πάντων] Vel ἐστι. Cum vero dicit, Horum Judicum sententiam præcipuam esse *omnium* in Urbe, intellige, *quoad hanc rem*, et de hujus modi cædibus. Supra pro περὶ τῶν τοιούτων, mallem παρά. MARKLAND. Ἐστί. CONT. ἐστι πάντων primus edidit Taylor, ante quem vulgati libri dant ἐπὶ πάντων. Reliqui lectionem Tayloranam, præsertim cum a Brulart. et Coisl. confirmetur (quæ, ut videtur, gemina auctoritas nescio an una sit) quamquam olim vulgata ferri quodammodo possit. REISK. Reliqui ἐπὶ πάντων, subaudiendo ad phrasim ἐστί. AUGER.

Σκέψασθε] Nimis abrupta hæc est oratio, ut suspicer aliquid deesse. REISK. Σκέψασθε δὲ ὦ. CONT. Reiskio assentitur quoque Augerus. Cf. Olynth. Γ. §. γ.

Δίκαιον ἐμὲ] Δίκαιον μέν. CONT.

λαμβάνων. εἰ μὲν γὰρ λόγων εἰρημένων, ἔργου δὲ μηδενὸς γεγενημένου, μετελθεῖν ἐκέλευον ἐκεῖνον, ἠδίκουν ἄν· εἰ δὲ ἤδη πάντων διαπεπραγμένων, καὶ πολλάκις εἰσεληλυθότος εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμήν, ᾡτινιοῦν τρόπῳ ἐλάμβανον αὐτόν, σωφρονεῖν ἐμαυτὸν ἡγούμην. σκέψασθε δὲ ὅτι καὶ ταῦτα ψεύδονται· ῥᾳδίως δὲ ἐκ τῶνδε γνώσεσθε. ἐμοὶ γάρ, ὦ
43 ἄνδρες, — ὅπερ καὶ πρότερον εἶπον — φίλος ὢν Σώστρατος καὶ οἰκείως διακείμενος ἀπαντήσας ἐξ ἀγροῦ περὶ ἡλίου δυσμὰς συνεδείπνει, καὶ ἐπειδὴ καλῶς εἶχεν αὐτῷ, ἀπιὼν ᾤχετο. καίτοι πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες, ἐνθυμήθητε [1] ὅτι, εἰ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐγὼ ἐπεβούλευον Ἐρατοσθένει, πότερον ἦν μοι κρεῖττον αὐτῷ ἑτέρωθι δειπνεῖν ἢ τὸν συνδειπνήσοντά [2] μοι εἰσαγαγεῖν; οὕτω γὰρ ἂν ἧττον ἐτόλμησεν ἐκεῖνος εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν. εἶτα δοκῶ ἂν ὑμῖν τὸν συνδειπνοῦντα ἀφεὶς μόνος καταλειφθῆναι καὶ ἔρημος γενέσθαι, ἢ κελεύειν ἐκεῖνον μένειν, ἵνα μετ' ἐμοῦ τὸν μοιχὸν ἐτιμω-
44 ρεῖτο; ἔπειτα, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν τοῖς ἐπιτηδείοις μεθ' ἡμέραν παραγγεῖλαι, καὶ κελεῦσαι αὐτοὺς συλλεγῆναι εἰς [3] οἰκίαν τῶν φίλων τῶν ἐγγυτάτω, μᾶλλον ἢ ἐπειδὴ τάχιστα ᾐσθόμην τῆς νυκτὸς περιτρέχειν, οὐκ εἰδὼς ὅντινα οἴκοι καταλήψομαι καὶ ὅντινα ἔξω; καὶ ὡς Ἁρμόδιον μὲν

[1] [ὅτι] R. [2] Deest μοι. T. A. [3] οἰκίαν τινὸς τῶν A.

Σωφρονεῖν] Quid? *Putavi* me recte fecisse, si quomodocunque — Immo *putassem.* σωφρονεῖν ἂν ἐμαυτὸν ἡγούμην. Ut supra. Δίκαιον ἐμὲ ἂν ποιεῖν ἡγούμην ᾡτινιοῦν τρόπῳ λαμβάνων. TAYLOR.

Ἐπεὶ δὲ] Coisl. ἐπειδή. Id quod optavi bonum Cod. exhibiturum. Supra Ἀναβάντες ἐδειπνοῦμεν. ἐπειδὴ δὲ καλῶς αὐτῷ εἶχεν — ἀπιὼν ᾤχετο. TAYLOR. Ἐπειδή. CONT. Abundat δέ. Lego: καὶ ἐπειδὴ καλῶς εἶχεν αὐτῷ: ut supra, ἐπειδὰν δὲ καλῶς αὐτῷ εἶχεν. MARKLAND.

Ὅτι, εἰ] Ὅτι abundat non vitiose, sed more Græco et Attico. AUGER.

Ἢ τὸν συνδειπνήσοντα] Ἢ καὶ τὸν συνδειπνήσοντά μοι. CONT.

Κελεύειν] Malim κελεῦσαι ob præcedentia καταλειφθῆναι et γενέσθαι. REISK.

Ἵνα — ἐτιμωρεῖτο] Obvium erat τιμωροῖτο. Sed cave quidquam mutes. Infra: ἵνα εἰσῄειν, et ἐποιούμην. Orat. IV. ἵνα ἐγένετο. et ita sæpe Attici. ἵνα εἶχον ἄν, Orat. VII. ἵνα μὴ ἀνηλίσκετο, Plato in Symposio, p. 11. Ed. Oxon. ubi pro παῖδαν moneo legendum παῖδας. Xenophon Cyropæd. lib. I. ἵνα αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμπίπτων ἐνέδυ. Isocrates Evagora, initio fere: ἵνα οἵ τε δυνάμενοι τὰ τῶν πολλῶν ἔργα κοσμεῖν, ἐν εἰδόσι ποιούμενοι τοὺς λόγους, ταῖς ἀληθείαις ἐχρῶντο περὶ αὐτῶν· οἵ τε νεώτεροι φιλοτιμοτέρως διεκεῖντο πρὸς τὴν ἀρετήν. Demosthenes adv. Androt. ἵνα ἐκινδυνεύομεν: et ἵνα ἦν, contra Aphobum. Et ad hanc formam forte exigendum istud D. Pauli ad Corinthios 1 Epist. IV. 6. ἵνα μὴ ἐφυσιοῦσθε: ubi vulgo scribitur φυσιοῦσθε. MARKLAND.

Οἰκίαν τῶν φίλων] Aut οἰκίας in plurali erit leg. aut ad οἰκίαν addendum τινὸς aut τοῦ encliticum. REISK.

Καταλείψομαι] Vidit istud καταλείψομαι magnus Salmas. uti profecto cæcus sit oportet, qui hoc non videat. Accedit, quanta accedere in tali re possit fides ex Cod. nostro Coisl. TAYLOR. Leg. καταλήψομαι, ut statim, et supra. Error forte operarum: qualis est ἔξω, pro ἔξω, quemadmodum recte legitur in nonnullis hujusce ipsius Editionis et Impressionis exemplaribus. MARKLAND. Καταλήψομαι. CONT.

καὶ τὸν δεῖνα ἦλθον οὐκ ἐπιδημοῦντας — οὐ γὰρ ᾔδειν —, ἑτέρους δὲ οὐκ ἔνδον ὄντας κατέλαβον, οὓς δ' οἷός τε ἦν λαβὼν ἐβάδιζον. καίτοιγε, εἰ προῄδειν, οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν καὶ θεράποντας παρασκευάσασθαι καὶ τοῖς φίλοις παραγγεῖλαι, ἵν' ὡς ἀσφαλέστατα μὲν αὐτὸς εἰσῄειν — τί γὰρ ᾔδειν εἴ τι κἀκεῖνος εἶχε σιδήριον; —, ὡς μετὰ πλείστων δὲ μαρτύρων τὴν τιμωρίαν ἐποιούμην; νῦν δ' οὐδὲν εἰδὼς τῶν [1] ἐσομένων ἐκείνῃ τῇ νυκτί, οὓς οἷός τε ἦν παρέλαβον. καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες.

[2] ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

ι. Τῶν μὲν μαρτύρων ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες· σκέψασθε δὲ παρ' ὑμῖν αὐτοῖς οὕτως περὶ τούτου τοῦ πράγματος, ζητοῦντες εἴ τις ἐμοὶ καὶ Ἐρατοσθένει ἔχθρα γεγένηται [3] πώποτε πλὴν ταύτης. οὐδεμίαν γὰρ εὑρήσετε. οὔτε γὰρ συκοφαντῶν γραφάς με ἐγράψατο, οὔτε ἐκβάλλειν ἐκ τῆς πόλεως ἐπεχείρησεν, οὔτε ἰδίας δίκας ἐδικάζετο, οὔτε συνῄδει 46

[1] ἐσ. ἐν ἐκείνῃ A. [2] ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ T. R. A. [3] πώποτε γεγένηται T. R. A.

Ἦλθον] Subaudi τηνάλλας. *frustra.* REISK.

Οὐκ ἐπιδημοῦντας] Judicabit aliquis ita restituendam fore hanc periodum οὓς οὐκ ἐπιδημοῦντας. una sc. vocula revocata, quæ ante scripturam sui simillimam facile excidere potuit. Aut fortasse h. p. melius. Ὡς Ἁρμόδιον μὲν καὶ τὸν δεῖνα ἐλθὼν οὐκ ἐπιδημοῦντας· οὐ γὰρ ᾔδειν· ἑτέρους δὲ οὐκ ἔνδον ὄντας κατέλαβον. Sublicis erat omnino locus adjuvandus, sed nihil silentibus Codd. refingere audeo. TAYLOR.

Οὐ γὰρ ᾔδειν] Repete tacite a communi, οὐκ ἐπιδημοῦντας. REISK.

Ὡς μετὰ πλείστων] Mihi videtur ὡς jungendum cum πλείστων. ὡς μετὰ πλείστων, *coram quam plurimis.* AUGER.

Ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ] Restitue Præpositionem, ἐν ἐκείνῃ. Ita supra, εἰ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. Infra, πλὴν ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. Ioan. XXI. 3. καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐπίασαν οὐδέν. Sequitur: καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες. ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ. Τῶν μὲν μαρτύρων ἀκηκόατε, etc. Scribe, ΜΑΡΤΥΡΕΣ, ut supra monui. MARKLAND. Malim ΜΑΡΤΥΡΕΣ. AUGER.

Γραφὰς] Sæpissime, ut et hic factum est, duo istæc vocabula, γραφαὶ et δίκαι, secum ab oratoribus Atticis comparantur. Illæ sunt causæ publicæ, ad remp. pertinentes, quas uno nomine majestatis actionum complectaris. quarum rei, qui damnarentur, capite minuebantur, sive maxima illa erat capitis imminutio, seu extremum supplicium, sive minima, hoc est, exsilium. quocirca recte, foroque Attico convenienter subjungit Lysias ταῖς γραφαῖς exsilii pœnam; non autem ταῖς δίκαις, seu privatis causis. REISK.

Οὔτε συνῄδει — ἐπιβουλεύουσι] Vis argumenti hæc est: Nullam fuisse causam, cur Eratosthenem Euphiletus occideret, nisi commissum ab illo adulterium; neque enim antea inter ipsos inimicitias exstitisse, neque fuisse Erastosthenem Euphileto criminis alicujus conscium, idque celasse, atque ideo hunc metuentem ne indicaret facinus voluisse eum interficere, quæ homicidiorum non raro causa fuerit, idque vel hinc est manifestum, quod Eratosthenes illi pecuniam obtulerit, quod facturus non fuisset, si minus eum terrere potuisset; eamque non accepturum Euphiletum facile potuisset intelligere, si solus criminis cujusdam ei conscius fuisset. Hæ me movent rationes, ut scribendum existimem: οὔτε εἰ τοιαῦτα διεπραξάμην, ἤλπιζεν ἄν με

κακὸν οὐδὲν ὃ ἐγὼ δεδιὼς μή τις πύθηται, ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι, οὔτε, εἰ ταῦτα διεπραξάμην, ἤλπιζον [1] [μὲν] χρήματα λήψεσθαι· ἔνιοι γὰρ τοιούτων πραγμάτων ἕνεκεν θάνατον ἀλλήλοις ἐπιβουλεύουσι. τοσούτου τοίνυν
47 δεῖ ἢ λοιδορία ἢ παροινία ἢ ἄλλη τις διαφορὰ ἡμῖν γεγο- 96. 1
νέναι, ὥστε [2] οὐδὲ ἑωρακὼς ἦν τὸν ἄνθρωπον πώποτε πλὴν ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. τί [3] ἂν οὖν βουλόμενος ἐγὼ τοιοῦτον κίνδυνον ἐκινδύνευον, εἰ μὴ τὸ μέγιστον τῶν ἀδικημάτων ἦν ὑπ' αὐτοῦ ἠδικημένος; ἔπειτα παρακαλέσας αὐτὸς μάρτυρας ἠσέβουν, ἐξόν μοι, εἴπερ ἀδίκως ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι, μηδένα μοι τούτων συνειδέναι;

ια'. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἰδίαν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ νομίζω ταύτην γενέσθαι τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πόλεως ἁπάσης. οἱ γὰρ τοιαῦτα πράττοντες, ὁρῶντες οἷα τὰ ἆθλα πρόκειται τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων, ἧττον εἰς τοὺς ἄλλους [4] ἐξαμαρτήσονται, ἐὰν [5] καὶ ὑμᾶς ὁρῶσι τὴν
48 αὐτὴν γνώμην ἔχοντας. εἰ δὲ μή, πολὺ κάλλιον τοὺς μὲν κειμένους νόμους ἐξαλεῖψαι, ἑτέρους δὲ θεῖναι, οἵτινες τοὺς μὲν φυλάττοντας τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ταῖς ζημίαις ζημιώσουσι, τοῖς δὲ βουλομένοις εἰς αὐτὰς ἁμαρτάνειν πολλὴν ἄδειαν ποιήσουσι. πολὺ γὰρ οὕτω δικαιότερον ἢ ὑπὸ τῶν

[1] Absunt unci. T. R. μεν A. [2] οὔτε T. [3] Deest ἄν. T. A. [4] ἐξαμαρτήσουσιν T. R. A. [5] καὶ] δὲ T.

χρήματα λήψεσθαι. *neque si tale quid patrassem, sperare potuisset, me pecunia posse placari, quum hunc impune occidendi ejus metuque me liberandi occasionem haberem.* Obtulisse autem Eratosthenem pecunias, si vitæ parcere vellet Euphiletus, narratur p. 173. 9. SLUITER.

Ἤλπιζον μὲν] Μὲν abesse mallem, aut certe cum με mutari. *sperabam me pro patrata illa cæde mercedem accepturum.* REISK. Quod Contius ejicit non subrogando με. AUGER.

Θάνατον ἀλλήλοις ἐπιβουλεύουσι] Usitatius est ἀλλήλοις ἐπιβουλεύουσι, sine τῷ θάνατον: et ita fere scribit Noster. Vulgata tamen defenditur loco Andocidis, Orat. adv. Alcibiad. p. 31. καὶ τῷ κηδεστῇ θάνατον ἐπιβουλεύει: et p. 30. θάνατον ἐπεβούλευσε Καλλίᾳ. Paulo ante, pro ἤλπιζον μὲν, scribo, ἤλπιζον ἄν, *sperare potuissem.* MARKLAND. Pro ἀλλήλοις malim ἄλλοις. AUGER.

Οὐδὲ] Sic dedi de meo. *ne viderim quidem.* olim erat οὔτε. quod ab hoc loco est alienum. REISK. Οὐδέ. CONT.

Τί οὖν] Τί ἂν οὖν. CONT. Ego velim, fateor, sic legisse, quamvis ἂν possit subaudiri. AUGER.

Ἐὰν δὲ] Ἐάν γε mavult Steph. ut conjungatur cum præcedentibus. Cordate. Tametsi δὴ non fuisset pro nihilo. *Tum demum* cum emphasi. TAYLOR. Mallem, ἐὰν καί: et locum aliter distinguerem: ἧττον εἰς τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτήσουσιν, ἐὰν καὶ ὑμᾶς ὁρῶσι τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας: *si vos* quoque *conspexerint* etc. Mox, ad finem Orat. deest Articulus ante πόλεως: τοῖς τῆς πόλεως νόμοις: ut supra hac Orat. et passim. MARKLAND. Ἐξαμαρτήσονται, ἐάν τε ὑμᾶς. CONT.

Τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας] *Eundem animum habentes,* np. ac ipsi injuria affecti. AUGER.

Γνώμην] Subaudi τοῖς νόμοις. REISK.

Θεῖναι] Malim θέσθαι. AUGER.

Ταῖς ζημίαις] Videtur ἐσχάταις aut μεγίσταις interponendum esse. REISK.

Οὕτω] τοῦτο. CONT.

νόμων τοὺς πολίτας ἐνεδρεύεσθαι, οἳ κελεύουσι μέν, ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ, ὅ τι ἂν βούληται χρῆσθαι· οἱ δ' ἀγῶνες δεινότεροι τοῖς ἀδικουμένοις καθεστήκασιν ἢ τοῖς παρὰ τοὺς νόμους τὰς ἀλλοτρίας καταισχύνουσι γυναῖκας. ἐγὼ γὰρ νῦν καὶ περὶ τοῦ σώματος καὶ περὶ τῶν χρημάτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κινδυνεύω, ὅτι τοῖς [1] τῆς πόλεως νόμοις ἐπειθόμην.

[1] Deest τῆς. T. A.

Οἳ κελεύουσι μὲν] Breviloquentia Lysiaca hæc est, orationem interdum efficiens conturbatiorem. perinde est ac si dixisset: ὃ γίγνεται, εἰ οἱ μὲν νόμοι κελεύουσιν — *id quod contingit, si leges quidem* —. REISK.

Ἐπειθόμην] Post ἐπειθόμην Contius hanc annotationem ponit: πολλὰ λείπει. AUGER.

ΛΥΣΙΟΥ

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ

ΤΟΙΣ ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ ΒΟΗΘΟΙΣ.

Pag. ed. H.Steph. — Pag. ed. Reisk.

190. α΄. ΕΙ μὲν ἡγούμην οἷόν τε εἶναι, ὦ παρόντες ἐπὶ τῷδε 50
τῷ τάφῳ, λόγῳ δηλῶσαι τὴν τῶν ἐνθάδε κειμένων ἀνδρῶν
ἀρετήν, ἐμεμψάμην ἂν τοῖς ἐπαγγείλασιν ἐπ' αὐτοῖς ἐξ
ὀλίγων ἡμερῶν λέγειν· ἐπειδὴ [1] δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ πᾶς
χρόνος οὐχ ἱκανὸς λόγον ἴσον παρασκευάσαι τοῖς τούτων
ἔργοις, διὰ τοῦτο καὶ ἡ πόλις μοι δοκεῖ, προνοουμένη τῶν

[1] δὲ τοῖς πᾶσιν T. R.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ] Pulcherrima et ornatissima oratio Lysiæ, qua eos laudavit, qui Corinthiis opem ferentes occubuerunt: quam quidem orationem, ut et ceteras Ὄρχαμος τυπογράφων ita emendatam edidit, ut tamen aliorum industriæ aliquid reliqui fecerit. Muret. *Var. Lect.* XVII. 11. Bellum hoc contra Lacedæmonios gestum incidit in Olymp. XCVI. duce Iphicrate. Vid. Diod. Sic., Xenophon. in Hellenic., Nep. in Iphicrate, Pausan. in Lacon. et Messen., et Palmer. ad Plut. Aristoph. 173. Memoratur hæc oratio a Theone, Capp. 1. et 2. ab Harpocr. in Γερανία. Laudatur item ab Aristotele in Rhetor. III. 10. (dissimulato tamen nomine auctoris) et a σχ. Æschinis inedito. Taylor. Plutarchus in Vita Isocrat. refert, nonnullos dixisse Isocratem transtulisse nobilem illum *Panegyricum* suum ex scriptis Gorgiæ Leontini, et Lysiæ. De Gorgia quidem nescio: sed quod ad Lysiam attinet, verissimum est, quod isti dixerunt. Conferenti enim hanc Nostri Orationem cum Isocratis Panegyrico, patebit clare, plurima esse non solum ad Res et Historias et earum Dispositionem spectantia, sed etiam Verba et Sententias, ex hac in illum transcriptas: quod nonnullis in locis notabimus; omnia enim accuratius persequi non vacat. Ipse Isocrates Lysiam, inter alios, et hunc Ἐπιτάφιον λόγον innuere videtur istis Panegyr. p. m. 108. καίτοι με οὐδὲ λέληθεν, ὅτι χαλεπόν ἐστιν ὕστατον ἐπελθόντα λέγειν περὶ πραγμάτων πάλαι προκατειλημμένων, καὶ περὶ ὧν οἱ μάλιστα δυνηθέντες τῶν πολιτῶν εἰπεῖν, ἐπὶ τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις πολλάκις εἰρήκασιν. Quin et, quod indignatiunculam aliquam nonnullis mereri forsan videbitur, Nostrum, cui tam multa debere voluit, virgula Censoria non dubitavit tangere, loco de quo monebo infra. Plures vero hujusce generis Ἐπιταφίους scripsit Lysias, prout testantur Plutarchus, Photius, et Suidas; quæ, opinor, comprehendentur sub generali nomine τῶν Πανηγυρικῶν Lysiæ, quorum meminit Halicarnasseus, et in quibus Stylum solito elatiorem agnoscit: quæ crisis verissima est. Hanc Orationem semel citat Harpocration, V. Γερανία. Markland. Orationem Funebrem licet constans veterum judicium Lysiæ tribuerit, multa tamen sunt, quæ mihi persuadeant, non ipsum Lysiam esse auctorem. Est enim dictio magis ornata et inflatior etiam, quam pro illius ævi hujusque scriptoris simplicitate, plena quæsito ornatu. Antithetorum fastidiosam habet multitudinem et cumulationem, totaque sophisticum quoddam spirat ingenium. Nos igitur auctorem secuti Valckenaerium (ad Herod. l. VII. p. 566. 36. b. p. 579. 58. a.), ipsaque re id suadente, hanc Orationem Lysia abjudicamus, quod et post Valckenaerium fuit judicium Reiskii ad h. or. p. 64. Sluiter.

Ἐπ' αὐτοῖς] Junge cum λέγειν, *dicere de his rebus*, vel *de his viris*, de quibus nunc dico. Auger.

ἐνθάδε λεγόντων, ἐξ ὀλίγου τὴν πρόσταξιν ποιεῖσθαι,
ἡγουμένη οὕτως ἂν μάλιστα συγγνώμης αὐτοὺς παρὰ τῶν
ἀκουσάντων τυγχάνειν. ὅμως δὲ ὁ μὲν λόγος μοι περὶ 51
τούτων, ὁ δ' ἀγὼν οὐ πρὸς τὰ τούτων ἔργα, ἀλλὰ πρὸς
τοὺς πρότερον ἐπ' αὐτοῖς εἰρηκότας. τοσαύτην γὰρ ἀφθονίαν
παρεσκεύασεν ἡ τούτων ἀρετὴ καὶ τοῖς ποιεῖν δυναμένοις
καὶ τοῖς εἰπεῖν βουληθεῖσιν, ὥστε καλὰ μὲν πολλὰ τοῖς 52
προτέροις περὶ αὐτῶν εἰρῆσθαι, πολλὰ δὲ καὶ ἐκείνοις παραλελεῖφθαι, ἱκανὰ δὲ καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἐξεῖναι εἰπεῖν· 53

Ἐξ ὀλίγου] Sub. χρόνου. Idem.

Ὅμως] Malim ὅλως. *universe.* Reisk.

Λόγος — ἀγὼν] Simili fere elegantia Diod. Sic. l. 11. Τὴν μὲν μάχην αὐτοῖς εἶναι κρίνοντες πρὸς τοὺς Βαρβάρους, τὸν ἀγῶνα δὲ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐπ' ἀρετῇ θαυμαζομένους ὑπάρχειν. Taylor.

Ἐπ' αὐτοῖς] Imo vero ἐπ' ἄλλοις. *super aliis*, item, ut hi sunt, pro patria cum fortiter dimicarent, vita defunctis, atque hic in Ceramico sepultis. Alias τούτων erit ambiguum, et natans, modo enim tum sepeliendos, modo dudum sepultos idem vocabulum significabit. Reisk.

Ποιεῖν] Viden', quantum afflatui poetico tribuat ὁ καταλογάδην? ποιεῖν δυναμένοις — εἰπεῖν βουληθεῖσιν. Nam de Poetica dictum accipio. Quid enim? Ἀλλὰ μὴ ποιεῖν μηδὲ συγγράφειν. Plato in Lyside. Disertius adhuc et huic loco accommodatius Isocr. in Paneg. Τίς γὰρ ἢ τῶν ποιεῖν δυναμένων ἢ τῶν λέγειν ἐπισταμένων κ. τ. λ. Nec mirum hæc esse tam diserta, cum ex Nostri funebri pleraque transtulit Isocrates in suam Panegyricam. Vid. Plutarch. in Isocrate, Photius itidem, Theo Progymm. c. 1. Redeo autem. Μόνοι δὲ καὶ τὸν Ἡσίοδον ἤλεγξεν ἔργῳ ψευδόμενον, ποιήσαντα, ὅτι καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ φθονέει. Aristid. in obit. Alexand. Ita Socrates, qui Tragœdias cum Euripide composuit, dicitur a Laertio in vitæ initio συμποιεῖν Εὐριπίδῃ. Add. Eustath. procem. ad Comment. in Homer. Steph. ad l. c. Laertii. In vernaculam etiam defluxit.

What is he for a Lad you so lament?
Is Love such pinching pain to them that prove?
And hath he skill to make so excellent,
Yet hath such little Skill to bridle Love?

Spencer, Eclog. 4.

The God of Shepherds Tityrus is dead,
Who taught me humbly as I can to make.

Id. Eclog. 6.

Plura dabit Index ad Chaucerum. Taylor. ποιεῖν est *carmina scribere.* Lucianus pro laps. int. salut. p. 497. ποιῶν εἰς τὸν Ἀπόλλω, *versus in Apollinem scribens.* Dion. Halicarnasseus περὶ Συνθ. Segm. XX. οἱ κράτιστα διαλεχθέντες, ἢ ποιήσαντες, *præstantissimi scriptores prosaici, et poetæ.* Et ita Diog. Laertius Platone. Markland.

Ἐκείνοις παραλελεῖφθαι] Id est, ὑπ' ἐκείνων. *ab illis esse omissa.* Verum, nescio qui, haud satis placet hæc lectio, in se illa quidem sic satis tolerabilis. primum enim supervacaneum est, et nemo desideret ἐκείνοις, qui in continenti modo τοῖς προτέροις legerit. Porro perspicuum satis est, hic tres hominum ordines inter se comparari, priores, qui nunc sunt, et postmodum futuros. horum primi et ultimi commemorati, medii taciti transmissi sunt. Veni igitur in suspicionem, Lysiam dedisse πολλὰ δὲ καὶ ἡμῖν καταλελεῖφθαι. *sed et nobis multa esse relicta.* καταλείπει, qui alteri, quod suppleat, relinquit. παραλείπει, qui a se dicenda, seu data opera, seu per secordiam, indicta præterit. Reisk.

Ἐξῆν εἰπεῖν] Emendat Muretus ex Cod. ἐξεῖναι, prout postulabat constructio. Mendum ortum ex vice Diphthongi ει et η: quale istud Heb. IX. 1. εἶχε μὲν οὖν ἡ πρώτη σκηνὴ δικαιώματα λατρείας etc. pro ἐκήνη, id est, ἐκείνη, scil. διαθήκη. Qui enim defendunt σκηνὴ, certe non percipiunt Apostoli Argumentationem, quæ dependere et connecti videtur cum commate 7. cap. præcedentis, reliquis intermediis parenthetice sumendis: εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη ἦν ἄμεμπτος, οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος. εἶχε μὲν οὖν ἡ πρώτη ἐκείνη δικαιώματα λατρείας, etc. longa enim ista parenthesis probat δευτέρας ἐζητῆσθαι τόπον, *secundum Fœdus requisitum fuisse*, quæ erat ultima Positio in comm. septimo: post quam probatam redit ad priorem Positionem ejusdem

54 οὔτε γὰρ γῆς ἄπειροι οὔτε θαλάττης οὐδεμιᾶς, πανταχοῦ δὲ καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις οἱ τὰ ¹αὑτῶν πενθοῦντες κακὰ τὰς τούτων ἀρετὰς ὑμνοῦσι.

ϛʹ. Πρῶτον μὲν οὖν τοὺς παλαιοὺς κινδύνους τῶν προγόνων δίειμι, μνήμην παρὰ τῆς φήμης λαβών· ἄξιον γὰρ πᾶσιν ἀνθρώποις κἀκείνων μεμνῆσθαι, ὑμνοῦντας μὲν ἐν
55 ταῖς ᾠδαῖς, λέγοντας δ' ἐν ταῖς τῶν ἀγαθῶν ²μνήμαις, τιμῶντας δ' ἐν τοῖς καιροῖς τοῖς τοιούτοις, παιδεύοντας δ' ἐν τοῖς ³τῶν τεθνεώτων ἔργοις τοὺς ζῶντας.

¹ αὐτῶν T. ² γνώμαις R. ³ τῶν om. T.

commatis, et probat (cap. IX. 1, 2. etc.) τὴν πρώτην ἐκείνην οὐκ εἶναι ἄμεμπτον, *prius illud Fœdus culpa non vacasse*, id est, *imperfectum fuisse*. Multi Codd. omittunt σκηνή: quæ quidem omitti potest, ita tamen, ut verba Apostoli connectantur, quemadmodum dixi, et τὸ πρώτη, sit διαθήκη, non σκηνή. Sed verosimilius puto resumptam fuisse vocem ἐκείνη propter longam digressionem. Video eandem Conjecturam Doctiss. quoque Mangeio in mentem venisse. MARKLAND. Melius conveniret, mea sententia, περιεῖναι (pro περιέσεσθαι) *superatura*, vel *superfutura esse*. REISK.

Ἄπειροι] Dicitur ille ἄπειρος γῆς, eo quidem sensu, quo Lysias hanc dictionem hic loci usurpavit (nam alium quoque fert), cujus nomen ad illius regionis incolas haud pervenit. IDEM. Significat, *neque terra neque mari incogniti*, vel *inauditi*. post οὐδεμιᾶς sub. οὗτοί εἰσι. ad πανταχοῦ δὲ sub. etiam aliquid, v. g. ἔνδοξοί εἰσι. deinde pro παρὰ πᾶσιν malim παρὰ τούτοις, et tunc καὶ erit *etiam*, nam in ultima parte phraseos, non de omnibus hominibus agitur, sed de iis duntaxat qui cum Atheniensibus conflixere. AUGER.

Πανταχοῦ] Πανταχῇ codices. Quod fortasse displicere emunctioribus non potest. Quid enim, amabo, interest inter πανταχοῦ et παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις? At Magistro profecto neutrum placet. Nam pro πανταχῇ et πανταχοῦ, ἑκασταχοῦ rectius ab Atticis dici contendit. TAYLOR.

Αὐτῶν πενθοῦντες] Habe αὐτῶν me fidejussore. Nostrorum hominum virtutem non nisi cum *suorum* calamitate conjunctam. Paulo inferius. Ἀπαγγεῖλαι τήν τε σφετέραν αὐτῶν δυστυχίαν καὶ τὴν τῶν ἡμετέρων προγόνων ἀρετήν. IDEM. Scribe, αὑτῶν: *sua mala*, seu *infortunia, deflentes*. Qui enim Filios vel Fratres vel Maritos in bello occisos lugent, Fortitudinem eorum, qui occiderunt istos, simul prædicant. MARKLAND.

Μνήμην] Μνήμῃ. SCALIG. μνήμην bene habet, significans h. l. rem gestam, quæ refertur ab eo, qui ipse non interfuerit tum, cum gereretur, ex aliena fide, seu famæ, seu monumentorum literis consignatorum. REISK.

Ἄξιον γὰρ πᾶσιν ἀνθρ.] Γὰρ redit ad occultam sententiam a legente quoque tacite supplendam, priora cum insequentibus vincientem. Memorias dicendorum, ait, a fama traditas habeo. quas memorias facile fuit adipisci, passim obvias, et omnium in ore versantes. Decet *enim* omnes homines —. REISK. πάντας ἀνθρώπους. CONT.

Κἀκείνων] Non suorum tantummodo, qui populo cuique proprii sunt, majorum, sed *etiam illorum*, qui majores sunt Atheniensium. REISK.

Γνώμαις] Taylor h. l. lectionem μνήμαις, a Stephano aut profectam, aut proditam certe ab illo primo, servarat. Ego Aldinam revocavi, magis ob consensum codicum, quam ob lectionis præstantiam. In Augustano codice, quem ad editionem Taylori exegi, videtur utique μνήμαις esse, quoniam ex eo nihil varietatis ad h. l. exscripsi. Constat utrique lectioni sua ratio. Stephanica hoc dicit, in *commemorationibus virorum fortium*. Aldina, *cum gnomæ virorum fortium recitantur*. Gnomæ, seu dicta bonæ mentis plena τῶν ἀγαθῶν h. e. virorum virtutis et sapientiæ laude clarorum, magno numero leguntur a Diogene Laertio, libro primo, aliisque relata. Ejusmodi sententiæ igitur, ait orator, cum recitantur, decet omnes homines exempla virtutis a majoribus nostris edita oratione commemorare; quibus exemplis illæ gnomæ, veluti perspicuis quibusdam invictisque documentis illuminentur et confirmentur, eoque altius in animis audientium deligantur. Comparat inter se poesin et prosam: ὑμνοῦντας ἐν ταῖς ᾠδαῖς et λέγοντας ἐν ταῖς γνώμαις. potior enim il-

γʹ. ¹Ἀμαζόνες γὰρ Ἄρεος μὲν τὸ παλαιὸν ἦσαν θυ- 56
γατέρες, οἰκοῦσαι δὲ παρὰ τὸν Θερμώδοντα ποταμόν, μόναι ²μὲν ὡπλισμέναι σιδήρῳ τῶν περὶ αὐτάς, πρῶται δὲ τῶν πάντων ἐφ' ἵππους ἀναβᾶσαι, οἷς ἀνελπίστως δι' ἀπειρίαν τῶν ἐναντίων ᾕρουν μὲν τοὺς φεύγοντας, ἀπέλειπον δὲ τοὺς διώκοντας, ἐνομίζοντο ³δὲ διὰ τὴν εὐψυχίαν μᾶλλον ἄνδρες 57
ἢ διὰ τὴν φύσιν γυναῖκες· πλέον γὰρ ἐδόκουν τῶν ἀνδρῶν ταῖς ψυχαῖς διαφέρειν ἢ ταῖς ἰδέαις ἐλλείπειν. ἄρχουσαι δὲ πολλῶν ἐθνῶν, καὶ ἔργῳ μὲν τοὺς περὶ αὐτὰς καταδεδουλωμέναι, λόγῳ δὲ περὶ τῆσδε τῆς χώρας ἀκούουσαι κλέος μέγα, πολλῆς δόξης καὶ μεγάλης ἐλπίδος χάριν παραλαβοῦσαι

¹ Ἀμαζόνες μὲν γὰρ T. R. A. ² δὲ T. ³ [δὲ] R.

latum gnomarum pars erat prosa concepta. IDEM.

Ἀμαζόνες μὲν γὰρ, Ἄρεος μὲν etc.] Inconnexi aliquid esse videtur in Compositione ex abundantia particularum μὲν et δέ. Lego: Ἀμαζόνες μὲν γὰρ Ἄρεος τοπαλαιὸν ἦσαν θυγατέρες, οἰκοῦσαι παρὰ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν, μόναι μὲν ὡπλισμέναι — πρῶται δὲ etc. ita omnia recte respondent. Μόναι μὲν est a Mureto, pro μόναι δέ. Vide Isocratem Paneg. p. 106. Genev. Ann. 1621. MARKLAND. et *in edit. min.* TAYLOR. Primum μὲν quanquam a Marklando confixum est, et a plerisque codicibus abest, tantum tamen absum, ut condemnem, ut potius servandum tuendumque censeam. Nam ut posteriori μὲν respondet proximum δὲ, in illis οἰκοῦσαι δὲ παρὰ — ita priori illi, quod exterminatum eunt, respondet illud δὲ, quod p. 191. 7. ed. Steph. legitur in illis Ἀδράστου δὲ καὶ Πολυνείκους. Ab Amazonibus ad Adrastum transit atque Polynicen. Illas cum his comparat. Ἀμαζόνες μὲν — Ἀδράστου δὲ — Mirifice et ad fastidium luxuriat hac in oratione Lysias, cum antithetis molestissimis, frigus et nauseam creantibus, tum illa perpetua oppositione, sæpe perquam inepta, et puerili, inter μὲν et δέ. REISK.

Μόναι — τῶν περὶ αὐτὰς] *Solæ ex iis qui circa ipsas erant*, i. e. solæ populorum vicinorum. AUGER.

Ἥρουν] Ita Steph. et Codd. sanatiores: ᾕρουν Ald. quod vidit Scaliger. Locus huic omnimodo germanus, vindices modo ab Interprete, Xenoph. de re eq. ineunte oratione: Οἱ γὰρ ἥττους τῶν πόνων (de equis habetur sermo) οὔτε αἱρεῖν οὔτε ἀποφεύγειν δύναιντο ἄν. Nec *attollere*, nec *evadere*. Quam ingeniose! Vides istud αἱρεῖν, quod ille sequitur, locum non capere, addo neque agnoscere editionem principem. TAYLOR.

Τοὺς περὶ αὐτὰς καταδεδουλωμέναι] Muretus τὰ pro τοὺς, ut ad ἐθνῶν referatur. Nescio e libris, an conjectura. Nihil tamen mutarem. supra enim pariter loquitur: μόναι μὲν ὡπλισμέναι σιδήρῳ τῶν περὶ αὐτὰς, id est, τῶν ἀνθρώπων. Demosthenes in Leptin. πάντων τῶν περὶ αὐτοὺς ἄρχοντες. Mox pro ἔδοξαν εἶναι γυναῖκες, forte ἔδειξαν εἶναι γυναῖκας, *ostenderunt se esse fœminas tantum*. MARKLAND. τὰ περί. CONT.

Ἐλπίδος χάριν] Dictio pæne ad tragicam magniloquentiam assurgens hæc est, cum κλέος μέγα, *magnam famum*, appellat πολλῆς δόξης καὶ μεγάλης ἐλπίδος χάριν, *gratiam*, vel *suavem et delectabilem fructum, amplissimæ gloriæ et ingentis spei*. h. e. rem, unde duæ jucunditates exsisterent, altera præclaræ opinionis apud audientes de hominibus tam claris. altera spei, qua tententur hi, qui bellum adversus eos suscipere velint, de magnitudine et prædæ et famæ ab illis devictis reportandæ. Vel etiam χάριν significat h. l. *propter*. et hæc posterior interpretatio est illa priore aliquanto planior. REISK. χάριν regit genitivos præcedentes, et significat *causa, gratia*. AUGER.

Παραλαβοῦσαι] Scythas fuisse discimus ex Isocr. in Paneg., Justin. II. 4., Pausan. in Atticis, aliisque. Attamen de exitu hujus pugnæ non ita facile est homines conciliare. Noster πρὸς ἡδονὴν ἀκροάσεως modo Τὴν ἑαυτῶν πατρίδα διὰ τὴν ἐνθάδε συμφορὰν ἀνώνυμον κατέστησαν. Ad laudem quidem magnifice: ceterum ad veritatem ἀκριβέστερον Historici, qui eas non solum in regnum reversas fuisse, verum etiam ibi ad Macedonicum usque imperium durasse produnt. Pausan. Attic. c. 15., Justin. l. c. Neque hæc commentandi animo dico, Τοιάδ' ἐπ' ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς

58 τὰ μαχιμώτατα τῶν ἐθνῶν ἐστράτευσαν ἐπὶ τήνδε τὴν
πόλιν. τυχοῦσαι δ' ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοίας ἐκτήσαντο τὰς
ψυχὰς τῇ φύσει, καὶ ἐναντίαν τὴν δόξαν τῆς προτέρας λα-
βοῦσαι μᾶλλον ἐκ τῶν κινδύνων ἢ ἐκ τῶν σωμάτων ἔδοξαν
εἶναι γυναῖκες. μόναις δ' αὐταῖς οὐκ ἐξεγένετο ἐκ τῶν ἡμαρ- 191. 1
τημένων μαθούσαις περὶ τῶν λοιπῶν ἄμεινον βουλεύσα-
σθαι, οὐδ' οἴκαδε ἀπελθούσαις ἀπαγγεῖλαι τήν τε σφετέ-
ραν αὐτῶν δυστυχίαν καὶ τὴν τῶν ἡμετέρων προγόνων ἀρετήν·
αὐτοῦ γὰρ ἀποθανοῦσαι, καὶ δοῦσαι δίκην τῆς ἀνοίας,
τῆσδε μὲν τῆς πόλεως διὰ τὴν ἀρετὴν ἀθάνατον μνήμην
59 ἐποιήσαντο, τὴν δὲ ἑαυτῶν πατρίδα διὰ τὴν ἐνθάδε συμ-
φορὰν ἀνώνυμον κατέστησαν. ἐκεῖναι μὲν οὖν τῆς ἀλλοτρίας
ἀδίκως ἐπιθυμήσασαι τὴν [1] ἑαυτῶν δικαίως ἀπώλεσαν.

δ'. Ἀδράστου δὲ καὶ Πολυνείκους ἐπὶ Θήβας στρατευ-
σάντων καὶ ἡττηθέντων μάχῃ, οὐκ ἐώντων [2] Καδμείων θά-
πτειν τοὺς νεκρούς, Ἀθηναῖοι ἡγησάμενοι ἐκείνους μέν, εἴ τι
ἠδίκουν, ἀποθανόντας δίκην ἔχειν τὴν μεγίστην, τοὺς δὲ κάτω
60 τὰ [3] αὐτῶν οὐ κομίζεσθαι, ἱερῶν δὲ μιαινομένων τοὺς ἄνω

[1] αὑτῶν T. R. A. [2] τῶν Καδμ. T. R. A. [3] αὑτῶν T. R.

ἔλθοι Κύπρις! sed ut præmoneam medicinam laceratis Rhetorum locis, si usu venerit, non semper ex Historiæ monumentis, aut rerum gestarum Fide esse eruendam. Taylor.

Ἔδοξαν εἶναι] Non satis attentum se cautumque h. l. Marklandus gessit, qui proderet se malle legi ἔδειξαν εἶναι, immemor ille, id ne Græcum quidem esse. Græci non sic loquuntur, sed ἔδειξαν οὖσαι. quod idem est atque ἔδειξαν ὅτι εἰσὶ γυναῖκες. unde constat vulgatam ἔδοξαν probam esse lectionem. Reisk.

Οὐδ' οἴκαδε ἀπελθούσαις ἀπαγγεῖλαι etc.] Isocrates Paneg. p. 106. λέγεται δ' οὖν περὶ τῶν Ἀμαζόνων, ὡς τῶν μὲν ἐλθουσῶν οὐδεμία πάλιν ἀπῆλθε. Sed et totum istius loci colorem ex hoc Nostri duxit. Markland.

Ἀδράστου δὲ καὶ Πολυνείκους etc.] Isocrates Paneg. p. 101. Markland.

Τῶν Καδμείων] F. τε Καδμείων. Taylor. Nescio quare. Reisk.

Καδμείων] *Cadmeorum*, i. e. Thebanorum, qui hic nominantur Cadmei a Cadmea Thebanorum arce. Auger.

Ἠδίκουν ἀποθανόντας δίκην ἔχειν] Cui satisfactum fuit, ille dicitur δίκην ἔχειν. qui satisfecit, δίκην ὑποσχεῖν vel ὑποτελέσαι. Patet ergo vitium hoc in loco inesse, et aut sic leg. esse: ἐκείνους μὲν (Cadmeos puta), εἴ τι ἠδικοῦντο, ἀποθανόντων (scil. τῶν περὶ Ἄδραστον καὶ Πολυνείκην) δίκην ἔχειν τὴν μεγίστην]. *illis, si qua oblata fuisset injuria, satisfactum esse modo quam luculentissimo,* eo scil. quod cecidissent ipsorum hostes. aut sic: ἐκείνους μὲν (septem ad Thebas duces, cum copiis suis), εἴ τι ἠδίκουν (scil. τοὺς Καδμείους), ἀποθανόντας δίκην τελεῖν (aut ὑποσχεῖν) τὴν μεγίστην. *illos* (Argivos), *si quam* Cadmeis *injuriam obtulissent, eam morte sua luisse, pœnasque ejus dedisse, quæ dari possint maximæ.* Reisk.

Οὐ κομίζεσθαι] Ab Aug. abest οὐ. qui si non est merus librarii lapsus, hominis indoctissimi, atque in primis supini et somnolenti, suspicari possis leg. esse: τοὺς δὲ κάτω τὰ αὑτῶν δεῖν κομίζεσθαι. *deos autem inferos debere jura sibi debita haud imminuta adipisci, iisque perfrui.* quibus in juribus hoc quoque erat, ut vita defuncti humarentur. Idem.

Κομίζεσθαι] Κομίζεσθαι pro funerea ratione solennem et notissimum habet usum. Eurip. Suppl. 24.

Ὅς μ' ἐξοτρύνει παῖδ' ἐμὸν πεῖσαι λιταῖς
Νεκρῶν κομιστὴν ἢ λόγοισιν ἢ δορὸς
Ῥώμῃ γενέσθαι.

θεοὺς ἀσεβεῖσθαι, τὸ μὲν πρῶτον πέμψαντες κήρυκας ἐδέοντο 63
αὐτῶν δοῦναι τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν, νομίζοντες ἀνδρῶν μὲν

Id. ib. 126.

Κομίσαι σε, Θησεῦ, παῖδας Ἀργείων θέλων.

Et Apollon. Rhod. I. 166.

Γηράσκοντ' Ἀλεὸν, λίπετ' ἄμπολιν, ὄφρα κομίζῃ.

Ælian. V. H. VIII. 4. Εἰς τοσοῦτον προελθεῖν τρυφῆς, ὥστε καὶ κύνας καὶ ἀλεκτρυόνας ἐκείνους οἷς ἔχαιρεν ἐκκομίζειν ἀποθανόντας δημοσίᾳ. Confer Spanheim. ad Aristoph. Plut. 1009. Ceterum non eandem hic loci vim habet, sed plano et liquido sensu pro *accipere* dictum video. Τὰ αὑτῶν, legas, οὐ κομίζεσθαι. *suo jure defraudari Manes Defunctorum.* Τοὺς κάτω. Quibus apud antiquos quasi sepulturæ solennitate parentabatur. Religiosus Cenotaph. L. Cæsaris apud Pisanos: Apvd. eam. aram. qvot. annis. a. d. xii. *K. Sept.* Pvblice. manibvs. eivs. etc. "Ingratus Catilina, parum est illi capere patriam, nisi everterit, nisi Allobrogum in illam cohortes immiserit, et trans Alpes accitus hostis vetera et ingenita odia satiaverit, ac diu *debitas inferias* Gallicis bustis duces Romani persolverint." Sen. de Benef. V. 16. "Priamus quanto pretio sepeliendum Hectorem redemit, rogavit furentem, supplicavit armato, vitamque suam exponere maluit, ut *Cadaveri debita* non negaret." Cassiod. Var. II. 22. Quantæ erat Religionis in bello cæsorum funera procurare, atque etiam hostium non negligere, abunde discimus ex monumentis, legg. et historiis antiquorum. Vide inter ceteros Guther. de Jure Manium. Grot. de Jure B. ac Pacis, II. 19. Eam sollicitudinem satis expresse indicat lucerna antiqua apud Bellorium. * * * "Addebatur etiam saccus undecimus, in quem tota legio particulam aliquam conferebat, sepulturæ scilicet causa, ut si quis ex contubernalibus decessisset, de illo undecimo sacco ad sepulturam ipsius promeretur expensa." Veget. II. 20. Indeque tot monumenta, quæ exstruxerunt commilitones.

D. M.
M. AVRELI. SENECIO
NIS. MIL. COH. V. PR.
P. V. EX.
CAECILIANI. QVI. VIX.
ANN. XXX. M. VLPIVS.
TITVS. COMMANIPVLVS.
ET. HERES. EIVS. CONTV
BERNALI. CARISSIMO.
POSVIT.

Romæ apud Porcarios in ara marmorea.

D. M. S.
C. IVLIVS. CAESAR. LONGINVS.
D. CIL.
C. IVLI. LEIBERTVS.
PERRVPTIS. MONTIBVS. HVC. TANDEM.
VENI. VT. HIC. LOCVS. MEOS. CONTE
GERET. CINERES.
APOLLO. TVAM. FIDEM.
VIXIT. ANNOS XLI. MESS. III.
DIES. XIII.
HOR. NVL.
T. FVLVIVS D. D. L.
COMMILITO. COMMILITON.
VALE. LONGINE. AITERNV.
S. T. T. L.

Genevæ ex Grutero.

Atque inter cetera, quæ ex lege Romana militiæ competebant privilegia, non erant extremæ notæ, quæ ad funus pertinebant. "Cetera item funebria quibus luctus augetur, XII. sustulerunt. Homini, inquit, mortvo ne ossa legito qvo post fvnvs faciat. Excipit bellicam peregrinamque mortem." Cic. de Leg. II. 60. Hunc titulum Institutionum Decemviralium, ut obiter id commoneam, erudite et enucleate præ ceteris explicat Cl. Raevardus in Comment. ad Legg. XII. Tabb. Hujusmodi quoque fuit, quod discimus ex Digestis. "Si quis in bello ceciderit, et si corpus ejus non compareat, lugebitur." L. fin. §. fin. de his qui not. infam. Taylor.

Μιαινομένων] Præstat utique lectio, quam video Codd. exhibere compluscules, μὴ γενομένων. Præstat, inquam, et de Sacris non profano ritu *peractis*, sed *omissis* prorsus et neglectui habitis, uti res postulat, optime dicitur. Quanquam non ignoro hæc verba eleganter aliquando usurpari pro eo, quod dicimus, οὐ καλλιερεῖσθαι. Xen. Hist. Græc. l. 3. Ἐπεὶ δὲ θυομένῳ αὐτῷ οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερὰ τῇ πρώτῃ, τῇ ὑστεραίᾳ πάλιν ἐθύετο, ὡς δὲ οὐδὲ ταῦτα ἐκαλλιερεῖτο πάλιν τῇ τρίτῃ. Ita Plutarch. in Pyrrho: Οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν ἱερῶν τῷ Μανίῳ γενομένων. cum modo dixerat: Μάντεων αὐτὸν οἰωνοῖς καὶ ἱεροῖς ἀποτρεπόντων. Perinde utuntur Latini voce *Litare*. Suet. Aug. c. 96. "Circa Perusiam sacrificio non *litante*, cum augeri hostias imperasset —" et Jul. 81. "Dein pluribus hostiis cæsis cum *litare* non posset, introiit curiam spreta religione." et Plaut. Pœn. II. 1. 8. — "Quoniam *litare* nequeo, abii illinc illico Iratus, vetui exta prosicarier." Ita Herodot.

ἀγαθῶν εἶναι ζῶντας τοὺς ἐχθροὺς τιμωρήσασθαι, ἀπι-
στούντων δὲ σφίσιν αὐτοῖς ἐν τοῖς τῶν τεθνεώτων σώμασι
τὴν εὐψυχίαν ἐπιδείκνυσθαι· οὐ δυνάμενοι δὲ τούτων τυ-
χεῖν ἐστράτευσαν ἐπ᾽ αὐτούς, οὐδεμιᾶς διαφορᾶς πρότερον
πρὸς Καδμείους ὑπαρχούσης, οὐδὲ τοῖς ζῶσιν Ἀργείων χα-
ριζόμενοι, ἀλλὰ τοὺς τεθνεῶτας ἐν τῷ πολέμῳ ἀξιοῦντες
τῶν νομιζομένων τυγχάνειν, πρὸς τοὺς ἑτέρους ὑπὲρ ἀμφο-
τέρων ἐκινδύνευσαν· ὑπὲρ μὲν τῶν, ἵνα μηκέτι εἰς τοὺς τεθνε-
ῶτας ἐξαμαρτάνοντες πλείω περὶ τοὺς θεοὺς ἐξυβρίσωσιν,
64 ὑπὲρ δὲ τῶν [1] ἑτέρων, ἵνα μὴ πρότερον εἰς τὴν αὑτῶν ἀπέλ-
θωσι πατρίου τιμῆς ἀτυχήσαντες καὶ Ἑλληνικοῦ νόμου
στερηθέντες καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἡμαρτηκότες. ταῦτα διανοη-
θέντες, καὶ τὰς [2] ἐν τῷ πολέμῳ τύχας κοινὰς ἁπάντων
ἀνθρώπων νομίζοντες, πολλοὺς μὲν πολεμίους κτώμενοι, τὸ
δὲ δίκαιον ἔχοντες σύμμαχον, ἐνίκων μαχόμενοι. καὶ οὐχ
65 ὑπὸ τῆς τύχης ἐπαρθέντες μείζονος παρὰ Καδμείων τιμω-
ρίας ἐπεθύμησαν, ἀλλ᾽ ἐκείνοις μὲν ἀντὶ τῆς ἀσεβείας τὴν

[1] ἑτέρων om. A.

[2] ἐπὶ T. R. A.

Calliop. 60. Ὥστε πιεζομένων τῶν Σπαρτιητέων, καὶ τῶν σφαγιῶν οὐ γινομένων (χρηστῶν interponit Cod. unus importunissimus), ἀποβλέψοντα τὸν Παυσανίην πρὸς τὸ Ἡραῖον τὸ Πλαταιέων ἐπικαλέσασθαι τὴν θεόν — καὶ τοῖσι Λακεδαιμονίοισι αὐτίκα μετὰ τὴν εὐχὴν τὴν Παυσανιέω ἐγίνετο θυομένοισι τὰ σφάγια χρηστά. Ubi in posterioribus habes plenam locutionem, atque apud Demosth. pariter in Exord. Concion. 63. Ἐθύσαμεν τῷ Διὶ τῷ Σωτῆρι καὶ τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τῇ Νίκῃ, καὶ γέγονε καλὰ καὶ σωτήρια ταῦθ᾽ ὑμῖν τὰ ἱερά. ἐθύσαμεν δὲ καὶ τῇ Μητρὶ τῶν θεῶν καὶ τῷ Ἀπόλλωνι καὶ ἐκαλλιεροῦμεν καὶ ταῦτα. TAYLOR. Ego vulgatam servo tueorque. Polluebantur enim fana deorum per carnes et ossa cadaverum insepultorum a canibus avibusque rapacibus rapta et per fana tectaque fanorum sparsa et tractata. REISK.

Ἑτέρων] Non equidem damnabo, tametsi alii pæne omnes in re simili omittere solent. ὑπὲρ μὲν τῶν — ὑπὲρ δὲ τῶν (sine ἑτέρων). prius τῶν h. l. ad Thebanos redit, posterius ad Argivos. IDEM.

Μὴ πρότερον] Subaudi πρὶν ἢ τοὺς Ἀθηναίους ὑπὲρ αὐτῶν κινδυνεῦσαι. IDEM.

Ἀτυχήσαντες — στερηθέντες — ἡμαρτηκότες] Poterat orator horum uno quocunque defungi et omnia complecti. Verum idem Lysias, brevitatis ille assectator tam acer, ut studio concisæ dictionis sæpe in orationis obscuritatem incidat, vocabula præter necessitatem exaggerat idem significantia, cum alias, tum in hac præcipue oratione funebri, ubi numeros captat, quod orationi convenit, qualis hæc est, pompaticæ. Verumtamen hæc ῥητορεία scholæ Isocraticæ pyxides redolens cum ab ingenio Lysiæ reliquis in ejus monumentis demonstrato quamplurimum abhorreat, dudum est, quod suspicari cœpi, hanc funebrem non ejus, sed alius, nescio cujus esse, ut parum movear a constanti antiquitatis testimonio, eam Lysiæ nostro tribuente. IDEM.

Ἐλπίδος] Omnes enim homines futurum sperant, ut fatis suis defuncti a superstitibus saltim humentur, etiamsi reliquis honoribus carendum sibi fuerit. IDEM.

Τὰς ἐπὶ τῷ πολέμῳ τύχας, κοινὰς ἁπάντων etc.] Pro ἐπὶ notat Schottus (ex Mureto, opinor,) Libros Vett. habere ἐν. Isocrates simpliciter ταῖς κοιναῖς τύχαις, sine mentione *belli*. MARKLAND. ἐν. CONT.

Ἐνίκων μαχόμενοι] Aliter Plutarch. in Thes. et Isocr. in Paneg. TAYLOR.

Παρὰ Καδμείων] Malim articulum τῶν interponi, ut paulo ante p. 188. 15. Dixerat quidem in continenti πρὸς Καδμείους. sed et ibi τοὺς addendum videtur. REISK.

Ἀντὶ τῆς εὐσεβείας etc.] Ἀσεβείας repone. TAYLOR. CONT. Conjeceram ἀσεβείας. Et ita Muretus. Sed, nisi fallor, adhuc deest vox αὑτῶν. ἀλλ᾽ ἐκείνοις μὲν, ἀντὶ τῆς αὑτῶν ἀσεβείας, τὴν ἑαυτῶν ἀρετὴν ἐπεδείξαντο: *sed illis, pro* IPSORUM *impietate,* SUAM *virtutem exhibuerunt.* MARKLAND. Nil videtur opus esse, ut αὑτῶν inseratur, id quod facillime a legente quoque a præmisso ἐκείνοις tacita cogitatione suppleatur. Non solus Lysias, sed omnes omnino Attici, ipsique adeo Latini hanc brevitatem amant, et homines quotquot usquam sunt articulate loquentes. REISK. Marklandum exscribit Taylorus *in Edit. min.*

ἑαυτῶν ἀρετὴν ἐπεδείξαντο, αὐτοὶ δὲ λαβόντες τὰ ἆθλα
ὧνπερ ἕνεκα ἀφίκοντο, τοὺς Ἀργείων νεκρούς, ἔθαψαν ἐν τῇ
αὑτῶν Ἐλευσῖνι. περὶ μὲν οὖν τοὺς ἀποθανόντας τῶν ἑπτὰ 66
ἐπὶ Θήβας τοιοῦτοι γεγόνασιν.

έ. Ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ, ἐπειδὴ Ἡρακλῆς μὲν ἐξ ἀνθρώπων

Ἆθλα] Præmia laborum in bello exantlatorum. Sic appellat Argivorum cadavera; prout ipse orator exponit, per modum superenarrationis addens τοὺς Ἀργείων νεκρούς. Posui ergo comma pone νεκρούς, ut pone ἔθαψαν a legente quoque αὐτοὺς facile tacite suppleatur. REISK.

Ἐν τῇ αὑτῶν Ἐλευσῖνι] Herodot. Calliop. 27. Τοῦτο δὲ Ἀργείους τοὺς μετὰ Πολυνείκεος ἐπὶ Θήβας ἐλάσαντας τελευτήσαντας τὸν αἰῶνα καὶ ἀτάφους κειμένους στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμὲν καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι. Ita Aristid. in Eleusin. Ἐν Ἐλευσῖνι τῆς Ἀττικῆς. Nam neutiquam otiosum erat istum τῇ αὑτῶν Ἐλευσῖνι, cum Cereri Eleusiniæ plura erant templa per Græciam dicata. In Bœotia alterum, ubi contra Mardonium et Persas secunda fortuna pugnatum est, περὶ ποταμὸν Μολόεντα, Ἀργιόπιόν τε χῶρον καλεόμενον, τῇ καὶ Δήμητρος Ἐλευσινίης ἱρὸν ἧσται. Herodot. Calliop. 56. In Ionia aliud, ubi eodem pariter die et successu contra Barbaros Græci militarunt, juxta Γαίσωνά τε καὶ Σκολοπόεντα τῆς Μυκάλης, τῇ Δήμητρος Ἐλευσινίης ἱρὸν, τὸ Φίλιστος ὁ Πασικλῆος ἱδρύσατο, Νείλεῳ τῷ Κόδρου ἐπισπόμενος ἐπὶ Μιλήτου κτιστύν. Id. ibid. 96. Nam secundum eundem Historiographum καὶ τόδε ἕτερον συνέπεσε γενόμενον Δήμητρος τεμένεα Ἐλευσινίης παρὰ ἀμφοτέρας τὰς συμβολὰς εἶναι· καὶ γὰρ δὴ ἐν τῇ Πλαταιίδι παρ᾽ αὐτὸ τὸ Δημήτριον, οὗ ἐγένετο ἡ μάχη καὶ ἐν Μυκάλῃ ἔμελλε ὡσαύτως ἔσεσθαι. Herodot. ibid. 101. Ceterum de his rebus notabiliora quædam infra proferentur ad Orat. c. Andocid. TAYLOR.

Ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη] Ex Religione, credo, Gentium hæc, quarum disseminata est opinio, Semideorum et Heroum *mortem* non esse vitæ excessum, sed rectam quasi ad cœlum migrationem. Ἐπεὶ δὲ ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων Ἡρακλέους ἐζήτει τοὺς παῖδας Εὐρυσθεύς. Pausan. Attic. c. 31. Ἐπεὶ γὰρ Ἡρακλῆς μετήλλαξε τὸν βίον θεὸς ἐκ θνητοῦ γενόμενος. Isocr. in Paneg. Ἐπειδὴ Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθησαν. Id. ibid. Μεταστάντος δὲ Ἡρακλέους εἰς θεοὺς οἱ παῖδες αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα κ. τ. λ. Apollod. Biblioth. l. 2. Λαβὼν δὲ (Philoctetes) τῆς ὑπουργίας χάριν τὴν τῶν τόξων δωρεὰν ἧψε πυράν. εὐθὺ δὲ καὶ κεραυνῶν ἐκ τοῦ περιέχοντος πεσόντων, ἡ πυρὰ πᾶσα κατεφλέχθη. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μὲν περὶ τὸν Ἰόλαον ἐλθόντες ἐπὶ τὴν ὀστολογίαν καὶ μηδὲν ὅλως ὀστέον εὑρόντες ὑπέλαβον τὸν Ἡρακλέα τοῖς χρησμοῖς ἀκολούθως ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς μεθίστασθαι. Diod. Sic. l. 4. p. m. 196. fin. "*Abiit ad Deos* Hercules: nunquam abiisset, nisi, cum inter homines esset, eam sibi viam munivisset." Cic. I. Tusc. 32. "Postquam Hercules *migravit* e terris, nepotes ejus," et quæ sequuntur. Serv. ad Virg. Æn. VIII. 341. "Anno octogesimo post Trojam captam, centesimo et vigesimo, quam *Hercules ad Deos excesserat.*" Paterc. I. 2. Eandem porro ἀποθεώσεως sententiam peperit de summis Philosophis Veterum Superstitio. Ὁ μὲν οὖν (i. e. *Socrates*) ἐξ ἀνθρώπων ἦν. Laert. in Socrat. Πυθαγόραν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι. Lysis. Epist. ad Hipparch. Et de Impp. Romanorum adulatio. Hor. III. Carm. 3. 9.

"Hac arte Pollux et vagus Hercules
Enisus arces attigit igneas
Quos inter Augustus recumbens
Purpureo bibit ore nectar."

Add. Inscript. vet. apud Gruter. XLV. 2.

HERCVLI.
AVG.
CONSORTI.
D. N.
AVRELIANI.
INVICTI. AVGVSTI.
RESPVB. PIS.
CVRAM. AGENTE.
C. IVLIO. PRISCIANO. V. C.
DVC. CVR. R. P. PIS. ET. FAN. P. M.

68 ἠφανίσθη, οἱ δὲ παῖδες αὐτοῦ ἔφευγον μὲν Εὐρυσθέα, ἐξη-
λαύνοντο δὲ ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων, αἰσχυνομένων μὲν
69 τοῖς ἔργοις, φοβουμένων δὲ τὴν Εὐρυσθέως δύναμιν, ἀφικό-
μενοι εἰς τήνδε τὴν πόλιν ἱκέται ἐπὶ [1] τῶν βωμῶν ἐκαθέ-

[1] τὸν βωμὸν T. R.

Hoc autem Herculis ad cœlum iter egregie his verbis depingit Ovid. IX. Met. 239.

"Jamque valens et in omne latus diffusa sonabat,
*Securos*que artus, *contemptorem*que petebat
Flamma suum."

Et modo, Jove immortalitatis fidem faciente,

———"Œtæas spernite flammas;
Omnia qui vicit, *vincet* quos cernitis ignes.
Non nisi materna Vulcanum parte potentem
Sentiet; æternum est a me quod traxit, et *expers*
Atque *immune necis*, nullaque domabile flamma.
Idque ego defunctum terra cœlestibus oris
Accipiam." TAYLOR.

Οἱ δὲ παῖδες αὐτοῦ ἔφευγον μὲν Εὐρυσθέα, etc.] Isocrates: οἱ δὲ παῖδες Ἡρακλέους, φεύγοντες τὴν Εὐρυσθέως ἔχθραν etc. Vide et confer totum locum cum hoc Lysiæ. Mox, αἰσχυνομένων μὲν τοῖς ἔργοις, φοβουμένων δὲ τὴν Εὐρυσθέως δύναμιν: verte, *quos quidem puduit factorum Eurysthei, potentiam vero ejus metuebant.* Τοῖς ἔργοις αἰσχυνομένων, sc. Εὐρυσθέως ἔργοις, non *Herculis*, ut male Interpres Brabantus, qui Activo sensu accepit Participium αἰσχυνομένων, oblitus loci istius infra, οὐχ ἧττον ταῖς συμφοραῖς αἰσχυνόμενοι, ἢ etc. et aliorum in hac Oratione. Paulo post, καὶ ἠξίουν ὑπὲρ τῶν ἀσθενεστέρων etc. Isocrates p. 100. ἡγούμεθα τοῖς ἀσθενεστέροις, καὶ παρὰ τὸ συμφέρον, βοηθεῖν, μᾶλλον ἢ τοῖς κρείττοσι, τοῦ λυσιτελοῦντος ἕνεκα, συναδικεῖν. Omnia eadem. MARKLAND.

Τοῖς ἔργοις] Id est, ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις. pudebat quidem eos eorum, quæ fiebant; h. e. ab homine Græco in Græcos hæc statui exempla immanitatis, et Græcos non intercedere. Perinde est, sive cum Marklando ἔργα illa ad Eurystheum referas, ut sit *facinorum Eurysthei*, an cum cæteris quoque Græcis communices, qui Eurystheum ita inulto sævire in Heraclidas ipsisque sibi insultare sinerent, ut sit, *pudebat quidem Græcos ignaviæ suæ, et immemoris erga Herculem animi sui*, cujus liberos expellerent et pæne proderent hosti eorum. REISK.

Ἐπὶ τὸν βωμὸν] Displicet vehementer lectura Codd. Ioann. et Coisll. duorum, ἐπὶ τῶν βωμῶν. Non animadverterunt sacrilegi illi novatores, quibus ἐπὶ τὸν βωμὸν καθίζεσθαι nove et quasi parum grammatice dictum videbatur, unicam et celeberrimam Aram *Misericordiæ* sc. quam Heraclidarum fortunæ memoriæ consecrarunt, hic necessario intelligendam venire. Τῶν Ἀθηναίων μὴ ἐκδιδόντων αὐτῷ τοὺς Ἡρακλείδας πρὸς τὸν τοῦ ἐλεοῦ βωμὸν καταφυγόντας. σχ. ad Aristoph. Equit. 1148. Διωκόμενοι δὲ ἦλθον εἰς Ἀθήνας καὶ καθεσθέντες ἐπὶ τὸν τοῦ ἐλέου βωμὸν ἠξίουν βοηθεῖσθαι. Apollodor. Biblioth. l. 2. Ἐδέξαντο καὶ Ἀθηναῖοι Δήμητραν φεύγουσαν καὶ Διόνυσον μετοικοῦντα, καὶ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας ἀλωμένους, ὅταν καὶ τὸν ἐλέου ἐστήσαντο βωμὸν, κ. τ. λ. Philostrat. Epist. 70. Πρὸς τὸν τοῦ ἐλέου βωμὸν τῶν Ἡρακλειδῶν προσπεφευγότων, Ἀθηναῖοι μὴ ἐκδιδόντες αὐτοὺς πρὸς Εὐρυσθέα πόλεμον ὑπέστησαν. Zenob. Cent. II. 61. "Postquam Hercules migravit e terris, nepotes ejus timentes insidias eorum, quos avus afflixerat, Athenis sibi primum Asylum, hoc est, *templum Misericordiæ*, collocarunt." Serv. ad VIII. Æn. 341. "Primi Heraclidæ condidere Asylum Athenis sub titulo Clementiæ." Pompon. Sabin. ad II. Æn. 761. Laudatissima fuit hæc ara et Atheniensibus in ingentem gloriam cessit, qui *primi* et quidem diutissime *soli* Aram Misericordiæ statuere. Ἀθηναίοις δὲ ἐν τῇ Ἀγορᾷ καὶ ἄλλα ἐστὶν οὐκ ἐς ἅπαντας ἐπίσημα, καὶ ἐλέου βωμὸς, ᾧ μάλιστα θεῶν ἐς ἀνθρώπινον βίον καὶ μεταβολὰς πραγμάτων, ὅτι ὠφέλιμος, μόνοι τιμὰς Ἑλλήνων νέμουσιν Ἀθηναῖοι. Pausan. Attic. c. 15. Καὶ οἱ πρῶτοι βωμὸν ἐλέου καθιδρυσάμενοι τοῦτον ἐν τῇ πόλει τῶν Συρακουσίων εὑρήσουσιν. Diod Sic. l. 13. p. m. 342. Εὐδοκιμῶ δὲ παρ' αὐταῖς, θάλατταν Ἑλληνικὴν διηγούμενος, καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων μυθολογῶν καλὰ, πῶς Ἠλεῖοι πανηγυρίζουσι, πῶς Δελφοὶ θεσπίζουσι, τίς ὁ παρ' Ἀθηναίοις ἐλέου βωμός. Philostrat. in v. Pollux. Porro autem credibile est hunc Ἐλεὸν non alium fuisse a Jove, qui Μειλίχιος, Ἱκέσιος et Ξένιος passim audit,

ζοντο· ἐξαιτουμένου δὲ αὐτοὺς Εὐρυσθέως, Ἀθηναῖοι οὐκ 70
ἠθέλησαν ἐκδοῦναι, ἀλλὰ τὴν Ἡρακλέους ἀρετὴν μᾶλλον
ᾐδοῦντο ἢ τὸν κίνδυνον τὸν ἑαυτῶν ἐφοβοῦντο, καὶ ἠξίουν 71
ὑπὲρ τῶν ἀσθενεστέρων μετὰ τοῦ δικαίου διαμάχεσθαι
μᾶλλον ἢ τοῖς δυναμένοις χαριζόμενοι τοὺς ὑπ' ἐκείνων ἀδι- 72
κουμένους ἐκδοῦναι. ἐπιστρατεύσαντος δ' Εὐρυσθέως μετὰ

et in Foro Civitatum poni solebat. Aliter non concordabunt verba Euripidis de his ipsis Heraclidis.

Ἱκέται δ' ὄντες ἀγοραίου Διὸς
Βιαζόμεσθα, καὶ στέφη μιαίνεται.
Heraclid. 70.

Hoc fortasse voluit σχ. Aristoph. Equit. 498. Ὡς Ζεὺς Ξένιος ἢ Μειλίχιος, ἢ Φίλιος, οὕτως Ἀγοραῖος. Cultu erat notabilis hujus cognominis Deus tum Athenis, Ἀγοραίου Διὸς βωμὸς Ἀθήνησιν. Hesych. Ὥσπερ ὁ δοθεὶς ἔτι παιδὸς ὄντος αὐτοῦ (Socrate) τῷ πατρὶ χρησμὸς ἀπεθέσπισεν. ἐᾶν γὰρ αὐτὸν ἐκέλευσεν ὅ,τι ἂν ἐπὶ νοῦν ἴῃ πράττειν, καὶ μηδὲ βιάζεσθαι, μηδὲ παράγειν, ἀλλ' ἐφιέναι τὴν ὁρμὴν τοῦ παιδὸς, εὐχόμενον ὑπὲρ αὐτοῦ Διὶ ἀγοραίῳ, καὶ Μούσαις. Plutarch. de gen. Socrat. Tum in exteris Civitatibus. Καὶ ἐμουνάρχησε χρόνον ἐπ' ὀλίγον· οἱ γάρ μιν Σελινούσιοι ἐπαναστάντες ἀπέκτειναν καταφυγόντα ἐπὶ Διὸς ἀγοραίου βωμόν. Herodot. Terpsich. 46. At non Selinuntis solum, sed Elidis, et in Sparta, alibique. V. Pausan. in Eliac. in Lacon. Æsch. Eumenid. 979. Tum autem in fide et clementia totus est Jupiter. Οἱ δεόμενοι προτεῖναι εἰώθασι Δία ἱκέσιον· οἱ δὲ συνοικοῦντες ἐφέστιον· οἱ δὲ φίλοι φίλιον· οἱ δὲ ἐν μιᾷ τάξει καὶ συμμορίᾳ καταλεγόμενοι ἑταιρεῖον· οἱ δὲ ξένοι ξένιον· οἱ δ' ἐν ὅρκοις συμφωνίας ποιοῦντες ὅρκιον· οἱ δ' ἀδελφοὶ ὁμόγνιον. σχ. Euripid. ad Hecub. 345. Περιημεκτέων δὲ τῇ συμφορῇ δεινῶς ἐκάλεε μὲν Δία καθάρσιον, μαρτυρόμενος τὰ ὑπὸ τοῦ ξείνου πεπονθὼς εἴη, ἐκάλεε δὲ ἐπίστιόν τε καὶ ἑταιρήϊον, τὸν αὐτὸν τοῦτον ὀνομάζων θεόν. Herodot. Clio, 44. Οὔτε γὰρ ξένων καὶ ἱκετῶν ἀδικίας ὁ ξένος (l. ξένιος) οὔτε γονέων ἀρὰς ὁ γενέθλιος οὕτω διώκει καὶ μέτεισι ταχὺ, ὡς κ. τ. λ. Plutarch. Amator. Post hæc quæ diximus ἐμφατικώτερον videbitur illud Luciani in Timone. Φίλος δὲ ἢ ξένος, ἢ ἑταῖρος, ἢ ἐλέου βωμὸς, ὕθλος πολύς. Neque fortasse χάριτι τῶν ἀμφιβόλως dictorum destitui illud quoque Aristoph. Equit. 408.

Ἦ μήπον' ἀγοραίου Διὸς σπλάγχνοισι
παραγενοίμην.

Redeo ad delicias hominum Librarios, qui phrasin concoquere non potuerint. Atqui ita passim quamplurimi. Ὁ δὲ Ἀγόρατος καὶ οἱ ἐγγυηταὶ καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμὸν Μουνυχιάσιν. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖ ἦσαν κ. τ. λ. (Ita enim lecturus sum, ubi isthic loci pervenero, nec parum fœnerabitur illa emendatio ex iis, quæ hic dicuntur.) N. c. Agorat. Καθίζειν enim ἐπὶ τὸν βωμὸν est eo confugere animo sedendi supplicandique. Ἔρχεται γυμνὸς εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ καθίζει ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. Æsch. c. Timarch. Πρὸς τὰ ἱερὰ ἱκετῶν καθεζομένων. Thuc. III. 70. Ἱκέται ἱζέμενοι ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐδίδοσαν σφέας αὐτούς. Herodot. Erat. 108. Eadem pariter ratione N. infra Ἐπ' Ἀρτεμίσιον ἐβοήθησαν. Et Herodot. Uran. 50. Αὐτέων ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον, σωθῆναι ἐς Αἴγιναν. Atque Idem Erato 24. Σκύθης δὲ ὁ τῶν Ζαγκλαίων μούναρχος ἐκ τῆς Ἴνυκος ἐκδιδρήσκει ἐς Ἱμέραν, ἐκ δὲ ταύτης παρῆν ἐς τὴν Ἀσίαν. Similiter Dionys. Halic. l. 1. Antiqq. Rom. Ὀλίγους δέ τινας ἐξ αὐτῶν εἰς τὸ ἄντρον ἀποκρύπτεται. Cui consonat Cæs. B. Gall. I. 12. "Reliqui sese fugæ mandarunt atque *in proximas silvas abdiderunt.*" Sueton. August. c. 16. "Nec prius surrexisse ac militibus in *conspectum fuisse* quam a M. Agrippa fugatæ sint hostium naves." Cic. pro L. Manil. 13. "Quid nobilissimas urbes — commemorem, cum vestros portus atque eos portus, quibus vitam et spiritum ducitis, *in prædonum fuisse potestatem* sciatis." Vid. Casaub. ad Suet. l. c. et Gell. I. 7. TAYLOR. Ἐπὶ τὸν βωμὸν reliqui, convitio Taylori perterrefactus; verumtamen est, quod ejus ægre feram, et rursus est in altera lectione, quod præferam. A lectione ἐπὶ τὸν βωμὸν ægerrime fero ἐλέου abesse. Res foret alia, si non alia, præterquam Misericordiæ, ara Athenis fuisset. Ergone in posterum legemus ἐπὶ τὸν ἐλέου βωμόν? Ego vero facio cum istis, qui ἐπὶ τῶν βωμῶν dant. Heraclidæ ad aras deorum alii aliorum confugiebant, in iisque considebant. REISK.

Ἐπιστρατεύσαντος δ' Εὐρυσθέως μετὰ τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ Πελοπόννησον ἐχόντων etc.] Isocrates p. 100. Πελοποννησίων δὲ τοὺς μετ' Εὐρυσθέως εἰς τὴν χώραν ἡμῶν εἰσ-

τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ Πελοπόννησον ἐχόντων, οὐκ ἐγγὺς
τῶν δεινῶν γενόμενοι μετέγνωσαν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν εἶχον
73 γνώμην ἥνπερ πρότερον, ἀγαθὸν μὲν οὐδὲν ἰδίᾳ ὑπὸ τοῦ
πατρὸς αὐτῶν πεπονθότες, ἐκείνους [1] τ᾽ οὐκ εἰδότες ὁποῖοί
τινες ἄνδρες ἔσονται γενόμενοι· δίκαιον δὲ νομίζοντες εἶναι,
οὐ προτέρας ἔχθρας ὑπαρχούσης πρὸς Εὐρυσθέα, οὐδὲ
κέρδους προκειμένου πλὴν δόξης ἀγαθῆς, τοσοῦτον κίνδυνον
ὑπὲρ αὐτῶν ἤραντο, τοὺς μὲν ἀδικουμένους ἐλεοῦντες, τοὺς
δ᾽ ὑβρίζοντας μισοῦντες, καὶ τοὺς μὲν κωλύειν ἐπιχειροῦντες,
τοῖς δ᾽ ἐπικουρεῖν ἀξιοῦντες, ἡγούμενοι ἐλευθερίας μὲν σημεῖον
εἶναι μηδὲν ποιεῖν ἄκοντας, δικαιοσύνης δὲ τοῖς ἀδικουμένοις
βοηθεῖν, εὐψυχίας δ᾽ ὑπὲρ τούτων ἀμφοτέρων, εἰ
74 δέοι, μαχομένους ἀποθνήσκειν. τοσοῦτον δ᾽ ἐφρόνουν ἀμφότεροι,
ὥσθ᾽ οἱ μὲν μετ᾽ Εὐρυσθέως οὐδὲν παρ᾽ ἑκόντων
ἐζήτουν εὑρίσκεσθαι, Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἠξίουν Εὐρυσθέα 192. 1
[2] αὐτὸν ἱκετεύοντα τοὺς ἱκέτας [3] αὐτῶν ἐξελεῖν. παραταξά-

[1] δ᾽ R. A. [2] αὐτοὶ ἱκετεύοντες A. [3] αὐτῶν A.

βαλόντας, ἐπεξελθόντες ἐνίκησαν μαχόμενοι. Vides, ut, mutatis aliquot vocabulis, idem dicit uterque. MARKLAND.

Ἐκείνους τ᾽ οὐκ εἰδότες] Hæc librorum vulgatorum est lectio, prima specie illa quidem veritatem assimulans, diligentius autem ubi inspexeris et membra inter se comparaveris, et constructionem articulatim fueris persecutus, intelligas recte monere codices δ᾽ pro τ᾽ sufficientes. quod exemplum ego sum imitatus. Probe factum si neges, demonstratum dabo, proximum superius μὲν non habere δὲ sibi respondens. Fac enim verum esse τε, et illi μὲν respondere δὲ, quod legitur pone δίκαιον, cernes, pro ἤραντο paulo post leg. esse ἄρασθαι, et tum aliquid sententiæ deesse. Verum bene habet ἤραντο, et a verbis δίκαιον δὲ νομίζοντες εἶναι nova init sententia. Mutandum igitur τε cum δὲ, ut feci. REISK.

Ἄνδρες ἔσονται γενόμενοι] Cohæret ἄνδρες non cum ἔσονται, sed cum γενόμενοι. ἄνδρες γενόμενοι idem est atque ἀνδρωθέντες. IDEM.

Δίκαιον δὲ νομίζοντες εἶναι] Scil. τοῦτο, illud, de quo in continenti commemorat, scil. τὸ ἄρασθαι τοσοῦτον κίνδυνον ὑπὲρ τῶν Ἡρακλειδῶν. IDEM.

Μετ᾽ Εὐρυσθέως] F. παρὰ vel περὶ Εὐρυσθέα. TAYLOR. In Aug. est παρ᾽ Εὐρυσθέως. et nullus dubito eandem in Barocc. quoque olim fuisse. Neque improbabilis hæc est lectio. οἱ παρ᾽ Εὐρυσθέως scil. πεμφθέντες sunt legati ab Eurystheo ad Athenienses missi. REISK. Nemo nescit οἱ μετ᾽ Εὐρυσθέως idem valere ac Εὐρυσθεὺς simplex. AUGER.

Παρ᾽ ἑκόντων] Scil. τῶν Ἀθηναίων. legati Eurysthei nihil studebant per gratiam ab Atheniensibus consentientibus et ultro dantibus impetrare. bene habet hic locus. Qui libri ἀκόντων dant, qui numero sunt multi, suspicor in illis fuisse, non simplex οὐδὲν, sed οὐδὲν οὐ. *nihil non*, h. e. omnia ab invitis extorquere conabantur. REISK.

Αὐτὸν ἱκετεύοντα, τοὺς ἱκέτας αὐτῶν ἐξελεῖν] Lego: Ἀθηναῖοι δ᾽ οὐκ ἠξίουν, Εὐρυσθέα αὐτοὶ ἱκετεύοντες, τοὺς ἱκέτας αὐτῶν ἐξελαύνειν. *Athenienses vero non dignarentur, ipsi supplices Eurystheo facti, suos supplices expellere.* Schottus quoque conjecerat ἱκετεύοντες. MARKLAND. Εὐρυσθέα αὐτὸν ἱκετεύοντες, τοὺς ἱκέτας ἑαυτῶν ἐξελεῖν. CONT. Bene videtur h. l. habere. Eurystheum, qui ipse tantum non supplex rogaret, (Heraclidas scil. sibi dedi) supplices sibi factos homines ereptum ire. REISK. Quæ interpretatio (sc. Reiskiana) plane contrarium est veterum hac de re narrationibus. Omnes enim referunt, Eurystheum vi supplices eripere Atheniensibus voluisse, tyrannum superbum, qui ad preces non descenderet. Locum arbitror integrum fore, si unam addamus particulam ἂν: Εὐρυσθέα ἂν αὐτὸν ἱκετεύοντα — *Athenienses vero supplices sibi eripere Eurystheum non passi essent, licet supplex id rogasset Eurystheus.* Ita describitur animorum summa contentia utriusque partis, et est antithesis quædam, qualibus hunc Rhetorem delectari supra monui. SLUITER.

Τοὺς ἱκέτας] Lectionem retinuimus utpote longe integerrimam, quam ex suis Codd. expresserunt Ald. et Steph. Mirum est, quantum varient ceteri. Τοὺς ἱκετεύοντας παρ᾽ ἑαυτῶν ἐξελεῖν. Coisl. 2. Discrepantius adhuc Cod. alius, quem visit Stephanus, et Cant. noster. [nec non Aug.] Τοὺς ἱκετεύοντας παρ᾽ ἑαυτῶν ἐξαιτεῖν. Similiter fere Baroc. Τοὺς ἱκετεύοντας παρ᾽ αὐτῶν ἐξαιτεῖν, cum ἐξελεῖν tamen a manu secunda: et Ioan. ἢ τοὺς ἱκετεύοντας παρ᾽ ἑαυτῶν ἐξαιτεῖν. Sibi soli visus est aliquid agere cum pro αὐτὸν ἱκετεύοντα reposuit αὐτὸν ἱκετεύοντες Schottus, loco non intellecto, ut usu venit. Deficit præterea in Baroc. ante αὐτὸν ἱκετεύοντα integra, uti videtur, linea, quam propter Cod. corruptelam difficile erit determinare. Ita enim ordinantur.

φοτέρων, εἰ δέοι; μαχομένους . . . . . lacerato folio.
δ᾽ ἐφρόνουν ἀμφότεροι ὥσθ᾽ οἱ π . . . . .
αὐτὸν ἱκετεύοντα κ. τ. λ. TAYLOR.

Ἐξελεῖν] *Eripere, servare.* Melius fortasse legeretur ἐξελέσθαι. AUGER.

Τῶν παίδων] Τῶν Ἡρακλέους παίδων. CONT.

μενοι δ᾽ ἰδίᾳ δυνάμει τὴν ἐξ ἁπάσης Πελοποννήσου στρατιὰν 75
ἐλθοῦσαν ἐνίκων μαχόμενοι, καὶ τῶν [1] Ἡρακλέους παίδων
τὰ μὲν σώματα εἰς ἄδειαν κατέστησαν, ἀπαλλάξαντες δὲ
τοῦ δέους καὶ τὰς ψυχὰς ἠλευθέρωσαν, διὰ [2] δὲ τὴν τοῦ
πατρὸς ἀρετὴν [3] ἐκείνους τοῖς αὐτῶν κινδύνοις ἐστεφάνωσαν. 76
τοσοῦτον δὲ εὐτυχέστεροι παῖδες ὄντες ἐγένοντο τοῦ πατρός·
ὁ μὲν γὰρ, καίπερ ὢν ἀγαθῶν πολλῶν αἴτιος ἅπασιν ἀνθρώποις,
ἐπίπονον καὶ φιλόνεικον καὶ φιλότιμον αὑτῷ καταστήσας
τὸν βίον, τοὺς μὲν ἄλλους ἀδικοῦντας ἐκόλασεν,
Εὐρυσθέα δὲ καὶ ἐχθρὸν ὄντα καὶ εἰς αὐτὸν ἐξαμαρτάνοντα
οὐχ οἷός τε ἦν τιμωρήσασθαι· οἱ δὲ παῖδες αὐτοῦ διὰ τήνδε
τὴν πόλιν τῇ αὐτῇ εἶδον ἡμέρᾳ τήν θ᾽ ἑαυτῶν σωτηρίαν καὶ
τὴν τῶν ἐχθρῶν τιμωρίαν.

ϛ´. Πολλὰ μὲν οὖν ὑπῆρχε τοῖς ἡμετέροις προγόνοις μιᾷ γνώμῃ χρωμένοις περὶ τοῦ δικαίου διαμάχεσθαι. [4] ἥ τε γὰρ

[1] Ἡρακλέους om. T. [2] δὲ om. T. R. A. [3] ἐκείνους δὲ τοῖς T. R. A. [4] ἡ μὲν γὰρ R.

Ἀπαλλάξαντες] Ita hunc locum lubentissime legerim, aliorum exemplarium aliis in partibus auctoritate fretus: Ἀπαλλάξαντες δὲ τοῦ δέους καὶ τὰς ψυχὰς ἠλευθέρωσαν, διὰ δὲ τὴν τοῦ πατρὸς ἀρετὴν (Ἡρακλέους τοῦ πατρὸς Cod. Steph. quod supra erat desideratius ad Codd. συμφωνίαν) ἐκείνους τοῖς αὐτῶν κινδύνοις ἐστεφάνωσαν. Τοσοῦτον δὴ εὐτυχέστεροι παῖδες ὄντες ἐγένοντο τοῦ πατρός. TAYLOR.

Ἐκείνους] Dubium, quo referatur. Nihil si desit, necesse est, ut ad Heraclidas redeat. Sed illis videtur αὐτοὺς, quam ἐκείνους convenientius esse, quod pronius ad Peloponnesios vergat. Quod si ita est, suspicer hanc ferme sententiam deesse: ἐκείνους μὲν οὖν μάχῃ κρατηθέντας σὺν αἰσχύνῃ ἐκ τῆς ἑαυτῶν ἐξέβαλον, τούτους δὲ τοῖς ἑαυτῶν κινδύνοις ἐστεφάνωσαν. illos quidem igitur (Peloponnesios puta, Eurysthei copias) acie victos cum dedecore solo suo depulerunt, hos vero (Herculis liberos) laboribus et periculis suis coronabant, h. e. victores reddebant. victorum enim insignia erant coronæ. REISK. Malim αὐτούς. deinde ἐστεφάνωσαν, *coronaverunt*, i. e. victores effecerunt. AUGER.

Τὴν πόλιν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ] Insere Præpositionem, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ: ut Orat. I. τὴν θεράπαιναν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. etc. et passim. MARKLAND. AUGER.

Ἡ μὲν γὰρ] Sic dedi de meo. vulgati dant ἥτε γάρ. huic μὲν respondet δὲ, quod pone πρῶτοι legitur p. 196. 4. REISK.

ἀρχὴ τοῦ βίου δικαία· οὐ γὰρ, ὥσπερ οἱ πολλοὶ, παν-
ταχόθεν συνειλεγμένοι καὶ ἑτέρους ἐκβαλόντες τὴν ἀλλο-
77 τρίαν ᾤκησαν, ἀλλ᾽ αὐτόχθονες ὄντες τὴν αὐτὴν ἐκέκτηντο
μητέρα καὶ πατρίδα. πρῶτοι δὲ καὶ μόνοι ἐν ἐκείνῳ τῷ
χρόνῳ ἐκβαλόντες τὰς παρὰ σφίσιν αὐτοῖς δυναστείας
δημοκρατίαν κατεστήσαντο, ἡγούμενοι τὴν πάντων [1] ἐλευθε-
ρίαν ὁμόνοιαν εἶναι μεγίστην, κοινὰς δ᾽ ἀλλήλοις τὰς ἐκ
τῶν κινδύνων ἐλπίδας ποιήσαντες ἐλευθέραις ταῖς ψυχαῖς
ἐπολιτεύοντο, νόμῳ τοὺς ἀγαθοὺς τιμῶντες καὶ τοὺς κακοὺς
78 κολάζοντες, ἡγησάμενοι θηρίων μὲν ἔργον εἶναι ὑπ᾽ ἀλ-
λήλων βίᾳ κρατεῖσθαι, ἀνθρώποις δὲ προσήκειν νόμῳ μὲν
[2] ὁρίσασθαι τὸ δίκαιον, λόγῳ δὲ πεῖσαι, ἔργῳ δὲ τούτοις ὑπη-
ρετεῖν, ὑπὸ νόμου μὲν [3] βασιλευομένους, ὑπὸ λόγου δὲ [4] διδα-
σκομένους.

ζ. Καὶ γάρ τοι καὶ φύντες καλῶς καὶ γνόντες ὅμοια,

[1] ἐλ. καὶ ὁμόν. A.

[2] ὁρίσαι T. A.

[3] βασιλευομένοις T. A.

[4] διδασκομένοις T. A.

Πανταχόθεν συνειλεγμένοι] Desunt hæc verba in Baroc. non recte. "Quippe non advenæ, neque *passim collecta populi colluvies* originem urbi dedit, sed eodem innati solo, quod incolunt, et quæ illis sedes, eadem origo est." Justin. II. 6. TAYLOR.

Τὴν αὐτὴν ἐκέκτηντο μητέρα καὶ πατρίδα] Placuit hoc Isocrati Paneg. p. 88. μόνοις γὰρ ἡμῖν τῶν Ἑλλήνων τὴν αὐτὴν τροφὸν καὶ πατρίδα καὶ μητέρα καλέσαι προσήκει. Quin et quæ præcedunt, ex nostro plane exscripta sunt. MARKLAND.

Ἡγούμενοι τὴν πάντων ἐλευθερίαν, ὁμόνοιαν εἶναι μεγίστην] Dubitari posse puto de sensu et veritate hujus γνώμης. Multo dilucidius, ut mihi videtur, foret, ἡγούμενοι τὴν πάντων ὁμόνοιαν (vel ἰσονομίαν) ἐλευθερίαν εἶναι μεγίστην. Isocrates Panath. p. 532. αὑτοὺς δ᾽ οὐδὲν τούτων ποιεῖν, ἀλλὰ παρὰ σφίσι μὲν αὐτοῖς ἰσονομίαν καταστῆσαι, καὶ δημοκρατίαν τοιαύτην, οἵανπερ χρὴ τοὺς μέλλοντας ἅπαντα τὸν χρόνον ὁμονοήσειν. Lucianus Dial. p. 314. ἡ γὰρ ἰσοτιμία πάνυ δημοτικόν. Nisi malis, τὴν πάντων ἐλευθερίαν, εὐνομίαν εἶναι μεγίστην: ut idem Lucianus Hermot. p. 520. ξὺν εὐνομίᾳ, καὶ ἰσότητι, καὶ ἐλευθερίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς. Demosthenes περὶ παραπρ. ex Elegiis Solonis:

Εὐνομία δ᾽ εὔκοσμα καὶ ἄρτια πάντ᾽ ἀποφαίνει.

MARKLAND. Mihi probabile videtur, Lysiam dedisse τὴν πάντων ἐλευθερίαν καὶ ὁμόνοιαν, εὐδαιμονίαν εἶναι τὴν μεγίστην. libertatem et concordiam civium omnium, summam esse felicitatem. REISK.

Ὁρίσαι] Ὁρίσασθαι Ioan. Baroc. (quibus accedit Cant. ὁρίσασθε). Rectius fortasse. Νῦν οὖν πάλιν σαφέστερον ὅρισαι. Plat. Charmid. Καὶ καλῶς γε νῦν ὁρίζῃ, ὦ Σώκρατες, ἡδονῇ τε καὶ ἀγαθῷ ὁριζόμενος τὸ καλόν. Id. Gorg. Αἴτιον δὲ τούτου, ὅτι κακῶς ὁρίζονται τὸ ἐλεύθερον. Aristot. 5. Polit. TAYLOR. Ego dedi ὁρίσασθαι. id est, operam dare, ut certi termini rerum agendarum cavendarumque sibi a legibus præfiniantur, eosque terminos sibi pati constitui, iisque se circumscribi. REISK.

Τούτοις] Legi puta, et orationi, seu rationi oratione declaratæ et proditæ. ambabus famulari opera præstanda, seu ministerio exsecutionis eorum, quæ seu a lege imperantur, seu ab oratione commendantur atque persuadentur. REISK. Np. νόμῳ καὶ λόγῳ. AUGER.

Γνόντες ὅμοια] Potest hæc sententia gemino modo exponi. aut (1) sentientes similiter, h. e. καλὰ vel καλῶς, quod modo præcessit. id est, præclare et honeste. aut (2) concordantes inter se. ὅμοια γνόντες ἑαυτοῖς, seu τὰ αὐτὰ φρονοῦντες ἅπαντες ὁμοθυμαδόν. priorem exponendi rationem videtur Taylor secutus esse. posteriorem ego præferam. Contendit enim orator hoc

πολλὰ μὲν καλὰ καὶ θαυμαστὰ οἱ πρόγονοι τῶν ἐνθάδε 79
κειμένων εἰργάσαντο, ἀείμνηστα δὲ καὶ μεγάλα καὶ παν-
ταχοῦ οἱ ἐξ ἐκείνων γεγονότες τρόπαια διὰ τὴν αὐτῶν
ἀρετὴν κατέλιπον. μόνοι γὰρ ὑπὲρ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος 80

loco planum facere, e libertate et concordia civium, quarum illa ex hac exsistat, felicitatem summam coalescere. REISK.

Μόνοι] Vulg. μόνοι γὰρ ὑπὲρ ἁπάντων τῶν τῆς Ἑλλάδος — διεκινδύνευσαν. Non abeo a receptis sine gravissimo rationum momento, quas, amabo, mecum expendite. Primum istud ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος præter lectionis necessitatem Codicum etiam est plurium et præstantiorum, Ioan. Cant. Baroc. Steph. Muret. et Coisl. 2. [et Aug.] a qua scriptura item non longe abest solus nostrorum qui superest Coislinianorum alter. Ea erat Manutii fortuna, ut ex infinita pene varietate Exemplarium hujus orationis, in ea sola incideret, quæ erant cum corruptelis impuriora, tum crebriora lacunis. Quod si iidem Codd. vel etiam editi præ se tulissent ὑπὲρ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων, vel id non invitus recepissem. Οἰόμενοι δεῖ ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καὶ Ἕλλησιν ὑπὲρ Ἑλλήνων μάχεσθαι, καὶ Βαρβάροις ὑπὲρ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων. Plat. Menex. In ceteris autem στενὸν istud, ut dicitur, ἐρώτημα ab iis exspecto, qui *cornicum oculos ament configere*, cur eam vett. Codd. auctoritatem, quam in superioribus tanti feci, jam hebescere et nullius fere pretii esse sinam? Reperitur enim in Codd. Steph. Muret. Baroc. a manu altera, et Cant. pro μόνοι, μύριοι, fidemque habet ex historia. "Instructis *decem millibus* civium et Platæensibus auxiliaribus mille adversus sexcenta millia hostium in campos Marathonios in prœlium egrediuntur." Justin. II. 9. Deinde istud δὶς ἐκινδύνευσαν, quod prætulimus, nihil adeo præ se fert, nisi unius Cod. Mureti solitudinem. De μύριοι postea videbimus, districto prius Mureto, qui *utramque* lectionem, tam μύριοι, quam μόνοι, posse ait defendi. Quid hoc ad Criticen, ubi *alterutra* solummodo est admittenda, nisi *utramque* existimet ab auctoris manu esse profectam? In momentis inæqualibus vulgaris erat et quotidianæ laudis, si tamen laudis esset, quo vergat pondus videre. Hoc illud erat profecto, ubi ingenii aciem acueres. Δὶς itaque ἐκινδύνευσαν malim quam διεκινδύνευσαν, quia in hoc quasi limine et summa narrationis aditum sibi quærit Orator ad utramque historiam rerum, sc. tum Marathone tum Salamine gestarum, non ad unam solam exornandam. Neque me piget lectionis, quod hæc videantur veritate historica destitui. Hoc erat certe Oratori condonandum. Memineris hæc non ad *fidem*, sed ad *gloriam* esse dicta, atque optimum quemque in patria pro patria dicentem suorum civium *fortunæ* impune posse esse *fabrum*. Οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν, ut scite dicitur. Hoc in aliis præter nostrum cernitur. Ἐκεῖνοι τὸν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἀσίας στόλον ἐλθόντα μόνοι δὶς ἠμύναντο, καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. Demosth. in Epitaph. Accedit testis non contemnendus, utpote non studio patriæ abductus, Historicus Halicarnassensis, qui suam sententiam de posteriore Persarum expeditione ἐπίφθονον μὲν πρὸς τῶν πλεόνων, ut ipse ait, sed τῇγε ἐφαίνετο ἀληθὲς, ita exponit: Νῦν δὲ Ἀθηναίους ἄν τις λέγων σωτῆρας γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι τἀληθές· οὗτοι γὰρ ἐπὶ ἑκάτερα τῶν πρηγμάτων ἐτράποντο, ταῦτα ῥέψειν ἔμελλε. ἑλόμενοι δὲ Ἑλλάδα περιεῖναι ἐλευθέρην, τοῦτο τὸ Ἑλληνικὸν πᾶν τὸ λοιπὸν ὅσον μὴ ἐμήδισε, αὐτοὶ οὗτοι ἔσαν οἱ ἐπεγείραντες καὶ βασιλῆα μετά γε θεοὺς ἀνωσάμενοι. Herodot. Polymn. 139. Recte editi, non ἀπωσάμενοι, ut conjecit Stephanus. Ἀνώσαντες, ἀναστρέψαντες. Hesych. Et alibi Herodot. Uran. sc. 109. Νέφος τοσοῦτον ἀνθρώπων ἀνωσάμενοι. Hæc si constiterint, de μύριοι nemo deinde verbum unicum addiderit. Nam ut de prœlio Marathonio stricte, atque profecto exactius, quam oratorem decuit, dici poterat, ita Salaminio nullo modo competere queat. Et vegetior certe est oppositio, μόνοι ὑπὲρ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, quam μύριοι πρὸς πολλὰς μυριάδας. Non est enim obscurum Lysiam nostrum, ut vulgus Atheniensium Scriptorum semper solebat, id in oratione obstinate contendere, ut omnibus planum faceret, Athenienses eam in bellicis rebus auctoritatem, istud τὸ ἄλλοις προηγεῖσθαι, neque sine jure vindicasse, neque gessisse sine gloria. Ita in iis, quæ mox sequentur: Ἐν ἅπασι δὲ τοῖς κινδύνοις δόντες ἔλεγχον τῆς ἑαυτῶν ἀρετῆς — ὑπὸ πάντων ἠξιώθησαν καὶ μεθ᾽ ὧν ἐκινδύνευον, καὶ πρὸς οὓς ἐπολέμουν, ἡγεμόνες γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος. Et paucis interjectis: Ὧν ἕνεκα δεῖ μόνους καὶ προστάτας τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἡγεμόνας τῶν πόλεων γίγνεσθαι. Sic Plato Menex. ἡγεμόνες καὶ διδάσκαλοι τοῖς ἄλλοις γενόμενοι, ὅτι οὐκ ἄμαχος εἴη ἡ Περσῶν δύναμις. Et alii sæpe. Οὗτοι ἦσαν οἱ τοιοῦτοι οἱ τὴν ἐν

82 πρὸς πολλὰς μυριάδας τῶν βαρβάρων [1]διεκινδύνευσαν. ὁ
γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς, οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν
ἀγαθοῖς, ἀλλ' ἐλπίζων καὶ τὴν Εὐρώπην [2]δουλώσασθαι,
ἔστειλε πεντήκοντα μυριάδας στρατιάν. ἡγησάμενοι δὲ, εἰ
τήνδε τὴν πόλιν ἢ ἑκοῦσαν φίλην ποιήσαιντο ἢ ἄκουσαν κα-
ταστρέψαιντο, ῥᾳδίως τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἄρξειν, ἀπέ-
83 βησαν εἰς Μαραθῶνα, νομίσαντες οὕτως ἂν ἐρημοτάτους
εἶναι συμμάχων τοὺς [3]Ἕλληνας, εἰ ἔτι στασιαζούσης τῆς
Ἑλλάδος, ᾧ τινὶ χρὴ τρόπῳ τοὺς ἐπιόντας ἀμύνασθαι, τὸν
κίνδυνον ποιήσαιντο. ἔτι δ' αὐτοῖς ἐκ τῶν προτέρων ἔργων
84 περὶ τῆς πόλεως τοιαύτη δόξα παρειστήκει, ὡς εἰ μὲν πρό-
τερον ἐπ' ἄλλην πόλιν [4]ἴασιν, ἐκείνοις καὶ Ἀθηναίοις πο-

[1] δὶς ἐκινδύνευσαν T. [2] δουλώσεσθαι T. R. A. [3] Ἀθηναίους A. [4] ἴωσιν T. R. A.

Μαραθῶνι νικήσαντες μάχην καὶ μόνοι τὴν τῆς Ἀσίας ἁπάσης δύναμιν χειρωσάμενοι. Heraclid. Pontic. apud Athenæum l. 12. init. TAYLOR. MS. Steph. μύριοι γὰρ ὑπὲρ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδας etc. recte, quod ad ultima: male μύριοι. Hæc quoque tacite mutuatus est Isocrates Paneg. p. 113. πρὸς τοὺς ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος καταφρονήσαντας ἀπήντων, τὴν οἰκείαν δύναμιν ἔχοντες, id est, μόνοι. MARKLAND. ὑπὲρ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος. CONT. μόνοι servandum esse, quamvis μύριοι quoque contemnendum non sit, ex opposito patet, quod est inter μόνοι et ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, vel, quod aliis in libris fuisse videtur, ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων. Tota hæc oratio ex antithetis est contexta, quorum perpetuitas, una cum frigore, tædium creat. Sophistæ tamen si μύριοι nolis eripi, sic possis legere: μόνοι γὰρ ὑπὲρ ἁπάσης Ἑλλάδος, μύριοι ὄντες, πρὸς πολλὰς μυριάδας τῶν βαρβάρων διεκινδ. Duo sic habebis antitheta pro uno, primum μόνοι cum ἁπάσης comparatum, alterum μύριοι cum πολλὰς μυριάδας. Sophista id ego equidem haud arbitrer indignum, qui nulli rei magis studuisse videtur, quam ut artifex antithetorum haberetur. REISK.

Διεκινδύνευσαν] Revocavi veterem hanc probamque lectionem vulgatorum, repudiata ea, quam Tayloranа editio exhibet, scil. δὶς ἐκινδ. Non enim bis, sed ter Græci domi suæ cum Persis conflixerunt, Marathone, ad Salaminem, et ad Platæas. quas tres pugnas Noster quoque eodem exsequitur ordine. IDEM.

Πεντήκοντα μυριάδας] Aut jactantia hæc est oratoria, aut lapsus memoriæ, aut inscitia rerum gestarum. Non ad Marathona, sed decennio post ad Salamina tot Persæ dicuntur cum Græcis pugnasse. IDEM.

Ἡγησάμενοι] Tametsi μυριάδες præcessit, quod est generis fœminini, quia tamen Persæ designantur, ideo accommodatur oratio ad designatum, πρὸς τὸ σημαινόμενον, ut vulgo usurpant. IDEM. Np. οἱ Πέρσαι. AUGER.

Περιειστήκει] [sic vulgati libri et Aug.] Optime Cod. optimus Coisl. 2. παρειστήκει, et Baroc. itidem a manu secunda. Εἰ οὖν τινὶ ὑμῶν τῶν ἄλλων πολιτῶν γνώμη τοιαύτη παρειστήκει πρότερον περὶ ἐμοῦ. Andocid. de Myster. p. 8. Immo adeo totus est hujus loci, eumque quem volumus sensum profert, ut istud δόξα vel γνώμη, quibus aliquando junctum reperitur, impune abesse sinat. Ἔτι τοίνυν εἰ τῶν οἰκετῶν παρέστη μοι μηδὲν φροντίζειν. N. de S. Oliva. Καὶ μηδενὶ τοῦτο παραστῇ, ὡς Ἐρατοσθένους κινδυνεύοντος Θηραμένους κατηγορῶ. Id. c. Eratosth. Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γινώσκειν, ὅταν τε εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω. Demosth. Olynth. 3. statim exorsus. Ὥστε μοι παρίστασθαι ἐκεῖνον μηδ' εἰς ᾅδου ἰόντα ἄνευ θείας μοίρας ἰέναι. Plat. Phæd. pr. Ἵνα τότε μαθοῦσι τὴν ἀλήθειαν ἃ προσήκει καὶ περὶ τῆς πόλεως τῆσδε παραστῇ φρονεῖν. Dionys. Halic. l. 1. Antiqq. Rom. Ἡμῖν μὲν, ὦ Φειδόλαε, καὶ ζῶντος Σωκράτους καὶ τεθνηκότος οὕτως ἐννοεῖν περὶ τοῦ δαιμονίου παρίσταται. Plutarch. de Genio Socratis. Adde et Thomam. παρίσταται καὶ ἐπέρχεται. ὡς τὸ, παρίσταταί μοι θαῤῥεῖν τε καὶ δεδιέναι παρ' Ἀριστείδῃ ἐν τῇ πρὸς τοὺς βασιλέας ἐπιστολῇ. TAYLOR.

λεμήσουσι· προθύμως γὰρ τοῖς ἀδικουμένοις ἥξουσι βοηθή-
σοντες· εἰ δ' ἐνθάδε πρῶτον [1]ἀφίξονται, οὐδένας ἄλλους τῶν
Ἑλλήνων τολμήσειν ἑτέρους σώζοντας φανερὰν ἔχθραν πρὸς
ἐκείνους ὑπὲρ αὐτῶν καταθέσθαι. οἱ μὲν τοίνυν [2]τοιαῦτα
διενοοῦντο· οἱ δ' ἡμέτεροι πρόγονοι οὐ λογισμῷ [3]δόντες τοὺς 85
ἐν τῷ πολέμῳ κινδύνους, ἀλλὰ νομίζοντες τὸν εὐκλεᾶ θά-
νατον ἀθάνατον περὶ τῶν ἀγαθῶν καταλείπειν λόγον, οὐκ
ἐφοβήθησαν τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, ἀλλὰ τῇ αὑτῶν ἀρετῇ
μᾶλλον ἐπίστευσαν. καὶ αἰσχυνόμενοι ὅτι ἦσαν οἱ βάρβαροι 86
αὐτῶν ἐν τῇ χώρᾳ, οὐκ ἀνέμειναν πυθέσθαι οὐδὲ βοηθῆσαι
τοὺς συμμάχους, οὐδ' ᾠήθησαν δεῖν ἑτέροις τῆς σωτηρίας
χάριν εἰδέναι, ἀλλὰ σφίσιν αὐτοῖς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας.
ταῦτα μιᾷ γνώμῃ πάντες γνόντες, ἀπήντων ὀλίγοι πρὸς
πολλούς· ἐνόμιζον γὰρ ἀποθανεῖν μὲν αὐτοῖς μετὰ πάντων

[1] ἀφίξωνται R. A. [2] ταῦτα T. R. A. [3] εἰδότες T. R. A.

Ἑτέρους σώζοντας] Opinor σώσοντας, ut βοηθήσοντες, in futuro. Ἔχθραν καταθέσθαι dicitur, quemadmodum χάριν καταθέσθαι, *gratiam præstare*, Actor. XXIV. 27. quod χάριν θέσθαι vocat Æschylus Prom. Vinc. v. 781. εὐεργεσίαν καταθέσθαι, Josephus Ant. Jud. XI. 6. segm. 5. δόξαν καταθέσθαι, Thucydides IV. 87. Mox, λογισμῷ εἰδότες etc. Ultimam vocem suspectam habeo. Sensus postulare videtur μετροῦντες, vel tale quidpiam. MARKLAND.

Ἐκείνους] Persas puta. REISK.

Ὑπὲρ αὐτῶν] Pro Atheniensibus. IDEM.

Οὐ λογισμῷ εἰδότες] Post λογισμῷ videtur χρώμενοι deesse. non utentes sedata meditatione, propositum animi cum eventis id necessario consecuturis comparante, atque futuros casus prospiciente, tametsi bellorum bene nossent discrimina. [οὐ λογισμῷ εἰδότες) sub. μόνον, ἀλλὰ καὶ πείρᾳ τῇ σφῶν αὐτῶν. *non e ratiocinatione solummodo tenentes molestias et mala bellorum, sed ipsi suis quoque docti periculis.* In Var. Lect.] REISK. Ex Cod. Marciano dedi δόντες. Var. Lect. ἰδόντες, quam multi MSS. exhibent, ex punctulo adscripto ad fin. v. λογισμῷ nata videtur.

Νομίζοντες — ἀθάνατον περὶ τῶν ἀγαθῶν καταλείπειν λόγον] Mallem, περὶ τῶν ἀρετῶν (vel παρὰ τῶν ἀγαθῶν, *a bonis viris*) καταλείψειν λόγον. Ut paulo post, ἐνόμιζον — μνήμην ἰδίαν καταλείψειν. MARKLAND. Vel παρὰ τῶν ἀγαθῶν, *a bonis viris*, vel παρὰ τοῖς ἀγαθοῖς, *apud bonos viros*. TAYLOR. παρὰ τῶν ἀγαθῶν. CONT. Nil equidem causæ video, cur proba lectio sollicitetur, et perspicua sententia obscuretur: mortem præclaram esse relicturam sermones æternum duraturos de fortibus viris. Nam ἀγαθοὶ aliquoties a Lysia hoc sensu sic nude, sine ἄνδρες quod alii addere amant, usurpatum est. REISK. Scil. ἀνδρῶν. AUGER.

Πυθέσθαι] Philelphus videtur scriptum reperisse πείθεσθαι. *exspectare noluerunt, quoad socii* persuasi *auxilio venirent*. Cujus tamen lectionis apud nostros Codd. nec vola nec vestigium. TAYLOR.

Οὐκ ἀνέμειναν πυθέσθαι οὐδὲ βοηθῆσαι τοὺς συμμάχους] Transpone: οὐδὲ πυθέσθαι βοηθῆσαι τοὺς συμμάχους. *non sustinuerunt ne rogare quidem socios, ut sibi auxilium ferrent.* Brevius Isocrates, οὐ περιέμειναν τοὺς συμμάχους, p. 113. οὐδένα ἐτόλμησαν μεταπέμψασθαι, noster infra. MARKLAND. Bene habet hic locus. tenendum modo, τοῦτο subaudiri. Sententia dictionis hæc est: Athenienses committere noluerunt, ut socii hoc tantum dedecus (descensionem puta a Persis in solum Atticum factam) vel fama acciperent, neque exspectarunt, donec aut id fieret, aut socii sibi succurrerent. REISK.

Ἀποθανεῖν] Ingens visitur lacuna, non tamen id dissimulante scriba, in iis Codd. quos pro sua infelicitate versavit Manutius. In nostris suppletur (præter priorem Coisl. ubi relicta est quoque pagina vacua) itidemque in iis, quos usurparunt Stephanus et Muretus. Integræ quoque erant membranæ Fr. Philelph. et Pet. Fabri, quem vide in Semestribus, I. 19.

87 προσήκειν, [1] ἀγαθοὺς δ' εἶναι μετ' ὀλίγων, καὶ τὰς μὲν
ψυχὰς ἀλλοτρίας διὰ τὸν θάνατον κεκτῆσθαι, τὴν δ' ἐκ 193.
τῶν κινδύνων μνήμην ἰδίαν καταλείψειν. ἠξίουν δ', οὓς μὴ
μόνοι νικῷεν, οὐδ' ἂν μετὰ συμμάχων δύνασθαι· καὶ ἡττη-
θέντες μὲν ὀλίγῳ τῶν ἄλλων προαπολεῖσθαι, νικήσαντες δὲ
καὶ τοὺς ἄλλους ἐλευθερώσειν. ἄνδρες [2] δ' ἀγαθοὶ γενόμενοι,
καὶ τῶν μὲν σωμάτων ἀφειδήσαντες, ὑπὲρ δὲ τῆς ἀρετῆς οὐ
88 φιλοψυχήσαντες, καὶ μᾶλλον τοὺς παρ' αὐτοῖς νόμους αἰσχυ-

[1] ἀγαθοῖς A.

[2] οὖν A.

Deerat ab ἀποθανεῖν usque ad τὴν πεζὴν στρατιὰν ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην mediam circiter paginam proximam Stephani. In ipso tamen aditu lacunæ, quod me pene monuisse fugerat, Codd. a nostris dissentientes, non tamen idcirco magis sanos, videtur tractasse, quem proxime laudavi, Philelphus. Sic enim, quantum ex versione augurari liceat, in qua certe erat homo religiosissimus, locum lectitavit: Ἐνόμιζον γὰρ ἀποθανεῖν μὲν αὐτοῖς μετὰ πάντων προσήκειν, ἀγαθῶν δ' εἶναι μετ' ὀλίγων τὰς μὲν ψυχὰς ἀλλοτρίας διὰ τὸν θάνατον κεκτῆσθαι, τὴν δ' ἐκ τῶν κινδύνων μνήμην ἰδίαν καταλείψειν. Ita non sine gravissimo elegantiæ dispendio in unum conflantur duo commata pulcherrima. TAYLOR. Poterant hæc planius atque certius sic enunciari. Post ἐνόμιζον γὰρ esse in Aldina vacuum spatium aliquot versuum, cui nihil aliud sit inscriptum, quam hoc breve, λείπει πολλά. deinde sequi τὴν στρατιὰν ἐκ τῆς Ἀσίας. Ergo desunt illi omnia, quæ hinc a versu 43. p. 192. ed. Steph. ad versum 19. p. 193. ejusdem editionis leguntur. Primus, quod sciam, lacunam hanc Henr. Stephanus explevit. REISK.

Ἀγαθοὺς δ' εἶναι] Scribo, ἀγαθοῖς δ' εἶναι, scil. αὐτοῖς προσήκειν ἐνόμιζον, non αὐτοῖς. MARKLAND.

Τὰς ψυχὰς ἀλλοτρίας κεκτῆσθαι] Ita supra: ὁμοίας ἐκτήσαντο τὰς ψυχὰς τῇ φύσει: id est, *monstrabant se habere animas sexui similes*; de Amazonibus victis. Eadem phrasis Luc. XXI. 19. ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Ἀλλοτρίας vero ψυχὰς, *animas* quasi *ad se non pertinentes*: ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίαις ψυχαῖς μέλλοντες κινδυνεύσειν, ut de hac re, et ex hoc nostri loco, loquitur Isocrates. IDEM.

Μετὰ συμμάχων] Μετὰ τῶν συμμάχων. CONT.

Ὑπὲρ δὲ τῆς ἀρετῆς φιλοψυχήσαντες] Conjeceram εὐψυχήσαντες. Sed verius puto Mureti οὐ φιλοψυχήσαντες. Tyrtæus apud Lycurgum p. 163.

Μηδὲ φιλοψυχεῖτ' ἀνδράσι μαρνάμενοι.

Ipse Lycurgus p. 166. ἢ τίς παρὰ τὸ συμφέρον τῆς πόλεως φιλοψυχήσει, εἰδὼς ὑποκειμένην αὐτῷ τιμωρίαν; Hoc est istud quod Ioannes XII. 25. vocat φιλεῖν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, cui opponit, μισεῖν τὴν ψυχὴν, *animam prodigere*, Virgilio. MARKLAND.

Ὑπὲρ δὲ τῆς ἀρετῆς] Ὑπὸ alii, inquit Schottus. Quos utinam laudasset, nam video fere necessarium. ὑπὸ δὲ ἀρετῆς τε καὶ προθυμίης Πλαταιέες — συνεπλήρουν τοῖσιν Ἀθηναίοισι τὰς νέας. Herodot. Uran. init. Idem Schottus pro δὲ legeret τε. TAYLOR. ὑπὲρ bene habet. virtutis ergo proferendæ, ibi loci atque temporis, ubi documentis est approbanda. REISK.

Οὐ φιλοψυχήσαντες] Prodigiosum istud ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς φιλοψυχήσαντες somnolentum certe habuit Editorem. (Stephanum velim, de altero nihil dico.) Non enim credo hæc ita ex membranis exiisse. Scio ne ex una quidem de nostris.

Ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θυμόν.
Μηδὲ φιλοψυχεῖτ' ἀνδράσι μαρνάμενοι.

Tyrtæus apud Lycurg. in orat. c. Leocratem. TAYLOR. οὐ quoque addit Contius.

Ἀνοήτως] Silent Codd. Refinge tamen: Ἀνοήτως ἂν ἢ τούτῳ χαριζόμενοι — ἐμοῦ κατεψεύσαντο. Ne minimo aliquando intervallo in MSS. distant τι et η. ut notum est tractantibus. Repone mox αὕτη. [vel ἀνοήτως ἂν, ἢ τούτῳ, vel εἰκότως ἄν τι τούτῳ. *In Edit. min.*] Taylor. Vox ἀνοήτως sine dubio depravata est. Forte: εἰ ἐβασανίζομεν ἂν, εἰκότως ἄν τι — ἐμοῦ κατεψεύσαντο. *si quæstioni subjecissemus, probabile est eos, hujus* (domini sui) *gratia, quidvis in me, etiam præter veritatem, mentitos fuisse.* Nisi malis ἀπρονοήτως, *temere.* Markland. Revocavi lectionem Aldinæ ἄν τι, pro ἂν ἢ, quod Taylori conjecturæ debetur. Cæterum facili opera locum hunc sanes, aut sic, ut pro τούτου εἰ legas uno vocabulo τουτουί. aut sic, ut ἐβασανίζομεν geminetur, ad hunc modum — τούτου, εἰ ἐβασανίζομεν, ἐβασανίζομεν ἂν ἀνοήτως, ἄν (id est, ἐάν) τι. *servos hujus, qui hujus proprii sunt, si torsissemus, torsissemus temere* (si scil. servamus ἀνοήτως, aut, si ἀνοήτως legimus, *in cassum,*) *si quid, in gratiam heri sui, meumque in damnum, mentiti fuissent.* Reisk.

Κατατεθεικότων] Subaudi ὑπὲρ αὐτῆς. Idem.

Ἤδη] Ἤδει (sic) Coisl. Pro sequentibus meam præstabo fidem: καὶ εὖ ᾔδει ὅτι οὐδὲ ἐκ ταύτης ἔγωγ' ἂν ἴσον εἶχον βασανισθείσης, ἀλλ' ἀπεκινδύνευον τοῦτο. Taylor. Dedi partim e libris, partim de meo, ᾔδει ὅτι διὰ ταύτην. Prius, scil. ᾔδει dant libri complures. ὅτι de meo addidi, vel potius jam Taylor viderat id addendum esse, tametsi a vera loci sententia quamplurimum is aberravit. Poterat etiam sine ὅτι locus sic emendari: ᾔδει — γεγενῆσθαι, καὶ οὐ λήσειν (in infinitivo). *norat* (adversarius puta meus) *propter hanc mulierem maxime nostras rixas exstitisse omnes, nihilque per eam mansurum esse occultum.* Reisk.

Καὶ οὐ λήσει οὐδὲν ἐν ταύτῃ] Lege: καὶ οὐ λήθει οὐδὲν ταύτην: *et nihil hanc latet,* totam rem ab initio intelligit. Demosthenes de Fœd. cum Alex. οὐ γὰρ δὴ λέληθέ γε αὐτοὺς οὐδὲν τούτων. Sequitur: ἔγωγ' ἂν ἴσον εἶχον βασανισθείσης etc. contradicit sibi in verbis proxime sequentibus. Lege: ἴσον οὐκ εἶχον. Dicit: atque ego quidem, si ista quæstioni subjecta fuisset, adeo non æquam conditionem subiissem, ut in hac parte etiam periculum adiissem: multo enim pluris illum quam me ista facit: et tamen etc. Sic Orat. VII. τοῦ τοῖς νικήσασι τὸ ἴσον οὐκ εἶχετε. Ita et ibi legendum. vulgo deest οὐκ. Markland. Subaudi βασανισθείσῃ. *in illa, ubi tormentis subjecta fuerit, nihil latebit*, h. e. omnia in lucem prodibunt, per ipsius confessionem tormentis expressam. totam illa rem patefaciet. Etiam hic locus bene habet. Reisk. Ad ἐν ταύτῃ, sub. βασανισθείσῃ. Auger.

Ἔγωγ' ἂν ἴσον εἶχον] Sic vulgati. Dedi de meo ἐγώ τ' ἄνισον εἶχον. *et ego impar essem habiturus,* h. e. conditione futurus fuissem iniquiore, quam ipse est. aut si ἂν malimus hic servari, sic erit leg. ἂν ἧσσον εἶχον, eadem manente sententia. Reisk.

τοῦτο· πολὺ γὰρ περὶ πλείονος τοῦτον ἢ ἐμὲ φαίνεται ποι- 181
ησαμένη, καὶ μετὰ μὲν τούτου ἐμὲ ἠδικηκυῖα, μετ' ἐμοῦ δ'
οὐδεπώποτε εἰς τοῦτον ἐξαμαρτοῦσα. ἀλλ' ὅμως ἐγὼ μὲν
εἰς ταύτην κατέφυγον, οὗτος δὲ οὐκ ἐπίστευσεν αὐτῇ.

γ'. Οὔκουν δεῖ ὑμᾶς, ὦ βουλὴ, τηλικούτου ὄντος τοῦ
κινδύνου, ῥᾳδίως ἀποδέχεσθαι τοὺς τούτου λόγους, ἀλλ' ἐν-
θυμουμένους ὅτι περὶ τῆς πατρίδος μοι καὶ τοῦ βίου ὁ
[1]ἀγών ἐστιν, ἐν ὑπολόγῳ ταύτας τὰς προκλήσεις [2]ποιεῖ- 182
σθαι. καὶ μὴ ζητεῖτε τούτων ἔτι μείζους πίστεις· οὐ γὰρ ἂν
ἔχοιμι εἰπεῖν ἀλλ' ἢ ταύτας, ὡς οὐδὲν εἰς τοῦτον [3]προὐνοήθην.
ἀγανακτῶ δ', ὦ βουλὴ, εἰ διὰ πόρνην καὶ δούλην ἄνθρωπον 183

[1] ἀγών. ἔστι μὲν ὑπὸ λόγῳ T. [2] ποιεῖσθαι, T. [3] προνοηθῆναι T. R. A.

Ἀλλ' ἐνθυμουμένους κ. τ. λ.] Vidit Steph. sententiæ minas, itaque ruituram sustentavit: Ἀλλ' ἐνθυμουμένους, ὅτι περὶ τῆς πατρίδος μοι καὶ τοῦ βίου ὁ ἀγὼν, ἔν τινι μὲν ὑπολόγῳ, ταύτας τὰς προκλήσεις ποιεῖσθαι, καὶ μὴ ζητεῖν τούτων ἔτι μείζους πίστεις. Mecum communicavit Vir laudatissimus: ὅτι περὶ τ. π. μ. κ. τ. βίου ὁ ἀγὼν ἕστηκεν, ὑπὸ λόγῳ τ. τ. π. π. Accurate, sed non ita, ut accuratius fieri non possit. Lego enim: Ἐνθυμουμένους, ὅτι περὶ τῆς πατρίδος μοι, καὶ τοῦ βίου ὁ ἀγὼν ἕστηκεν, ὑπόλογον [vel ὁ ἀγών ἐστιν, ἐν ὑπολόγῳ. *In Edit. min.*] ταύτας τὰς προκλήσεις ποιεῖσθαι. καὶ μὴ ζητεῖτε τούτων ἔτι μείζους πίστεις· οὐ γὰρ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν ἀλλ' ἢ ταύτας· ὡς οὐδὲν εἰς τοῦτον προνοηθῆναι. Dinarch. c. Demosth. Καὶ Τιμοθέῳ μὲν, ὦ Ἀθηναῖοι, Πελοπόννησον περιπλεύσαντι, καὶ τὴν ἐν Κερκύρᾳ ναυμαχίαν νικήσαντι τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ Κόνωνος υἱεῖ τοῦ τοὺς Ἕλληνας ἐλευθερώσαντος, καὶ Σάμον λαβόντος, καὶ ἑτέρας εἴκοσι πόλεις, οὐ ἐποιήσασθε ὑπόλογον, οὐδὲ τῆς τότε ἐνεστώσης κρίσεως, οὐδὲ τῶν ὅρκων, οὓς ὀμωμοκότες ἐφέρετε τὴν ψῆφον, ἀντηλλάξασθε τὰς εὐεργεσίας. Edit. Steph. p. 91. Ὑπόλογον. Λυσίας περὶ ἀμβλώσεως εἰ γνήσιος, οὐχ ὑπόλογον ὄντα, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐν λόγῳ. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου· οὐδεὶς ὑπόλογος βουλῇ γέγονεν, ἀντὶ τοῦ, οὐδεμία παραίτησις. Harpocr. in v. De voce ὑπόλογον vide quæ diximus ad fragm. περὶ τῆς Ἀμβλώσεως. Quæ sequuntur ante finem orationis turbata sunt et fortasse imperfecta. Taylor. Sed minore mutatione, vel nulla potius, res geri potest, ita: — ὁ ἀγών ἐστιν, ἐν ὑπολόγῳ ταύτας τὰς προκλήσεις ποιεῖσθαι. καὶ μὴ ζητεῖτε τούτων ἔτι μείζους πίστεις (οὐ γὰρ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν ἀλλ' ἢ ταύτας) ὡς οὐδὲν εἰς τοῦτον προνοηθῆναι. Totam sententiam adduxi, prout distingui oportuit. De voce ὑπόλογος vide Harpocrationem. ἐν ὑπολόγῳ ποιεῖσθαι τοῦτο, vel ὑπόλογον ποιεῖσθαι τοῦτο, est, *hujus rei rationem habere,* fere cum significatione *excusationis* vel *absolutionis.* Vide nostrum Orat. XXX. ὑπολογίζεσθαι eodem sensu utitur Andocides Orat. κατὰ Ἀλκιβιάδου, p. 33. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ὑπελογίζοντο τὰς νίκας. quasi diceret, *non absolverunt eum propter victorias.* et Demosthenes alicubi de Corona: et Æschines adv. Ctesiph. p. 82. νεωστὶ γεγενημένων αὐτῷ τῶν εὐεργεσιῶν, ἃς οὐχ ὑπελογίζοντο οἱ δικασταί. de Thrasybulo, in causa quadam damnato. Dinarchus adv. Demosth. p. 91. Τιμοθέῳ οὐχ ἐποιήσασθε ὑπόλογον. *Timotheum non excusavistis.* Et ita p. 110. ubi hæc omnia repetit; et unde locus iste in Orat. adv. Demosth. emendari potest, pro αὐτὸς ἔφη, legendo, αὐτὸν Ἀριστοφῶν ἔφη. De voce πρόκλησις vide Pollucem VIII. 6. segm. 62. et Harpocrationem. Markland.

Ὡς — προνοηθῆναι] Προενοήθην. Cont. Haud me fugit ὡς interdum cum infinitivo construi. Creberrime hoc schema Diodorus Siculus usurpat. Verum Atticis, si bene memini, haud est frequentatum. quare suspicor ὡς esse delendum, ut ex ας proximi vocabuli ταύτας natum. quod si tamen ὡς servetur, suspicer paulum quid deesse, ut integra sententia hunc ad modum procedat: ὡς εἰκός ἐστιν ἐμοὶ οὐδὲν εἰς τοῦτον προνοηθῆναι. *plane non esse consentaneum me vitæ ejus insidias comparasse.* Reisk. Hic ὡς, si nihil desit, cum infinitivo construitur. Sed loco προνοηθῆναι malim προὐνοήθην. Auger.

Καὶ δούλην] Καὶ διὰ δούλην Vind. quod si plane non contemnimus, sed putamus alicujus momenti esse, leg. erit: καὶ, νὴ Δία, δούλην. id quod docet sic dicere personam graviter stomachantis. Reisk.

περὶ τῶν μεγίστων εἰς κίνδυνον καθέστηκα, τί κακὸν πώποτε τὴν πόλιν ἢ αὐτὸν τοῦτον εἰργασμένος, ἢ εἰς τίνα τῶν πολιτῶν ὁτιοῦν ἐξαμαρτών; οὐδὲν γάρ ἔμοιγέ ἐστι τοιοῦτον πεπραγμένον, ἀλλὰ λόγῳ [1] τὸ τῶν πάντων κινδυνεύω πολὺ
184 μείζω συμφορὰν ἐμαυτῷ διὰ τούτους ἐπαγαγέσθαι. πρὸς οὖν παίδων καὶ γυναικῶν καὶ θεῶν τῶν τόδε τὸ χωρίον ἐχόντων ἱκετεύω ὑμᾶς καὶ ἀντιβολῶ, ἐλεήσατέ με καὶ μὴ περιίδητε ἐπὶ τούτῳ γενόμενον, μηδὲ ἀνηκέστῳ συμφορᾷ περιβάλητε· οὐ γὰρ ἄξιος οὔτ' ἐγὼ φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ, οὔτε οὗτος τοσαύτην δίκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν ὑπὲρ ὧν φησὶν ἠδικῆσθαι, οὐκ ἠδικημένος.

[1] τῷ τῶν πασῶν A.

'Αλλὰ λόγῳ κ. τ. λ.] Hæc profecto non sunt satis sana, sed levi opera restituenda. Adversarii invidiam, hujusque litis atrocitatem nihil mirum, si hominis bona ubique existimatio et summa, qua floruit, gratia sibi concitavit. Idque ab omnibus uno ore verum esse prædicatur. Ἀλλὰ λόγῳ τῷ τῶν πάντων κινδυνεύω πολὺ μείζω συμφορὰν ἐμαυτῷ διὰ τοῦτο ἐπαγαγέσθαι. Taylor. Corrupta hæc esse scio: sed non possum emendare. Nonnulla deesse existimo. Markland. Non offendor illa dictione λόγῳ, τὸ τῶν πάντων. quæ bene habet. nisi quod sic distinguendum est, ut distinxi λόγῳ, τὸ τῶν πάντων. poterant quoque hæc tria vocabula τὸ τῶν πάντων parentheseos includi signis. Verum hoc leve et vix dignum commemoratu est. Post illa vero verba parum quid deesse mihi videtur. e. c. βραχέα (aut σμικρόν τι) ἡμαρτηκώς. *sed sola criminatione tenus peccati mediocris reus factus incidi in periculum cladis per hos*, vel *propter hos, mihi consciscendæ multo maxime*. Supplementum ejusmodi nisi admittas, in quo *crimen exiguum* commemoretur, non habebit πολὺ μείζω συμφορὰν quo referatur. Dicitur is λόγῳ ἡμαρτηκέναι, qui peccati alicujus verbis tantummodo insimulatur, non ἔργῳ convincitur, reapse id peccasse. λόγῳ idem est atque λόγῳ μόνῳ, aut ψιλῷ ῥήματι, cui opponitur ἔργον. In τὸ τῶν πάντων subauditur πρᾶγμα, vel ἔθος, vel ἔργον. id quod cujusvis est, aliquem meris verbis approbatione fideque rerum carentibus, insimulare, criminari. Nemo non hoc facit, aut potest facere, aut solet. Verum pauci suis criminationibus fidem adstruere aut norunt, aut curant. Reisk. Locum obscurum et valde difficilem utcunque emendavi mutando τὸ in τῷ pro τινὶ, et πάντων in πασῶν ad quod subaudio συμφορῶν. Hic supponendum, quod certe potest supponi, reum adversarios suos aliquibus dictis læsisse. Auger. Reiskii interpretatio non magis intelligi potest quam contextus ipse. Equidem mihi videor facili emendatione sanitatem huic loco reddidisse; verba nempe male divisa sunt et hinc postea corrupta. Lysiam credo ita scripsisse: ἀλλ' ἀλογώτατον πάντων κινδυνεύω etc. sensus est: *nihil ego unquam neque in cives neque in patriam peccavi, sed iniquissime omnium jam in periculo sum, ne propter adversarium hunc meum et servam multo majoris mihi ipse auctor sim calamitatis, quam si patriæ maximum intulissem damnum.* πάντων superlativis additur ad majorem efficaciam: vid. v. 9. Aristoph. Av. 1530. Eccles. 1028. ut autem εὔλογον, *æquum, justum*, notat v. c. p. 115. 15. ed. Steph. et sæpe alibi, ita ἄλογον, *injustum, iniquum*. Thucyd. l. vi. c. 84. ὃν ἀλόγως ἡμᾶς φησὶ δουλωσαμένους τοὺς ἔνθαδε ἐλευθεροῦν. et c. 85. ἀνδρὶ δὲ τυράννῳ οὐδὲν ἄλογον ὅτι ξυμφέρον. Sluiter.

Τούτους] Cum contemtu et indignatione est pronunciandum. *propter hos*, ancillam puta, et ne illam quidem frugi, sed quæstum meretricium exercentem, ejusque herum, qui idem herus ejus et amicus atque defensor est. Cæterum nil video, quare Lysiæ abjudicari debeat hæc oratio, quæ ingenium ejus respiret. Cum superiori oratione commune nil habet, præter forum idem, causæque titulum, τραυμάτων ἐκ προνοίας. Ambæ in crimine cædis præmeditatæ versantur. reliqua omnia diversa sunt. Reisk.

ΛΥΣΙΟΥ

ΥΠΕΡ ΚΑΛΛΙΟΥ ΙΕΡΟΣΥΛΙΑΣ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Hujus δευτερολογίας argumenti adornandi potestatem nobis invidit temporis injuria. 'Ιεροσυλίας agitur Callias, advena, uti videtur, non ille tunc temporis nomine satis celebris, Hipponici filius, (cujus genealogiam deducit Palmer. Exercit. p. 754.) Accusant Servi.

Pag. ed. H. Steph. — Pag. ed. Reisk.

102. 35 ΕΙ μὲν περὶ ἄλλου τινὸς ἢ τοῦ σώματος, ὦ ἄνδρες δικα- 185
σταί, Καλλίας ἠγωνίζετο, ἐξήρκει ἂν μοι καὶ τὰ παρὰ 186
τῶν ἄλλων εἰρημένα· νῦν δέ μοι δοκεῖ αἰσχρὸν εἶναι, κελεύοντος καὶ δεομένου, καὶ φίλου ὄντος καὶ ἐμοὶ καὶ — ἕως ἔζη — τῷ πατρί, καὶ πολλῶν συμβολαίων ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους γεγενημένων, μὴ βοηθῆσαι Καλλίᾳ τὰ δίκαια ὅπως ἂν δύνωμαι. ἐνόμιζον μὲν οὖν οὕτω μετοικεῖν αὐτὸν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, ὥστε πολὺ πρότερον ἀγαθοῦ τινὸς τεύξεσθαι παρ' ὑμῶν ἢ ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις εἰς τοσοῦτον κίνδυνον καταστήσεσθαι· νῦν δὲ οἱ ἐπιβουλεύοντες οὐχ ἧττον ἐπικίνδυνον ποιοῦσι τὸν βίον τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσιν ἢ τοῖς πολλῶν κακῶν αἰτίοις οὖσιν. ὑμᾶς δὲ ἄξιον μὴ τοὺς μὲν τῶν
103. 1 θεραπόντων λόγους πιστοὺς νομίζειν, τοὺς δὲ τούτων ἀπί-

ΑΠΟΛΟΓΙΑ] Oratiuncula hæc quominus integra habeatur, nil equidem video, quod intercedat. tametsi fieri possit, ut pars ejus, eaque nescio an haud mediocris interciderit. Neque hoc intelligo, quid auctorem elogii in suspicionem induxerit, hic causam sacrilegii agi. Vel solum illud, quod ipso in limine occurrit, τοῦ σώματος, alio vertere suspicionem debebat; Ergone sacrilegii rei venibant? atqui morte luebant. Sed capitis rei non ὑπὲρ τοῦ σώματος, sed περὶ τῆς ψυχῆς ἠγωνίζοντο. De corpore dicitur Atticis ille periclitari, de quo certatur, utrum servilis sit conditionis, an ingenuus. Denique aut hæc non est δευτερολογία, aut Taylor illi voci novam attribuit vim, qua mihi quidem nondum innotuit. δευτερολογία est, cum reus idem ad actoris secundam actionem respondet. Hæc autem oratio est advocati Calliam reum defendentis. Verum videtur Taylor hasce duas res, quæ diversæ sunt, rei defensionem posteriorem, cum ipse iterum pro sese dicit, cum intercessione amici ad patrocinandum advocati commiscuisse. Reisk. Post ΑΠΟΛΟΓΙΑ in titulo Contius notat λόγος ἀτελής. Auger.

Εἰρημένα] Subaudi ὑπὲρ αὐτοῦ. Reisk.

Τούτων ἀπίστους] *Horum*, sc. patronorum Calliæ. Auger.

στους, ἐνθυμουμένους ὅτι Καλλίᾳ μὲν οὐδεὶς πώποτε οὔτ' ἰδιώτης ἐνεκάλεσεν οὔτε ἄρχων, οἰκῶν δ' ἐν ταύτῃ τῇ πόλει πολλὰ μὲν ἀγαθὰ ὑμᾶς ἐποίησεν, οὐδεμίαν δὲ σχὼν αἰτίαν εἰς τοῦτο τῆς ἡλικίας ἀφῖκται, οὗτοι δὲ ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ μεγάλα ἡμαρτηκότες καὶ πολλῶν κακῶν πεπειραμένοι, ὥσπερ ἀγαθοῦ τινὸς αἴτιοι γεγενημένοι περὶ ἐλευθερίας νυνὶ ποιοῦνται τοὺς λόγους. καὶ οὐ θαυμάζω· ἴσασι γὰρ ὅτι ἂν ψευδόμενοι ἐλεγχθῶσιν, οὐδὲν μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων πείσονται, ἐὰν δὲ ὑμᾶς ἐξαπατήσωσι, τῶν παρόντων κακῶν
187 ἔσονται ἀπηλλαγμένοι. καίτοι τοὺς τοιούτους οὔτε κατηγόρους οὔτε μάρτυρας πιστοὺς χρὴ νομίζειν εἶναι, οἵτινες αὐτοὶ μεγάλα κερδαίνοντες περὶ ἑτέρων ποιοῦνται τοὺς λόγους, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ὅσοι τῷ δημοσίῳ βοηθοῦντες εἰς κινδύνους σφᾶς αὐτοὺς καθιστᾶσιν. ἄξιον δέ μοι δοκεῖ εἶναι οὐ τούτων ἴδιον ἡγεῖσθαι τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ κοινὸν ἁπάντων τῶν ἐν τῇ πόλει· οὐ γὰρ τούτοις μόνοις εἰσὶ θεράποντες, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἳ πρὸς τὴν τούτων τύχην ἀποβλέποντες οὐκέτι σκέψονται, ὅ τι ἀγαθὸν εἰργασμένοι τοὺς δεσπότας ἐλεύθεροι γένοιντο, ἀλλ' ὅ τι ψεῦδος περὶ αὐτῶν [1] μηνύσαντες.

[1] μηνύσαντες * * * T.

Οὗτοι] Hic per οὗτοι designat orator servos qui Calliam herum suum testimoniis premebant. Idem.

Κερδαίνοντες] In hac particula Orationis nihil notatu dignum, nisi quod pro κερδαίνοντες legendum videtur κερδανοῦντες, in Futuro. Cæterum τὸν ὑπὲρ Καλλίου citat Harpocration V. Τίμημα, sine ulla νοθείας suspicione; nulla tamen Ἱεροσυλίας mentione facta: adeo ut utrum hanc Orationem voluerit nec ne, non pro certo affirmari possit. Alius quoque κατὰ Καλλίου, Ὕβρεως, meminit Jul. Pollux III. 8. segm. 76. Markland. Bene habet κερδαίνοντες. Marklandi conjectura κερδανοῦντες si probetur, etiam pro βοηθοῦντες legendum sit βοηθήσαντες. quod ne ipsi quidem illi visum fuit; nedum ut alii cuiquam in mentem veniat. Reisk. Malim cum Marklando κερδανοῦντες. Auger.

Τούτων ἴδιον] *Horum*, sc. Calliæ et aliorum qui sunt in eadem causa. Ad eosdem refer τούτοις. Idem.

Τούτοις] Calliæ puta et advocatis ejus. vel universe inquilinis omnibus, cujusmodi Callias erat. Reisk.

Τούτων] Utrorum, dominorum, an servorum? nam utrumque convenit. ego tamen servos potius hic arbitror designari. Idem. Hic τούτων intelligo servorum Calliæ. Auger.

Μηνύσαντες] Deesse aliquid huic orationi, an contra plenam esse, quis pro certo definierit. Utrumque incertum est, hoc certum, argumentis certis demonstrari non posse, μείουρον esse. Nihil ei ad perfectionem sententiæ deest. Et advocatorum (τῶν συνηγόρων) orationes intercessorias ad deprecandum pro reo compositas, breves fuisse, non credibile modo, sed certum adeo est. λείπει, quod hic in Aldina legitur, non ad hujus orationis finem, sed ad initium insequentis pertinet. Asteriscos itaque hinc detraxi. Reisk. Ad λείπει quod Aldus, spatio vacuo interposito, habet post μηνύσαντες, Contius addit τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου τούτου. Equidem arbitror nihil deesse in hac oratione, ob rationes in versione mea Gallica allatas. Auger.

I. OTT. SLUITERI

AD

ORATIONEM CONTRA ANDOCIDEM

PRÆFATIO.

Orationem Andocideam *de Mysteriis* postquam percensuimus, haud abs re erit de Lysiæ Oratione *contra Andocidem*, quæ contraria illi vulgo habetur, nonnulla subjicere, ut, quæ ad illam causam pertineant, omnia uno quasi in conspectu ponamus. Priusquam vero ad criticas animadversiones progrediamur, de auctore hujus Orationis propius est videndum; quam Orationem simul ac legi, suspicatus sum non a Lysia esse scriptam; relectam sæpius illo prorsus indignam judicavi. Nam, sive in Lysiæ intueamur ingenium, sive hanc Orationem cum contraria Andocidis comparemus, in eam incidamus cogitationem necesse est, non illam a Lysia fuisse conscriptam, neque in fori lucem productam, sed in scholæ umbraculis ad formam Orationis forensis confictam, fœtumque Oratori temere suppositum. Est enim Lysias constanti veterum judicio habitus subtilis, acutus, tenuis, elegans, facetus, brevis, qui nihil habeat insolens neque ineptum, sordibus immunis, veritatis studiosus: in narratione præsertim concisus, neque rem verborum ampullis exornans; sed id, quod proposuerit, sensim efficiens et quasi furtim: "habet" denique, ut ait Quinctilianus (Inst. Or. l. IX. c. 4.) "maximam gratiam simplicis atque inaffectati coloris."

Harum vero virtutum quamnam in hac Oratione inesse dicamus? Subtilitatemne aut tenuitatem? At nusquam apparent. An simplicem Lysiæ narrationem veritatisque studium? Sed hæc quoque frustra quæras. Fictus hic Orator semper rem auget, declamat, nihil probat: in causa tam gravi neque Legem affert, neque testem producit, contra morem Lysiæ, qui, licet de rebus agat in vulgus notis, numquam tamen sine testimonii dictione rem peragit. Neque dicat quis non integram nobis Orationem superesse, sed tantummodo fragmentum: nihil enim præter exordium deesse videtur; cum narratio, quamvis alieno loco, brevissima, nullisque argumentis confirmata, exstet tamen et post multam declamationem sequatur

p. 105. v. 13. seqq. ed. Steph. Adeo autem hic perturbata sunt omnia, ut subinde nexus nullus neque cogitationum, neque orationis, appareat. Auctor hujus declamationis omnia permiscet, ordinis nullam habet rationem: largus est verbis locisque communibus, sententiarum et argumentorum parcus, ut sophistæ ornatum facile detegas. Sophistarum quippe est, dum veram causam negligunt, in locos communes evagari, qualis hic præsertim est locus *de ira Numinis et vindicta divina, quæ lento, sed certo, gradu impios consequatur:* is igitur locus a Pseudo-Lysia ad satietatem usque inculcatur. Neque enim subsistit in *ῥήσει* ista longiori p. 105. v. 6. *οὔτε γὰρ ὁ θεὸς παραχρῆμα κολάζει* cæt. quam tamen, quicunque Andocideam *de Mysteriis* legerit, facile videat ad verba Andocidis esse effictam, non autem scriptam ab Andocide defensionem (p. 18. v. 12.) ut Lysiacæ disputationi *de sera Numinis vindicta* responderet; longum igitur istum pannum Philosophum seu Ethicum consuisse declamatori non sufficit, sed in ira illa divina sæpius recoquenda genio indulget: *Ὁ θεὸς γὰρ λήθην ἔδωκεν· —Ἔφευγε μὲν τοὺς ἐνθάδε θεούς· —Ἃ τούτῳ ὁ θεὸς οὐκ ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐπινοεῖν δίδωσιν, ἀλλὰ τιμωρούμενος τῶν γεγενημένων ἀσεβημάτων· —Μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, εἰ ὑμεῖς βούλεσθε τὰ τούτῳ πεποιημένα ἐπιλαθέσθαι, καὶ τοὺς θεοὺς ἐπιλήσεσθαι· —Ὁ δὲ θεὸς ὑπῆγεν αὐτόν· —Πῶς οὐ θεῶν τις τὴν τούτου γνώμην διέφθειρεν;*—passim hæc per totam Orationem sparsa sunt. Nihil vero rhetorem magis sapit et declamatorem, quam injecta Diagoræ Melii mentio, p. 104. v. 39. ubi Andocides dicitur *Διαγόρου τοῦ Μηλίου ἀσεβέστερος*, hyperbolice adeo et per *αὔξησιν* sophisticam, ut, quod ei simile sit, in Lysiæ Orationibus non reperiatur.

Deinde quum Andocides in Oratione, quam huic dicunt contrariam, præsertim id agat, ut ostendat Isotimidis Psephisma ad se non pertinere, et abrogatum esse per Psephismata Patroclidis et Tisameni, Legemque *ἀμνηστείας*: tum vero se quoque contineri pactis post reditum populi initis, et jurejurando illis temporibus præstito, facile intelligitur, id fuisse caput accusationis, Andocidem psephismate Isotimidis arceri a templis, neque ad ipsum Decreta illa Patroclidis et Tisameni pertinere. Hic vero neque Psephismatis neque Legum illarum ulla mentio: pacta et jusjurandum leviter tanguntur, nec subtiliter de iis disputatur, ut solet Lysias, sed clamat homo et perorat.

Porro quis credat Oratorem tota antiquitate celebratissimum sæpius per ignorantiam in errores esse lapsum, aut sibi ipsum contraria dixisse? quod in hac Oratione sæpius factum esse videmus. Ita v. g. p. 104. v. 15. dicitur Andocides accusasse Aristippum, *φάσκων ἀσεβεῖν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν αὐτοῦ πατρῷον*; quasi Hermes ille a majoribus suis esset consecratus, quem constat fuisse dona-

rium Tribus Ægeidos: meritoque Palmerius Exerc. in A. Gr. p. 658. miratur, "Lysiam hoc loco non notavisse hominis vanitatem, si ea statua non fuit majorum suorum donarium, ut volunt Æschines et Plutarchus," aliique quos supra citavi. "Forte," addit, "id ignorabat, et sequebatur communem errorem." Tempore autem Lysiæ communis iste error seu vulgaris opinio nondum invaluerat, cum Hermes Andocidis ab ipso demum Oratore famam nomenque in historia acceperit; quoniam, cæteris Hermis truncatis, solus ille, qui prope januam Andocidis erat, integer manserat. Sed postea demum, cum rationem appellationis haud satis perspicerent vel ignorarent homines, *πατρῷον* Andocidi fuisse crediderunt. Inter eos, qui falsam opinionem sequebantur, Duris fuit, patria Samius, secta Peripateticus, teste Harpocratione v. *Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς*. Et hæc quidem res scriptæ Orationis ætatem non obscure indicare videtur, eam nempe, qua, ad exemplum Demetrii Phalerei, pro veris in foro causis, fictas in scholis agere, atque in umbra declamare cœperunt. Sed alios porro Rhetoris errores recenseamus. Pag. 105. v. 13. narrat Andocidem, quum esset accusatus de Hermis violatis, litem æstimasse vinculis, cum potuisset pecunia æstimare, et noluisse servum conscium tradere, sed curasse ut necaretur: quæ videtur enucleatius tradere Pseudo-Plutarchus in Vit. Andocid. ut monui Cap. 3.—Pag. 107. v. 17. seqq. dicitur Andocides nunquam militasse, qui classi præfuerit cum imperio. Ibid. v. 39. a sacerdotibus devotus fuisse perhibetur Andocides, de quo dixi Cap. 4. Hæc omnia ita et perturbata sunt et falsa, ut a Lysia proferri in judicio non potuerint. Neque vero errores tantum hæc Oratio complectitur, quorum unum vel alterum fortasse Lysiæ quis condonare possit, sed adeo sui oblitus est, qui illam conscripsit, ut sibi ipse interdum obloqueretur, prouti p. 105. v. 18. *καὶ ἐμήνυσε δεδεμένος κατὰ τῶν αὐτοῦ συγγενῶν καὶ φίλων, ἀδείας δοθείσης αὐτῷ, εἰ δόξειε τἀληθῆ μηνῦσαι. καὶ τίνα αὐτὸν δοκεῖτε ψυχὴν ἔχειν, ὁπότε τὰ μὲν ἔσχατα καὶ τὰ αἴσχιστα ἐποίει, μηνύων κατὰ τῶν ἑαυτοῦ φίλων, ἡ δὲ σωτηρία ἀφανὴς αὐτῷ; μετὰ δὲ ταῦτα—ἔδοξε τἀληθῆ μηνῦσαι, καὶ ἐλύθη.* Nonne igitur illi spes salutis erat, cui pœnæ immunitas erat promissa, si alios indicasset, et qui revera hoc facto pœnam effugit? de qua re conferri possunt, quæ dixi Cap. 3. Aliud exemplum addam p. 105. in fin. *τὸ δὲ τελευταῖον νῦν ἀφικόμενος εἰς τὴν πόλιν, δὶς ἐν τῷ αὐτῷ* (*ἐνιαυτῷ* non male inserit Reiske) *ἐνδέδεικται. καὶ τὸ μὲν σῶμα ἀεὶ ἐν δεσμοῖς ἔχει, ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ ἐλάττων ἐκ τῶν κινδύνων γίγνεται. καὶ* (recte Marklandus *καίτοι*) *ὅταν τις τὸν αὐτοῦ βίον τοῖς ἐχθροῖς καὶ τοῖς συκοφάνταις διανέμει, τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸ* [*βιοῦν*] *τὸν βίον ἀβίωτον.* Contra vero p. 103. v. 28. p. 104. v. 4. seqq. p. 106. v. 7. seqq. dicit Andocidem jam pollere in Republica, in senatum venire, alios honorem petentes suo suffragio improbare,

et fortasse brevi Archontem fore; p. 107. v. 27. divitem esse Andocidem suisque bonis reipublicæ egestatem posse sublevare.

Præterea plures sunt in hac Oratione locutiones, quæ sophistam sapiant et a veteri simplicitate et Lysiæ more abhorreant: ut p. 105. v. 4. *ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα*. ibid. v. 24. *ἐξ ὅσου Ἀθηναῖοι ἀείμνηστοί εἰσι*. ibid. v. 36. *καταπλεύσας εἰς δημοκρατίαν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν*. cujusmodi locutionum nullum apud Lysiam exemplum inveni.

Denique cum tres fuerint accusatores Andocidis, Cephisus, Epichares et Melitus, a nullo eorum hæc Oratio dicta videtur: non a Cephisio, quoniam dicit Auctor Declamationis p. 106. in fin. *ἴσως οὖν καὶ Κηφισίου ἀντικατηγορήσει, καὶ ἕξει ὅ, τι λέγοι· τὰ γὰρ ἀληθῆ χρὴ λέγειν*. cæt. Quapropter inconsiderate fecit, qui et hæc de Cephisio dicat, et locum Andocidis p. 18. v. 1. *κατηγόρησαν δὲ μοῦ καὶ περὶ τῶν ναυκληριῶν καὶ περὶ τῆς ἐμπυρίας, ὡς ἄρα θεοὶ διὰ τοῦτο μὲ ἐκ τῶν κινδύνων σώσαιεν, ἵνα ἐλθὼν δεῦρο (ὡς ἔοικεν) ὑπὸ Κηφισίου ἀπολοίμην·* ita in suam Orationem transtulerit p. 105. v. 2. *οὐ γὰρ ὡς δεδιὼς τὰ πεποιημένα, ἀλλ' ὡς θαῤῥῶν ναυκληρίᾳ ἐπιθέμενος, τὴν θάλατταν ἔπλει. ὁ δὲ θεὸς ὑπῆγεν αὐτὸν, ἵνα ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα ἐπὶ τῇ ἐμῇ φάσει* (ita lego) *δῴη δίκην*: quasi Oratio a Cephisio habita esset: Andocides enim ad quoddam Cephisii in Accusatione dictum de negotiationibus suis transmarinis manifesto respicit. Igitur Cephisius turpissimos mores ipse suos fassus sit, dixeritque *Κηφισίου ἀντικατηγορήσει*. Neque etiam ab Epichare pronunciata fuit hæc Oratio, quum dicat Andocides p. 13. v. 27. Epicharem impurum scortorum amorem sibi exprobrasse; cui ne simile quidem hic invenimus. Melito pessimo Sycophantæ Lysiam stilum venalem præbuisse, eo minus est credendum, quo minus is, qui poetica facultate se efferret, literarumque profiteretur scientiam et usum, qui in foro et accusationibus versaretur, aliena opera indigebat, ut reos, quibus male cuperet, scripta calumnia disperderet. Phileas hic in censum non venit, a quo accusatum Andocidem narrat Suidas v. Φιλέας. Φιλέας, inquit, *Ἀνδοκίδην ἱεροσυλίας ἐγράψατο· ὥσπερ οὐκ αὐτὸς ὢν ὁ τῆς θεοῦ τὸ γοργόνειον ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ὑφελόμενος*. Hæc quippe et longe alia res est, et unius Suidæ nititur auctoritate. Nusquam enim Phileæ mentionem facit Andocides, nedum ut accusatoris.

Si cui meam his argumentis sententiam minus probaverim, sed aliorum is auctoritatem desideret, hac quoque minime caremus. Nam et Ruhnkenius Hist. Crit. Or. Gr. p. 50. non germanam hanc Orationem judicavit, et dubitasse etiam Valckenaerium indicavit mihi Vir Clar. Ioannes Luzacius. Neque hi tantum viri eruditissimi, sed Grammatici quoque antiqui spuriam eam censuerunt. Certe Harpocration, qui tribus locis eam memorat, bis addit *εἰ*

γνήσιος: primum v. Καταπλὴξ — *Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας* (p. 107. v. 34.), *εἰ γνήσιος ὁ λόγος*: deinde v. *φαρμακὸς* — *Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας* (p. 108. v. 4.), *εἰ γνήσιος*: at v. Ῥόπτρον, (quod exstat initio fragmenti) nullam notam suspicionis addidit. Quis autem Declamationis auctor sit habendus, non est exploratum; neque de hac re certo ausim statuere. Non tamen illam ab æquali Andocidis esse scriptam ipse stilus et scribendi ratio docere videtur, quippe quæ multum abhorret ab antiqua illa Atticorum simplicitate et tenuitate; neque naturalem illum habet et Atticum colorem, sed nitorem quendam fucatum. Quapropter eam potius a rhetore vel sophista posterioris ætatis, quam ab æquali quodam Lysiæ profectam esse censeo: forte auctor ab ætate Demetrii Phalerei non longe fuit remotus. Probabile autem est, causam tam celebratam pulcherrimam rhetoribus præbuisse materiem, in qua sibi elaborandum putarent, fœtumque suum Lysiæ tribuerent, quem scirent Andocidis fuisse æqualem. Atque hinc factum esse existimo, ut plures Lysiæ nomine contra Andocidem Orationes olim exstiterint, quarum nullam tamen germanam habuit Harpocration: hic enim v. Πλειστηριάσαντες laudat Lysiam *ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδην, εἰ γνήσιος*, et v. Ἐπίγνον ejusdem Orationem *κατ' Ἀνδοκίδην ἀποστασίου, εἰ γνήσιος*. Ex omnibus autem Oratoribus Atticis nullus fuit, cujus nomine ita abusi sint Rhetores, uti nomine Lysiæ. Hujus enim ex 425 Orationibus fere 200 ab antiquis habitæ sunt spuriæ: vid. Photius in Lysia (Cod. 261.) et Suidas v. Λυσίας· Facilius autem Lysiacam tenuitatem, quam aut numerum Isocratis aut vim dicendi Demostheneam imitari se posse illi confidebant: unde frequens ista ad Lysiæ Orationes Grammaticorum nota, *εἰ γνήσιος*.

Quamvis autem Lysiæ falso tribui credam hanc Orationem, haud tamen indigna est, in qua emendanda elaboremus. Nam multis etiamnum scatet nævis, quos alii nondum expurgasse videntur. Nonnulla etiam, quæ aliorum diligentiam fugerunt, ex Valckenaerianis depromemus. Sic ad ipsum initium Orationis notat Valckenaerius, Taylorum, qui in Lect. Lys. c. 8. nonnulla collegit de tristissima morte per inediam, omisisse tamen locum, quem Auctor Orationis expressit Thucydideum p. 205. v. 63. *εἰλόμεθα ἂν πρό γε τούτου τῷ αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ λιμῷ τελευτῆσαι.* "Forsan et hic, inquit, posuerat *αἰσχίστῳ* pro *ἀλγίστῳ*, uti Lysias p. 247. v. 14. *ἠναγκάζοντο αἰσχίστῳ καὶ ἀκλεεστάτῳ ὀλέθρῳ ἀπόλλυσθαι.* Ita et Polyænus p. 77. v. 6. *λιμῷ αἴσχιστα ἁλώσοιντο.* Aliis tamen etiam *θάνατος* ille dicitur *οἴκτιστος*, locis quæ Taylorus designavit."

ΛΥΣΙΟΥ

ΚΑΤ᾽ ΑΝΔΟΚΙΔΟΥ ΑΣΕΒΕΙΑΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Cautum erat Legg. Atticis, ne cui ἀτίμῳ liceret templa adire, aut rebus civilibus sese adjungere. Andocides, qui ob profanata Cereris Mysteria atque Hermas obmutilatos, ἀτιμίᾳ olim notabatur, ea lege se teneri noluit. Ei igitur Ἐνδείξεως scribitur dica. Quam cum agit Cephisius quidam, δευτεραγωνιστεῖ Orator præ manibus. Utrique adversariam et quidem luculentam orationem habuit Andocides, sub alieno tamen nomine, sc. περὶ τῶν μυστηρίων adhuc delitescentem. Non igitur utique periit ejus περὶ τῆς ἐνδείξεως λόγος, quam memorant Plutarchus in vita et Harpocrat. in ζητητής.

Acta est causa non diu post sublatos triginta viros, in Eleusinio, mense Boedromione, postridie sc. τῶν μυστηρίων, quo die pariter et loco voluit Solo quæstionem haberi, Rege referente, de iis qui in proximis Religionibus quidquam peccavissent.

Pag. ed. Reisk. — Pag. ed. H. Steph.

188 * * * ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ ὡς 103. 17
190 ἀποδιδοὺς, τῇ δ᾽ ἐπιούσῃ νυκτὶ ὑφείλετο. οὗτος οὖν ὁ ταῦ-

ΚΑΤ᾽ ΑΝΔΟΚΙΔΟΥ] In Editt. vulgatis, Aldi puta Stephanique hærebat hoc fragmentum cum præcedenti, cum quo tamen nihil habet commune. *Resecavimus*, et ab initio *supplevimus*. Istius fidem faciunt multa: utriusque quæ sequuntur. Λυσίας κατ᾽ Ἀνδοκίδου ἀσεβείας. Ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ. Harpocr. in ῥόπτρον, et totidem syllabis ibidem ejus compilator Suidas. Ἀπὸ τοῦ ῥόπτρου, ὅπερ ἐστὶ κατὰ τοὺς παλαιοὺς πλῆγμα ἢ ῥόπαλον, ἢ καὶ ἄλλως πάγη, ῥομφαῖα, εἶδος ξίφους ἢ ἐπίσπαστρον. διὸ Λυσίας κρίκον θύρας αὐτὸ εἶναι δηλοῖ ἐν τῷ, Ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ, κατὰ Ἀνδοκίδου ἐν τῷ περὶ ἀσεβείας τοῦτο εἰπών. Eustath. ad Il. A. Quem itidem verbum verbo exscripsit Phavorinus, nisi quod ἐπίπαστρον legat, quod emendari jubeo. Similiter Moschop. περὶ σχεδ. Καὶ ὁ κρίκος, ὡς παρὰ Λυσίᾳ, Ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτου (lege ῥόπτρου) τοῦ ἱεροῦ. In his mihi aliqua ex parte præcesserunt viri eruditi. V. Canter. Nov. Lect. VIII. 4., Maussac. ad Harpocr. l. c., Kuster. ad Suid. v. φαρμακὸς, et Palmer. Exerc. p. 657. Male Scalig. Λυσίου κατ᾽ Ἀνδοκίδου περὶ Ἑρμῶν ἀποκοπῆς. λείπει ἡ ἀρχή. Quid Meursius interea? Exstat, inquit ille in Biblioth. Attica, κατ᾽ Ἀνδοκίδου ἱεροσυλίας oratio (Personam videlicet ex hoc fragmento arripuit, crimen ex superiore). Alteram κατ᾽ Ἀνδοκίδου ἀσεβείας intercidisse existimat, et, quod jure mireris, notitiam non aliunde, quam ex Suid. in v. ῥόπτρον, desumpsit. TAYLOR. Mutila est hæc oratio, et multa initio desunt. Adducebat orator, ut conjicere licet, multa exempla impiorum qui pœnas dederant, hicque narrationis historiæ alicujus finem habemus. Contius quoque novam incipit orationem cum hoc titulo ΚΑΤ᾽ ΑΝΔΟΚΙΔΟΥ ΑΣΕΒΕΙΑΣ, et addit ex Harpocratione voces ἔδησε τὸν ἵππον. AUGER.

Ἐκ τοῦ ῥόπτρου] Tribus vocabulis hanc Orationem auxit Harpocration V. ῥόπτρον, Ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ. Idem passim citat hunc λόγον, adjecto solenni isto, εἰ γνήσιος. Scripsit Lysias et alium πρὸς Ἀνδοκίδην, Ἀποστασίου, εἰ γνήσιος, Voce Ἐπίγνων. et simpliciter κατ᾽ Ἀνδοκίδου, εἰ γνήσιος, V. Πληστηριάσαντες. Adeo ut tres esse possint contra Andocidem scriptæ Orationes. MARKLAND.

Ὑφείλετο] Mirarer, si ex loco laniato pessimeque excepto integram historiam simus exprompturi. At profecto ex Andocide ἀπολογουμένῳ tantundem. Huic enim criminationi videtur his verbis respondere: Καὶ γὰρ ὁ λόγοι τῶν κατηγόρων ταῦτα τὰ δεινὰ, καὶ φρικώδη ἀνωρθίαζον, καὶ λόγους εἶπον, ὡς πρότερον ἑτέρων ἁμαρτόντων, καὶ ἀσεβησάντων περὶ τὼ θεὼ, οἷα ἕκαστος αὐτῶν ἔπαθε καὶ ἐτιμωρήθη. Non multum abludit facinus, quod olim fecit Phileas

τα ποιήσας θανάτῳ τῷ ἀλγίστῳ ἀπώλετο, λιμῷ· πολλῶν γὰρ καὶ ἀγαθῶν αὐτῷ ἐπὶ τὴν τράπεζαν παρατιθεμένων, ὄζειν ἐδόκει τοῦ ἄρτου καὶ τῆς μάζης κάκιστον, καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐσθίειν. καὶ ταῦτα πολλοὶ ἡμῶν ἤκουον τοῦ ἱερο- 191
φάντου [1] λέγοντος. [2] ὅτι Ἀνδοκίδης μηνύων τοὺς αὐτοῦ συγ-
γενεῖς καὶ φίλους [3] ἀπώλλυε, φάσκων αὐτοὺς συνεργοὺς 192
εἶναι. δίκαιον οὖν μοι δοκεῖ εἶναι νῦν ἐπὶ τούτῳ τὰ τότε λεχθέντα ἀναμνῆσαι, καὶ μὴ μόνον τοὺς τούτου φίλους ὑπὸ τούτου καὶ τῶν τούτου λόγων ἀπόλλυσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τοῦτον ὑφ᾽ [4] ἑτέρου. ἀδύνατον δὲ καὶ ὑμῖν ἐστὶ, περὶ

[1] λέγοντος, T. [2] [ὅτι . . . . εἶναι.] A.
[3] ἀπολλύων T. R. ἀπώλλυ A. [4] ἑαυτοῦ μηνυθῆναι. ἀδύν. A.

quidam. Certe tempora non abludunt. Ecce enim. Φιλέας Ἀνδοκίδην ἱεροσυλίας ἐγράψατο, ὥσπερ οὐκ αὐτὸς ὢν ὁ τῆς Θεοῦ τὸ Γοργόνειον ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ὑφελόμενος. Suid. in Φιλέας. Exspectatisne fide digniorem, qui hæc commemorat? Præstabo. Ὥσπερ ἂν εἴ τῳ Φρυνώνδας πανουργίαν ὀνειδίσειεν ἢ Φιλέας ὁ τὸ Γοργόνιον (corrige sodes) ὑφελόμενος. Isocr. c. Callimach. Ita enim credo legendum, non Φιλεργὸς, ut in hunc diem obtinuit sine alicujus naris offensione. TAYLOR.

Ὄζειν ἐδόκει τοῦ ἄρτου, καὶ τῆς μάζης κάκιστον] Lego, ἕκαστον, appositis huic Sacrilego (quem spectat hæc imperfecta historia) multis et exquisitis eduliis, *unumquodque eorum illi videbatur olere* (τοῦ ἄρτου) *panem istum, et* (τῆς μάζης) *mazam istum: neque edere potuit.* Unde colligere haud obscure datur, hunc hominem e Templo aliquo Cereris et Proserpinæ surripuisse *panes sacros*, et *sacram mazam*: fame vero divinitus immissa, pœnas dedisse ex ea parte, qua peccaverat. Cæterum ex Andocide de Myster. p. 5. ubi his respondet, discimus, plura hujusmodi *Impietatis* in Cererem et Proserpinam, et *pœnæ* exempla, ab Accusatoribus adducta fuisse. Unde liquet non pauca huic Orationi deesse. MARKLAND. Tantundem hic valet ὄζειν atque ἀπόζειν. bene habet hic locus. perinde est, ac si dixisset: ἀπὸ τοῦ ἄρτου καὶ τῆς μάζης ἐνόμιζεν ὄζειν κάκιστον, id est, ἀποφέρεσθαι ὀδμὴν κακίστην. *existimabat e pane et e maza odorem ad se afflare* vel *allabi teterrimum.* Veteres opinabantur et dictitabant, si qui in Cererem deliquissent, deam illos hac pœna ulcisci, ut furoris hoc genus illis injiceret, ut quicquid ciborum attingerent, id stercus oleret; quo fieret, ut in copiis alimentorum fame tamen perirent. Nota res est e Callimachi hymno in Cererem. Genus hoc morbi simile est hydrophobiæ. Credebatur quoque Ceres bulimiam injicere iis, quibus irata esset, ut quamvis multa vorarent, ad crepandum usque, tamen haud satiarentur. REISK. Interpretor: *ex pane et maza videbatur pessimus odor ipsi afflari.* AUGER.

Λέγοντος] Satis habent aures, neque aliquid amplius præstolantur. Cum vero mihi ingeras λέγοντος ταῦτα, atque etiam λέγοντος ταῦτα, ὅτι — fastidio. Tum autem, credo, πολυθρύλλητος ista historia de Andocidis indicio Hierophantam auctorem desiderabat! Punge cum Aldo post λέγοντος. et cetera mutila licet in fine, ut contemplanti videbitur, ita procedent: ὁ δὲ Ἀνδοκίδης κ. τ. λ. TAYLOR. Distinguo et lego: καὶ ταῦτα πολλοὶ ἡμῶν ἤκουον τοῦ ἱεροφάντου λέγοντος. ὁ δὲ Ἀνδοκίδης μηνύων τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς, καὶ φίλους ἀπώλλυεν, φάσκων αὐτοὺς συνεργοὺς εἶναι. Male legitur, ἀπολλύων pro ἀπώλλυεν. MARKLAND. L. ἀπώλλυεν. *In Edit. min.* TAYLOR. Post Ἀνδοκίδης add. ἔπαθε. CONT. Mutavi comma, quod in vulgatis libris pone λέγοντος conspicitur puncto, et particulæ ὅτι primam literam, quæ vulgo parva est, cum majore. Nova enim orditur sententia, vel potius novum hujus orationis excerptum. Solent auctores ejusmodi excerptorum singula excerpta a voc. ὅτι incipere. id quod vel e solo Photio constat. Et videntur hæc verba: ὅτι Ἀνδοκίδης μηνύων τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς, καὶ φίλους ἀπώλλυ (sic enim leg. esse suspicor pro ἀπολλύων) φάσκων συνεργοὺς εἶναι. non Lysiæ, sed lectoris alicujus esse, librariive, in memoriæ suæ gratiam ista in margine annotantis. Verba actoris ipsa, ni fallor, ab istis δίκαιον οὖν μοι δοκεῖ εἶναι incipiunt. REISK.

Ὑφ᾽ ἑτέρου] Ipse sese, quisquis est hujus causæ actor, designat. IDEM.

τοιούτου πράγματος φέρουσι τὴν ψῆφον, ἢ κατελεῆσαι ἢ καταχαρίσασθαι Ἀνδοκίδῃ, ἐπισταμένοις ὅτι [1] ἐναργῶς

[1] ἐναργῶς περὶ τὼ A.

Ἢ κατελεῆσαι] Verbum κατελεεῖν mihi insolens accidit; et ne Græcum quidem erit, si existimemus cum dativo constructum esse, ut est proximum καταχαρίζεσθαι. quamquam nil necesse est ita existimare. Num ergo simplex ἐλεῆσαι hic præferemus? Idem.

Ὅτι ἐναργῶς κ. τ. λ.] Τιμωρεῖται Edit. pr. (cum qua etiam concordat Coisl.) unde Scal. nullo negotio: ὅτι ἐναργῶς τῷ θεῷ τούτῳ μέλει τιμωρεῖσθαι τοὺς ἀδικοῦντας. Schottus interea in nescio quo hiatu ingenio suo perfugium quærit. Quanquam non is sim, ut rem ita se posse habere sedulo et constanter pernegem, vocem tamen unam atque alteram, quæ certissimo interea cubant in mendo, utcunque de tota periodo statuatur, tam levi digito perstringi non oportuit. Τῷ θεῷ τούτῳ. Cuinam, cedo, et quarum Gentium? Cum in Eleusinio templo, atque adeo de Eleusiniis, de Cereris et Proserpinæ sacris agitur, dedit ille τὼ θεὼ τούτω. Quod si plura igitur non desiderentur, ita suadeo reponi: Ὅτι ἐναργῶς περὶ τὼ θεὼ τούτω τιμωρεῖσθε τοὺς ἀδικοῦντας. Ita Andoc. in orat. adversaria: Οὐδέ ἐστί μοι ἁμάρτημα περὶ τὼ θεὼ, οὔτε μεῖζον, οὔτε ἔλαττον οὐδέν. Et Plutarch. in Alcib. Εἰσήγγειλεν ἀδικεῖν περὶ τὼ θεὼ, τὴν Δήμητρα καὶ τὴν Κόρην. Est etiam fortasse, cui displiceat istud ἐναργῶς (mihi profecto non placeat sincere) quod ad Rhetorum officinam suo jure pertinere videatur. Ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐνάργειαν πολλὴν ἡ Λυσίου λέξις. αὕτη δέ ἐστι δύναμίς τις ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις ἄγουσα τὰ λεγόμενα. Dionys. Halic. de Lysic. Ὡς δ' ἕτερόν τι ἡ ῥητορικὴ φαντασία βούλεται, καὶ ἕτερον ἡ παρὰ ποιηταῖς, οὐκ ἂν λάθοι σε, οὐδ' ὅτι τῆς μὲν ἐν ποιήσει τέλος ἐστὶν ἔκπληξις, τῆς δ' ἐν λόγοις ἐνάργεια. Longin. c. 15. "Insequitur ἐνάργεια, quæ a Cicerone illustratio et evidentia nominatur, quæ non tam dicere videtur quam ostendere." Quintil. VI. 2. Add. VIII. 3. Cic. Acad. IV. 17. ἐνάργεια δ' ἡ τῶν λόγων λευκότης, καὶ φανότης· Ἐνάργεια δὲ (f. ἐνέργεια) καὶ ἡ ἐν τοῖς λόγοις ταχύτης. Etym. M. Ita enim fere Phavorin. Ἐνάργεια ἡ τῶν λόγων λευκότης ἢ φανότης· ἐνέργεια δὲ ἡ ἐν λόγοις ἀθρόα προσβολή. Invenitur tamen extra scholam, sed raro. Ita ἐναργὴς ὕβρις Demosth. c. Mid. p. 615. Et, ἐξελέγξεται ἐναργῶς. Id. ibid. p. 622. Istiusmodi, inquam, elegantioris stomachi propino: Ὅτι εὐαγὲς περὶ τὼ θεὼ τούτω τιμωρεῖσθαι τοὺς ἀδικοῦντας. Vel denique totum erit ita corrigendum ex monitu viri amicissimi, eleganter et ad ipsam Criticem. Cum olim Andocides suos cognatos, suos familiares supplicio tradidit in causa vix aliena, ἀδύνατον ὑμῖν ἐστὶ περὶ τοιούτου πράγματος φέρουσι τὴν ψῆφον ἢ κατελεῆσαι ἢ καταχαρίσασθαι Ἀνδοκίδῃ· ἐπισταμένοις, ὅτι ἐναργῶς περὶ τὼ θεὼ αὐτὸς τιμωρεῖται τοὺς ἀδικοῦντας· ἐλπίσαι οὖν χρὴ πάντα ἄνθρωπον αὖτα καὶ ἑαυτῷ καὶ ἑτέρῳ ἔσεσθαι. Taylor. Scribe, τὼ θεὼ τούτω, Dualiter, *has Deas*: nempe *Cererem et Proserpinam*, quæ vocabantur Τὼ Θεὼ, et quarum erant *Mysteria* hæc, in quæ Andocides ἠσεβηκέναι arguebatur. Pollux X. 24. segm. 97. ἐν δὲ ταῖς Ἀττικαῖς στήλαις, αἳ κεῖνται ἐν Ἐλευσῖνι, τὰ τῶν ἀσεβησάντων περὶ τὼ Θεὼ δημοσίᾳ πραθέντα ἀναγέγραπται. ubi pariter in MS. erat περὶ τῷ Θεῷ. Hoc etiam patet ex ipso Andocide de Myster. p. 5. ubi his respondet: οὐδέ ἐστί μοι ἁμάρτημα περὶ τὼ Θεώ. et mox, ἀσεβησάντων περὶ τὼ Θεώ. Vide cætera, quæ hæc Lysiæ maxime illustrabunt. Nihil deesse puto huic loco post ἀδικοῦντας. Suspectam tamen habeo vocem ἐναργῶς: sub qua latere puto aliquid ab Adjectivo ἐναγὴς, *piacularis, sacer*, sensu malo. quale esset, ἐναγῶν — μὴ τιμωρεῖσθαι. Markland. Recte viderunt viri docti pro dativis singularis numeri τῷ θεῷ τούτῳ sufficiendos esse accusativos duales τὼ θεὼ τούτω. quorum in auctoritate fui. Cætera parum expediverunt. quod ipsis vitio si dem, inhumanus sim. ecquid enim ingenium humanum locos omnes veterum auctorum desperatos persanet, a face codicum Mstorum destitutum? Non commemorabo τιμωρεῖτε hic positum pro τιμωρεῖσθε me paulo ægrius ferre, quamquam exemplum est unum alterumve apud Lysiam verbi activi τιμωρεῖν in significatu *puniendi* usurpati. Possit igitur hactenus hic locus ferri, et τιμωρεῖτε accipi pro κολάζετε. ut sententia sit: *vos perspicue punire eos, si qui sint in hæc duo numina* (Cereris atque Proserpinæ) *injurii atque impii*. Non dissimulabo tamen mihi videri Lysiam sic dedisse: τὼ θεὼ τούτω τιμᾶτε κολάζοντες τοὺς ἀδικοῦντας (scil. αὐτώ). *qui sciatis, vos sine controversia* (vel *haud dubium*) *honorem habere his numinibus puniendo eos, si qui illas deas impietate violaverint.* ἐναργῶς τινὰ τιμᾶν, est, eum honorem illi habere, ut constet inter omnes, honorantem summa contentione id egisse, ut voluntatem suam eum honorandi, quem honorarit, proderet. Reisk.

[1] τὼ θεὼ τούτω [2] τιμωρεῖται τοὺς ἀδικοῦντας. ἐλπίσαι οὖν 193
χρὴ πάντα ἄνθρωπον [3] ὄντα καὶ ἑαυτῷ καὶ ἑτέρῳ ἔσεσθαι.

β'. Φέρε [4] γὰρ, ἂν νυνὶ Ἀνδοκίδης ἀθῷος ἀπαλλαγῇ 196
ἡμῶν ἐκ τοῦδε τοῦ ἀγῶνος καὶ ἔλθῃ κληρωσόμενος τῶν ἐννέα ἀρχόντων καὶ λάχῃ βασιλεὺς, ἄλλο τι ἢ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ θυσιάσει καὶ εὐχὰς εὔξεται κατὰ τὰ πάτρια, τὰ μὲν ἐν

[1] τῷ θεῷ τούτῳ T. [2] τιμωρεῖτε T. R. τιμωρεῖσθε A. [3] ὄντινα καὶ A. [4] δὴ A.

Τὼ θεὼ] Τὸ θεῖον. Cont.

Καὶ ἑαυτῷ καὶ ἑτέρῳ ἔσεσθαι] Sine sensu. Lego: καὶ ἑαυτοῦ καὶ ἑτέρων φείσεσθαι. *et sibi et aliis parsurum esse.* sequitur Ratio. Porro ἄνθρωπον ὄντα est, quod Latini dicunt *hominem natum*. Markland. Non in his verbis, sed in voc. ὄντα videtur vitium inesse, pro quo videtur Lysias ὄντινα dedisse. Sententia hæc est: Existimare licet, qui sibi quisque penes se in sua conscientia et existimatione de se sit, eum penes alios quoque esse aliisque videri. Jam Andocides ipse sibi, (ait orator) impius videtur: impietatis enim ipse sese detulit in judicio. Necesse igitur est, ut aliis quoque Græcis impius habeatur. Qui autem convenit, qui sibique aliisque impius videatur, eum regem sacrorum consecrari, sacrisque faciundis præfici? Quid Græci de vobis cogitabunt, quo animo erga hanc civitatem, erga hæc sacra, erga hoc templum Eleusinium erunt, videntes in eo regnare hominem infamatæ impietatis? Potest etiam hæc sententia loco tribui: Quales vobismet ipsi vos videmini, tales Græcis quoque videbimini. Jam si conscii vobis sitis, vos pœnas debitas a violatoribus numinum repetisse, eoque diis honorem habuisse, fiet, ut aliis quoque pii et deorum studiosi videamini; eoque amabunt vos confluentque frequentes ad sacra vestra participandum. Sin autem impios ulcisci neglexeritis, ipsi vos quoque infamiam impietatis odiumque publicum vobis consciscetis; quo fiet, ut urbs hæc parum frequentetur ab exteris, ut pauci aut nulli sint posthac futuri, qui sacris Eleusiniis initiari velint. Idem est ac si dixisset: πάντα ἄνθρωπον ἔσεσθαι καὶ ἑτέρῳ (id est, δόξειν) τοιοῦτον, οἷός ἐστιν (id est, δοκεῖ) καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ. Reisk. Totum locum sic intelligo: oportet igitur sperare omnem hominem futurum esse aliis qui erit et sibi. Auger.

Ἄλλοτι ἢ] Divide, ἄλλο τί, sc. ποιήσει: *num quid aliud faciet, quam sacrificabit?* i. e. nonne sacrificabit? Sic Andocides de Myster. p. 15. εἰ γὰρ ἔθηκα, — ἄλλο τί (sc. ἐποίουν) ἢ αὐτὸς μὲν αὐτὸν ἀπώλλυον; *si enim posuissem — num quid aliud, quam me ipse perdidissem?* i. e. nonne me ipse perdidissem? Demosthenes in Mid. τοῦτον ἄλλο τί πλὴν ἀσεβεῖν φήσομεν; et in Aristocratem: ἄλλο τί ἢ δεήσει; Markland. Scribe ἄλλο τί ἢ ὑπὲρ etc. *In Edit. min.* Taylor.

Τὰ μὲν ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι, τὰ δὲ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ ἱερῷ] Hæc sonant vitium. Lege: τὰ μὲν ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ, τὰ δὲ ἐν τῷ Ἐλευσῖνισι ἱερῷ. Fuit Athenis locus sacer, Eleusinium dictum, ut notum est ex Thucydide l. 2. ex ipso Lysia p. 107. ult. (Steph. sc. Edit.) ex Andocide infra p. 15. ex Plutarcho περὶ φυγῆς, ex Philostrato in Herode et aliis. Ubicunque ergo occurrit Ἐλευσίνιον, de loco, qui Athenis erat, intelligi debet, ubi etiam fiebant sacra Cereri, ut ex hoc loco colligitur. Aliud igitur fuit τὸ Ἐλευσίνιον, aliud τὸ Ἐλευσῖνισι ἱερόν. Illud Athenis erat, hoc vero Eleusine. Palmer. Neque nihil, neque omnia vidit Palmerius. Neque enim τὸ Ἐλευσίνιον ad eas ædes, quæ Athenis visebantur Acropoli subjectæ, necessitate quadam refertur, cum utraque et τὸ Ἐλευσίνιον et Ἐλευσὶς, obtinuit, ut dicatur. Ædes ipsas ais vocari Ἐλευσῖνα. Aio, et constanter. Plenus est Aristides in Orat. Eleusin. unde illustrissima quæ sunt excerpam. Τίς γὰρ Ἑλλήνων ἢ τίς βαρβάρων οὕτω σκαιὸς ἢ ἀνήκοος, ἢ τίς οὕτω σφόδρα ἔξω τῆς γῆς ἢ θεῶν, ἢ συλλήβδην εἰπεῖν καλῶν ἀναίσθητος — ὅστις οὐ κοινόν τι τῆς γῆς τέμενος τὴν Ἐλευσῖνα ἡγεῖτο; et mox: Γενομένου δὲ τοῦ Μηδικοῦ στόλου — πολλὰ μὲν τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἱερῶν ἐμπίπραται, τῇ δ' Ἐλευσῖνι τοσοῦτον περιῆν, ὥστ' οὐκ ἀπόρθητος μόνον, ὡς εἰπεῖν, διεγένετο, ἀλλὰ κ. τ. λ. Deinde: Πολέμου δὲ συμβάντος τοῖς Ἕλλησι, πρὸς ἀλλήλους — μόνον δὲ τρόπον γέ τινα Ἐλευσὶς ἠρέμει, καὶ οὔτε Βοιωτῶν ἵππος, οὔτε Λακεδαιμονίων καὶ Πελοποννησίων εἰσβολαὶ οὐ τοῦ περιβόλου προσήψαντο, οὐ τὸν νεὼν εἶδον

[1] τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ, τὰ δὲ ἐν τῷ [2] Ἐλευσῖνι ἱερῷ, καὶ
199 τῆς ἑορτῆς ἐπιμελήσηται [3] ἐν τοῖς μυστηρίοις, ὅπως ἂν
μηδεὶς ἀδικῇ μηδὲ ἀσεβῇ περὶ τὰ ἱερά; καὶ τίνα γνώμην
οἴεσθε ἕξειν τοὺς μύστας τοὺς [4] ἀφικνουμένους, ἐπειδὰν

[1] τῇ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι T. [2] Ἐλευσινίῳ T. [3] ἐν τοῖς om. T. R. A. [4] ἀφικομένους T. R. A.

ἑτέροις ἢ προσῆκεν ὀφθαλμοῖς. Demosth. quoque, sive quis alius, c. Neær. in fin. Ἄξιον δὲ κἀκεῖνο ἐνθυμηθῆναι, ὅτι Ἀρχίαν τὸν ἱεροφάντην γενόμενον ἐξελεγχθέντα ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἀσεβεῖν, θύοντα παρὰ τὰ πάτρια τὰς θυσίας, ἐκολάσατε ὑμεῖς, καὶ ἄλλα τε κατηγορήθη αὐτοῦ, καὶ ὅτι Σινώπῃ τῇ ἑταίρᾳ Ἁλώοις ἐπὶ τῆς ἐσχάρας τῆς ἐν τῇ αὐτῇ Ἐλευσῖνι προσαγούσῃ ἱερεῖον θύσειεν, οὐ νομίμου ὄντος ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ θύειν. Aristoph. Nub. 301.

Οὗ σέβας ἀῤῥήτων ἱερῶν, ἵνα
Μυστοδόκος δόμος
Ἐν τελεταῖς ἁγίαις ἀναδείκνυται.

σχ. ad loc. τὴν Ἐλευσῖνα λέγει· "Omitto *Eleusinem* sanctam illam et augustam,

Ubi initiantur gentes orarum ultimæ."

Cic. 1. de N. Deor. sub fin. Ita Phædra de Hippolyto,

"Tempore quo vobis inita est Cerealis
Eleusin,
Gnossia me vellem detinuisset humus."

Ovid. Heroid. IV. 67. "Pinxit *in templo Eleusine* Phylarchum." Plin. N. Hist. XXXV. 11. Ἐτάφη δὲ [Isocrates] τελευτήσας λαμπρῶς — ἀνάκειται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐν Ἐλευσῖνι εἰκὼν χαλκῆ, ἐπιγραφὴν ἔχουσα. Photius in vita. Has autem ædes distingui videmus eadem pariter ratione atque hic apud Lysiam: Τοὺς Ἀργείων νεκροὺς ἔθαψαν ἐν τῇ αὐτῶν Ἐλευσῖνι. N. Orat. Funeb. Στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμὲν καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι. Herodot. Calliop. 27. Τί δὲ Ἐριχθόνιος; οὐχὶ ἐν τῷ ναῷ τῆς Πολιάδος κεκήδευται; Ἴσμαρος δὲ Εὐμόλπου, καὶ Δαείρας οὐχὶ ἐν τῷ περιβόλῳ κεκήδευται τοῦ Ἐλευσινίου τοῦ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει, αἱ δὲ Κελεοῦ θυγατέρες ἐν Ἐλευσῖνι, τετάφαται; Euseb. Præp. Evang. l. 2. Recte igitur et sine mendo Arnob. adv. Gentes l. 6. p. 193. "In templo Minervæ, quod in arce Larissæ est, conditus scribitur atque indicatur Acrisius: Erichthonius Poliadis in fano: Dairus et Immarus fratres in *Eleusinis consepto, quod civitati subjectum est.*" Non, ut nonnulli male feriati, vel *Eleusinii* vel *Eleusinio.* Lego enim apud Lysiam: τὰ μὲν ἐν τῇ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι, τὰ δὲ κ. τ. λ. Taylor. Aldus et Stephanus sic dederant, ut modo initio annotationis Palmerianæ relatum fuit. Taylorus illius lectionis nihil mutaverat aliud, nisi quod pro τῷ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι dedit τῇ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι. quo locus mihi visus non est persanatus. Ego reliquis omnibus immotis relictis ῳ solummodo aliam in sedem transtuli, hunc ad modum: τὰ μὲν ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ, τὰ δ' ἐν τῷ Ἐλευσῖνι ἱερῷ. *alia in fano Cereris, Eleusinio dicto, quod hic in Urbe* (Athenis) *est; alia in altero illo Cereris fano, quod Eleusine est*, oppido illo agri nostri notissimo. Ἐλευσῖνι dicitur, pro *apud Eleusinem*, non Ἐλευσίνισι, ut Palmerius dedit, si unquam dedit. Ego vero illud malim operis typographicis imputare. Reisk.

Τὰ μὲν ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι, τὰ δὲ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ ἱερῷ] Egregia et vera est ad h. l. Valckenaerii animadversio, Taylori rationibus contraria. "Corrigendum videtur, inquit, vocibus transpositis: τὰ μὲν (sacra faciet vel vota Rex concipiet) ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ ἱερῷ, τὰ δὲ ἐν Ἐλευσῖνι· καὶ τῆς ἑορτῆς ἐπιμελήσεται μυστηρίοις, ὅπως ἂν μηδεὶς — ἀσεβῇ περὶ τὰ ἱερά. Pæne verum vidit Palmerius: τὸ Ἐλευσίνιον Athenis erat arci subjectum. Ostendere nititur Taylorus, ædes ipsas dici Eleusina; frustra: in locis omnibus urbs ipsa Eleusis intelligi debet, ut apud Philostratum p. 545. med. Secundus τέθαπται πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι. Egregius est Herodoti locus, quem advocat Taylorus, distinguentis τὸ Ἐλευσίνιον τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει et Ἐλευσῖνα. Vel is ostendit urbem intelligi; neque enim in templo credibile sepultas Celei filias. Cæterum frustra vocem μυστηρίοις sollicitat Marklandus. — In Eleusinio Athenis, postridie festi, ἕδρα erat secundum Legem facienda; vid. Meursii Eleusin. p. 43. Andocides hic causam videtur dixisse; atque in Eleusinio quoque hujus Orationis, ni fallor, fingitur sedes: hinc ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ." Sluiter.

Μυστηρίοις] I. e. *in die mysteriorum*. Taylor. Vox ἐπιμελήσεται requirit μυστηρίων. Markland. Bene habet. absolutus is dativus est, pro ἐν τοῖς μυστηρίοις. *mysteria* vel *sacra Cereris arcana cum aguntur.* Reisk.

ἴδωσι τὸν βασιλέα ὅστις ἐστὶ καὶ ἀναμνησθῶσι πάντα τὰ
ἠσεβημένα αὐτῷ, ἢ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, οἳ ἕνεκα ταύτης
τῆς [1] ἑορτῆς, ἢ θύειν εἰς ταύτην τὴν πανήγυριν βουλόμενοι ἢ 200
θεωρεῖν; οὐδὲ γὰρ ἀγνὼς ὁ Ἀνδοκίδης οὔτε τοῖς ἔξω οὔτε
τοῖς ἐνθάδε διὰ τὰ ἠσεβημένα. ἀναγκαίως γὰρ ἔχει ἀπὸ
τῶν πολὺ διαφερόντων ἢ κακῶν ἢ ἀγαθῶν ἔργων τοὺς ποιήσαντας γιγνώσκεσθαι. ἔπειτα δὲ καὶ διώχληκε πόλεις
πολλὰς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ, Σικελίαν, Ἰταλίαν, Πελοπόννη- 201
σον, Θετταλίαν, Ἑλλήσποντον, Ἰωνίαν, Κύπρον· βασιλέας

[1] ἑορτῆς ἔρχονται δεῦρο, ἢ A.

Οἳ ἕνεκα ταύτης τῆς ἑορτῆς] Οἳ δεῦρο συνῆλθον ἕνεκα. Cont. Deesse videtur πάρεισιν, *adsunt*, post ἑορτῆς. Andocides p. 5. οἳ τῆς ἑορτῆς ἕνεκεν ἔρχονται δεῦρο, eodem sensu. Markland. Post hoc vocabulum ex Andocidis loco a Marklando allato suppletum ego equidem iero δεῦρο ἔρχονται. Non omnes exteri, qui per dies majorum minorumve Mysteriorum Athenas convenirent, illuc eo conveniebant, quo sacris initiarentur, sed multi, ut votis a se conceptis exsolverentur hostias offerentes, alii, ut spectarent solummodo ritus et festivitates, publicaque hilaritate fruerentur. θύειν εἰς τὴν πανήγυριν est *hostiam mactare diei festi causa* [sic quoque Augerus], seu *quam ritus sit eo die mactari*, seu *quam tu voveris illo loco dieque festo, non alibi neque loci neque temporis, mactandam.* Reisk.

Ἢ θύειν] In promtu esset, si res ita ferret, *fugitivum* aliquod verbum revocare ad sententiam sustentandam. proinde ut pariter cum Andocide dicat: ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων, οἳ τῆς ἑορτῆς ἕνεκεν ἔρχονται δεῦρο. p. 5. Credo tamen non aliquo *aufugit*, sed hic *latitat* post principia. Θύειν εἰς τὴν πανήγυριν nemo dixit. Immo nec θύειν de non initiatis. Atqui de his habetur sermo, τοὺς μύστας — ἢ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας. Et his ne limina quidem templi transire licuisse, notissima est religio. "Acarnanes duo Juvenes per initiorum dies *non initiati* templum Cereris imprudentes religionis cum cetera turba ingressi sunt. Facile eos sermo prodidit absurde quædam percunctantes: deductique ad Antistites templi, cum palam esset per errorem ingressos, tanquam ob infandum scelus *interfecti sunt.*" Liv. XXXI. 15. Refinge igitur: ἢ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, οἳ ἕνεκα ταύτης τῆς ἑορτῆς ἔλθωσιν εἰς ταύτην τὴν πανήγυριν, βουλόμενοι θεωρεῖν. Taylor.

Ἔπειτα δὲ] Nemini adhuc suboluit lacuna, quanquam istud ἔπειτα δὲ tam diserte flagitet cui innitatur. Credibile est id omne, quod Andocidi domi et in regionibus Atticæ conterminis παραγενόμενται, in medio esse relictum. Idem. Nihil hic deest ad efficiendum, ut constet Andocidem nemini ignotum, sed clarissimi nominis hominem esse. quam ad rem Lysias gemino utitur argumento 1) Andocides insigne scelus commisit, facinorum autem enormitas non minus, quam splendor rerum præclare gestarum, hominum oculos in auctorem contorquet, sermonesque omnium ubique locorum de eo concitat, etiamsi domi maneat, neque usquam peregrinetur. Verum præterea quoque 2) multas adiit Andocides urbes, multas pervagatus est regiones, cum multis congressus est. Reisk.

Διώχληκε πόλεις πολλὰς — Σικελίαν, Ἰταλίαν, Πελοπόννησον, etc.] Notandum vocem πόλις significare *totam regionem*: Siciliam enim, et Italiam, et Peloponnesum etc. vocat πόλεις. Et hinc conciliantur Marcus (V. 20.) et Lucas (VIII. 39.) in historia dæmoniaci Gadareni, a Jesu sanati. Marcus enim scribit: *et abiit, et cœpit prædicare* ἐν τῇ Δεκαπόλει, *quanta sibi fecisset Jesus.* Lucas vero: *et abiit*, καθ' ὅλην τὴν πόλιν, *prædicans* etc. Erudite vocat πόλιν, quod Marcus Δεκάπολιν, quæ regio erat, *decem* urbes comprehendens. majoris lucis gratia addidit ὅλην. Bene quoque Vulgat. Intepr. vertit, *per universam civitatem*. Vide doctiss. Davisium ad Cæsar. B. Gall. VII. 4. "expellit ex civitate." Markland. *Multas civitates*, i. e. multas regiones. Auger.

Βασιλέας πολλοὺς κεκολάκευκεν] Non satis exprimit vox κεκολάκευκεν. *adulatus est.* gravius aliquid de Andocide exspectandum erat. Scripsit opinor κεκάκωκεν, *damno affecit*: quod ποιεῖν κακὸν mox vocat. Sic τὸν δῆμον φαίνεται κακώσας. Orat. XIII. de Agorato: et alibi. Markland.

πολλοὺς κεκολάκευκεν, [1] ᾧ ἂν συγγένηται, πλὴν τοῦ Συ-
202 ρακουσίου Διονυσίου. οὗτος δὲ ᾗ πάντων εὐτυχέστατός ἐστιν ᾗ [2] πλεῖστον γνώμῃ διαφέρει τῶν ἄλλων, ὃς μόνος τῶν συγγενομένων Ἀνδοκίδῃ οὐκ ἐξηπατήθη ὑπ᾽ ἀνδρὸς τοιούτου, ὃς τέχνην ταύτην ἔχει, τοὺς μὲν ἐχθροὺς μηδὲν ποιεῖν κακὸν, τοὺς δὲ φίλους ὅτι ἂν δύνηται κακόν. ὥςτε μὰ

[1] οἷς A. [2] πλείστων T.

Ὧ ἂν] F. οἷς ἂν, vel οἷς αὐτός. CONT.

Συγγένηται] Malim συγγεγένηται. TAYLOR.

Πλείστων] Π. πλεῖστον. H. STEPHAN. Πλεῖστον dedi ex mente Stephani, pro πλείστων, quod est in omnibus olim vulgatis. quamquam suspicio penes me nata est, vocabulum hoc πλεῖστον posse hinc abesse, minus autem paulo post, ante secundum κακόν. si scilicet illud secundum κακὸν servandum censemus. Taylor enim id expunctum it. Posset ad hunc modum sic legi hic loci: γνώμῃ διαφέρει (sine πλεῖστον). et postmodum: ὅ,τι ἂν δύνηται πλεῖστον κακὸν, aut ὅτι πλεῖστον ἂν δύνηται κακόν. REISK.

Κακὸν] Dele meo judicio. Sic erit rotundius. TAYLOR.

Ὃς τέχνην — δύνηται κακὸν] Vocem κακὸν in fine sustulit Taylorus. Melius, me quidem judice, e medio eam tollebat Valckenaerius, scribens: τοὺς μὲν ἐχθροὺς μηδὲν ποιεῖν, τοὺς δὲ φίλους ὅ, τι ἂν δύνηται κακόν. SLUITER.

Ὥςτε μὰ τὸν Δία — λαθεῖν τοὺς Ἕλληνας] Duriuscula quidem hæc videntur; corrupta tamen dicere non ausim, cum sæpius οὐκ et οὐδὲν ita conjungantur: quo pacto vim habent vehementioris negationis, quale est illud Aristophanis in Pluto, v. 137.

Ὅτ᾽ οὐδ᾽ ἂν εἷς θύσειεν ἀνθρώπων ἔτι,
Οὐ βοῦν ἂν, οὐχὶ ψαιστὸν, οὐκ ἄλλ᾽ οὐδεέν.

Demosthenes in Timocr. p. 765. 16. ed. Reisk. οὐκ ἂν ἔχοντες εἰπεῖν οὐδετέρου κοινὸν εὐεργέτημα οὐδέν: in Aristocr. p. 665. 17. οὐδὲ πρὸς δόξαν συμφέρει τῇ πόλει τοιοῦτον οὐδὲν ἐψηφισμένῃ φαίνεσθαι. Eleganti tamen conjectura hæc mutabat Valckenaerius: verba ejus hæc sunt. "MS. Coislin. αὐτό: scribatur ἀνδο. Facilis erit emendatio: οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν ὑμῖν Ἀνδοκίδῃ χαριζομένοις κ. τ. λ. Audaciora licent in mutilis et corruptissimis, qualis hæc certe est Oratio. Paulo post est, *non potestis simul uti Legibus patriis et Andocide*, νόμοις τοῖς πατρίοις καὶ Ἀνδοκίδῃ χρῆσθαι." Mox de audacia et impudentia Andocidis Athenas reversi ita loquitur Orator p. 264. v. 4. εἰς τοσοῦτο δὲ τόλμης ἀφῖκται, ὥςτε καὶ λέγει περὶ τοῦ νόμου, ὡς καθῄρηται ὁ περὶ αὐτοῦ κείμενος, καὶ ἔξεστιν αὐτῷ ἤδη εἰσιέναι εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ εἰς τὰ ἱερὰ ἂν ἔτι καὶ νῦν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. De loco fere desperato et ab aliis tentato, si vanitatis suspicionem effugiam, dicam quod sentio: pro illo ἂν ἔτι, quod sensum non habet, probabiliter mihi conjecisse videor ἀνατὶ, *impune*; pro quo alii scribunt ἀνατεί. Harpocration: Ἀνατεὶ ἀντὶ (f. leg. ἀνατεὶ καὶ ἀνατὶ, ἄνευ ἄτης cæt.) ἄνευ ἄτης· ἄνευ κακοῦ. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἀπολλόδωρον. Hesychius. Ἄνατος· ἀβλαβής. — Ἀνατὶ, ἄνευ ἄτης καὶ βλάβης: prouti exponit quoque Scholiastes ad illud Euripidis in Medea v. 1357. (οὐκ ἔμελλε)

Κρέων ἀνατεὶ τῆςδέ μ᾽ ἐκβαλεῖν χθονός.

Conf. Æschylum Eumen. v. 59. et 76. Sophoclem Antig. v. 491. Aristophanes Ecclesiaz. v. 1011.

Ταῖς πρεσβυτέραις γυναιξὶν ἔστω τὸν νέον
Ἕλκειν ἀνατὶ λαβομένας τοῦ παττάλου.

Scholiastes μὴ τιμωρουμένας ὑπὸ (f. ὑπὲρ) τῆς βίας: Plato de Legg. l. IX. p. 871. E. ἀνατεὶ κτεινέτω, ubi notat Stephanus, l. XI. p. 917. C. ἀνατεὶ τυπτέτω, et p. 935. B. κολαζέτω ἕκαστον ἀνατεί. Apud Diodorum Siculum tom. II. p. 450. v. 52. e MS. vocem confirmavit Wesselingius. Suidas quoque ἀνατὶ exponit ἀβλαβῶς· καὶ ἄνευ τίσεως καὶ τιμωρίας: quæ est significatio hujus loci; convenit nempe cum νηποινεὶ, quam vocem eodem sensu habet Plato de Legg. l. IX. p. 874. C. νηποινὶ Demosthenes in Aristocr. p. 639. 6. ed. R. Atque in talibus terminatio ὶ et εὶ utraque adhibetur. Apud Homerum Il. Θ. v. 197. ubi est αὐτονυχεὶ, Apion et Herodianus habent αὐτονυχί. Plura dederunt Valesius ad d. l. Harpocrationis, Berglerus ad Aristoph. et Interpretes Hesychii ll. cc. Quæ sequuntur καὶ νῦν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, non ita facili opera sanari posse mihi videntur: audaciori esse si liceat, suspicer sententiam postulare: καὶ γνώμην ἀποφαίνεσθαι ἐν τῷ βουλευτηρίῳ: quod Andocidi item ut crimen objicit p. 106. v. 7. ed. Steph. εἰς τοσοῦτον δὲ ἀναισχυντίας ἀφῖκται, ὥςτε

τὸν Δία οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν ὑμῖν αὐτῷ [1] οὐδὲν [2] χαρισαμένοις
104. 1 παρὰ τὸ δίκαιον λαθεῖν τοὺς Ἕλληνας. νῦν οὖν ὑμῖν ἐν ἀνάγκῃ ἐστὶ βουλεύσασθαι περὶ αὐτοῦ. εὖ γὰρ ἐπίστασθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι οὐχ οἷόν τε ὑμῖν ἐστὶν ἅμα

[1] ὁτιοῦν A. [2] χαριζομένοις T. R. A.

καὶ παρασκευάζεται τὰ τῆς πόλεως πράττειν καὶ ἤδη δημηγορεῖ, καὶ ἀποδοκιμάζει, καὶ ἐπιτιμᾷ τῶν ἀρχόντων τισί· καὶ συμβουλεύει, εἰς τὴν βουλὴν εἰσιὼν, περὶ θυσιῶν, καὶ προσόδων, καὶ εὐχῶν, καὶ μαντειῶν (ita hunc locum scribendum censeo). Γνώμην ἀποφαίνεσθαι locutio est Oratoribus usitata. Demosthenes de Contribut. p. 169. 11. καὶ προθεῖναι περὶ τούτων τῷ βουλομένῳ γνώμην ἀποφήνασθαι: de Coron. p. 291. 17. πρὸ τῶν πραγμάτων τὴν γνώμην ἀποφαίνεται: ubi Ulpianus γνώμην exponit λογισμὸν, βουλήν· De Falsa Legat. p. 390. 6. τὸ μὲν πρῶτον ὡς ἂν εἰς κοινὸν γνώμην ἀποφαινομένου· μετὰ ταῦτα δὲ ὡς ἀγνοοῦντας διδάσκοντος· et γνώμης ἀπόδειξις est apud eundem in Aristog. I. p. 772. 8. Sensus hujus loci est: *tantam esse audaciam Andocidis, ut dicat, sibi jam licere impune in templa venire et in forum, et sententiam dicere in curia, ac senatorio munere fungi.* Si cui tamen audacior videatur hæc nostra emendatio, is fortasse malit cum Clar. Luzacio legere καὶ λέγειν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ: quod nec mihi displicet. Nam primum haud ita longe abeunt ductus literarum λέγειν et νῦν; deinde λέγειν usurpatur ut apud Latinos *dicere* de ferenda et confirmanda sententia in senatu: sic Cicero Phil. V. in fin. "Dixi ad ea omnia, Consules, de quibus retulistis." Forte addenda voce Ἀθηναίων vim quandam et efficaciam consectatus est Rhetor. "Audet sententiam dicere in augusto et spectabili Reip. Atticæ senatu." Eandem vero γνώμης vocem restituendam credo Isocrati, cujus in Laudat. Evagor. p. 203. B. hæc leguntur: τί γὰρ ἀπέλιπεν εὐδαιμονίας, ὃς — τοσοῦτον καὶ τῷ σώματι τῶν ἄλλων καὶ τῇ ῥώμῃ διήνεγκεν, ὥςτε μὴ μόνον Σαλαμῖνος, ἀλλὰ καὶ τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἄξιος εἶναι τυραννεῖν. Mihi quidem ineptum videtur, si quis propter solam corporis pulcritudinem et robur regno dignus dicatur, animi virtutes nullum in censum veniant. Neque minus ineptum τὴν ῥώμην, quæ jam in laude corporis inest, per partitionem huic subjungi. In toto autem Epilogo, cujus hæc est particula, corpus et res externæ tantum laudantur, animo nullus locus tribuitur, in quo tamen laudibus efferendo multus fuit p. 193. seqq. quodque caput esse in laudando docet Cicero de Or. l. I. c. 11. et 84. Ita supra p. 193. c. de Evagora dixerat: τοσοῦτον γὰρ καὶ ταῖς τοῦ σώματος καὶ ταῖς τῆς ψυχῆς ἀρεταῖς διήνεγκεν. Quamobrem et hic legendum videtur: καὶ τῷ σώματι — καὶ τῇ γνώμῃ. Non raro σῶμα et γνώμη junguntur apud scriptores antiquos. Andocides de Red. p. 22. v. 38. ed. Steph. εἰ γὰρ ὅσα ἄνθρωποι γνώμῃ ἁμαρτάνουσι, τὸ σῶμα αὐτῶν μὴ αἴτιόν ἐστιν κ. τ. λ. Lysias in Or. Olympica apud Dionysium Halic. p. 92. v. 9. ἀγῶνα μὲν σωμάτων ἐποίησε, φιλοτιμίαν δὴ πλούτῳ, γνώμης δ᾽ ἐπίδειξιν: Xenophon Cyrop. l. I. c. 3. §. 10. ὑμᾶς ἑώρων καὶ τοῖς σώμασι καὶ ταῖς γνώμαις σφαλλομένους: Dionysius Halic. Antiq. l. III. p. 177. v. 36. κάμνων τὸ σῶμα πάθεσι παντοδαποῖς, καὶ οὐδὲ τῆς γνώμης ἔτι τῆς αὐτοῦ καρτερὸς διαμένων: Euripides in Electra v. 372.

Γνώμην τε μεγάλην ἐν πένητι σώματι·

apud Aristophanem Plut. v. 559. paupertas dicitur τοῦ πλούτου παρέχειν βελτίονας ἄνδρας, καὶ τὴν γνώμην, καὶ τὴν ἰδέαν. Sæpius hæc duo vocabula in MSS. confusa esse videntur; saltem apud Xenophontem ῥώμη in γνώμην abierat, quod vitium feliciter ac vere correxit amicus et literarum studiis et familiaritate conjunctissimus Ph. Guil. Van Heusde, in erudito, quod nuper edidit, Specimine Critico in Platonem p. 18. Hæc ὡς ἐν παρόδῳ dicta sunto: redeamus ad Pseudo-Lysiam. Hic igitur p. 266. v. 9. per πρόληψιν ea, quæ dicturus esset Andocides, refutans ait: καίτοι οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογήσεται, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων κατηγορήσει. ubi Taylorus recte καὶ pro καίτοι reponi vult. Reiskius verba nonnulla injicit. Mihi videtur unum intercidisse adverbium ὅπως ita restituendum: καὶ οὐχ ὅπως ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογήσεται. *non solum se ipse non defendet, sed et reliquos accusabit, qui idem crimen commiserunt.* De vi formulæ οὐχ ὅπως postea dicemus. IDEM.

Αὐτῷ οὐδὲν] Οὐδὲν αὐτῷ. SCAL. Οὐδὲν si abesset, nil equidem sim desideraturus. Locum si tuebitur, accipiendum erit pro τι, cujus vices eo gerit, quod οὐ præcessit, cui accommodatum fuerit, si scilicet a Lysia h. l. exaratum fuit relictum. Solent Græci negationes sine causa accumulare. REISK.

τοῖς τε νόμοις τοῖς πατρίοις καὶ Ἀνδοκίδῃ χρῆσθαι· ἀλλὰ
δυοῖν θάτερον, ἢ τοὺς νόμους ἐξαλειπτέον ἐστὶν, ἢ ἀπαλλα-
κτέον τοῦ ἀνδρός.
γ΄. Εἰς τοσοῦτο δὲ τόλμης ἀφῖκται, ὥςτε καὶ λέγει
203 περὶ τοῦ νόμου, ὡς καθῄρηται ὁ περὶ αὐτοῦ κείμενος καὶ
ἔξεστιν αὐτῷ ἤδη εἰσιέναι εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ εἰς τὰ ἱερὰ
[1] * * * [2] ἂν ἔτι καὶ νῦν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. καί-
204 τοι Περικλέα ποτέ φασι παραινέσαι ὑμῖν περὶ τῶν ἀσεβούν-
των, μὴ μόνον χρῆσθαι τοῖς γεγραμμένοις νόμοις περὶ αὐ-
τῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγράφοις, καθ' οὓς Εὐμολπίδαι ἐξη-
γοῦνται, οὓς οὐδείς πω κύριος ἐγένετο καθελεῖν οὐδὲ ἐτόλ-
μησεν ἀντειπεῖν, οὐδὲ αὐτὸν τὸν θέντα ἴσασιν· ἡγεῖσθαι

[1] asteriscos om. T. R. A. [2] ἀλλ' ἐστὶ καὶ νῦν A.

Λέγει περὶ τοῦ νόμου] Atque ita militat Andocides p. 10. Edit. Steph. uti prædixerat ὁ διώκων. Operæ pretium erit conferre. Quæ autem hic sequuntur, graviter sunt deformata. Ἱερὰ ἔτι, Steph. excluso ἄν. At profecto cum loquatur de supplicii gravitate, de extremis quibusque ἀτιμίας, credo me non longe a Lysia mente nec oratione aberrare, dum sic lego: λέγει — ὡς — ἔξεστιν αὐτῷ ἤδη εἰσιέναι εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ εἰς τὰ ἱερὰ, καὶ μετέχειν τῶν Ἀθήνησι κοινῶν ὡς οὐκ ὄντι ἀλιτηρίῳ. Noster exeunte oratione: Νόμον ὑμεῖς ἔθεσθε εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν αὐτὸν, ὡς ἀλιτήριον ὄντα. Andoc. 7. pag. Πρὸς δὲ τούτοις ἀναγραφέντας ἐν στήλαις ὡς ὄντας ἀλιτηρίους τῶν θεῶν. Atque ita fere loquuntur scriptores gravissimi de iis, quibus non jus civitatis modo, sed pene gentium ademptum esse videtur, qui εἴργοντο τῆς πόλεως (i. e. πολιτείας) ἱερῶν, θυσιῶν, ἀγώνων, ἅπερ μέγιστα καὶ παλαιότατα τοῖς ἀνθρώποις, ut dixit Antipho. Ecce enim Demosth. tibi sistam, Philip. 3. ἐχθρὸν αὐτῶν ἀνέγραψαν καὶ τῶν συμμάχων αὐτὸν (sc. Arthmium Zeliten) καὶ γένος, καὶ ἀτίμους εἶναι. Τοῦτο δ' ἐστὶν οὐχ ἣν ἄν οὑτωσί τις φήσειεν ἀτιμίαν. Τί γὰρ τῷ Ζελείτῃ τοῦτο ἔμελεν, εἰ τῶν Ἀθήνησι κοινῶν μὴ μεθέξειν ἔμελλεν; Rursus Demosth. id. adv. Eubulid. statim ab initio: Τῶν ὑμετέρων ἱερῶν καὶ κοινῶν μετεῖχον. TAYLOR.

Εἰς τὰ ἱερὰ ἂν ἔτι καὶ νῦν] Stephanus ejicit ἄν. Sed hoc non satis est: reliqua enim non possunt explicari. Lego: καὶ εἰς τὰ ἱερά· ἀλλ' ἐστὶ καὶ νῦν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. *immo et nunc est in Senatu Atheniensium.* Sic enim dicit infra: καὶ συμβουλεύει, εἰς τὴν βουλὴν εἰσιὼν, περὶ θυσιῶν, καὶ εὐχῶν, καὶ μαντειῶν. Vide, quæ præcedunt. Hinc forte Cicero in Catilinam: "in Senatum venit; publici consilii fit particeps." MARKLAND. Deesse hic aliquid dubio caret, neque difficile est, conjectura propemodum assequi, quid desit. Sententia hæc ferme subjicit: ἀνέτως, καὶ φαίνεται ἀναστρεφόμενος ἔτι καὶ νῦν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. quid autem Lysias reapse dederit, ab integrioribus codicibus exspectabimus donec discamus. REISK.

Ἐξηγοῦνται] Distinguas: ἐξηγοῦνται· (οὓς οὐδεὶς . . . . ἴσασιν) ἡγεῖσθαι γὰρ ἂν etc. *In Edit. min.* TAYLOR. Dicuntur illi ἐξηγεῖσθαι, qui interrogati a consulentibus, quid agendum sibi sit in rebus dubiis, (casibus vel scrupulis conscientiæ, ut vulgo usurpant) de jure sacrorum respondent, consilia dantes, quid ex præscripto legum sacrarum agendum cavendumve sit. Veterum illi ἐξηγηταὶ sunt nobis hodie sic dicti Casuistæ. REISK.

Ἀντειπεῖν, οὐδὲ αὐτὸν] Forte: ἀντειπεῖν, εἰ καὶ οὐδὲ αὐτὸν τὸν θέντα ἴσασιν. Tale aliquid Interpres quoque videtur in animo habuisse, cum verteret, *licet ipsum legislatorem ignorent.* Sequitur ἡγεῖσθαι γὰρ ἂν αὐτοὺς, etc. opinor δεῖν αὐτοὺς, sc. ἀσεβεῖς vel ἀσεβοῦντας, de quibus sermo est. nisi ἂν διδόναι malis sumere pro δώσειν. Quæ vero præcedunt, οὓς οὐδείς πω, etc. usque ad ἴσασιν, parenthesi includas. MARKLAND.

Οὐδὲ αὐτὸν τὸν θέντα ἴσασι] *Ne ipsum quidem norunt earum latorem qui fuerit.* αὐτὸν serves, an αὐτοὺς scribas, nil intererit. Cum nemo sciat, a quo profectæ illæ leges sint, eoque dubium fiat, utrum ab homine mortali, an ab ipso immortali deo latæ sint, eo sunt religiosius observandæ, ne forte fiat, id quod in re incerta facile fieri potest, ut illas leges violando, non humanam auctoritatem, sed divinam violes. REISK.

γὰρ ἂν αὐτοὺς οὕτως οὐ μόνον τοῖς ἀνθρώποις ἀλλὰ καὶ 205
τοῖς θεοῖς διδόναι δίκην. Ἀνδοκίδης δὲ τοσοῦτον καταπε-
φρόνηκε τῶν θεῶν καὶ ὧν ἐκείνοις δεῖ τιμωρεῖν, ὥςτε πρὶν 206
μᾶλλον ἢ ἧττον ἢ ἐπιδεδημηκέναι δέκα ἡμέρας ἐν τῇ πόλει
προσεκαλέσατο δίκην ἀσεβείας πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ
ἔλαχεν Ἀνδοκίδης, [1] καὶ πεποιηκὼς ἃ οὗτος πεποίηκε περὶ
τοὺς θεούς· καὶ ἵνα μᾶλλον πρόσχητε τὸν νοῦν, φάσκων τὸν
Ἀρίστιππον ἀσεβεῖν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν αὑτοῦ πατρῷον. 207

[1] καὶ οὗτος πεποιηκὼς ἃ πεποίηκε A.

Ἡγεῖσθαι] Subaudi ἔφη. obliqua est oratio, apta ex illo superiori φασὶ τὸν Περικλέα. *se enim existimare* (ita nempe ferunt Periclem tum affirmasse). REISK. AUGER.

Αὐτοὺς] Scil. τοὺς ἀσεβοῦντας εἰς τοὺς θεούς. REISK. AUGER.

Οὕτως] Si nempe nos, prout ipse nobis auctor factus sit, non e civili tantum jure, sed etiam e divino impios puniamus. REISK.

Ὧν ἐκείνοις δεῖ τιμωρεῖν] Recte. τιμωρεῖν ἐκείνοις est *eorum causa ulcisci* vel *pœnam sumere.* Sæpe ita loquitur tum Noster, tum alii. Vide Orat. XIII. ad finem: et Antiphonta initio Orat I. Subintellige αὐτῶν ante ὧν. Vult *Religiones.* Mox, μᾶλλον ἢ ἧττον: nisi hæc delenda sint, nescio quid de illis fiet. Intelligo phrasin μᾶλλον ἢ οὐχ ἧττον: sed quomodo ea huc applicari possit, non video: et tamen Atticismus forte aliquis his subest: in præsens igitur ἐπέχω. Sequentia vero ita distingue: πρὸς τὸν βασιλέα· καὶ ἔλαχεν Ἀνδοκίδης, καὶ πεποιηκὼς ἃ οὗτος πεποίηκε περὶ τοὺς θεοὺς καὶ (ἵνα μᾶλλον πρόσχητε τὸν νοῦν) φάσκων τὸν Ἀρίστιππον ἀσεβεῖν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν πατρῷον· ὁ δὲ Ἀρίστιππος (non Ἄρχιππος) ἠντιδίκει, etc. Spiritus et Indignationis hæc plena sunt, præsertim istud ἔλαχεν Ἀνδοκίδης: quæ ultima vox cum emphasi pronuntianda est: quale istud Senecæ, *Medea fugiam?* vel hoc Servatoris nostri Marc. XIV. Σίμων καθεύδεις; Tune, Simon, idem iste, qui de zelo tuo tot ac tanta modo prædicavisti, Tune dormis? Vocem vero ἠντιδίκει adde iis, quæ viri docti de hac voce dixerunt ad Pollucis VIII. 5. segm. 23. MARKLAND. Idem est, ac si dixisset: καὶ τούτων (scil. καταπεφρόνηκεν), *itemque eos contempsit,* οὓς δεῖ ἐκείνοις τιμωρεῖν, *quos oportet factas diis injurias in auctoribus exsequi.* REISK. Ὧν resolve in τούτων οὓς. τούτων i. e. τῶν ἀνθρώπων, ἐκείνοις up. τοῖς θεοῖς. AUGER.

Πρὶν μᾶλλον] Quid facias cum hac colluvie τῶν ἀκλίτων? πρὶν μᾶλλον ἢ ἧττον. Glossematica puto vel e cujusdam ἀκριβολογοῦντος manu profecta, quali vitiligine hæc oratio potissimum laborat. Hujusmodi credo aliquando exstitisse scripturam: ὥςτε πρὶν ἢ ἐπιδεδημηκέναι δέκα ἡμέρας. [Dici enim potuit, ἧττον ἢ δέκα ἡμέρας. Ut nos utroque modo: *Before he had been ten days at home,* vel, *He had not been ten days at home.* Sed cum prior locutio πρὶν, magis proba visa fuerit, annotavit aliquis in margine μᾶλλον ἢ ἧττον. *In Edit. min.*] Ingeniosus deinde Aristarchulus Lysiæ phrasin suo calculo commendans, rectius dici fatetur πρὶν ἢ δέκα ἡμέρας, quam ἧττον (μᾶλλον ἢ ἧττον) ἢ δέκα ἡμέρας. Mox sordes in textu. TAYLOR. Miror utique Marklandum in re tam plana atque obvia tricari. Ecquis non intelligit *decem plus minus dies.* quamquam utique malim hæc vocabula μᾶλλον ἢ ἧττον non eo loco, quem nunc tenent, sed post δέκα legi. REISK. Gallice, *plus ou moins.* Hæc tria verba velim cum Reiskio transponi post δέκα. AUGER.

Ἀνδοκίδης] Post Ἀνδοκίδης addendum videtur ἄν. REISK.

Καὶ πεποιηκὼς ἃ οὗτος] Primum et postremum vocabulum abesse mallem. aberunt utique sine damno sententiæ. IDEM.

Φάσκων] Hoc participium suspensum hæret, sed hujus affectatæ inordinationis multa occurrunt exempla apud antiquos oratores. Itaque accipe phrasin quasi legeretur ἔφασκε. AUGER.

Ἀρίστιππον] Primum in hoc loco notanda est diversitas nominis, et primo loco pro Ἀρίστιππον legendum est Ἄρχιππον, vel secundo pro Ἄρχιππος Ἀρίστιππος. Deinde notandum est Andocidem movisse litem de Herma sive statua Mercurii quasi sua et a suis majoribus posita: At contra Æschines et Plutarchus in Ando-

ὁ δὲ [1]Ἄρχιππος ἠντιδίκει, ἦ μὴν τὸν Ἑρμῆν ὑγιᾶ τε καὶ
ὅλον εἶναι, καὶ μηδὲν παθεῖν ὧνπερ οἱ ἄλλοι Ἑρμαῖ· ὅμως
μέντοι ἵνα μὴ ὑπὸ τούτου τοιούτου ὄντος πρᾶγμα [2]ἔχοι,
δοὺς ἀργύριον ἀπηλλάγη. καίτοι ὁπότε οὗτος παρ' ἑτέρου
ἠξίωσε δίκην ἀσεβείας λαβεῖν, ἦπου ἑτέρους γε παρὰ τού-
του λαβεῖν δίκαιον καὶ εὐσεβές ἐστιν.

δ'. Ἀλλὰ λέξει δεινὸν εἶναι, εἰ ὁ μὲν μηνυτὴς τὰ ἔσχα-
τα πείσεται, οἱ δὲ μηνυθέντες τῶν αὐτῶν ὑμῖν ἐπίτιμοι
ὄντες μεθέξουσι. καίτοι οὐχ ὑπὲρ αὑτοῦ ἀπολογήσηται,
208 ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων κατηγορήσει. τοὺς μὲν οὖν ἄλλους
οἱ ἐπιτάξαντες καταδέξασθαι ἀδικοῦσι, καὶ τοῦ αὐτοῦ
209 ἀσεβήματος αἴτιοι εἰσίν· εἰ δ' ὑμεῖς [3]αὐτοκράτορες ἦτε, καὶ

[1] Ἀρίστιππος, et mox ἢ A. [2] ἔχῃ T. R. A.
[3] αὐτοκράτορες, αὐτοὶ ἐστὲ οἱ ἀφ. τ. τ. τ. θεῶν, ὑμεῖς αὐτοὶ, ἀλλ' οὐχ οὗτοι A.

cid. aiunt eam statuam non fuisse majorum Andocidis ἀνάθημα, sed Ægeidis tribus, sed eo, quod erat sita in vicinia domus Andocidis, sic vocatam fuisse. Adde et forte eo, quod in jus vocaverat Archippum sive Aristippum propter hujus statuæ mutilationem, ideo magis vocata est Andocidis Hermas. Sed mirum mihi videtur hoc loco Lysiam non notavisse hominis vanitatem, si ea statua non fuit majorum suorum donarium, ut volunt Æschines et Plutarchus. Forte id ignorabat, et sequebatur communem errorem. PALMER. Pro Ἀρίστιππον mavult etiam Ἄρχιππον Schottus. TAYLOR. Contius Ἀρίστιππος. Deinde pro ἢ μὴν legit ἦ μὴν, quod solum probum est, et omisi in textum inducere. AUGER.

Αὐτοῦ] Lege αὑτοῦ, Andocidis sc. non Archippi. TAYLOR.

Καίτοι οὐχ] Istud καίτοι debuit esse καὶ, ut procedat sententia, quæ aliter procedere nolit. IDEM. Nullus dubito hic parum quid deesse, forsitan in hanc sententiam: καίτοι πῶς οὐχὶ δεινὸν, εἰ οὐ μόνον οὐχ ὑπὲρ αὑτοῦ ἀπολογ. *atqui, qui fieri possit, ut minus indignum sit, si non solummodo pro se nil afferat, quo excusetur, sed etiam præterea alios incuset.* REISK.

Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους κ. τ. λ.] Merito questus est Schottus de hujus loci obscuritate, cum historiam non intellexit, unde elucescere possit. Vidit quoque depravatum esse, sed eadem causa, restituere non sustinuit. Inclinata fortuna Atheniensium, fractisque viribus, placuit τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιήσασθαι, ut plenus est in ea re Andocides. Ἐπιτέτακται domum καταδέξασθαι. Atque hæc omnia non per religionem, sed duram temporis necessitatem, rebus omnibus retro lapsis, et excussis e manibus populi imperii habenis. Sic ergo mecum: Εἰ δ' ὑμεῖς μὴ αὐτοκράτορες ἦτε, οὐκ ἐστὲ οἱ ἀφελόντες τὰς τιμωρίας τῶν θεῶν, ἀλλ' αὐτοὶ αἴτιοι ἔσονται. Vos deorum religiones non violastis, sed qui vos in eam necessitatem conjecere, αὐτοὶ αἴτιοι. TAYLOR.

Ἄλλους] *Alios*, præter Andocidem, sacrilegii item reos factos. REISK.

Καταδέξασθαι] Non intelligo. nisi forte scripserit, κακὰ πράξασθαι vel καταπράξασθαι. vide sequentia. Sensum loci exprimit Philonis istud de Leg. Special. p. 519. διαφέρει γὰρ τοῦ ἀδικεῖν οὐδὲν τὸ συνεπιγράφεσθαι ἀδικοῦντι. Nihil deesse videtur ante verba τοὺς μὲν οὖν, etc. MARKLAND. *Recipere in civitatem*, ab exsilio revocatos, aut exsilii pœna iis remissa. Sententia hæc est: qui vobis imperarunt, ut alios quospiam ob crimina nescio quæ exsilio mulctatos revocaretis, idque ab invitis vobis et necessitati cedere coactis impetrarunt, hi culpam eam sibi contraxerunt, non vos vobis contraxistis. Videtur Lacedæmonios notare, aut Athenienses tyrannidis et Lacedæmoniorum studiosos. REISK.

Τοῦ αὐτοῦ ἀσεβήματος] Quo scil. illi ipsi sacrilegi tenentur, qui, cum a vobis expulsi patria fuissent, nunc a Lacedæmoniis per vim reducti sunt. IDEM.

Ἦτε καὶ] Ἐστὲ καί. CONT. Videor mihi in his duobus vocabulis vestigia unius ὄντες cernere. H et N modis inter se simillimis exarantur in libris, et ς atque sigla καὶ repræsentans pariter inter se sunt tam similes, ut discerni sæpe nequeant. unde

ἐστὲ οἱ ἀφελόντες τὰς τιμωρίας τῶν θεῶν, ἀλλ' οὗτοι αἴ- 210
τιοι ἔσονται. ὑμεῖς οὖν μὴ βούλεσθε εἰς ὑμᾶς τὴν αἰτίαν
ταύτην περιτρέψαι, ἐξὸν τὸν ἀδικοῦντα κολάσασιν ἀπηλ-
λάχθαι. ἔπειτα δ' ἐκεῖνοι μὲν ἀρνοῦνται τὰ μεμηνυμένα,
οὗτος δὲ ὁμολογεῖ ποιῆσαι. καίτοι καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἐν 211
τῷ σεμνοτάτῳ καὶ δικαιοτάτῳ δικαστηρίῳ, ὁμολογῶν μὲν
ἀδικεῖν ἀποθνήσκει, ἐὰν δὲ ἀμφισβητῇ, ἐλέγχεται, καὶ
[1]πολλοὶ οὐδ' ἔδοξαν ἀδικεῖν. οὔκουν ὁμοίαν χρὴ γνώμην 212

[1] πολλοὺς οὐδὲ δόξαν ἀδικεῖν T. R. πολλοὶ οὐδὲν ἔδοξαν ἀδικεῖν A.

constat, quam facile ex ONTEΣ exsistere potuerit HTE καὶ. Hoc sic sumto, locus ita erit leg. εἰ δὲ ὑμεῖς, αὐτοκράτορες ὄντες, αὐτοί ἐστε οἱ ἀφελόντες etc. (nisi potius legi mavolemus ἀνέλοντες. quod ni rectius est, est certe usitatius) *sin autem vos, qui* (vel *cum*, vel *licet*) *juris vestri spontisque vestræ sitis* (et a nemine cogamini), *tollatis deorum vindicias ipsi*, ὑμεῖς αὐτοὶ, ἀλλ' οὐχ οὗτοι αἴτιοι ἔσονται, *vos eritis ipsi piaculi rei, non autem illi.* (Lacedæmonii puta, aut sacri legi, quos recipere mœniis vestris inviti coacti fuistis.) τιμωρίαι θεῶν sunt, cum leges pœnas in sacrilegos sancientes, tum judicia, quæ super ejusmodi causis sacrilegii habentur, pœnæ denique ipsæ, quæ sontibus infliguntur. Hæc enim tria cum exercentur, vindicta pro diis contemtis atque violatis ab eorum læsoribus repetitur. Possit quoque sententia eadem manente pro τιμωρίας legi τιμάς. Verumtamen ego equidem causæ nil video, cur eo confugiatur. REISK.

Τὰς τιμωρίας τῶν θεῶν] Ferri forte potest: ut τὰς τιμωρίας τῶν θεῶν sint *pœnas, quæ deorum causa exiguntur.* mallem tamen τῶν ἀθεῶν, *atheorum*, impiorum. Quæ sequuntur, ἀλλ' οὗτοι etc. artificiosa sunt. Dicere voluit: *Si pœnarum arbitrium penes Vos esset (et quidem est) impiis non punitis, Vos sontes eritis*: sed a *Directo* orationem convertit, offensionis vitandæ causa, et pro ὑμεῖς αἴτιοι ἔσεσθε ponit οὗτοι αἴτιοι ἔσονται. ἀλλ' enim ornatui tantum inservit, ut sæpe. Pari omnino artificio Paulus ad Festum, Actor. XXV. 11. εἰ δὲ οὐδέν ἐστιν ὧν οὗτοι κατηγοροῦσί μου, οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι. non dicit, *Tu* non potes, (vel debes) sed, *Nemo* potest. alterum enim liberioris fuisset compellationis. Demetrius περὶ Ἑρμ. Segm. 311. et seqq. pulcre agit de hac λέξει ἐσχηματισμένῃ: et utilitatem ejus notat Tiberius Rhetor in Schemate Καθόλου. Græca Lysiæ distinguenda sunt, quemadmodum in Latinis factum vides. Ad sensum hujus loci illustrandum, non possum non exscribere alterum suavissimi et acutissimi oratoris Lycurgi, κατὰ Λεωκράτ. p. 168. Τὰ γὰρ ἀδικήματα, ἕως μὲν ἂν ᾖ ἄκριτα, παρὰ τοῖς πράξασίν ἐστιν· ἐπειδὰν δὲ κρίσις γένηται, παρὰ τοῖς μὴ δικαίως ἐπεξελθοῦσιν. MARKLAND.

Ἐκεῖνοι] Illi reliqui sacrilegii item rei, quos jussu Lacedæmoniorum denuo urbe vestra recepistis. REISK.

Ὁμολογεῖ] Stropha hæc est sophistica, oratore honesto indigna. In illa quidem, quæ hodie superest, Andocidis defensione sui hac in causa sacrorum violatorum tantum abest, ut Andocides sacrilegii se reum fateatur, ut potius crimen hoc modis omnibus infitietur atque a se amoliatur. IDEM.

Πολλοὺς οὐδὲ δόξαν ἀδικ.] Καὶ πολλοῖς οὐδὲ δόξας ἀδικεῖν. CONT. Pro πολλοὺς habent πολλοῦ Codd. Steph. et Coisl. πολλοῖς reponit Scal. Videtur tamen Schottus veram pene sententiam deprehendisse: Ἐὰν δὲ ἀμφισβητῇ καὶ οὐκ ἐλέγχεται, ὥστε δόξαι ἀδικεῖν, ἀποψηφίσεται. At quales, O Musæ, circuitiones! Pressius sic et verbis pene consentientibus: Ὁμολογῶν μὲν ἀδικεῖν ἀποθνήσκει, ἐὰν δὲ ἀμφισβητῇ, ἐλέγχεται, *argumentis* sc. *et probationibus res agitur* (Hesych. Ἐλέγξει. βασανίσει. Aristoph Lysistra. 485. Ἀλλ' ἀνερώτα καὶ μὴ πιθοῦ, καὶ πρόσφερε πάντας ἐλέγχους· Ὡς αἰσχρὸν ἀκωδώνιστον ἐᾶν τὸ τοιοῦτο πρᾶγμα μεθέντας), καὶ ἀπολύεται οὐδὲν δόξας ἀδικεῖν, [ut vertimus: vel καὶ πολλοὶ οὐδὲν ἔδοξαν ἀδικεῖν. *In Edit. min.*] TAYLOR. Lego: καὶ πολλοὶ οὐδὲν ἔδοξαν ἀδικεῖν. id est, multi, licet accusati fuerint, tamen factum *negantes*, re in judicium delata, absoluti fuerunt sententia Judicum, pronuntiantium, *Videntur non deliquisse.* At in hac causa, inquit, longe aliter se res habet. Andocides enim *fatetur* se fecisse. confessionis vero mulcta Legibus statuta, est *Mors.* Alludit ad Formulam sententiæ Absolutoriæ in istis οὐδὲν ἔδοξαν ἀδικεῖν. Orat. XX. οἱ δὲ ἠδικηκότες, ἐκπριάμενοι τοὺς κατηγόρους, οὐδὲν ἔδοξαν ἀδικεῖν, id

ἔχειν περί τε τῶν ἀρνουμένων καὶ περὶ τῶν ὁμολογουμένων.
Δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, ἂν μέν τις ἀνδρὸς σῶμα τρώσῃ,
κεφαλὴν ἢ πρόσωπον ἢ χεῖρας ἢ πόδας, αὐτὸς μὲν κατὰ
τοὺς νόμους τοὺς ἐξ Ἀρείου πάγου φεύξεται τὴν τοῦ ἀδικη-
θέντος πόλιν, [1] ἢ τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ [2] ἐὰν κατίῃ,
213 ἐνδειχθεὶς θανάτῳ ζημιωθήσεται· ἐὰν δέ τις τὰ αὐτὰ ταῦτα
ἀδικήσῃ τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν, οὐδ' αὐτῶν κωλύσετε
τῶν ἱερῶν ἐπιβαίνειν, ἢ εἰσιόντα οὐ τιμωρήσεσθε. καὶ μὲν
δὴ τούτων καὶ δίκαιον καὶ ἀγαθόν ἐστιν ἐπιμελεῖσθαι, ὑφ'
ὧν καὶ εὖ καὶ κακῶς δυνήσεσθε πάσχειν. φασὶ δὲ καὶ τῶν
Ἑλλήνων πολλοὺς διὰ τὰ ἐνθάδε ἀσεβήματα ἐκ τῶν παρ'
αὐτοῖς [3] ἱερῶν ἐξείργειν. ὑμεῖς δὲ αὐτοὶ οἱ ἀδικηθέντες περὶ
ἐλάττονος ποιεῖσθε τὰ παρ' ὑμῖν νόμιμα, ἢ ἕτεροι τὰ
214 ὑμέτερα. Τοσούτῳ δ' οὗτος Διαγόρου τοῦ Μηλίου ἀσεβέ-

[1] ἤγουν A. [2] ἐὰν μὲν κατίῃ T. R. ἐὰν μὴν κατίῃ A. [3] ἱερῶν τῶν ὑμετέρων τινὰς ἐξείργειν A.

est, *absoluti fuerunt*. Enormiter hoc loco agit Schottus. Markland. Nescio, an sic dederit Lysias: καὶ πολλοὺς ἤδη ἀφῆκαν (scil. οἱ δικασταί, vel οἱ ἐκ τοῦ Ἀρείου πάγου βουλευταὶ) οὐδὲν δόξαντας ἀδικεῖν. *multosque absolverunt* (Areopagitæ), *qui viderentur nihil deliquisse*. Reisk.

Οὔκουν ὁμοίαν χρὴ γνώμην ἔχειν] "Sensus postulat (inquit Valckenaerius) οὔκουν ὑμᾶς ὁμοίαν χρὴ γνώμην ἔχειν, scilicet quam Areopagitæ." Sluiter.

Ὁμολογουμένων] Imo vero ὁμολογούντων. Reisk.

Κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ἐξ Ἀρείου φεύξεται] Primum inserenda vox πάγου post Ἀρείου. Deinde, e regione horum verborum videtur studiosus aliquis in margine apposuisse ista, ἢ τραύματος ἐκ προνοίας: quia scilicet noverat Areopagitas judicasse de *Vulneribus ex industria illatis*. Proprie vero ἐνδειχθείς. vide Harpocrat. v. Ἔνδειξις, et Pollucem VIII. 6. segm. 49. et Nostrum infra, δὶς ἐν τῷ αὐτῷ ἐνδέδεικται. Markland.

Ἢ τραύματος ἐκ προνοίας] Ecce tibi iterum τὸν ἀπὸ μηχανῆς. Procul dubio ad illustrandum, quales essent leges, quas modo laudavit, Areopagiticæ, margini allevit homo catus, ἤγουν τραύματος ἐκ προνοίας. In MSS. non longe absimilia sunt ἢ et ἤγουν, immo omnibus præter oculatissimos eadem. Taylor. Ego arbitror ἢ delendum esse, ut natum e similitudine cum N ultima litera proximi vocabuli πόλιν. quo admisso ad τραύματος subaudietur ἕνεκα. Sin autem hæc litera η omnino servanda sit, leg. erit: τῇ τραύματος, subaudi προφάσει aut καταδίκῃ, *per legem vulneris præmeditati*, aut *sub eo titulo*. Reisk. Contius legit: ἢ τραύματος ἐκ προνοίας ἐνδειχθεὶς, θανάτῳ etc. recidendo καὶ ἐὰν μὲν κατίῃ. Sub. ἕνεκα. Auger.

Μὲν κατίῃ] Dele istud μὲν, quod hic locum non habet ullum. Neque enim huic commati ἀνταποδίδοται vicinum istud ἐὰν δέ τις, sed superioribus, ἂν μέν τις ἀνδρὸς σῶμα. Non leve est aliquando neque minimæ gratiæ sententiam in proprias sedes dispertiri. Taylor.

Οὐδ'] Pro οὐδ' malim οὐκ. Idem.

Αὐτῶν] Lege αὐτὸν κωλύσετε. Mox pone Notam Interrog. post τὰ ὑμέτερα. Markland. Videtur αὐτῶν bene habere, cohæret οὐδὲ cum ἐπιβαίνειν. *ne ipsa quidem limina calcare, nedum in fana ipsa ingredi.* ἐπιβαίνειν τῶν ἱερῶν idem videtur esse, atque ἐπιβαίνειν τῶν οὐδῶν τῶν ἱερῶν. Reisk.

Καὶ μὲν δὴ] Idem est in Lysiaca dictione, atque καίτοι, aut καὶ μέντοι. *atqui*. Idem.

Πολλοὺς] Aut post hoc vocabulum, aut post ἀσεβήματα proximum deesse videtur τινὰς, aut τῶν ὑμετέρων τινὰς, ἐνθένδε ἐκπεσόντας. *a Græcorum haud paucis nostratium quosdam propter impietates commissas hinc ejectos suis quoque fanis exclusos fuisse.* Aut certe αὐτὸν excidit, *multos Græcorum aiunt Andocidi aditu fanorum suorum interdixisse*. Idem.

Ποιεῖσθε] ποιήσεσθε. Cont.

Τὰ ὑμέτερα] Melius interrogasset increpanti similis. Taylor.

στερος γεγένηται· ἐκεῖνος μὲν γὰρ λόγῳ περὶ τὰ ἀλλότρια
ἱερὰ καὶ ἑορτὰς ἠσέβει, οὗτος δὲ ἔργῳ περὶ τὰ ἐν τῇ αὑτοῦ
πόλει. ὀργίζεσθαι οὖν χρή, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς ἀστοῖς
ἀδικοῦσι μᾶλλον ἢ τοῖς ξένοις περὶ ταῦτα τὰ ἱερά· τὸ μὲν
γὰρ ὥσπερ ἀλλότριόν ἐστιν ἁμάρτημα, τὸ δ' οἰκεῖον. καὶ
μὴ οὓς μὲν ἔχετε ἀδικοῦντας ἀφίετε, τοὺς δὲ φεύγοντας
ζητεῖτε συλλαμβάνειν, ἐπικηρύττοντες τάλαντον ἀργυρίου
105. 1 δώσειν τῷ ἀπάγοντι ἢ ἀποκτείναντι. εἰ δὲ μή, δόξετε τοῖς
Ἕλλησι κομπάζειν μᾶλλον ἢ τιμωρεῖσθαι βούλεσθαι. ἐπε-
δείξατο δὲ καὶ τοῖς Ἕλλησιν ὅτι θεοὺς οὐ νομίζει. οὐ γὰρ
ὡς δεδιὼς τὰ πεποιημένα, ἀλλ' ὡς θαρρῶν, ναυκληρίᾳ 215
ἐπιθέμενος τὴν θάλατταν ἔπλει. ὁ δὲ θεὸς ὑπῆγεν αὐτόν,

Αὐτοῖς ἀδικ.] M. ἀστοῖς ἀδικ. H. Stephan.

Περὶ ταῦτα τὰ ἱερὰ] Ad hæc verba notarat Valckenaerius: "Cur ista sacra? τὰ ἱερὰ adjectum ab alio ex superioribus: Lysias scripserat tantum περὶ ταῦτα, nempe περὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς ἑορτὰς (v. 2.) ἠσέβει." Sluiter.

Ἐπικηρύττοντες etc.] Proprie. Ammonius: ἐπικηρύξαι δὲ, τὸ ὑποσχέσθαι χρήματα δώσειν τῷ συλλαβόντι, καὶ ἀνάγοντι (l. ἢ ἀνάγοντι), καὶ (l. ἢ) ἀποκτείναντί τινα τῶν δικασθέντων, l. τῶν καταδικασθέντων. Confer hunc Lysiæ locum cum verbis Ammonii. Vide et Harpocr. voce Ἐπικεκηρυχέναι. Huic mori alludit Pollux IV. 12. Segm. 93. in phrasi ἐπικηρύττειν χρήματά τινι. *alicui pecuniam per præconem promittere*. Markland.

Ἐπεδείξατο δὲ καὶ] Cohærent hæc cum illis paulo ante præmissis: οὗτος δὲ ἔργῳ ἠσέβει. quasi dixisset: Andocides non solum rebus ipsis impium se gessit, sacrilegium committendo, neque satis habuit scelere se obstrinxisse, verum etiam in eo gloriatus est, et quasi ostentavit ad Græcos, se numen deorum nullum putare. Reisk.

Τὰ πεποιημένα] Id est, τὰ ἐπίχειρα τῶν ὑφ' ἑαυτοῦ πεποιημένων. Idem.

Ἔπλει] Edit. pr. ἐπήδα. Novi quibus placebat ἐπέρα, ut passim Thucyd. περαιοῦσθαι. Vide σχ. 1. Thucyd. 26. Περαιούμενοι, πλέοντες. Coisl. ἐπίδει. Sed lectio Stephanica longe est anteferenda. Andoc. p. 18. 4. ed. Steph. Τίς γὰρ κίνδυνος μείζων ἀνθρώποις ἢ χειμῶνος ὥρᾳ πλεῖν τὴν θάλατταν; Taylor. Lectio hæc, ἔπλει, a Stephano profecta est; speciosa utique, haud enim infitiabor, in qua etiam acquiescerem, si sine Aldina foret, in qua prostat ἐπήδα. Videor mihi in hac lectione ἐπείρα cernere. πειρᾶν τὴν θάλατταν idem est atque τοὺς τὴν θάλατταν ἐργαζομένους πειρᾶν. piraticam exercere in navicularios et mercatores mare arantes, nave comparata, cujus ipse dominus esset. Reisk.

Ἔπλει] Hemsterhusius ad Hesychium p. 94. e lectione Aldina ἐπήδα efformabat ἐπηλᾶτο, lectionem Stephani ἔπλει languidam vocans. At vero, pace viri summi, notabat Valckenaerius πλεῖν τὴν θάλατταν similiter esse in Oratione Andocidea, idque bene etiam vidisse Taylorum, et in Cod. Coislin. esse ἐπίδει, litera tantum superflua. Deinde ἐπηλᾶτο, *cum ærumnis vagatus est*, infracturum fuisse argumentum Oratoris, — si a Diis impius ille mari fuisset vexatus. Porro dici quidem p. 275. 6. ἀλώμενος διάγει: sed ἐπαλᾶσθαι prorsus esse Homericum: Homereis autem Lysiam non tantum abstinere, sed adhibere e medio duntaxat usu petita. Πλεῖν τὴν θάλατταν locutio est aliis etiam Oratoribus Atticis frequentata. Vid. Isocratem de Pace p. 163. B. Demosthenem Phil. I. p. 49. 24. ed. R. in Apat. p. 893. 27. Conf. Aristidem p. 209. F. Jam subjungit: ὁ δὲ θεὸς ὑπῆγεν αὐτὸν, ἵνα ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα ἐπὶ τῇ ἐμῇ προφάσει δῴη δίκην. Hanc lectionem jam sollicitavit Marklandus, ejus loco reponens ἐπὶ τιμῆς προφάσει, ingeniose quidem, ut solet, non item, ut opinor, vere. Reiskius non audet lectionem sollicitare, quoniam non satis intelligit. Mihi facilis videtur emendatio ἐπὶ τῇ ἐμῇ φάσει: *Deus ipsum periculis eripuit, ut, ad locum reversus, ubi peccata ista commisit, per meam accusationem pœnas lueret.* Φάσις peculiariter quidem dicitur *delatio eorum, qui erga vectigalia et reditus publicos peccarint, Sycophantarum, et Tu-*

ἵνα ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα [1] ἐπὶ τῇ ἐμῇ προφάσει
216 δῴη δίκην. ἐλπίζω μὲν οὖν αὐτὸν καὶ δώσειν δίκην· θαυμά-
σιον δὲ [2] οὐδὲν ἂν μοι γένοιτο. οὔτε γὰρ ὁ θεὸς παραχρῆμα
217 κολάζει, ἀλλ' αὕτη μέν ἐστιν ἀνθρωπίνη δίκη. πολλαχόθεν
δὲ ἔχω τεκμαιρόμενος εἰκάζειν, ὁρῶν καὶ ἑτέρους ἠσεβηκότας
χρόνῳ δεδωκότας δίκην, καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων διὰ τὰ τῶν

[1] ἐπὶ τιμῆς προφάσει A.
[2] οὐδὲν, ἂν μὴ γένοιτο R. οὐδέν ἐστιν ἂν τοῦτ' οὔπω ἐγένετο A.

torum mala fide gerentium. Sed universe etiam omnem *accusationem* notat: vid. Pollux l. VIII. s. 48. ibique Jungermannus, Budæus Comment. L. Gr. p. m. 182, φάσις δὲ, ait Suidas, καὶ μήνυσις, ἀγγελία (leg. εἰσαγγελία, ΕΙΣ absorptum est a præcedenti syllaba ΣΙΣ). et φαίνειν crebro *accusare* vel συκοφαντεῖν notat apud Aristophanem; v. g. Acharn. v. 541. 819. seqq. 908. 912. item apud Oratores. Similis est Lycurgi locus in Leocr. p. 159. v. 14. ἐπεί γε τὸ ἐλθεῖν τοῦτον, οἶμαι θεῶν τινὰ αὐτὸν ἐπ' αὐτὴν ἀγαγεῖν τὴν τιμωρίαν, ἵν' ἐπειδὴ τὸν εὐκλεᾶ κίνδυνον ἔφυγε, τοῦ ἀκλεοῦς καὶ ἀδόξου θανάτου τύχῃ, καὶ οὓς προὔδωκε, τούτοις ὑποχείριον αὐτὸν καταστήσειεν. SLUITER.

Ὑπῆγεν] Θεοί σε ποιήσαντα ἀνόσια νόμῳ δικαίῳ χρεώμενοι ὑπήγαγον εἰς χέρας τὰς ἐμάς. Herodot. Uran. 106. V. Hesych. in Ὑπηγάγετο. TAYLOR. Verbum ὑπάγειν in hac re proprium est. subauditur τῷ δικαστηρίῳ, aut τῇ κολάσει. REISK.

Ἐπὶ τῇ ἐμῇ] Lege ἐπὶ τιμῆς προφάσει, δῴη δίκην. Confirmat ipse Andocides Orat. de Reditu suo, p. 21. ed. Steph. κατέπλευσα μὲν γὰρ ὡς ἐπαινεθησόμενος ὑπὸ τῶν ἐνθάδε, προθυμίας τε εἵνεκα, καὶ ἐπιμελείας τῶν ὑμετέρων πραγμάτων. Hanc sententiam mutuatus est Lycurgus p. 159. Ad istud vero, quod de navigatione ejus Accusatores hic dicunt, sollerter respondet Orat. de Myster. p. 17, 18. Porro, ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα, idem videtur exprimere, quod εἰς τοὺς ἠδικημένους ἀφικέσθαι, infra. [Marklandum usque adhuc pæne exscribit Taylorus in Edit. min.] Si cui locutio insolentior videatur, verba aliter forte componi possunt, nempe, δῴη δίκην εἰς τὰ ἁμαρτήματα· quod idem erit ac τῶν ἁμαρτημάτων, ut Orat. in Diogit. ἐπιτρόπῳ εἰς τοὺς παῖδας, pro τῶν παίδων. sic et ἄξια εἰς μυρίας δραχμὰς, Demosth. Orat. I. in Aphobum: quod usitatius dicitur μυρίων δραχμῶν. Si hoc verum sit, ponenda est minima distinctio post ἀφικόμενος. Ultimum vero δίκην delendum puto: ἐλπίζω μὲν οὖν αὐτὸν, καὶ δώσειν· non δώσειν δίκην. MARKLAND. Non satis tenemus omnia ad hanc causam spectantia. quare non ausim lectionem hanc sollicitare, quæ possit hoc significare, per occasionem mei, me litem adversus Andocidem instruente, cujus causa necesse illi fuit huc reverti. Nescimus, qui actor fuerit. (Nam Lysias certe non fuit, tametsi actori calamum suum venalem præstitit.) neque magis novimus, quam ille causam Andocidi redeundi dederit. Dictio εἰς τὰ ἁμαρτήματα ἀφικνεῖσθαι significare videtur, venire in loca delicti commissi, ubi supersunt adhuc res vel homines, in quibus scelus commissum fuit, supersunt item testes, ut infitiationi locus nullus sit. REISK.

Θαυμάσιον] Immo, inquit Valckenaerius, θαυμαστόν. SLUITER.

Οὐδὲν, ἂν μὴ γένοιτο] Sic dedi de meo, vulgatæ pro tertia voce dant μοι. Sæpissime in libris Mstis excusisque η et οι inter se permutantur. *Verum tamen ne id quidem mirandum fuerit, si id minus fiat.* h. e. si Andocides diis scelerum pœnas nullas det; aut, si hoc e judicio absolutus excedat. malim tamen legi: ἂν μὴ εὐθὺς γένοιτο. *si hoc* (ut nempe pœnas det) *non statim fiat.* REISK.

Οὔτε] Imo vero οὐδέ. *nam ne deus quidem in continenti punit.* IDEM.

Δίκη] Post voc. δίκη deesse videtur hæc sententia: τῆς δὲ θείας οὐδεὶς κρείττων, aut τὴν δὲ θείαν οὐδείς πω διαπέφευγεν. nil mirer, ait, si Andocides hoc e judicio effugiat. humanum hoc est judicium, in quo sedent homines, errori obnoxii, falli faciles. divinum autem judicium nemo unquam effugit. IDEM.

Εἰκάζειν] Subaudi ὅτι τοῦθ' ὃ λέγω, ἀληθές ἐστι, vel γενήσεται. causæ mihi multæ sunt, multaque argumenta suspicandi aut colligendi hoc, quod aio, verum, aut sic eventurum esse, ut scil. Andocides, si non statim, certo certius tamen olim aliquando pœnas det sacrilegii. IDEM.

Χρόνῳ δεδωκότας δίκην, καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων, διὰ τὰ τῶν προγόνων ἁμαρτήματα] Notatu digna sunt hæc propter eorum similitudinem cum secundo Decalogi præcepto. Liceat hic quoque locum exscribere optimi Lycurgi, p. 157. τοὺς δὲ Θεοὺς οὔτ' ἂν ἐπιορκήσας τις λάθοι, οὔτ' ἂν ἐκφύγοι τὴν ἀπ' αὐτῶν τιμωρίαν· ἀλλ' εἰ μὴ αὐτὸς, οἱ παῖδές γε, καὶ τὸ γένος ἅπαν τὸ τοῦ ἐπιορκήσαντος μεγάλοις ἀτυχήμασι περιπίπτει. MARKLAND.

προγόνων ἁμαρτήματα. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ δέη πολλὰ
καὶ κινδύνους ὁ θεὸς ἐπιπέμπει τοῖς ἀδικοῦσιν, ὥστε πολ-
λοὺς ἤδη ἐπιθυμῆσαι τελευτήσαντας τῶν κακῶν ἀπηλλά- 218
χθαι. ὁ δὲ θεὸς τέλος [1] τούτων λυμηνάμενος τῷ βίῳ θά-
νατον ἐπέθηκε. Σκέψασθε δὲ καὶ αὐτοῦ Ἀνδοκίδου τὸν
βίον, ἀφ' οὗ ἠσέβηκε, [2] καὶ εἴ τις τοιοῦτος ἕτερός ἐστιν.
Ἀνδοκίδης γὰρ ἐπειδὴ ἥμαρτεν, ἐξ ἐπιβολῆς εἰσαχθεὶς εἰς 219

[1] τούτῳ T.
[2] καὶ om. A.

Τριετήσαντας] Lege τελευτήσαντας. et ita Schottus. Quæ sequuntur ita forte legenda et distinguenda: ἀπηλλάχθαι, οὐδὲ Θεὸς τέλος, τούτῳ λυμηνάμενος τῷ βίῳ, θάνατον ἐπέθηκε. hoc sensu: multos sceleratos mori cupivisse: Deum vero nondum adeo cum illis in gratiam rediisse, ut hoc illis concesserit; etiamsi vitam eorum multis casibus interea infestaverit. Infra: μαρτυρίου ἐπ' ἐλπίδι τῇ αὐτῇ. Cl. Editor legit: ἢ ἀργυρίου, ἐπ' ἐλπίδι etc. quod verissimum puto. IDEM.

Τέλος] Imo vero οὐδὲ τέλος. deus ne morte quidem imponit horum vitæ finem, a se miseris modis cruciatuum exagitatæ; sed ad Orcum eos demittit, ibi quoque, et adhuc atrocius cruciandos. REISK.

Τούτῳ] Τούτους. SCHOTT. Τούτων. SCAL. Recepta tamen lectio bene se habere potest. TAYLOR. Conjecturam Scaligeri nullus dubitavi in texto exhibere, pro lectione vulgatarum τούτῳ. REISK.

Σκέψασθε] Demonstratum it, Andocidem, etiamsi fortuito fiat, ut hoc judicio absolvatur, ea tamen vita, quam agat et adhuc egisset, tam miseram, ut alia nulla esse possit miserior, satis jam superque pœnarum diis dare atque dedisse. IDEM.

Καὶ] Delendum videtur, ut natum e fine vocabuli proximi πεποίηκε. IDEM.

Εἴ τις τοιοῦτος] *Adeste animis, dum Andocidis vitam percurram, et statuite,* utrum ea sit nec ne, *qualem facinorosorum esse nuper descripsi.* Σκέψασθε — εἴτε τοιοῦτος ἢ ἕτερός ἐστιν. Plato de Legg. l. 1. Πρὶν διδάξαι ἱκανῶς ἢ μαθεῖν, εἴτε οὕτως εἴτε ἄλλως ἔχει. Vulgata certe lectio est omnium maxime inficeta. Εἴ τις τοιοῦτος ἕτερος. Immo *Multorum.* Supra modo: Πολλαχόθεν δὲ ἔχω τεκμαιρόμενος εἰκάζειν, ὁρῶν καὶ ἑτέρους κ. τ. λ. TAYLOR. Bene habet hic locus. ἕτερος βίος idem est atque ἄλλου τινὸς τῶν πάντων ἀνθρώπων βίος. *considerate, num quæ alia vita cujusquam sit, perinde misera, atque hujus Andocidis est.* E miseria vitæ, qua conflictetur Andocides, colligit actor, eum diis invisum, eoque sontem esse. deos enim insontes non odisse. REISK.

Ἐξ ἐπιβουλῆς] Sic vulg. Τοξότης, credo, aut e Δημοσίων collegio nonnullus solus in solo angiportu *fallacias* struxit, et hominem *necopinantem,* in jus rapit! Quotus lector hanc impuritatem ἀναγκοφαγεῖ? Medela enim non nisi ex medio Atticorum foro eruenda. Ἐπιβολὴ erat mulcta peculiariter dicta, ἡ ὁριζομένη ζημία, quam re ad judices nondum delata, vel *Senatui Areopagitico,* vel *Quingentorum* (idque maxime in Actionibus εἰσαγγελίας, quali nempe tenebatur Andocides, uti constat ex Plutarch. in vita, et ex ejus oratione adversaria), vel aliquando soli *Magistratui* imponendi jus competebat. Explicat quodammodo Pollux VIII. 6. Ἐάν τις περὶ ὧν οὐκ εἰσὶ νόμοι ἀδικῶν ἁλίσκεται, ἢ ἄρχων ἢ ῥήτωρ εἰς τὴν βουλὴν εἰσαγγελίας δίδοται κατ' αὐτοῦ. κἂν μὲν μέτρια ἀδικεῖν δοκῇ, ἡ Βουλὴ ποιεῖται ζημίας ἐπιβολὴν, ἂν δὲ μείζω, παραδίδωσι δικαστηρίῳ. Lego locum emendatius, quam legi solet. Æsch. π. παραπρεσβ. p. 40. Edit. Steph. Πρότερον δ' ὑπέμεινας τὴν ἐπιβολὴν τῆς βουλῆς τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου, οὐδ' ἐπεξιὼν τῇ τοῦ τραύματος γραφῇ κ. τ. λ. Ita enim pro ἐπιβουλὴν Steph. ex conjectura, Cod. item Manuscriptus, quo usus est Scaliger et Scholiastes ad locum. Usi sunt hoc jure, ut monui, *Magistratus.* N. c. Nicomach. pr. Ἐπιβαλλόντων δὲ τῶν Ἀρχόντων ἐπιβολὰς καὶ εἰσαγόντων εἰς τὸ δικαστήριον, κ. τ. λ. *Archon* solus. Orphanorum, inquit Demosth. adv. Macartat. sub fin. ἐπιμελείσθω ὁ Ἄρχων, καὶ μὴ ἐάτω ὑβρίζειν, ἢ ποιεῖν τι παράνομον, κύριος δ' ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος, ἐὰν δὲ μείζονος ζημίας δοκῇ ἄξιος εἶναι, προσκαλεσάμενος πρόπεμπτα, καὶ τίμημα ἐπιγραψάμενος — εἰσαγαγέτω εἰς τὴν Ἡλιαίαν. Usi sunt Πρόεδροι. Æsch. c. Timarch. p. 5. Edit. Steph. Τῶν Ῥητόρων ἐάν τις λέγῃ — περὶ τοῦ εἰσφερομένου μὴ χωρὶς περὶ ἑκάστου.

τὸ δικαστήριον, ἔδησεν ἑαυτὸν τιμησάμενος δεσμοῦ, εἰ μὴ
221 παραδοίη τὸν ἀκόλουθον· εὖ δ᾽ ᾔδει οὐ δυνησόμενος παρα-
δοῦναι, ὃς διὰ τοῦτον καὶ τὰ τούτου ἁμαρτήματα ἀπέθανεν,
ἵνα μὴ μηνυτὴς γένοιτο. καίτοι πῶς οὐ θεῶν τις τὴν τού-
του γνώμην διέφθειρεν, ὃς ῥᾷον ἡγήσατο δεσμοῦ τιμήσασθαι
222 ἢ ἀργυρίου ἐπ᾽ ἐλπίδι τῇ αὐτῇ; ἐκ δ᾽ οὖν τούτου τοῦ τι-
μήματος ἐδέδετο ἐγγὺς ἐνιαυτὸν, καὶ ἐμήνυσε δεδεμένος

(Cod. MS. ἢ χωρὶς περὶ ἑκάστου, F. μὴ χωρὶς περὶ ἑκάστου) ἢ δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ — ἢ ἕλκῃ τὸν ἐπιστάτην—κυριευέτωσαν οἱ Πρόεδροι μεχρὶ ν̄ δραχμῶν (h. e. juxta Demosthenem supra prolatum κύριοι sunto ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος) ἐὰν δὲ πλέονος ἄξιός ἐστι ζημίας, ἐπιβάλλοντες μέχρι ν̄ δραχμῶν εἰσφερέτωσαν εἰς τὴν βουλήν. Usi sunt denique quotquot in ea civitate ad ullam reip. partem accessere. Ὡς τοίνυν καὶ τὴν τῶν τειχοποιῶν ἀρχὴν ἦρχεν — καὶ τὰ δημόσια γράμματα διεχείριζε, καὶ ἐπιβολὰς ἐπέβαλλε, καθάπερ οἱ ἄλλοι ἄρχοντες, καὶ δικαστηρίων ἡγεμονίας ἐλάμβανε, τούτων — μάρτυρας παρέξομαι. Id. Æsch. c. Ctesiph. p. 57. In MSS. nimium confunduntur Ἐπιβολὴ et Ἐπιβουλή. Philo MS. Περὶ τῶν τοῦ δοκησισόφου Κάϊν ἐκγόνων. Ex Cod. Vatic. Ὡς μηδὲ κατὰ τὰς ἀκραιφνεῖς καὶ ἀσωμάτους τῆς διανοίας ἐπιβολὰς ψαύσασθαι δύνασθαι. Ut locum lecturus est doctissimus Editor. Atque hæc eo explicatius, quia nemo adhuc de iis explicate satis. Juvenem tamen φιλέλληνα non prius dimittam, quam ei ἀκροάσεως χάριν Xenophontem defæcatum præstitero. Hist. Græc. l. 1. p. 448. Edit. 1625. Ἀρχέδημος ὁ τοῦ δήμου τότε προεστηκὼς ἐν Ἀθήναις — Ἐρασίνδῃ ἐπιβολὴν ἐπιβαλὼν κατηγόρει ἐν δικαστηρίῳ. Hodie in textu sine ulla fraudis suspicione monstrum illud, neque uno piaculo dignum, ἐπιβουλήν. Taylor.

Ἔδησεν ἑαυτὸν τιμησάμενος δεσμοῦ] Egregia h. l. est conjectura Valckenaerii, cujus hæc sunt verba. "Sic Taylor (Ald. ἐδέησεν) vertens, *se ipsum in vincula conjecit, eum sibi pœnam æstimans*, εἰ μὴ παραδοίη τὸν ἀκόλουθον. Correctione vera restituo: λέληθεν — ἑαυτὸν τιμησάμενος δεσμοῦ. Cur autem λέληθεν? Quia θεῶν τις τὴν τούτου γνώμην διέφθειρεν, ὃς ῥᾷον ἡγήσατο δεσμοῦ τιμήσασθαι ἢ ἀργυρίου, videlicet ex *pœnæ æstimatione*, quam reus faciebat: v. pen. ἐκ τούτου τοῦ τιμήματος ἐδέδετο ἐγγὺς ἐνιαυτόν. Ostendere nititur a Deo dementatum: sic p. 274. v. 3. tantam ipsi Deus λήθην ἔδωκεν, ut se daret in manus inimicorum." Sluiter.

Ἵνα μηνυτὴς] (Sic vulg.) Lege cum Steph. ἵνα μὴ μηνυτής. Syllaba syllabam similis similem, ut fieri solet, deturbavit. Taylor.

Μαρτυρίου] (Sic vulg.) Attento fac sis quæso animo, dum Lysiæ gratiam alternis vicibus meo merito sim initurus. Vox ista μαρτύριον rarissimæ est usuræ. Reperitur quidem apud Aristot. Plutarch. Immo, et Thucyd. quoque non semel, uti I. 33. Μετ᾽ ἀειμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν καταθήσεσθε. Illius tamen insolentiam digito ibid. commonstrat σχ. Μαρτύριον οὐδετέρως λέγει. Nihilo tamen minus *hæ deliciæ a Magistro* laudantur. At legatur per me licet, dummodo hic facessat. Lego enim emendatione nunquam pœnitenda: Ῥᾷον ἡγήσατο δεσμοῦ τιμήσασθαι ἢ ἀργυρίου ἐπ᾽ ἐλπίδι τῇ αὐτῇ. Ea demum erat τιμημάτων species, quæ adhuc in tantis loci hujusce sordibus desiderabatur. Demosth. c. Timocrat. Ἐὰν δὲ ἁλῷ τιμάτω ἡ Ἡλιαία περὶ αὐτοῦ ὅ,τι ἂν δοκῇ ἄξιος εἶναι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. Ἐὰν δ᾽ ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω τε ἕως ἂν ἐκτίσῃ. p. 270. pen. ed. R. Confer. Id. c. Mid. p. 523. 1. et 529. 21. sqq. Γραφὰς ὕβρεως εἶναι πεποίηκεν, καὶ τίμημα ἐπέθηκεν, ὅ,τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. Æsch. c. Timarch. p. 3. Atque hæc non semper ex judicum sententia, sed ad Reum relatum est, quam potissimum pœnam se commeruisse fateretur, uti hic Andocidi usu venit. Τιμωμένων (*referentibus* utique) τῶν δικαστῶν, τί χρὴ παθεῖν αὐτὸν ἢ ἀποτῖσαι, πέντε καὶ εἴκοσιν ἔφη δραχμὰς ἀποτίσειν. Laert. in Socrate. Idem.

Ἐπ᾽ ἐλπίδι τῇ αὐτῇ] Eadem spe in utramvis partem proposita ad exitum judicii sive prosperum, sive adversum. h. e. potuisset, sponsa depositave summa quadam pecuniaria, ire quo vellet, salutemque fuga quærere, si necesse vidisset, sorte judicii in partem deteriorem inclinante; quo liberatus esset a dura necessitate aut capite suo luendi, aut necessarios prodendi, quod est flagitium fœdissimum. Nihil habuisset tum, neque sperandum magis, neque metuendum, quam postmodum habuit carcere conclusus. Reisk.

κατὰ τῶν αὑτοῦ συγγενῶν καὶ φίλων, ἀδείας δοθείσης
αὐτῷ, εἰ δόξειε τἀληθῆ μηνῦσαι. καὶ τίνα αὐτὸν δοκεῖτε
ψυχὴν ἔχειν, ὁπότε τὰ μὲν ἔσχατα [1] καὶ τὰ αἴσχιστα
ἐποίει μηνύων κατὰ τῶν ἑαυτοῦ φίλων, ἡ δὲ σωτηρία ἀφα-
νὴς αὐτῷ; μετὰ δὲ ταῦτα, ἐπειδὴ ἀπεκτονὼς ἦν οὓς αὐτὸς
ἔφη περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, ἔδοξε τἀληθῆ μηνῦσαι καὶ
ἐλύθη· καὶ προσεψηφίσασθε ὑμεῖς αὐτὸν εἴργεσθαι τῆς
ἀγορᾶς καὶ τῶν ἱερῶν, ὥστε μὴ [2] ἀδικουμένῳ ὑπὸ τῶν
ἐχθρῶν δύνασθαι δίκην λαβεῖν. οὐδεὶς [3] γάρ που, ἐξ ὅσου 223
Ἀθηναῖοι ἀείμνηστοι εἰσὶν, ἐπὶ τοιαύτῃ αἰτίᾳ [4] ἠτιμώθη.
δικαίως· οὐδὲ γὰρ ἔργα τοιαῦτα οὐδείς πω εἰργάσατο. καὶ
τούτων πότερα τοὺς θεοὺς χρὴ ἢ τὸ αὐτόματον αἰτιᾶσθαι;
Μετὰ δὲ ταῦτα ἔπλευσεν ὡς τὸν [5] Κιττιέων βασιλέα, καὶ
προδιδοὺς ληφθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐδέθη· καὶ οὐ μόνον τὸν θάνα- 224
τον ἐφοβεῖτο ἀλλὰ καὶ τὰ καθ᾽ ἡμέραν αἰκίσματα, οἰόμε-

[1] [καὶ τὰ αἴσχιστα] R. [2] ἀδικούμενον A. [3] δήπου A. [4] ἠτιμώθη δικαίως. T. [5] Κιτιέων T. R. A.

Τὰ μὲν ἔσχατα καὶ τὰ αἴσχιστα] Alterutrum horum videtur e variante lectione, aut e scholio ortum esse. Idem. Pro ἔσχατα melius forsan legeretur ἀλόγιστα. Auger.

Ἀφανὴς] Annon potius ἀφανὴς ἦν αὐτῷ? Taylor.

Ἱερῶν] Γερῶν, Ald. γέῤῥων. Cont.

Ἀδικουμένῳ] Lege ἀδικούμενον. Markland. et *in Edit. min.* Taylor. et Cont. Recte vero admonuit Markland ἀδικούμενον esse legendum, si δύνασθαι bene habet. verum si ἀδικουμένῳ tuebimur, δύνασθαι cum δυνατὸν εἶναι erit mutandum. Satis tamen hoc non est. pro μὴ leg. quoque est μηδὲ, *ut ne læsus quidem injuriis posset ab inimicis jus suum repetere.* Reisk.

Που] Imo vero πω. quod de tempore usurpatur. οὐδείς πω, *nondum quisquam.* Sed quid sibi vult γάρ? Estne indicium ὑποφορᾶς seu objectionis, quæ refutetur subjecto δικαίως? videtur. Atqui, ait, nemo unquam, ex quo Athenæ ad nominis immortalitatem enisæ sunt, talem ob causam infamia notatus est. Hæc fictus Andocidis patronus pro eo affert. Respondet actor. Audio. vera ais, at ille meritus eam pœnam dedit. Aut, si negas hypophoram esse, deficit aliqua sententia, a lectore saltim tacite subjicienda, si auctor eam brevitatis studio suppressit; in hunc ferme modum: Qua severitate judicii vos declaravistis, vos censere, et Andocidem sacrilegii reum esse, et sacrilegos omnes esse puniendos. Nam tametsi debitam ex promisso daretis Andocidi spiritus immunitatem, pœna tamen beneficium hoc, dira quadam inauditique exempli circumscripsistis. Nam, ex quo Athenarum fama cœpit esse immortalis — Totus in hoc est orator, ut doceat Andocidem sacrilegum, ideoque puniendum esse. testari hoc deos ipsi iratos, a quibus conjectus sit in vitam quacunque alia vita miserrima miseriorem. Idem.

Ἀείμνηστοι] Vir amicissimus ἀνάμνηστοι. Taylor. Quam conjecturam melius suppressisset. Reisk.

Ἠτιμώθη δικαίως] Interpungas: Οὐδεὶς — ἐπὶ τοιαύτῃ αἰτίᾳ ἠτιμώθη. Δικαίως. Id est εἰκότως. Taylor.

Προδιδοὺς] Hic videtur nomen urbis aut arcis, aut nescio cujus rei deesse, quam prodere voluisse dicatur Andocides. Reisk.

Τὸν θάνατον] *Non mortem solummodo metuebat.* Leve enim sic simpliciter vitam amittere, cito, sine cruciatibus: acerbum autem et horrendum, corporis sui per singulos artus, et lente carpendi lanienam videre, ut si hodie manus dextra, cras sinistra, tertio die pes unus, quarto pes alter, et sic porro per dies singulos singula membra detruncentur. Supplicii genus hoc ipsa morte multo est atrocius, et lentum, et fœdum dictu visuque et infame, et cruciatu intolerabile. Idem.

νος τὰ ἀκρωτήρια ζῶντος ἀποτμηθήσεσθαι. ἀποδρὰς δὲ ἐκ
τούτου τοῦ κινδύνου κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ [1] πόλιν
225 ἐπὶ τῶν τετρακοσίων· θεὸς λήθην ἔδωκεν, ὥστε εἰς τοὺς
ἠδικημένους αὐτοὺς ἐπεθύμησεν ἀφικέσθαι. ἀφικόμενος δὲ
226 ἐδέθη καὶ ᾐκίσθη· ἀπώλετο δὲ οὐχὶ, ἀλλ' ἐλύθη. ἔνθεν δὲ
ἔπλευσεν ὡς Εὐαγόραν τὸν Κύπρου βασιλεύοντα, καὶ ἀδι-
κήσας εἵρχθη. [2] ἀποδρὰς δὲ καὶ τοῦτον, ἔφευγε μὲν τοὺς
ἐνθάδε θεοὺς, ἔφευγε δὲ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ἔφευγε δὲ εἰς οὓς
τὸ πρῶτον ἀφίκοιτο τόπους. καίτοι τίς χάρις τῷ βίῳ, κα-
κοπαθεῖν μὲν πολλάκις, ἀναπαύσασθαι δὲ μηδέποτε;
καταπλεύσας δὲ ἐκεῖθεν δεῦρο εἰς δημοκρατίαν εἰς τὴν αὑ-

[1] πόλιν, ἐπεὶ τῶν τετρακοσίων θ. λ. ἔδωκεν. T. πόλιν ἐπὶ τῶν τετρακοσίων· ὁ γὰρ θεὸς τοσαύτην αὐτῷ λήθην ἔδωκεν, A. [2] ἀποδράσας τοῦτον T. R.

Ζῶντος] Subaudi ἑαυτοῦ. IDEM.

'Αποτμηθήσεσθαι] 'Αποτμηθήσεται Ald. quod retinet Contius, addendo ὅτι post οἰόμενος. AUGER.

'Επεὶ τῶν τετρακοσίων θεὸς λήθην ἔδωκεν. ὥςτε etc.] Editorem audivi dicentem legendum esse ex Historia ἐπὶ pro ἐπεί. unde facile fuit locum ita supplere: ἐπὶ τῶν τετρακοσίων. ὁ δὲ Θεὸς τοσαύτην τούτῳ λήθην ἔδωκεν, ὥςτε εἰς τοὺς ἠδικημένους αὐτὸς (non αὐτοὺς) ἐπεθύμησεν ἀφικέσθαι. hoc, aut simili modo, videtur a Lysia scriptum fuisse, quam sententiam ita effert Lycurgus: οἱ γὰρ Θεοὶ οὐδὲν πρότερον ποιοῦσιν ἢ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων τὴν διάνοιαν παράγουσι. Vide et nostrum paulo inferius, ἃ τούτῳ ὁ Θεὸς etc. Θεοβλάβειαν hoc infortunium vocat Dion. Halicarnassensis de Struct. Orat. segm. 18. et διαφορὰν τῶν φρενῶν. Hesychius: Θεοβλαβίαν, οὕτως Αἰσχίνης εἶπεν. scribendum Θεοβλάβειαν: et mutilum locum opinor. Notanda quoque vox ἔδωκεν propter similem ejus usum in S. S. ut Rom. XI. 8. ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως: et 2 Cor. XII. 7. quemadmodum Latini *malum* et *infortunium dare*. MARKLAND. Pro ἐπεὶ vulgatorum dedi ἐπί. Designat orator primum Andocidis ad Athenas reditum sub CCCC, quia paulo post opponit ei reditum tempore posteriorem ἐπὶ τῆς δημοκρατίας, hujus paginæ v. ult. REISK.

Λήθην] Quare λήθην, cum constet ex Photio et Plutarcho Andocidem *sub* ipsa dominatione τῶν 400 rediisse? Neque secundo possis λήθην eam *socordiam* vel *inertiam* interpretari, quæ *consuescendo* fit, quo modo a Demosthene usurpari video. Τὸ χρόνον γεγενῆσθαι μετὰ τὴν πρεσβείαν πολὺν, δέδοικα, μή τινα λήθην ἢ συνήθειαν τῶν ἀδικημάτων ὑμῖν ἐμπεποιήκει (lege ἐμπεποίηκε, cui fovet Cod. Lutet.). Demosth. π. παραπρεσβ. Ea enim Tyrannis non ultra annum se extenderat. Tum autem porro quare erat hæc λήθη divinitus immissa? Et cujusmodi denique tibi videatur totius sententiæ ambitus et connexio? Lege: Κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἐπὶ τῶν τετρακοσίων. Θεὸς γὰρ λήθην ἔδωκεν, ὥςτε εἰς τοὺς ἠδικημένους αὐτοὺς ἐπεθύμησεν ἀφικέσθαι, vel ἐπιθυμῆσαι. [Merklandum exscribit Taylorus in Edit. min.] TAYLOR. Post, aut circa hoc vocabulum deesse videtur αὐτῷ τοσαύτην. *tantum stuporem deus menti ejus injecit, tantam tarditatem atque somnolentium.* ἔδωκεν, pro ἐνέβαλλεν, etsi dictio est inventu paulo rarior, analogia tamen ei non obstat. Ut enim ὑγίειαν, πλοῦτον, τἀγαθὰ, et contra χαλάζας, πυρετοὺς, λιμοὺς, λοιμοὺς, et alia, διδόναι dicuntur superi, ita rursus non video, cur deus dici nequeat alicui λήθην, μανίαν, διδόναι, pro ἐπιπέμπειν. REISK.

'Αποδράσας τοῦτον] Non memini verbum ἀποδιδράσκειν in aoristi primi participio usurpari. potius particip. aoristi secundi in usu est. donec itaque certiora hac de re discam, legam: ἀποδρὰς δὲ καὶ τοῦτον. IDEM.

Εἰς] Istud εἰς non est necessarium, et ortum videtur duxisse ex voce sequenti. Mox fortasse ἀφίκετο. TAYLOR. Fortasse, ἀφίκετο. Infra de hac re: πιστεύων ἀεὶ μᾶλλον τοῖς ἀγνῶσι τῶν γνωρίμων. MARKLAND. Bene habent h. l. omnia. idem est ac si dixisset: ἔφευγε τούτους τοὺς τόπους, εἰς οὓς τὸ πρῶτον ἀφίκοιτο. *ut primum aliquo appulerat, ita statim rursus illinc aufugiebat.* REISK.

'Εκεῖθεν] Unde? Antecedens non video, sed lacunam certissimam. Mox fortasse: εἰς δημοκρατουμένην τὴν αὑτοῦ πόλιν.

τοῦ πόλιν τοῖς μὲν πρυτανεῦσιν ἔδωκε χρήματα, ἵνα αὐτὸν 227
προσαγάγοιεν [1] ἐνθάδε· ὑμεῖς δ' αὐτὸν ἐξηλάσατε ἐκ τῆς
πόλεως, τοῖς θεοῖς βεβαιοῦντες τοὺς νόμους οὓς ἐψηφίσα-
σθε. καὶ τὸν ἄνδρα οὐ δῆμος, οὐκ ὀλιγαρχία, οὐ τύραννος,
οὐ πόλις ἐθέλει δέξασθαι διὰ τέλους· ἀλλὰ πάντα τὸν
χρόνον, ἐξ ὅσου ἠσέβησεν, ἀλώμενος διάγει, πιστεύων ἀεὶ
μᾶλλον τοῖς ἀγνῶσι τῶν γνωρίμων διὰ τὸ ἠδικηκέναι οὓς
γινώσκει. τὸ δὲ τελευταῖον νῦν ἀφικόμενος εἰς τὴν πόλιν
δὶς ἐν τῷ [2] αὐτῷ ἐνδέδεικται. καὶ τὸ μὲν σῶμα ἀεὶ ἐν δε- 228
σμοῖς ἔχει, ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ ἐλάττων ἐκ τῶν κινδύνων
γίνεται. [3] καὶ ὅταν τις τὸν αὑτοῦ βίον τοῖς ἐχθροῖς καὶ
τοῖς συκοφάνταις [4] διανέμῃ, τοῦτ' ἔστι τὸ [5] [βιοῦν] τὸν

[1] ἐνθένδε T. [2] αὐτῷ ἐνιαυτῷ ἐνδέδεικται A. [3] καίτοι A. [4] διανέμει T. R. A. [5] uncos om. T. A.

ut paulo superius ex adverso locutus est: κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἐπὶ τῶν τετρακοσίων. TAYLOR. E Cypro puta, locisque iis omnibus, a quibus vix salutatis statim refugisset. REISK.

Εἰς τὴν δημοκρατίαν εἰς τὴν αὑτοῦ πόλιν] Idem est ac si dixisset: εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν νῦν ἤδη δημοκρατουμένην. REISK. AUGER.

Καταπλεύσας δὲ ἐκεῖθεν δεῦρο εἰς δημοκρατίαν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, τοῖς μὲν πρυτανεῦσιν ἔδωκε χρήματα κ. τ. λ.] Licet Lysiacam Orationem esse non credam, tantam tamen verborum effusionem ne in eo quidem exspecto, qui se illius imitatorem profiteatur. Andocides tunc secunda vice rediit Athenas: illud dixisse videtur Orator atque ita scripsisse: καταπλεύσας δὲ ἔπειτα δεύτερον. *postea iterum rediens in patriam.* Hoc vero inde etiam confirmatur, quod mox eadem dicatur ratione: τὸ δὲ τελευταῖον νῦν ἀφικόμενος εἰς τὴν πόλιν. SLUITER.

'Ενθένδε] 'Ενθάδε. SCAL. Fort. cum Scalig. ἐνθάδε. TAYLOR. Opinor ἐνθάδε, *huc.* MARKLAND. 'Ενθάδε dedi, e Scaligeri atque Marklandi sententia, pro ἐνθένδε librorum omnium vulgatorum. *huc*, in concionem. Nam coram populo, aut in Heliæa maxima agebatur hæc impietatis causa. REISK.

Τοῖς θεοῖς βεβαιοῦντες τοὺς νόμους] Utcunque hæc lectio defendi possit explicando τοῖς θεοῖς *in honorem Deorum*, vel *Deorum causa*, mihi tamen multo probabilius videtur Lysiam scripsisse τοῖς ἔργοις· non *verbis* tantum, sed ipso *opere* et *factis*: nempe ex civitate Andocidem expellendo. MARKLAND.

Οὐ πόλις] Videtur vitiose redundare, ideoque amputari debere, propter præmissum οὐ δῆμος, cum quo videtur idem dicere. Verumtamen bene habet. πόλις paulo quid est amplius, quam δῆμος. Ex causa, Atheniensis populus Athenis habitans erat δῆμος. verum tota respublica cives complectens etiam per colonias in Asia, Thracia, Ponto, sparsos, ea erat πόλις. Sic Ephesii δῆμος, Ionia πόλις. Hoc sensu paulo ante v. πόλις noster usurpaverat p. 261. antep. REISK.

Τῶν γνωρίμων] I. e. ἢ τοῖς γνωρίμοις. AUGER.

Δὶς ἐν τῷ αὐτῷ] Nullus dubito post hæc vocabula excidisse ἐνιαυτῷ, quod facillime fieri potuit ob similitudinem hujus vocabuli cum ἐν τῷ αὐτῷ. *bis eodem in anno.* REISK.

Καὶ ὅταν τις] Opinor καίτοι ὅταν τις. MARKLAND. Recte, ni fallor. REISK.

Διανέμει] Διανέμοι. CONT. Malim in conjunctivo, διανέμῃ. REISK.

Τοῦτ' ἔστι τὸ βιοῦν τὸν βίον ἀβίωτον] Vocem βιοῦν inseruit Stephanus: sine causa, nisi in MSS. reperietur: quod non credo, cum multo elegantius sit, τοῦτ' ἔστι τὸ, Τὸν βίον ἀβίωτον. Hujusmodi enim locutiones, quæ proverbiorum vicem obtinebant, cum ab omnibus intelligerentur, non ad plenum efferebantur, ab audientibus supplendæ. Nihil vero tritius hac phrasi βίος ἀβίωτος. Æschines ea passim utitur, et Gorgias, et Philo, et cæteri omnes fere Græci Scriptores. Sic apud Matt. V. 38. 'Ηκούσατε, ὅτι ἐῤῥήθη· 'Οφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. reticetur Verbum, quia omnes bene intelligebant, quid vellet ὁ Εὐλογητός. Inspice quamlibet Adagiorum Collectionem. MARKLAND

βίον ἀβίωτον. ἃ τούτῳ ὁ θεὸς οὐκ ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐπινοεῖν 106. 1
δίδωσιν, ἀλλὰ τιμωρούμενος τῶν γεγενημένων ἀσεβημάτων.
229 τὸ δὲ τελευταῖον νυνὶ παραδέδωκεν αὐτὸν ὑμῖν χρῆσθαι ὅ τι ἂν βούλησθε, [1] οὐ τῷ μὴ ἀδικεῖν πιστεύων, ἀλλ᾽ ὑπὸ δαιμονίου τινὸς ἀγόμενος ἀνάγκης. οὔκουν χρή, μὰ τὸν Δία, οὔτε πρεσβύτερον ὄντα οὔτε νεώτερον, ὁρῶντας Ἀνδοκίδην ἐκ τῶν κινδύνων σωζόμενον, συνειδότας αὐτῷ ἔργα ἀνόσια εἰρ-
230 γασμένῳ, ἀθεωτέρους γίνεσθαι, ἐνθυμουμένους ὅτι ἥμισυς ὁ βίος βιῶναι [2] κρεῖττον [3] ἀλύπως [4] ἐστὶν ἢ διπλάσιος λυπουμένῳ, ὥσπερ οὗτος.

[1] οὕτω T. [2] κρείττων T. R. A. [3] ἀλύπῳ A. [4] ἐστὶ διπλασίου T. R. A.

Vocabulum βιοῦν uncis inclusi, ut admodum suspectum. Sententia potius postulare videtur: τοῦτ᾽ ἔστι τὸ ποιεῖν ἑαυτῷ τὸν βίον ἀβίωτον. Aut hoc: τοῦτ᾽ ἔστι τὸ τῶν πολλῶν, βίον ἀβίωτον ἄγειν. *hoc illud est, quod proverbio vulgari jactatur, vitam haud vitalem agere.* REISK.

Ἃ τούτῳ] Potest servari ἃ, sed malim ταῦτα. mox ad τῶν γεγ. ἀσεβημάτων, sub. ἕνεκα. AUGER.

Ἐπινοεῖν] F. ἐπινοῶν, ut conjecit vir eruditissimus. TAYLOR.

Αὐτὸν] Male Schott. lectionem Aldi αὐτὸν revocare satagit. IDEM.

Οὕτω] (Sic vulg.) Π. οὐ τὸ μὴ ἀδικεῖν. H. STEPHAN. οὐ τῷ μὴ ἀδικ. CONT. Immo οὐ τῷ μὴ ἀδικεῖν, ipsissima scriptione. Andoc. tamen ineunte oratione adversaria, ad modum lectionis Stephanicæ: ὁπόσοι δὲ πιστεύσαντες μηδὲν ἀδικεῖν, ὑπέμειναν, κ. τ. λ. Schottus periodum non intellectam delet. Istud est sapere! TAYLOR. Stephanus, οὐ τὸ μὴ, prope veritatem, quæ erat, οὐ τῷ μὴ ἀδικεῖν πιστεύων, *non innocentia sua fretus.* Ipse Andocides de Mysteriis, sub initio: πιστεύσας δὲ μάλιστα μὲν τῷ δικαίῳ, ἔπειτα δὲ καὶ ὑμῖν. Demosthenes in Aphob. Ψευδομαρτ. οὐχὶ τῷ τὰ ψευδῆ τινὰ αὐτοῦ καταμεμαρτυρηκέναι ἐξελέγξειν πιστεύων, ἀλλ᾽ ἡγούμενος etc. Thucydides III. 38. τῷ λέγειν πιστεύσας. Perfunctorie hoc in loco agebat Schottus. Mox, pro ἀλύπως bene Stephanus ἀλύπῳ. et pro τισὶ paulo post legendum puto τινάς. MARKLAND.

Καίτοι ὅταν τις τὸν αὐτοῦ βίον τοῖς ἐχθροῖς καὶ τοῖς συκοφάνταις διανέμει, τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸ [βιοῦν] τὸν βίον ἀβίωτον· ἃ τούτῳ ὁ θεὸς οὐκ ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐπινοεῖν δίδωσιν. — οὐ τῷ μὴ ἀδικεῖν πιστεύων, ἀλλ᾽ ὑπὸ δαιμονίου τινὸς ἀγόμενος ἀνάγκης] Mirum vero si ita Deus quem puniat, ut intelligat miserum esse, bona sua Sycophantis distribuere, quo ab accusando revocentur. Inepto plane loco collocata sunt verba ἃ τούτῳ ὁ θεὸς — ἀσεβημάτων, quorum verus locus esse videtur post illa ὑπὸ δαιμονίου τινὸς ἀγόμενος ἀνάγκης. *Volens ipse sua sponte judicium subiit, non causæ suæ æquitate fretus, sed divina necessitate coactus. Hanc vero illi mentem Deus dedit, non ut servetur et evadat, sed ut pœnas luat eorum, quæ ante peccavit.* SLUITER.

Αὐτῷ] Malim αὑτῷ. Generalis enim videtur hæc γνώμη et quasi publici juris. *Neminem* sibi *celatum facinus conscientem, propter dilatas Andocidis pœnas impunitatem sibi quoque audere polliceri, et de divina justitia prave ideo sentire.* Οὔκουν χρὴ οὔτε πρεσβύτερον ὄντα οὔτε νεώτερον, ὁρῶντας Ἀνδοκίδην ἐκ τῶν κινδύνων σωζόμενον, συνειδότας αὐτῷ (sibi sc. unumquemque) ἔργα ἀνόσια εἰργασμένῳ, ἀθεωτέρους γίνεσθαι. Usitatissima constructio. Οὐ γὰρ μόνον εἰς πατέρ᾽ αὐτοῖς καὶ τῶν ἄνω προγόνων, κατ᾽ ἄνδρα ἀνενεγκεῖν ἑκάστῳ τὴν φύσιν ἐστὶν, ἀλλ᾽ εἰς ὅλην κοινῇ τὴν ὑπάρχουσαν πατρίδα. Demosth. Orat. Funeb. TAYLOR. Bene habet αὐτῷ cum spiritu leni. Taylor ad h. l. quæ affert (vir doctus et industrius, sed criticus haud usquequaque felicissimus, multa moliens, et magna vi, sed nulla de causa, nullo effectu, in irritum), ea haud intelligo. Saltim συνειδότα in singulari dedisset. Verum aberravit ab oratoris sententia, quæ hæc est: cum videant Andocidem e discrimine judicii salvum abeuntem, quamvis probe norint eum scelera multa patrasse. REISK.

Ἀλύπως] Ἀλύπῳ mavult Steph. ut ex æquo respondeat τῷ λυπουμένῳ. Tu autem cave de tam rigida constructione. H. p. melius: Ἥμισυς ὁ βίος βιῶναι κρείττων ἄλυπός ἐστι διπλασίου λυπουμένου. Lasciviunt Codd. nostri, ἥμισος. κρεῖττον. ἐπιδιπλασίου. διπλάσιος. TAYLOR. Ego facio cum Stephano, cui Marklandus quoque subscripsit. Aut alias leg. sit λυπουμένως in adverbio. Sed illud præfero. REISK.

Οὗτος] Scil. ὁ βίος τοῦ Ἀνδοκίδου. AUGER.

ε΄. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἀναισχυντίας ἀφῖκται, ὥστε καὶ παρασκευάζεται [1] τῇ πόλει καὶ [2] πράττει καὶ ἤδη δημηγορεῖ καὶ ἐπιτιμᾷ καὶ ἀποδοκιμάζει τῶν ἀρχόντων [3] τισί, 231
καὶ συμβουλεύει εἰς τὴν βουλὴν εἰσιὼν περὶ θυσιῶν καὶ προσόδων καὶ εὐχῶν καὶ μαντειῶν. καίτοι τούτῳ πειθόμενοι ποίοις θεοῖς ἡγήσεσθε κεχαρισμένα ποιεῖν; μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ ὑμεῖς βούλεσθε τὰ τούτῳ πεποιημένα ἐπιλαθέσθαι, καὶ τοὺς θεοὺς ἐπιλήσεσθαι. ἀξιοῖ δὲ οὐχ ὡς ἠδικηκὼς ἡσυχίαν ἔχων πολιτεύεσθαι, ἀλλ᾽ 232
ὥσπερ αὐτὸς ἐξευρὼν τοὺς τὴν πόλιν [4] ἀδικήσαντας, [5] οὕτω διανοεῖται, καὶ παρασκευάζεται ὅπως [6] ἑτέρων μεῖζον δυνήσεται, ὥσπερ οὐ διὰ πραότητα καὶ ἀσχολίαν τὴν ὑμετέραν

[1] ἐν τῇ A. [2] πράττει ἤδη καὶ δημ. A. [3] τινὰς A. [4] ἀδικήσαντας. R. A. [5] οὕτω δὲ διανοεῖται A. [6] ἕτερον T.

Παρασκευάζεται τῇ πόλει, καὶ πράττει] Valeat Critice, si hæc sint sana! Fortasse: παρασκευάζεται τὰ τῆς πόλεως πράττειν. Deinde ἀποδοκιμάζει τῶν ἀρχόντων τισί. Anne sincerum? TAYLOR. Post vocab. παρασκ. videtur deesse λυμαίνεσθαι. *accingitur jam ad grassandum in rempublicam.* REISK. παρασκευάζεται τὰ πολιτικὰ πράττειν. *In Diatrib. in Eurip.* c. XXIII. p. 254. VALCKENAER.

Καὶ ἤδη] Aut delendum est ἤδη, ut natum ex initio proximi vocabuli δημηγορεῖ, aut illa duo vocabula sunt transponenda hunc ad modum: καὶ πράττει ἤδη, καὶ δημηγορεῖ. Pari modo versu proximo transponenda videntur verba sic: καὶ ἐπιτιμᾷ τῶν ἀρχόντων τισὶ, καὶ ἀποδοκιμάζει, καὶ συμβουλεύει. aut certe, reliquis manentibus immotis pro τισὶ leg. erit cum Marklando τινάς. REISK. τινάς. CONT.

Προσόδων] Πρόσοδοι h. l. sunt, non *vectigalia*, sed *supplicationes*, cum ad pulvinaria deorum aditur. REISK. AUGER.

Ἀξιοῖ] Corruit venustissimæ periodi decor et forma. Tu fac nobis medicantibus gratulere: Ἀξιοῖ δὲ οὐχ ὡς ἠδικηκὼς ἡσυχίαν ἔχειν, ἀλλ᾽ ὥσπερ αὐτὸς ἐξευρὼν τοὺς τὴν πόλιν ἀδικήσαντας, οὕτω διανοεῖται πολιτεύεσθαι. Καὶ παρασκευάζεται, ὅπως ἑτέρων μεῖζον δυνήσεται, ὥσπερ οὐ διὰ πραότητα καὶ ἀσχολίαν τὴν ὑμετέραν οὐ δεδωκὼς ὑμῖν δίκην κ. τ. λ. Eleganter πολιτεύεσθαι de publica vita, de rebus civitatis gerundis. Ælian. V. H. III. 17. Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς Ἀθήνησιν ἐπιφανέστατα ἐπολιτεύσατο. Plutarch. in Phoc. init. Δημάδης ὁ ῥήτωρ ἰσχύων μὲν ἐν ταῖς Ἀθήναις διὰ τὸ πρὸς χάριν πολιτεύεσθαι Μακεδόνων καὶ Ἀντιπάτρου, πολλὰ δὲ γράφειν καὶ λέγειν ἀναγκαζόμενος παρὰ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως καὶ τὸ ἦθος, ἔλεγε συγγνώμης ἄξιος εἶναι πολιτευόμενος τὰ ναυάγια τῆς πόλεως. N. c. Poliuch. Εἰς τίνας ἂν ἐβουλήθημεν δικαστὰς καταφυγεῖν; οὐκ εἰς τοὺς οὕτω πολιτευομένους ὑπὲρ τῆς πολιτείας. Adjungo Xenoph. 1. Hellen. quoniam mihi duplicem operam præstabit: Ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τῶν ἔλαττον ἐκείνου δυναμένων, μοχθηρότερόν τε λεγόντων, καὶ πρὸς τὸ ἴδιον κέρδος πολιτευόντων. TAYLOR. ἑτέρων. CONT.

Ὥσπερ οὐ — οὐ δεδωκὼς] Pro οὐ δεδωκὼς sensus plane postulat οὐδὲ δώσων — δίκην εἰς οὓς etc. *ita se gerit, quasi non daturus pœnas* etc. Voces vero ὑμῖν et νῦν inter legendum pronuntiandæ sunt cum Emphasi. inest enim in iis tacita Oppositio, et Allusio ad *priora* Andocidis delicta et impunitatem. MARKLAND.

Ἀσχολίαν] Ἀχολίαν. CONT. Bene videtur habere. duas edit causas, cur Andocides adhucdum impune abierit. primam, clementiam civium, alteram, tumultum negotiorum, qui passus non sit de Andocide puniendo quenquam aut cogitare, aut referre. Fuit cum suspicarer ἀχολίαν, *bilis defectum.* esse leg. quod postmodum etiam in schedis Brulartianis reperi. Vocabulum illud bonæ notæ est, et huic loco imprimis convenit; quod si cui probabitur, haud intercedam. REISK.

οὐ δεδωκὼς ὑμῖν δίκην, εἰς οὓς νῦν ἁμαρτάνων οὐ λανθάνει,
ἀλλ' ἅμα ἐξελεγχθήσεταί τε καὶ δώσει δίκην.

ϛ'. Ἰσχυριεῖται δὲ καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ· ἀναγκαίως γὰρ
ἔχω ὑμᾶς διδάσκειν ἃ οὗτος ἀπολογήσεται, ἵν' ἀκούσαντες
233 παρ' ἀμφοτέρων ἄμεινον διαγνῶτε. φησὶ γὰρ ἀγαθὰ με-
γάλα ποιῆσαι τὴν πόλιν μηνύσας καὶ ἀπαλλάξας δέους καὶ
ταραχῆς τῆς τότε. τίς δὲ τῶν μεγάλων κακῶν αἴτιος ἐγέ-
νετο; οὐκ αὐτὸς οὗτος, ποιήσας ἃ ἐποίησεν; εἶτα τῶν μὲν
ἀγαθῶν δεῖ τούτῳ χάριν εἰδέναι, ὅτι ἐμήνυσε, μισθὸν ὑμῶν
[1] αὐτῷ διδόντων τὴν ἄδειαν, τῆς δὲ ταραχῆς καὶ τῶν κα-
κῶν ὑμεῖς αἴτιοι ἐστέ, ὅτι ἐζητεῖτε τοὺς ἠσεβηκότας; οὐ
δήπουθεν, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο [2] τοὐναντίον ἐτάραξε [3] μὲν οὗτος
τὴν πόλιν, κατεστήσατε δ' ὑμεῖς.

234 ζ'. Πυνθάνομαι δ' αὐτὸν μέλλειν ἀπολογήσεσθαι, ὡς
αἱ συνθῆκαι καὶ αὐτῷ εἰσί, καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις
Ἀθηναίοις· καὶ τοῦτο πρόσχημα ποιούμενος οἴεται πολλοὺς
ὑμῶν, δεδιότας μὴ λύσητε τὰς συνθήκας, αὑτοῦ ἀποψηφι-
εῖσθαι. ὡς οὖν οὐδὲν προσήκει Ἀνδοκίδῃ τῶν συνθηκῶν,
περὶ τούτου λέξω, οὔτε, μὰ τὸν Δία, τῶν πρὸς Λακεδαι-
μονίους, ἃς ὑμεῖς συνέθεσθε, οὔτε [4] τῶν πρὸς τοὺς ἐν τῷ

[1] αὐτοῦ T. [2] τοὐναντίον. T. R. A. [3] μὲν γὰρ οὗτος A.
[3] τῶν ἃς πρὸς A.

Ἰσχυριεῖται δὲ καὶ τοῦτο τῷ λόγῳ] Sic Valckenaerio emendandum videbatur pro τούτῳ. SLUITER.

Φησὶ] Haud quidem improbabile est φήσει, ob præcedens ἀπολογήσεται. verumtamen bene habet vulgata. De inconstantia oratorum Atticorum in usu temporum, admonui ad Æschinem p. 404. et 422. et nescio an alibi quoque. REISK.

Αὐτοῦ] Leg. αὐτῷ. SCALIG. CONT. TAYLOR. MARKLAND.

Τῆς δ' ἀρχῆς] (Sic vulg.) Lego τῆς δὲ ταραχῆς meliore sensu. Ea voce usus est paulo supra: ἀπαλλάξας δέους καὶ ταραχῆς τῆς τότε. PALMER. τῆς δὲ ἀρχῆς τῶν κακῶν. CONT.

Τῆς δ' ἀρχῆς] Schottus, τῆς δὲ ταραχῆς: optime. Supra: ἀπαλλάξας δέους καὶ ταραχῆς τῆς τότε. Herodianus II. 21. ὅπως ἂν μή τι δεινὸν ἐκ τῆς ἐσομένης ταραχῆς παρόντες πάθοιεν. ita legendum vulgo et illic ἀρχῆς. Paulo post, pro αὐτοῦ ἀποψηφιεῖσθαι, scribe αὑτοῦ. MARKLAND.

Οὐδέπουθεν] Οὐ δήπουθεν. CONT. οὐδέποθεν. SCALIG.

Ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο] Malim ἀλλ' αὐτὸς οὗτος τοὐναντίον. sed hic ipse potius e contrario. Aut alias τοῦτο erit delendum. REISK. Sed hoc ipsum contrarium, np. hujus quod reipsa est. AUGER.

Μὲν οὗτος] Interponi velim γάρ. Nam hic quidem civitatem conturbavit et perterrefecit. REISK.

Ἀπολογήσασθαι] (Sic vulg.) Leve est fortasse, quod moneo, sed ἀπολογήσεσθαι omnino profectum est a manu τοῦ Ἀττικωτάτου. Audi Atticistas. Μέλλω ποιεῖν, μέλλω ποιήσειν, οὐ μέλλω ποιῆσαι, et quæ sequuntur. Thomas. et similiter Moschop. in Lex. Μέλλει συντάσσεται μετὰ ἀπαρεμφάτου, ἤτοι ἐνεστῶτος. οἷον μέλλει ποιεῖν τὸ δέ τι· ἢ μέλλοντος πρώτου· οἷον μέλλει ποιήσειν. οὐδέποτε δὲ μετὰ ἀορίστου· οἷον μέλλει ποιῆσαι. Adjunge Phrynich. Ἔμελλον ποιῆσαι, ἔμελλον θεῖναι, ἁμαρτήματα τῶν ἐσχάτων, εἴ τις οὕτω συντάττει. Τετήρηται γὰρ ἢ τῷ ἐνεστῶτι συντασσόμενον, ἢ τῷ μέλλοντι, οἷον ἔμελλον ποιεῖν, ἔμελλον ποιήσειν. τὰ δὲ συντελικὰ οὐδενὶ τρόπῳ ἁρμόσει τῷ ἔμελλον. TAYLOR.

Οὔτε τῶν πρὸς τοὺς —] F. οὔτε τῶν πρὸς τοὺς ἐν τῷ ἄστει ἃς οἱ ἐκ Πειραιῶς. CONT.

ἄστει οἱ ἐκ Πειραιῶς. οὐδενὶ γὰρ ὑμῶν τοσούτων ὄντων τὰ
αὐτὰ ἁμαρτήματα οὐδ' ὅμοια ἦν τοῖς Ἀνδοκίδου, ὥστε καὶ
τοῦτον [1] ἡμῶν ἀπολαῦσαι. ἀλλ' οὐ [2] μὲν δὴ ἕνεκά γε τού- 235
του διαφερόμενοι, [3] ἐπειδὴ καὶ τούτῳ μετέδομεν τῶν συνθη-
κῶν, τότε διηλλάγημεν. οὐ γὰρ [4] ἕνεκα ἑνὸς ἀνδρός, ἀλλ'
[4] ἕνεκα ἡμῶν τῶν ἐξ ἄστεος καὶ ἐκ Πειραιῶς αἱ συνθῆκαι 236
ἐγένοντο καὶ οἱ ὅρκοι· ἐπεί τοι δεινὸν ἂν εἴη, εἰ περὶ Ἀνδο-
κίδου [5] ἀποδημοῦντος [6] αὐτοὶ ἐνδεεῖς ὄντες ἐπεμελήθημεν, 237

[1] ἡμῶν] τῶν συνθηκῶν R. A. [2] μὰ Δί' ἕνεκα R. A.
[3] (ἐπειδὴ . . . . συνθηκῶν) T. [4] ἕνεκεν T. R. A.
[5] ἀποδημοῦντες T. R. A. [6] αὐτοὶ καὶ ἐνδεεῖς A.

TAYLOR. Deest ἃς ante οἱ: ut in priori sententiæ parte, ἃς ὑμεῖς συνέθεσθε: cui hæc respondet. MARKLAND. Aut obsequendum est his auctoribus, aut pro τῶν leg. est ὧν. ut sit: οὔτε ὧν πρὸς τοὺς ἐν ἄστει οἱ ἐκ Πειραιῶς, scil. ἐποιήσαντο. REISK.

Τοῦτον ἡμῶν ἀπολαῦσαι] Ἀπολελαῦσθαι Scal. Pro ἡμῶν reponit Schott. ὑμῶν. TAYLOR. ἀπόλλυσθαι vel ἀπελᾶσθαι. CONT. Lege ex sensu, et distingue: οὐδ' ὅμοια ἦν τοῖς Ἀνδοκίδου, ὥστε καὶ τῶν αὐτῶν ὑμῖν ἀπολαῦσαι. *nequaquam similia erant Andocidis delictis, adeo ut iste eodem quo vos jure uteretur.* τῶν αὐτῶν ὑμῖν, *iisdem quibus vos:* ut supra, τῶν αὐτῶν ὑμῖν ἐπίτιμοι ὄντες μεθέξουσι, eodem sensu. MARKLAND. Visus mihi sum in vocabulo ἡμῶν exitum vocabuli συνθηκῶν, quod sententia hujus loci postulat, satis clare cernere. quare nullus dubitavi de meo dare: τοῦτον τῶν συνθηκῶν ἀπολαῦσαι. REISK.

Μετέδωκε τῶν συνθηκῶν] Μετεδώκαμεν τ. σ. CONT. Argumentatio postulat: μετεδώκατ' ἂν τῶν συνθηκῶν. *nam si ita fuisset,* (ita verte ἐπειδὰν) *sane et hunc participem fecissetis compositionis.* Συνθῆκαι enim sunt αἵτινες ἴσως καὶ κοινῶς ἐν ἀμφοτέροις ἔχουσι, ut eas definit Isocrates in Panegyrico. MARKLAND. Recte fecit Taylor, quod pro μετέδωκε vulgato (vel, ut Aldus dederat μετέδοκε, per omicron) e Coisliniano μετέδομεν restituit. Sententia hæc est: Non enim hercle propter hunc Andocidem tum dissidebamus, neque fœdera tunc demum inter nos sanximus, posteaquam hunc quoque nominatim illis pactis comprehendi stipulati essemus. Propterea signa parentheseos quoque sustuli. quibus Taylor hæc verba ἐπειδὴ — συνθηκῶν incluserat. REISK.

Πειραιέως] Ita semper fere. (Nisi modo Πειραιῶς.) Quod notatu dignum est. Πειραιῶς Ἀττικῶς. Πειραιέως Ἑλληνικῶς. Mœris. Πειραιῶς Ἀττικόν. Πειραιέως κοινόν. Magist. Vid. Lect. Lysiac. c. 4. extrem. TAYLOR.

Ἐπείτοι] In hoc commate vix habemus miserum semivocabulum unum atque alterum, quod Librariorum omnia confodientium cruentas manus incolume evasit. Ἐπεμελέθημεν περὶ Ἀνδοκίδου. Quas elegantias! Deinde autem porro quem non miseresceret infelicissimi Andocidis, cum quo tam parce et duriter actum est? ὅπως ἐξαλειφθείη ἄλλα ἁμαρτήματα. Ergo, ut verisimile est, *alia* erant οὐκ ἐξαλειπτέα. Age, lectoris gratiam non amplius morabor: Ἐπείτοι δεινὸν ἂν εἴη, εἴπερ Ἀνδοκίδου ἀποδημοῦντος αὐτοὶ ἐνδεεῖς ὄντες [vel ἐνδημοῦντες, *in Edit. min.*] ἐπεμελήθημεν, ὅπως ἐξαλειφθείη αὐτοῦ [αὐτῷ in *Edit. min.*] τὰ ἁμαρτήματα. Ἀλλὰ Λακεδαιμόνιοι γὰρ ἐν ταῖς πρὸς αὐτοὺς συνθήκαις ἐπεμελήθησαν Ἀνδοκίδου; ὅτι ἔπαθον ἀγαθόν τι ὑπ' αὐτοῦ; ἀλλ' ὑμεῖς κ. τ. λ. Ita in sequentibus, dum interrogationes alias super alias exaggerat: Πότερον ὡς στρατιώτης ἀγαθός; — Ἀλλὰ πλουτῶν γὰρ —. Ceterum ante ἀλλὰ visitur punctum in Codd. Ald. et Coisl. IDEM.

Ἀποδημοῦντες, αὐτοὶ ἐνδεεῖς ὄντες] Vox ἐνδεεῖς a Lysia nunquam, puto, absolute et per se ponitur, sine τῶν ἀναγκαίων, vel τῶν ἐπιτηδείων, vel tali quopiam. Sed et si ita poni soleret, non tamen ad rem foret hoc loco, qui ita legendus videtur: δεινὸν ἂν εἴη, εἰ περὶ Ἀνδοκίδου ἀποδημοῦντος αὐτοὶ ἐνδημοῦντες ἐπεμελήθημεν, ὅπως ἐξαλειφθείη αὐτῷ τὰ ἁμαρτήματα. Ἀλλὰ Λακεδαιμόνιοι γὰρ — αὐτοῦ; ἀλλ' ὑμεῖς ἐπεμελήθητέ γε αὐτοῦ; Ita distinguendum. Dicit: *mirum sane foret, si de Andocide absente, Nos qui in patria eramus, adeo solliciti fuissemus, ut scilicet delicta ejus obliterarentur. Atqui num Lacedæmonii ullam Andocidis rationem habuerunt? Atqui num vos rationem ejus habuistis?* Vox ἀλλὰ hoc modo po-

ὅπως ἐξαλειφθείη αὐτῷ τὰ [1] ἁμαρτήματα. ἀλλὰ Λακεδαιμόνιοι γὰρ ἐν ταῖς πρὸς αὐτοὺς συνθήκαις ἐπεμελήθησαν Ἀνδοκίδου, ὅτι ἔπαθον ἀγαθόν τι ὑπ' [2] αὐτοῦ; ἀλλ' ὑμεῖς
238 ἐπεμελήθητέ γε αὐτοῦ; ἀντὶ ποίας εὐεργεσίας; ὅτι πολλάκις δι' ὑμᾶς ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐκινδύνευσεν; οὐκ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τούτῳ ἀληθὴς αὕτη ἡ ἀπολογία· μηδ' ὑμεῖς ἐξαπατᾶσθε. οὐ γὰρ τοῦτο λύειν ἐστὶ τὰ συγκείμενα, εἰ Ἀνδοκίδης ἕνεκα τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων δίδωσι δίκην, ἀλλ' ἐάν τις ἕνεκα τῶν δημοσίων συμφορῶν ἰδίᾳ τινὰ τιμωρῆται.

η'. Ἴσως οὖν καὶ [3] Κηφισίου ἀντικατηγορήσει, καὶ ἕξει ὅ τι λέγοι· τὰ γὰρ ἀληθῆ χρὴ λέγειν. ἀλλ' ὑμεῖς [4] οὐκ ἂν δύναισθε τῇ αὐτῇ ψήφῳ τόν τε ἀπολογούμενον καὶ τὸν

[1] ἁμαρτήματα ἄλλα. Λακεδ. T. [2] αὐτοῦ; οὐ. ἀλλ' R. αὐτοῦ; οὐ δῆτα. ἀλλ' A. [3] Κηφισσίου T. R. A. [4] οὐδ' T. R. A.

sita et repetita, Vehementiam et Indignationem exprimit. MARKLAND. Ipse quoque ἀποδημοῦντος probo, in genitivo singulari. non propterea quod Andocides, non exsularet, sed peregre solummodo viveret in solo alieno, dedimus operam, cum ipsi egeni essemus, ut crimina ejus expungerentur. Non enim exsulabat Andocides, quippe cui a legibus et judicio solo patrio non esset interdictum, sed voluntate sua, a nemine coactus, in peregrinationes se dederat. Sin minus hæc placebunt, leg. erit: ἀποδημοῦντες (in nominat. plur.) αὐτοὶ καὶ ἐνδεεῖς ὄντες. *cum nos ipsi extra patriam ageremus, egentes rerum omnium.* Cæterum distinctionem in vulgatis, in ipsa adeo Taylorana pravam, ad mentem virorum doctorum correxi. Olim sic edebatur: ἁμαρτήματα ἄλλα. Λακεδαιμόνιοι γὰρ — Ab his ἀλλὰ Λακ. γὰρ incipit objectio, vel interrogatio per absurdum concludens. Istud ἀλλὰ γὰρ per tmesin divulsum est. REISK.

Αὐτοῦ. ἀλλ'] Interposui de meo οὐ. quæ est responsio ad superiorem interrogationem. At Lacedæmonii tamen (sic interrogat subsannans) in pactis, quæ nos cum ipsis iniimus, Andocidi ideo prospexerunt, quod ab eo bonis essent nescio quibus ornati? Respondet οὐ. Neutiquam. tum novam subjicit dubitationem sub forma interrogationis, responsione statim diluendam. Sed an vos ipsi consuluistis? Quod ob ejus meritum? respondet interrogabundus. IDEM.

Ἀλλὰ Λακεδαιμόνιοι — ἀγαθόν τι ὑπ' αὐτοῦ] Ridicula videtur Reiskii conjectura οὐ inserentis post hæc verba: qua ratione quis veterum unquam est locutus? Duplex adest emendandi ratio, si signum interrogationis ponatur post nomen Ἀνδοκίδου. ut vel legamus: ὅτι ἔπαθον ἀγαθὸν τί ὑπ' αὐτοῦ; vel, quod malim: τί παθόντες ἀγαθὸν ὑπ' αὐτοῦ; ita mox: ἀλλ' ὑμεῖς γε ἐπεμελήθητε Ἀνδοκίδου; ἀντὶ ποίης εὐεργεσίας; est hic loquendi modus et usus particulæ ἀλλὰ antiquis usitatus: simile est illud Euripidis in Phœnissis v. 1619. seqq.

Τίς ἡγεμών μοι ποδὸς ὁμαρτήσει τυφλοῦ;
Ἥδ' ἡ θανοῦσα; ζῶσά γ' ἂν σάφ' οἶδ' ὅτι.
Ἀλλ' εὔτεκνος ξυνωρίς; ἀλλ' οὐκ ἔστι μοι·
Ἀλλ' ἔτι νεάζων αὐτὸς εὕροιμ' ἂν βίον;
Πόθεν; ————

Vid. ad i. l. Valckenaerius. SLUITER.

Δι' ὑμᾶς] Non intelligo istud δι' ὑμᾶς, ut nunc res se habeat. Credibile est, quæ sequuntur, ὑπὲρ τῆς πόλεως, nata esse ex glossemate. TAYLOR.

Κηφισσίου] Ubique apud Andocid. Κηφίσιος, nisi uno in loco Κηφήσιος. IDEM.

Λέγει] (Sic Ald.) Λέγοι, et v. ult. αὐτῇ. CONT.

Οὐδ' ἂν] Malim οὐκ ἄν. vocab. τὸν ἀπολογούμενον designat Andocidem, ut τὸν κατηγοροῦντα Cephisium. Dicet Andocides, accusatorem suum, Cephisium, iisdem criminibus teneri, quibus se. Respondet actor. His nunc nil opus est. dic tu jam, Andocide, causam tuam. purga te. de Cephisio deinceps videbimus. REISK.

κατηγοροῦντα κολάσαι· ἀλλὰ νῦν μὲν περὶ τούτου καιρός ἐστι γνῶναι τὰ δίκαια, ἕτερος δὲ [1] ἥξει [2] Κηφισίῳ καὶ
107. 1 [3] ἡμῶν ἑκάστῳ, ὧν οὗτος νῦν μεμνήσεται. μὴ οὖν [4] καὶ δι' 239
[5] ἑτέραν [6] ὀργὴν τούτου ἀδικοῦντος νῦν ἀποψηφίσησθε. 240

θ'. Ἀλλὰ λέξει ὅτι μηνυτὴς ἐγένετο, καὶ ἕτερος οὐδεὶς ὑμῖν ἐθελήσει μηνύειν, [7] ἐὰν κολάζητε. Ἀνδοκίδης δὲ ἔχει τὰ μήνυτρα παρ' ὑμῶν, σώσας τὴν αὑτοῦ ψυχὴν, ἑτέρων

[1] ἕξει A. [2] Κηφισσίῳ T. R. A. [3] ὑμῶν T. [4] καὶ om. A. [5] ἑτέρων R. [6] ὀργὴν καὶ τούτου A. [7] ἐὰν κομίζητε T. R. ἐὰν τὰ μήνυτρα αὐτὸς μὴ κομίζηται A.

Ἕτερος δὲ ἕξει Κηφισσίῳ] Scribe: ἕτερος δὲ (sc. καιρὸς) ἥξει Κηφισίῳ. *Cephisio suum tempus veniet.* Orat. XII. Ἥκει δ' ὑμῖν ἐκεῖνος ὁ καιρὸς, ἐν ᾧ etc. Demades: πάλιν τοίνυν ἥκε τῇ πόλει καιρὸς ἕτερος. Demosthenes Olynth. II. νυνὶ καιρὸς ἥκει τις οὗτος ὁ τῶν Ὀλυνθίων αὐτόματος τῇ πόλει. et hic et supra. In Andocide de Myster. p. 5. perperam scribitur Κηφήσιος: sed recte emendavit Stephanus isto loco; ut mirum sit in hoc neglexisse. MARKLAND. Potest utcunque servari ἕξει, sed malim ἥξει, illudque velim in textum admisisse. AUGER.

Ὑμῶν] Ἡμῶν Coisl. rectius. TAYLOR.

Ἑτέραν] Dum mihi explicet aliquis, quid sit ἑτέραν ὀργὴν, ego interea totum hunc locum ita lectitabo: Μὴ οὖν καὶ δι' ἑτέρων ὀργὴν τούτου ἀδικοῦντος νῦν ἀποψηφίσασθε. Ἑτέρων ὀργὴν eleganter dictum pro ὀργὴν κατὰ τῶν ἑτέρων. Exempla quædam delibavero illustria et eruditis auribus digna.

Ἀλλά με σός τε πόθος, σά τε μήδεα, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
Σή τ' ἀγανοφροσύνη μελιήδεα θυμὸν ἀπηύρα.
Hom. Odyss. Λ. 201.

Ἅπαντα γάρ σοι τἀμὰ νουθετήματα
Κείνης διδακτὰ, κοὐδὲν ἐν σαυτῆς λέγεις.
Sophocl. Electr. 345.

Πρῶτοι Εὐβοεῖς ὡς Ἆγιν περὶ ἀποστάσεως τῶν Ἀθηναίων ἐπρεσβεύσαντο. Thucyd. VIII. 5. Οὐκ αἰσθάνεται τοὺς Λακεδαιμονίους φόβῳ τῷ ἡμετέρῳ πολεμησείοντας. Id. I. 33. Ἀθηναῖοι οὐ μὴν ἔληγόν γε διὰ τοῦτο τῆς Λακεδαιμονίων φιλοτιμίας περὶ τῆς ἡγεμονίας. Diod. Sic. l. 13. p. m. 349. Καὶ οἱ μὲν νέοι τοῖς τῶν πρεσβυτέρων ἐπαίνοις χαίρουσιν, οἱ δὲ γεραίτεροι ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται. Xenoph. Memorab. l. 2. Atque ita fortasse accipienda sunt verba Cic. 1 Tusc. 27. "Itaque unum illud erat insitum priscis illis, quos Cascos appellat Ennius: esse in morte sensum, neque *excessu vitæ* sic deleri hominem, ut funditus interiret." Non enim excedit vita, sed nos a vita. Ita Liv. I. 27. "Plus tamen vis potuit quam voluntas patris aut *verecundia ætatis.*" Et ita fortasse etiam Apostoli ad Corinthios, I. 15. 31. Νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, *Per gloriam, quam ex vestris meritis concipio.* Vid. Voss. de Construct. c. LVII. IDEM. Lego: δι' ἑτέρων ὀργὴν, *propter iram* vestram *in alios.* MARKLAND. Dedi ἑτέρων. Idem est ὀργὴ ἑτέρων, atque ὀργὴ καθ' ἑτέρων, vel πρὸς ἑτέρους. Ita Diodorus Siculus II. 92. 37. dixit σπουδὴ ἐκείνων, *studium eorum* vel *erga eos.* ἡ τοῦ κοινοῦ εὔνοια, Dio Cass. p. 90, 45. *benevolentia erga remp.* ἐπιστροφὴ σφῶν p. 89. 7. *animadversio in eos.* REISK. ἑτέραν ὀργὴν intelligo, *iram adversus alios conceptam*; sic Virgilius dixit, "alienum vulnus," i. e. vulnus alteri distinatum. AUGER.

Καὶ ἕτερος] Καὶ ὅτι ἕτερος. CONT.

Κομίζητε] Π. κολάζητε. τὸ γὰρ κομίζητε οὐ δοκεῖ ἁρμόζειν. H. STEPHAN. κολάζηται. SCALIG. κολάζητε. *In Edit. min.* TAYLOR. et CONT. Alii alias tentarunt emendandi vias, mihi hæc placet, ut legatur: τὰ μήνυτρα αὐτὸς μὴ κομίζηται. *si ipse* (Andocides puta) *præmio indicii fraudetur.* REISK.

Σώσας τὴν αὑτοῦ ψυχὴν] Hinc discimus hanc phrasin Matt. XVI. 21. et Luc. IX. 24. esse bene Græcam. Lesbonax: οὐ μόνον τὴν αὑτοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν οἴκοι μενόντων ψυχὰς σώζει. Diog. Laertius lib. III. in Plat.

Φοῖβος ἔφυσε βροτοῖς Ἀσκληπιὸν ἠδὲ Πλάτωνα·
Τὸν μὲν, ἵνα ψυχὴν, τὸν δ', ἵνα σῶμα σάοι.

Eodem sensu σῶσαι τὸ σῶμα dicit Noster Orat. XII. nempe, *vitam servare.* opponitur τῷ ἀποκτεῖναι, Marc. III. 4. περιποίησιν ψυχῆς, Heb. X. 39. (vide et Xenophon. Cyrop. lib. IV.) cui ibi opponitur ἀπώλεια ψυχῆς: sic enim distinguendum: οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς ἀπώλειαν, ἀλλὰ πίστεως εἰς περιποίησιν ψυχῆς. Mox, pro διὰ ταῦτα me-

241 διὰ [1] ταῦτα ἀποθανόντων. τῆς μὲν οὖν σωτηρίας ὑμεῖς τούτῳ αἴτιοί ἐστε, τῶν δὲ κακῶν τῶνδε καὶ τῶν κινδύνων αὐτὸς ἑαυτῷ, παραβὰς τὰ δόγματα καὶ τὴν ἄδειαν ἐφ' ᾗ μηνυτὴς ἐγένετο. οὔκουν ἐξουσίαν χρὴ ποιεῖν τοῖς μηνυταῖς ἀδικεῖν — ἀρκεῖ γὰρ τὰ πεποιημένα —, ἀλλὰ παραβαίνοντας κολάζειν. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι μηνυταὶ, ὁπόσοι [2] ἐπ'
242 αἰσχραῖς αἰτίαις ἐξηλεγμένοι σφᾶς αὐτοὺς ἐμήνυσαν, ἐν γοῦν ἐπίστανται, μὴ ἐνοχλεῖν τοῖς ἠδικημένοις, ἡγούμενοι, ἀποδημοῦντες μὲν ἀθῷοι καὶ ἐπίτιμοι δόξειν εἶναι, ἐπιδημοῦντες δὲ παρὰ τοῖς πολίταις τοῖς ἠδικημένοις πονηροὶ δόξειν καὶ ἀσεβεῖς εἶναι. ὁ γοῦν πάντων πονηρότατος [3] Βάτραχος πλὴν τούτου, γενόμενος ἐπὶ τῶν τριάκοντα μηνυτὴς

[1] ταὐτὰ A. [2] μετ' αἰσχρᾶς αἰτίας T. R. [3] Βάτραχος, πρὶν τούτου γεν. T.

lius videtur διὰ ταὐτὰ, *propter eadem* delicta. Markland.

Ταῦτα] Legendum omnino ταὐτά. Eadem sc. quibuscum ille tenebatur, ἰσώθη tamen. Taylor. Redit ταῦτα, aut ad μήνυτρα, aut potius ad rem universam, de qua hic agitur, διὰ τὸ μηνύσαι τὸν Ἀνδοκίδην κατ' αὐτῶν. Reisk.

Τῶνδε] Aut horum malorum publicorum, quibus universa civitas tum exagitata fuit, aut potius τῶν ἰδίων, τῶν αὐτῷ νῦν ἰδίᾳ παρόντων, quibus ipse nunc laborat et septus est. Idem.

Μετ' αἰσχρᾶς αἰτίας] MS. ἐπ' αἰσχραῖς αἰτίαις. quæ multo melior est Lectio. Sic Orat. VI. versus finem. Markland. Nihil muto. Taylor. Geminum his inest vitium, alterum leviculum, scil. pro genitivo in singulari, sufficiendus est accusativus in plurali, μετ' αἰσχρὰς αἰτίας, *post turpes criminationes*, postquam turpium criminum insimulati fuissent. alterum paulo est gravius. Leg. enim est: οὔπω (vel μήπω) ἐξηλεγμένοι (vel si mavis, ἐξεληλεγμένοι), *nondum convicti.* convictus enim qui fuerit, ei complices indicanti venia non datur, sed illi, qui nondum argumentis tormentisve ad confessionem facinoris adactus fuerit. Deinde, ecquis ipse sese indicat, posteaquam convictus fuisset? Hæc inter se non constant. Si convictus es, nil est, quod tute temet indices. Etsi te ipse indicasti, quid refert te convinci? Reisk.

Πρὶν τούτου] *Non sat divisa sunt hæc temporibus.* Facta est delatio Andocidis Olymp. circiter XCI. 3. Incidit autem Trigintaviralis dominatio, seu Batrachi delatio, in Olymp. XCIV. Non itaque præcedit Batrachus Andocidi, sed Andocides Batracho, idque per integrum decennium. Sed fortasse hæ voces πρὶν τούτου non sunt referendæ ad tempus indicii, sed ad ea quæ præcedunt verba, πάντων πονηρότατος. i. e. si Andocidem unum excipias. Infra enim Andocides nobis exhibetur Batracho πονηρότερος. Taylor. Ego de meo pro πρὶν, dedi πλήν. *hominum omnium nequissimus Batrachus, præter hunc unum Andocidem*, qui eo adhuc est nequior. Reisk.

Βάτραχος, πρὶν τούτου κ. τ. λ.] Andocidem cum Batracho perdito homine componit, atque eo etiam improbiorem dicit. Ὅστις οὖν, addit, καὶ πονηρότερος καὶ ἀμαθέστερος Βατράχου ἐστὶ, πάνυ δὴ ἀγαπητὸς ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν σωθέντα. Cujus loci cum nullam sententiam esse videret Reiskius, plures proposuit emendationes. Proxime ad verum accedit ea, qua conjecit: πάνυ δεῖ ἀγαπᾷν ἀγαπητῶς. mihi quidem legendum videtur: πάνυ δεῖ ἀγαπᾷν ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν σωθέντα. *hunc admodum contentum esse oportet, quod a vobis sit servatus*, non vero etiam civibus suis esse molestum. Ita Isocrates Panath. p. 234. c. οὐκ ἀγαπῶ ζῶν ἐπὶ τούτοις: Demosthenes de Halones. p. 78. 8. ed. Reisk. τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ χωρία ἀγαπῶσι παρὰ τοῦ Μακεδόνος λαμβάνοντες: de Contribut. p. 175. 3. ἡ πόλις ἡμῶν τὰς ὁδοὺς ἀγαπᾷ κατασκευάζουσα: ibid. 18. καὶ ὑμεῖς ἀγαπᾶτε, ἄν τι αὐτοὶ μεταδιδῶσι, λαμβάνοντες: p. 176. 8. τὰ ὑμέτερα αὐτῶν ἀγαπᾷν πράττοντες: Aristophanes Vesp. v. 670.

Σὺ δὲ τῆς ἀρχῆς ἀγαπᾷς τῆς σῆς τοὺς ἀργελόφους περιτρώγων.

καὶ οὐσῶν αὐτῷ συνθηκῶν καὶ ὅρκων καθάπερ τοῖς [1] Ἐλευσινόθεν, δείσας ὑμῶν οὓς ἠδίκησεν, ἐν ἑτέρᾳ πόλει ᾤκει. Ἀνδοκίδης δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς θεοὺς ἀδικήσας περὶ ἐλάττονος αὐτοὺς ἔθετο, εἰσιὼν εἰς τὰ ἱερὰ, ἢ Βάτραχος τοὺς ἀνθρώπους. ὅστις οὖν καὶ πονηρότερος καὶ ἀμαθέστερος 243
Βατράχου ἐστὶ, πάνυ [2] δεῖ ἀγαπητῶς ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν [3] σωθῆναι.

[1] Ἐλευσινιόθεν T. [2] δὴ ἀγαπητὸς T. δὴ ἀγαπητὸν A. [3] σωθέντα T. R. A.

Jam vero pergit Rhetor, ostendens, nulla unquam in re patriæ profuisse Andocidem, ne tum quidem, cum exsules Piræeum tenerent, urbs a Tyrannis oppressa haberetur. Mala, quæ perpessi erant Athenienses, prius depingit; deinde addit p. 286. v. 5. Ἀνδοκίδης δὲ, ἀπαθὴς τούτων τῶν κακῶν γενόμενος εἰς τὴν σωτηρίαν τῇ πατρίδι, ἀξιοῖ νυνὶ μετέχειν τῆς πόλεως ἀσεβῶν ἐν αὐτῇ. Modo Reiskius γινόμενον recte convertit in γενόμενον; hic minus recte nonnulla deesse censet; est enim sententia suis numeris absoluta, ἀπαθὴς γενόμενος τῶν κακῶν idem est ac si dixisset οὐδὲν παθὼν τούτων τῶν κακῶν: Thucydides l. I. c. 26. προεῖπον, Ἐπιδαμνίων τε τὸν βουλόμενον καὶ τοὺς ξένους ἀπαθεῖς ἀπιέναι: l. V. c. 16. ἐν ᾧ ἀπαθὴς ἦν, καὶ ἠξιοῦτο διασώσασθαι τὴν εὐτυχίαν: Lysias Epitaph. p. 193. v. 15. ed. Steph. ἀπαθὴς δ' ὢν κακῶν καὶ ἄπειρος ἀνδρῶν ἀγαθῶν. *Andocides autem*, inquit Orator, *qui tunc temporis illas calamitates pro patriæ salute non perpessus est, nunc civium jure uti vult in ea civitate, in qua religionem improbe violavit.* Ἀλλὰ πλουτῶν γὰρ, addit, καὶ δυνάμενος τοῖς χρήμασι, καὶ βασιλεῦσιν ἐξενώμενος καὶ τυράννοις· ἃ νυνὶ (ita leg. ex Cod. Coislin.) κομπάσει, ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους τρόπους, ποίαν εἰσφορὰν τούτῳ ἀγαθὸν γένοιτο. Ita quidem legitur in vulgatis Editionibus, sensu nullo. Mihi, ne aliorum conjecturas memorem, legendum videtur: — τυράννοις (ἃ νυνὶ κομπάσει ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους τρόπους) ποίαν εἰσφορὰν αὐτοῦ τῶν ἀγαθῶν ἐποιήσατο. Solebat etiam Athenis, si respublica pecunia indigeret, civibus imperari, ut certam bonorum quantitatem in commune conferrent, quo publica inopia levaretur. Illæ collationes dicebantur εἰσφοραὶ, quæ vero sociis et subditis gentibus imperabantur tributa, φόροι et προστάξεις audiebant: χρημάτων εἰσφορὰς ποιεῖσθαι dixit Isocrates de Pace p. 161. b. Neque solum nullum unquam tributum contulit Andocides, sed et ἐπιστάμενος ἐν πολλῷ σάλῳ καὶ κινδύνῳ τὴν πόλιν γινομένην, ναυκληρῶν οὐκ ἐτόλμησεν ἐπαρθεὶς σῖτον εἰσάγων ὠφελῆσαι τὴν πατρίδα. Mihi videtur antiquitus scriptum fuisse οὐκ ἐπήρθη σῖτον εἰσάγων ὠ. τ. π. et ἐτόλμησεν ex interpretatione margini adscripta in contextum venisse: ἐπήρθη, *impulsus est, inductus est.* Isocrates Or. ad Philipp. p. 84. c. ταῦτα δὲ διανοηθεὶς,—ἐπήρθην πάλιν συγγράψαι περὶ αὐτῆς: Demosthenes in Amator. Orat. p. 1403. 3. διὸ δὴ καὶ μᾶλλον ἐπήρθην τοῦτον γράψαι τὸν λόγον.— Andocides, cognito sibi periculo, in quo patria versaretur, ad eam juvandam, quamvis posset, non est inductus; sed inquilini et hospites invehendo frumento civitali profuerunt: σὺ δὲ τί καὶ ἀγαθὸν ποιήσας, ὦ Ἀνδοκίδη; ποῖα ἁμαρτήματα ἀνακαλεσάμενος; ποῖα τροφεῖα ἀνταποδούς; Reiskius hic φαίνῃ aut ἐφαίνου vult interponi: quod minime videtur necessarium, dummodo pro ποιήσας scribamus ἐποίησας. Cæterum ἀνακαλεσάμενος cum Marklando mutari malim in ἀνακαλυψάμενος. Sluiter.

Ἐλευσινόθεν] Sic dedi de meo pro vulgato Ἐλευσινιόθεν. non ab adjectivo Ἐλευσίνιος hoc repetitur, sed a nomine urbis Eleusis proprio. a cujus genitivo Ἐλευσῖνος fit Ἐλευσινόθεν. Reisk.

Αὐτοὺς] Malim αὐτός. Idem.

Ἀμαθέστερος] F. αὐθαδέστερος. Nam illud alterum nihili. Taylor. Imo vero recte habet lectio vulgata. ἀμαθὴς est Græcis, qui Latinis *tardus.* Andocidem appellat, non solummodo nequiorem Batracho, verum etiam stupidiorem, ut qui rem ignoraverit, quam ipsa natura rerum quemque doceat non prorsus a sensu communi desertum; et multo, quam Batrachus fuerit, importuniorem atque scæviorem, moribus magis rusticanis. Reisk.

Δεῖ ἀγαπητῶς] Sic correxi. Verumtamen ne sic quidem persanatus est locus. Nam post δεῖ desunt hæc duo vocabula ἡσυχάζειν, ὁρῶντα, vel μεμνημένον. *oportet eum quiescere*, h. e. secum habitare, intra nidum suum se continere, a tractatione rerum civilium sese abstinere, *cum videat*, vel *meminerit, quam ægre sit a vobis servatus.* Aut possit quoque legi: πάνυ δεῖ ἀγα-

244 ἰ. Φέρε δή, [1] τί σκεψαμένους χρὴ ὑμᾶς Ἀνδοκίδου [2] ἀποψηφίσασθαι; πότερον ὡς στρατιώτης ἀγαθός; ἀλλ' οὐδεπώποτ' ἐκ τῆς πόλεως ἐστρατεύσατο, οὔτε ἱππεὺς οὔτε ὁπλίτης, οὔτε τριήραρχος οὔτ' ἐπιβάτης, οὔτε πρὸ τῆς συμφορᾶς οὔτε μετὰ τὴν συμφοράν, πλέον ἢ τετταράκοντα

[1] εἴ τι T. εἴς τι A.   [2] ἀποψηφίσασθαι, T.

πᾶν ἀγαπητῶς ὑφ' ὑ. σ. *debet contentus esse, sibique congratulari velut de felicitate insperata, et haud merita, quod a vobis, quanquam ægre, fuerit dimissus.* Sed tum αὐτὸν sit omittendum. Ego priorem rationem præfero. In vulgatis omnibus est πάνυ δὴ ἀγαπητός. Idem. ἀγαπητόν. Cont.

Αὐτὸν σωθέντα] Hæc verba nec præcedentibus nec sequentibus jungi possunt. Hic locus est procul dubio mutilus, sed sine ope melioris Cod. vix sanari poterit hoc ulcus, aut impleri hæc lacuna. Palmer. Bonum Cadomensem suum fefellit augurium. Ita enim ingenii viribus et solertiæ, non *melioris Cod. ope ulcus sanavit* vir ingeniosissimus: Πάνυ δὴ ἀγαπητὸν ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν σωθῆναι. Taylor.

Αὐτὸν σωθέντα] Lege, αὐτόν. et statim pro εἴ τι σκεψαμένους, mallem τί, vel εἴς τι σκεψαμένους, cum Nota Interrogationis post ἀποψηφίσασθαι. Markland.

Φέρε δή] Ita mecum. Φέρε δή. τί σκεψ. Atque insuper adjice punctum interrogationis post ἀποψηφίσασθαι. Grammaticæ in sequentibus aliter non potest provideri. Taylor.

Πότερον ὡς] Sub. ἐστί, nisi mavis quod malim, legere στρατιώτου ἀγάθου, referendo ad Ἀνδοκίδου quod præcessit. Auger.

Τετταράκοντα] Οὐδεπώποτε, inquis, ἐστρατεύσατο, cum jam sit *Quadragenario* major. *Tute* hæc omnia, atque *intra spem veniæ*; siquidem inter *septuagenarios* jam proxime erit numerandus. Namque intra Olymp.LXXVIII.ineuntem, cum in lucem susceptus erat Andocides, et XCIV. exeuntem, cum hæc verba facta sint, nisi me mei digiti fallant, tantum fere intercedit intervalli. His autem pro tempore missis, incredibilis videri potest tota criminatio, οὔτε τριήραρχος οὔτε ἐπιβάτης, cum Andocides in bello Corinthiaco, quod erat Peloponnesiaci quædam quasi velitatio, *classi* Atheniensium præfuit non sine laude, ut disertis verbis Thucyd. l. I. et Plutarch. in vit. Verum profecto dux ille Atheniensium potuit esse nostri Avus, nam et ille, more Attico, identidem ut noster, fuit Andocides Leogoræ. Et per ætatem libentius credo eum fuisse. Ad hæc tamen non animos advertebant σχ. Thucyd. neque mendax ille Plutarchus, qui vitas Oratorum dolis et erroribus consutas olim conscribillavit. Tu interea quisquis es qui textum vindicas, de τετταράκοντα securus, ita rejicies. Recte. Cum ea sit apud Athenienses stipendiorum faciendorum ætas ultima. Quasi dictum fuisset: *Ille nunquam pro patria militavit, cum tamen ea sit ætate, ut jam etiam nunquam sit militaturus. Abiit dies, qui militaribus studiis finem attulit.* Et quædam sunt, quæ fidem facere videntur. Ita Ulpian. Νόμος κελεύει παρ' Ἀθηναίοις μέχρι τετταράκοντα ἐτῶν στρατεύεσθαι ἀρξαμένους ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ad illa Demosth. Olynth. 3. πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένων παρ' ὑμῖν ἐψηφίσασθε τετταράκοντα τριήρεις καθέλκειν, καὶ τοὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν, αὐτοὺς ἐμβαίνειν, καὶ τάλαντα ἑξήκοντα εἰσφέρειν. Ubi adjecit id. Ulpianus: Αὐτοὶ τότε καὶ οὓς οὐκ ἐκέλευεν ὁ νόμος στρατεύεσθαι, πολεμεῖν ἐψηφίσαντο διὰ τὴν πολλὴν σπουδήν. Atque hac fide adductos video principes viros in re literaria inter leges Atticas et hanc quoque retulisse, *stipendia facienda esse ab anno ætatis decimo octavo* ad quadragesimum. Vid. Petit. LL. Attic. lib. 8. Tit. 1. l. 1., Maussac. ad Harpocr. in v. Περίπολος, Thys. de Rep. Atheniensium, ceterosque. Multis contendit idem Petitus Quadragenariis militiæ esse vacationem, et ex Plutarcho in Phocione male intellecto tibicinem quærit. Ἐκέλευσε τὸν Κήρυκα ἀνειπεῖν, Ἀθηναίων τοὺς ἄχρι ἑξήκοντα ἐτῶν ἀφ' ἥβης, πέντε ἡμερῶν σιτία λαβόντας εὐθὺς ἀκολουθεῖν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας· θορύβου δὲ πολλοῦ γενομένου, καὶ τῶν πρεσβυτέρων βοώντων καὶ ἀναπηδώντων, οὐδέν, ἔφη, δεινόν. Ἐγὼ γὰρ ὁ στρατηγὸς ὀγδοηκοστὸν ἔχων ἔτος ἔσομαι μεθ' ὑμῶν. *Præter legem enim est*, inquit vir doctus, *quod incipientem pubertatem et* a quadragesimo anno *milites cogeret.* Obtinuit quidem apud Romanos similis fere προθεσμία, ut neque ante annum ætatis decimum septimum neque post quadragesimum sextum, ad arma cogerentur. Vid. Gell. X. 28. Latin. Latinium ad Sigon. de antiquo Jure Civium Romanorum, aliosque, quos laudat Pitiscus in Ætas militaris. Ita in Tabb. Cremonensibus,

ἔτη γεγονώς. καὶ ἕτεροι φεύγοντες ἐν Ἑλλησπόντῳ [1] συνε- 245
τριηράρχουν ὑμῖν. ἀναμνήσθητε δὲ καὶ αὐτοὶ ἐξ ὅσων κα- 246

[1] συντριηράρχουν A.

IMP. CAES. DIVI. TRAIANA. PARTHICI. F. DIVI.
NERVAE. NEPOS. TRAIANVS. HADRIANVS. AVG.
PONT. MAX. TRIB. POTEST. XII. COS. III. P. P.
IIS. QVI. MILITAVERVNT. IN. CLASSE. PRAETORIA.
MISENENSI. QVAE. EST. SVB. IVLIO. FRONTO
NE. SEX. ET. VIGINTI. STIPENDIS. EMERITIS.
DIMISSIS. HONESTA. MISSIONE. etc.

Gruter. DLXXIII. 2.

Et in Salonensibus,

IMP. CAESAR. DIVI. VESPASIANI. F. DOMITIA
NVS. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIFEX. MAXI
MVS. TRIBVNIC. POTESTAT. XII. IMP. XXII. COS. XVI.
CENSOR. PERPETVVS. P. P.
PEDITIBVS. ET. EQVITIBVS. QVI. MILITANT. IN. COHO
RTE. III. ALPINORVM. ET. IN. VIII. VOLVNTARIORVM.
CIVIVM. ROMANORVM. QVI. PEREGRINAE. CONDICIO
NIS. PROBATI. ERANT. ET. SVNT. IN. DALMATIA. SVB. Q. PON
PONIO. RVFO. QVI. QVINA. ET. VICENA. STIPENDIA.
AVT. PLVRA. MERVERVNT. ITEM. DIMISSIS. HO
NESTA. MISSIONE. EMERITIS. STIPENDIIS.
LIBERIS. POSTERISQVE. EORVM. CIVITATEM.
DEDIT. ET. etc.

Id. DLXXIV. 5.

Sed omnia longe aliter apud Græcos: neque ante annum 60. (seu 42. ἀφ' ἥβης) erat militiæ vacatio. Διττοί εἰσιν οἱ Ἐπώνυμοι, οἱ μὲν δέκα τὸν ἀριθμόν, ἀφ' ὧν αἱ φυλαί. ἕτεροι δὲ δύο καὶ τετταράκοντα, ἀφ' ὧν αἱ ἡλικίαι προσαγορεύονται τῶν πολιτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν μέχρις ἑξήκοντα. Harpocrat. et Suid. in Ἐπώνυμοι. Nam, ut ait Aristoteles de Rep. Atheniens. χρῶνται τοῖς Ἐπωνύμοις καὶ πρὸς τὰς στρατείας, καὶ ὅταν ἡλικίαν ἐκπέμπωσι, προσγράφουσι ἀπό τινος Ἄρχοντος Ἐπωνύμου μέχρι τινὸς δεῖ στρατεύεσθαι. Verba laudantur ab Harpocr. in Στρατεία ἐν τοῖς Ἐπωνύμοις. Diserte Pollux non indiligens Antiquitatum Investigator. II. 2. Ἐκ τῆς ἀπομάχου ἡλικίας, ἐκ τῆς ἀμάχου, ἐκ τῆς ἀπολέμου, ἐκ τῆς ἀστρατεύτου, ὑπὲρ τὸν κατάλογον, ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη. Petitus igitur, qui in Harpocratione et Suida pro ἐτῶν μέχρις ἑξήκοντα legit τετταράκοντα, nondum id, quod velit, assecutus est, neque planum fecit, quo pacto militia ab anno 18. incœpta et in 40. finita stipendia *quadraginta duo* (tot scilicet quot erant Ἐπώνυμοι, a quibus putabantur anni militiæ) enumerare poterat. Hinc igitur viro cordatissimo fucus factus, dum annos semper computat ab ineunte ætate, non, ut debuit, ἀφ' ἥβης: dum vitam intelligit naturalem, non στρατεύσιμον. Ita Plutarchum l. c. ut dixi, male intellexit, τοὺς ἄχρι ἑξήκοντα ἐτῶν ἀφ' ἥβης, quasi nihili essent omnino verba postrema, licet quæ sequantur, interpretentur. Ἐγὼ γὰρ ὁ στρατηγὸς ὀγδοηκοστὸν ἔχων ἔτος ἔσομαι μεθ' ὑμῶν. Ita idem Plutarch. in Agesil. Ὁ γὰρ Ἀγησίλαος ὡς ἔτη τεσσαράκοντα γεγονὼς ἀφ' ἥβης, καὶ στρατείας ἔχων ἄφεσιν ὑπὸ τῶν νόμων. Atque hæc est fortasse mens Ulpiani, cujus fere sola auctoritate nititur totum hoc commentum, μέχρι τετταράκοντα ἐτῶν στρατεύεσθαι ἀρξαμένους ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα, ut intelligantur anni οἱ ἀφ' ἥβης, quadraginta duo sc. seu numero rotundo quadraginta. Vel, quod non ægre concesserim, dormitavit homo bonus, ne vim verbis fieri dicat. Quod ad ipsum Demosthenem, Lysiamque præ manibus attinet, næ ista τετταράκοντα mutanda sunt in ἑξήκοντα (in numeralibus facilis est permutatio. Certe in loco Demosthenis facillima; commoda aures: Τετταράκοντα τριήρεις — πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν — τάλαντα ἑξήκοντα.), vel necessario intelligenda sunt verba ἀφ' ἥβης, ut Antiquiores sibi constare possint. Jam recte omnia in Auctore nostro. *Andocides sexagesimum annum superans* (nam per aliquot annos superaverat) *nunquam extra civitatem meruit, et cum ea sit ætate, nunquam deinde erit meriturus.* Taylor.

Καὶ ἕτεροι] Hic καὶ accipe pro καίτοι, quod legi velim. Auger.

Συντριηράρχουν] Velim cum Reiskio et Tayloro in textum admisisse συντριηράρχουν. Idem.

247 κῶν καὶ πολέμου ὑμᾶς αὐτοὺς περιεποιήσατε καὶ τὴν πόλιν, 248 πολλὰ μὲν τοῖς σώμασιν πονήσαντες, πολλὰ δὲ καὶ ἀναλώσαντες χρήματα καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, πολλοὺς δὲ καὶ ἀγαθοὺς τῶν πολιτῶν καταθάψαντες διὰ τὸν [1] γενόμενον πόλεμον. Ἀνδοκίδης δὲ, ἀπαθὴς τούτων τῶν κακῶν [2] γενόμενος εἰς τὴν σωτηρίαν τῇ πατρίδι, ἀξιοῖ νυνὶ μετέχειν τῆς πόλεως, ἀσεβῶν ἐν αὐτῇ. ἀλλὰ πλουτῶν γὰρ καὶ δυνάμενος τοῖς χρήμασι, καὶ βασιλεῦσιν ἐξενωμένος καὶ [3] τυ-
249 ράννοις; ἃ νυνὶ κομπάσει, ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους τρόπους, ποίαν εἰσφορὰν [4] * * * τούτῳ ἀγαθὸν [5] γένοιντο,

[1] γινόμενον T. [2] γενόμενος καὶ οὐδὲν εἰσενεγκὼν εἰς A. [3] τυράννοις (ἃ ν. κ. ἐ. τ. ὑ. τ.) εἰσέφερε * * * Ποίαν εἰσφοράν; ἐφ' ᾗ τί ἂν τούτῳ ἀγ. γένοιτο; ὃς ἐπιστάμενος A. [4] asteriscos om. T. R. [5] γένοιτο T. R.

Γενόμενος] Post *γενόμενος* videtur aliquid deesse in hanc ferme sententiam: *οὐδὲν εἰσενεγκὼν*, aut *οὐδὲν τολμήσας συμπονεῖν*, aut *ἀσύμβολος ὤν*. Reisk.

Εἰς τὴν σωτηρίαν] Εἰς τὴν αὐτὴν σωτηρίαν. Cont.

Ἐξενωμένος] Ἐξεωνημένος. Schott. Quem intelligo parum. Quasi recepta lectio non esset commodissima, aut Schotti vel sensum vel Hellenismum saperet! Τοῖς τε Κυπρίων βασιλεῦσι, καὶ πολλοῖς ἄλλοις δοκίμοις ἐπεξενώθη. Auctor. vit. Andoc. quod ex Photio arripuit, sc. Τοῖς τε Κυπρίων βασιλεῦσι ξένος ἐγένετο, καὶ πολλοῖς ἄλλοις δοκίμοις. Taylor.

Νῦν εἰ] Lego ex Cod. Coisl. *νυνί*. Sequentia ita emendantur a viro doctissimo: Ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους κόπους ποίαν εἰς εἰσφορὰν τοῦτο ἀγαθὸν γένοιτο. Ego proxima: Ναυκληρῶν οὐκ ἐτόλμησεν ἐπ' Ἀθήνας σῖτον εἰσάγων ὠφελῆσαι τὴν πατρίδα. Idem.

Ἐπιστάμενος] Potest gemino modo reddi, sive per *quia*, sive per *etsi*. 1) quia vestros novit animos, h. e. vanitatem et levitatem vestram, aviditatemque res novas audiendi, qua ductitamini, stupentes ad narrationes de itineribus maritimis longinquis, de tyrannis et eorum luxu atque insania etc. 2) etsi bene novit, quo sitis animo erga tyrannos, eorumque familiares; quam vehementer totum hoc genus aversemini, et ne sermones quidem de iis æquis feratis animis. Reisk.

Ποίαν εἰσφορὰν τούτῳ ἀγαθὸν γένοιτο] Ποία εἰσφορὰ —. Cont. Quinque sunt voces, et quinque menda. sed et quæ præcedunt, et quæ sequuntur male habent. Totum locum exscribam, quo modo legi et distingui oportuisse puto: Ἀλλὰ πλουτῶν γὰρ, καὶ δυνάμενος τοῖς χρήμασι, καὶ βασιλεῦσιν ἐξενωμένος καὶ τυράννοις· ἃ νῦν ἐπικομπάσει (non εἰ κομπάσει), ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους τρόπους. Ποία οὖν εἰσφορὰ τούτων ἀγαθῶν ἐγένετο; ὃς καὶ ἐπιστάμενος etc. Ὑποφορὰν movet Orator, ut eam amoliatur. *Atqui Andocides dives est, atque opibus potens, atque hospes Regum et Tyrannorum. hæc* atque hujusmodi nunc *pompatice proferet, utpote qui vestros mores* et gustum *bene perspectos habeat.* Quæro *igitur, quidnam ex his* tam magnis *commoditatibus Reipublicæ contulit* Andocides? *qui, etsi sciret civitatem maximo æstu et periculo agitatam, et ipse navis dominus esset, non tamen ausus est frumentum invehendo patriam suam juvare.* Si retineas εἰ κομπάσει, ponenda est minima distinctio post τρόπους. eodem recidet. Vocem ἐπαρθεὶς Interpres vertit, *sublatis anchoris.* Sensui bene conveniret *ἀπάρας, e portu solvens.* Sed nihil temere in hac voce mutandum. Cæterum pro ἐξενωμένος Schottus conjicit ἐξεωνημένος. non potuit magis infeliciter. et sane increpatione digna est hæc Viri Docti negligentia, qui de sensu Auctoris, quem juvare in se recepit, tam secure, tam sæpe, ludit. Quod vero de Andocidis κομπασμῷ vaticinatus est Noster, completum fuit. Vide ad finem Defensionis suæ, Orat. de Myster. p. 19. ubi Reges atque Tetrarchas loquitur. Markland. In loco desperato neminem spero ægre laturum aut vitio mihi daturum esse, si ego quoque conjecturam tentavero, ulcus utique deterius non redditurum. Post τρόπους videtur εἰσέφερε deesse, quod aptum erit ex ἀλλὰ πλουτῶν γὰρ — In hoc εἰσέφερε vel simili vocabulo desinet hypophora. At fortasse, ut homo dives—contulit? occurrit indignabundus, gravi cum reprehensione ποίαν εἰσφοράν; *ecquamnam ille contulisset collationem?* ἐφ'

καὶ ἐπιστάμενος ἐν πολλῷ σάλῳ καὶ κινδύνῳ τὴν πόλιν [1] γενομένην, ναυκληρῶν οὐκ ἐτόλμησεν ἐπαρθεὶς σῖτον εἰσά- 250
γων ὠφελῆσαι τὴν πατρίδα. ἀλλὰ μέτοικοι μὲν καὶ ξένοι ἕνεκα τῆς μετοικίας ὠφέλουν τὴν πόλιν εἰσάγοντες· σὺ δὲ 251
τί καὶ ἀγαθὸν ποιήσας, ὦ Ἀνδοκίδη, ποῖα ἁμαρτήματα ἀνακαλεσάμενος, ποῖα τροφεῖα ἀνταποδοὺς, [2] * * *

ιά. Ἀθηναῖοι, μνήσθητε τὰ πεποιημένα Ἀνδοκίδῃ, ἐνθυμήθητε δὲ καὶ τῆς ἑορτῆς, δι' ἣν ὑπὸ τῶν πολλῶν προὐτιμήθητε. ἀλλ' ἐστὲ γὰρ ὑπὸ τῶν τούτου ἁμαρτημάτων ἤδη καταπλῆγες διὰ τὸ πολλάκις ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι, ὥστε 252
οὐδὲ τὰ δεινὰ ἔτι δεινὰ δοκεῖ ὑμῖν εἶναι. ἀλλὰ προσέχετε τὸν νοῦν, δοκείτω δ' ὑμῖν ἡ γνώμη ὁρᾶν ἃ οὗτος ποιεῖ, καὶ διαγνώσεσθε ἄμεινον. οὗτος γὰρ ἐνδὺς στολὴν, μιμούμενος τὰ ἱερὰ ἐπεδείκνυε τοῖς ἀμυήτοις καὶ εἶπε τῇ φωνῇ τὰ ἀπόρρητα· τῶν δὲ θεῶν, οὓς ἡμεῖς θεοὺς νομίζομεν καὶ θεραπεύοντες καὶ ἁγνεύοντες θύομεν καὶ προσευχόμεθα, τούτους περιέκοψε. καὶ ἐπὶ τούτοις ἱέρειαι καὶ ἱερεῖς στάντες

[1] γινομένην T. A. [2] asteriscos om. T. R. A.

ᾗ τί ἂν τούτῳ ἀγαθὸν γένοιτο; *cujus fructum ecquemnam percipiat?* ὃς, ἐπιστάμενος — *qui cum sciret* —. Reisk. Potest servari γὰρ, sed malim γε. Auger.

Ἐπαρθεὶς] Post ἐπαρθεὶς videtur κέρδει deesse, *illectus lucro*. Reisk. ἐπαρθεὶς interpretor, *navi devectus, delatus*. Auger.

Εἰσάγοντες] Scil. σῖτον. Idem.

Σὺ δὲ τί καὶ ἀγαθὸν] Post vocab. postremum addendum videtur φαίνῃ aut ἐφαίνου. *ecquod bonum*, vel *ornamentum, in remp. tu tum contulisse visus es?* h. e. quodnam est illud bonum, quod a te ad remp. profectum viderimus? Reisk.

Ποῖα ἁμαρτήματα ἀνακαλεσάμενος] Lego, ἀνακαλυψάμενος; *quæ facinora* (sc. in rempublicam admissa) *detegens?* Ita enim se gessit Andocides, quasi Ipse ἐξευρὼν τοὺς τὴν πόλιν ἀδικήσαντας, ut ait Noster supra. Huic contrarium est τὴν ἁμαρτίαν συγκρύψαι, Andocid. p. 9. Markland. Vulgata h. l. bene habet. ἀνακαλεῖσθαι τὰ ἁμαρτήματα idem est atque ἀκεῖσθαι, *malefacta aliis benefactis emendare, compensare*, veluti *sarcire*. quod Latini pariter dicunt *reprehendere*. h. e. rem, quæ jam manu effugisset, injecta manu rursus prehendere, retrahere e fuga, et a lapsu præservare, atque in locum pristinum statumque integrum restituere. Conjectura Marklandi a loci sententia abhorret. prætereaque, etiamsi quadraret, tamen non in medio ἀνακαλυψάμενος, sed in activo ἀνακαλύψας convenisset. Verum, quod dixi, locus hic in salvo est. Reisk.

Ἀθηναῖοι] Est apostrophe vehemens ad auditores. Forsan leg. μνησθῆτε, ὦ Ἀθηναῖοι. Auger.

Καταπλῆγες] Harpocration: Καταπλὴξ, ὁ συνεχῶς πεπληγμένος. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν, καὶ ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας, εἰ γνήσιος ὁ λόγος. ita legendum. in Edit. Iac. Gronovii deest καί. Markland. καταπλὴξ, h. l. est, qui malorum crebritate et magnitudine, a se toleratorum, ita occalluit et obbrutuit, ut nihil porro sentiat. Scitum est artificium, quo actor auditores excitare voluit ad intuendam Andocidis atrocitatem scelerum. Vos ea, ait, jam tam sæpe vidistis et audivistis, ut, cum sint atrocissima, sensus tamen vestri sint hebetati; eoque opus habetis admonitore, qui fœditatem illorum vobis ob oculos ponat. Reisk. *Qui assidue percutitur*, i. e. qui verberum crebritate jam nihil sentit, qui ad verbera obduruit et occaluit. Auger.

Ποιεῖ] F. ἐποίει. Taylor.

Εἶπε τῇ φωνῇ] Post εἶπε videtur λαμπρᾷ deesse. Reisk. Auger.

Θεραπεύοντες] Malim θεραπεύομεν. Reisk.

Ἱερεῖα] (Sic vulg.) ἱέρειαι. Cont. Lege ἱέρειαι. "Cereri quoque, quam *more Græco* venerari instituerant, sacerdotem a Ve-

253 κατηράσαντο πρὸς ἑσπέραν καὶ φοινικίδας ἀνέσεισαν, κατὰ
τὸ νόμιμον τὸ [1] παλαιὸν καὶ ἀρχαῖον. ὡμολόγησε δὲ οὗτος
ποιῆσαι. ἔτι δὲ παρελθὼν τὸν νόμον ὃν ὑμεῖς ἔθεσθε, εἴρ-
255 γεσθαι τῶν ἱερῶν [2] αὐτὸν ὡς ἀλιτήριον ὄντα, ταῦτα πάντα
βιασάμενος εἰσελήλυθεν ἡμῶν εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἔθυσεν ἐπὶ

[1] πάτριον A. [2] αὐτῶν T.

lia *Calcitanam* peterent, vel, ut alii dicunt, Calliphanam, ne Deæ vetusti ritus *perita* deesset *Antistes*." Val. Max. I. 1. 2. "Sacra Cereris summa majores nostri religione confici cerimoniaque voluerunt. Quæ cum essent assumpta de Græcia, *et per Græcas semper curata sunt sacerdotes*, et Græca omnia nominata. Sed cum *illam, quæ* Græcum illud *sacrum* monstraret et *faceret*, ex Græcia deligerent, tamen sacra pro civibus civem facere voluerunt, ut Deos immortales scientia peregrina et externa mente domestica et civili precarentur. *Has sacerdotes* video fere aut Neapolitanas aut Velienses fuisse, fœderatarum sine dubio civitatum. Mitto vetera. proxima dico, ante civitatem Veliensibus datam, de Senatus sententia C. Valerium Flaccum Præt. urbanum nominatim ad populum de *Calliphana* Veliense, ut ea civis R. esset, tulisse." Cic. pro Balb. 55. Add. Liv. XXII. Valer. Max. I. 1. 16. TAYLOR. Opinor, ἱέρειαι καὶ ἱερεῖς, *antistitæ et sacerdotes*. et sic Æschines contra Ctes. p. 56. MARKLAND.

Πρὸς ἑσπέραν] Non *ad Vesperam*, dulcissime interpres, sed *versus occasum*, ut alibi plenius dicturus sum. TAYLOR. Cohæret cum στάντες, quod h. l. idem est, atque ἑστῶτες βλέποντες. *stando*, vel *inter standum, spectantes versus occidentem*. Deos superos orantes, aut rem auspicatam agentes, stabant vultu ad orientem converso. contra inferis sacra facientes, aut Diris aliquem devoventes, versus occasum, ubi regnum Orci est. Res nota est e scriptoribus antiquitatum et Græcarum et Romanarum. REISK.

Καὶ φοινικίδας ἀνέσεισαν] *Purpureas vestes excusserunt* vel *concusserunt*. SALMAS. Num ad indicandum hoc ritu veniam volenti cuique dari, devotum ubique locorum impune occidendi. REISK.

Παλαιὸν] Παλαιὸν et ἀρχαῖον. Utrumque obsecro? Lege: κατὰ τὸ νόμιμον τὸ πάτριον καὶ ἀρχαῖον. Eo nimirum pacto jus originarium et a majoribus traditum opponitur Recentiorum plebiscitis pro re nata rogatis. Lysias extrem. Funebr. Orat. Ὅμως δ' ἀνάγκη τοῖς ἀρχαίοις ἔθεσι χρῆσθαι καὶ θεραπεύοντας τὸν πάτριον νόμον ὀλοφύρεσθαι τοὺς θαπτομένους. Andoc. de Myster. p. 11. Τισαμενὸς εἶπε πολιτεύεσθαι Ἀθηναίους κατὰ τὰ πάτρια. Id. p. 15. Νόμος δὲ ἦν πάτριος, ὃς ἂν θῇ ἱκετηρίαν μυστηρίοις τεθνάναι. Isocr. Paneg. Καὶ μὴ παρορᾷν τοὺς ἐν τοῖς πολέμοις ἀποθνήσκοντας ἀτάφους γιγνομένους, μηδὲ παλαιὸν ἔθος καὶ πάτριον νόμον καταλυόμενον. Diod. Sic. Καὶ τὰ πάτρια καὶ περιβόητα νόμιμα καταλῦσαι. Porphyr. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων l. 4. Θεοὺς τιμᾷν καὶ Ἥρωας ἐγχωρίους ἐμποινίμοις νόμοις πατρίοις. [Verum motus auctoritate Cl. Marklandi παλαιὸν retineri posse judico. *In Edit. min.*] TAYLOR. Ego equidem παλαιὸν haud moverim. potest aliquid παλαιὸν esse, quod ἀρχαῖον ideo non item sit; et rursus ἀρχαῖον, quod non sit παλαιόν. Est autem παλαιὸν, antiquum, et solummodo rationem habet temporis. ἀρχαῖον autem est, quod ab initio rerum, aut reipublicæ cujusdam, semper ita fuit actitatum, ut semel antiquo ritu fuit institutum. Jam si respublica quædam est non admodum vetusta, potest institutum aliquod esse quidem ἀρχαῖον, quod non ideo statim est παλαιόν. In republica contra pervetusta potest aliquid esse παλαιὸν quidem, at non idem ἀρχαῖον, si scil. alia instituta præcesserunt antiquiora, per hoc abrogata. Conjungit quoque duo hæc vocabula Libanius oratione secunda editarum a Bongiovannio p. 17. 12. item Philostratus p. 246. 1. Eusebius Hist. Eccles. p. 16. 22. Themistius p. 232. 5. Ita quoque Plinius in Panegyr. "Vident ducem Romanorum unum ex ulterioribus illis et priscis." REISK.

Πάρελθὼν] Dictio παρέρχεσθαι τὸν νόμον, pro παραβαίνειν, mihi paulo insolentior accidit. IDEM.

Αὐτῶν] Lego εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν αὐτὸν ὡς ἀλιτήριον ὄντα. TAYLOR. Lege, αὐτόν. Supra: οὐδ' αὐτὸν κωλύσετε τῶν ἱερῶν ἐπιβαίνειν; ubi pariter erat αὐτῶν. MARKLAND. Dedi αὐτόν. ut ipse pro sua persona (ut cum barbaris loquar), vel in propria persona — nam liberis atque necessariis ejus aditu templorum haud esse interdictum. modo ipse illa vitet. Fuit cum pro αὐτῶν suspicarer. leg esse ἁπάντων. REISK.

Ἔθυσεν ἐπὶ τὸν βωμὸν, ὃν οὐκ ἐξῆν αὐτῷ] Forte: ἐπὶ τὸν βωμὸν, οὐκ ἐξὸν αὐτῷ, καὶ ἀπήντα etc. Sic Orat. XXXI. ad fin. τὴν βουλὴν ἧς νῦν ἀξιοῖ τυχεῖν, οὐ μετὸν αὐτῷ, ἄλλων γε κατεργασαμένων. Demosthenes (sive Dinarchi sit Oratio) κατὰ Θεοκρίνου· συκοφαντοῦντα πολλοὺς τῶν πολιτῶν, οὐκ ἐξὸν αὐτῷ. MARKLAND.

[1] τῶν βωμῶν [2] ὧν οὐκ ἐξῆν αὐτῷ, καὶ ἀπήντα τοῖς ἱεροῖς
περὶ ἃ ἠσέβησεν, εἰσῆλθεν εἰς τὸ Ἐλευσίνιον, ἐχερνίψατο
108. 1 ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος. τίνα χρὴ ταῦτα ἀνασχέσθαι; ποῖον
φίλον, ποῖον συγγενῆ, ποῖον δικαστὴν, χρὴ τούτῳ χαρισάμενον κρύβδην φανερῶς τοῖς θεοῖς ἀπέχθεσθαι; νῦν οὖν χρὴ νομίζειν τιμωρουμένους καὶ ἀπαλλαττομένους Ἀνδοκίδου τὴν πόλιν καθαίρειν [3] [ἀρὰν ἀπάγεσθαι] καὶ ἀποδιοπομπεῖσθαι καὶ φαρμακὸν ἀποπέμπειν καὶ ἀλιτηρίου ἀπαλλάττεσθαι, ὡς ἓν τούτων οὗτός ἐστι. 256

ιβ'. Βούλομαι τοίνυν εἰπεῖν ἃ Διοκλῆς ὁ Ζακόρου τοῦ
ἱεροφάντου, πάππος δὲ ἡμέτερος, συνεβούλευσε βουλευομένοις
ὑμῖν ὅ τι δεῖ χρῆσθαι Μεγαρεῖ ἀνδρὶ ἠσεβηκότι. κελευόντων
γὰρ ἑτέρων ἄκριτον παραχρῆμα ἀποκτεῖναι, παρήνησε κρῖ- 257
ναι τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα, ἵνα ἀκούσαντες καὶ ἰδόντες σωφρονέστεροι οἱ ἄλλοι ὦσι· τῶν δὲ θεῶν ἕνεκα οἴκοθεν ἕκαστον, ἃ δεῖ τὸν ἀσεβοῦντα παθεῖν, αὐτὸν παρ' ἑαυτῷ κεκρικότα εἰς τὸ δικαστήριον εἰσιέναι. καὶ ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, —

[1] τὸν βωμὸν T. [2] ὃν T. ἐφ' ὧν A. [3] uncos om. T. R. A.

Ἱερᾶς χέρνιβος] Ἱερὰν χέρνιβα vocat τὰ περιῤῥαντήρια. SALMAS.

Φαρμακὸν] Φάρμακον Ald. Recte restituit depravatum accentum Steph. Vid. omnino Harpocr. et Suid. in voc., Ammon. de different. vocabul. Sed hæc leviuscula et vix tyrocinio Critico digna. Videamus, numquid notari possit, quod aliorum fugit acumen. Contendo enim neque orationem tam hiulcam et particulis suis impariter fulcitam a scriptore eleganti, neque tantam luxuriem a curto exire unquam potuisse. Spectate enim: Τὴν πόλιν καθαίρειν — ἀρὰν ἀπάγεσθαι — ἀποδιοπομπεῖσθαι — φαρμακὸν ἀποπέμπειν — ἀλιτηρίου ἀπαλλάττεσθαι. Rarum erat istud φαρμακὸν, quod sedulum glossatorem non fugit. Arrepta igitur tam bellula occasione, quod dixit Lysias φαρμακὸν ἀποπέμπειν, exponit ille ἀρὰν ἀπάγεσθαι. Iis igitur relegatis videamus locum multo elegantiorem factum: Χρὴ νομίζειν ἀπαλλαττομένους Ἀνδοκίδου, τὴν πόλιν καθαίρειν καὶ ἀποδιοπομπεῖσθαι, καὶ φαρμακὸν ἀποπέμπειν, καὶ ἀλιτηρίου ἀπαλλάττεσθαι. Accommode satis Plato de Legg. I. 9. Τοῦτον πρῶτον μὲν καθήρασθαι καὶ ἀποδιοπομπεῖσθαι τὸν οἶκον χρεὼν ἔστω κατὰ νόμον. TAYLOR. *Piaculum*, Valesius. Pro *Nomine Proprio* Viri sumsit Harpocration, ex hoc Lysiæ loco, et ex Istri lib. I. τῶν Ἀπόλλωνος Ἐπιφανειῶν. MARKLAND. φαρμακὸς, *sacer et devotus, detestandus et exsecrabilis.* AUGER.

Ζακόρου] Vix puto Ζάκορον fuisse nomen proprium virile Athenis usurpatum. num Ζωπύρου. tametsi barbaricum hoc est nomen, videtur tamen Athenis usitatum fuisse. REISK. Vid. tamen D'Orville ad Char. Aphrod. l. III. c. VI. p. 314.

Θεῶν ἕνεκα] Quo diis eorumque juribus et religionibus satisfiat; ne dii ob imminuta jura sua irati humano generi multas dirasque pestes immittant. Sententia est: deorum causa, ut eorum iram sibi patriæque ne consciscat, debet judicum unusquisque ita in forum venire et ad judicandum accedere, ut domo secum afferat præmeditatam decretamque sententiam de pœnæ genere sacrilego irrogandæ. eaque a sententia non pati se ulla oratione ullove pacto dimoveri. REISK.

Εἰς τὸ δικαστήριον] Π. δεῖ εἰς τὸ δικαστήριον. H. STEPHAN. Nondum tamen video sententiam medicatam, neque quo pacto hæc possint dici τῶν θεῶν ἕνεκα, uti su-

ἐπίστασθε γὰρ ἃ δεῖ ποιῆσαι — μὴ ἀναπεισθῆτε ὑπὸ τούτου. φανερῶς ἔχετε αὐτὸν ἀσεβοῦντα· εἴδετε, ἠκούσατε τὰ τούτου ἁμαρτήματα. ἀντιβολήσει καὶ ἱκετεύσει ὑμᾶς· μὴ ἐλεεῖτε. οὐ γὰρ οἱ δικαίως ἀποθνήσκοντες, ἀλλ᾽ οἱ ἀδίκως, ἄξιοί εἰσιν ἐλεεῖσθαι.

periora τῶν ἀνθρώπων. Ea scilicet in lacrymabili hiatu sepulta ad nos non pervenerunt. TAYLOR. Non cepit (sc. Stephanus) mentem Lysiæ et pulcherrimam sententiam, a prava distinctione deceptus. ponenda erat ὑποστιγμὴ, non τελεία στιγμὴ, post ὦσι, divisione nondum completa. deinde, minor distinctio post ἕνεκα, et altera post κεκρικότα. quo facto, videbis verbum εἰσιέναι pendere non a δεῖ, sed a παρήνεσε. MARKLAND. εἰσιέναι refer ad παρήνεσε. AUGER.

ΛΥΣΙΟΥ

ΑΡΕΟΠΑΓΙΤΙΚΟΣ ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΣΗΚΟΥ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Oleæ apud Athenienses erant vel privatæ vel publicæ. Illas non ultra binas quotannis fas erat exscindere nisi in usus vel sacros vel funebres: Aut pecuniæ res agebatur. Liquet hoc ex lege quam descripsit Demosth. adv. Macartat. Has (quæ μορίαι vocabantur, quarumque stipes σηκὸς) non omnino. Dabatur enim actio coram Senatu Areopagitico. Damnatus exsulabat. Hujusce postulator quidam a Nicomacho.

Pag. ed. H.Steph.
108. 19 α΄. ΠΡΟΤΕΡΟΝ μὲν, ὦ βουλὴ, ἐνόμιζον ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ, ἡσυχίαν ἄγοντι, μήτε δίκας ἔχειν μήτε πράγματα· 2
νυνὶ δὲ οὕτως [1]ἀπροσδοκήτοις αἰτίαις καὶ πονηροῖς συκο-

[1] ἀπροσδοκήτως T.

ΣΗΚΟΥ] Ἀμφιβάλλεται μὲν ὁ παρ᾽ ἐνίοις περὶ τοῦ Σηκοῦ λόγος (tutius certe παρ᾽ ἐνίοις ὁ περὶ τοῦ Σηκοῦ λόγος) ἀλλ᾽ ὅτι μὲν γνήσιος Λυσίου, et quæ sequuntur. Photius in Lysia. Scrupulum injecit maxime Paulus Germinus Sophista. Sed et de ἐπιγραφῇ quoque alii aliter. Editi omnes et MSS. Ἀρεοπαγιτικὸς ὑπὲρ τοῦ Σηκοῦ ἀπολογία. Photius et Harpocratio semper περὶ τοῦ Σηκοῦ strictim et nude. Ain vero *semper*? Ego id dico sedulo. Nam quod ad locum Harpocrationis attinet in v. Σηκός. Ἐπιγράφεταί τις λόγος Λυσίου ἐν τῇ τῆς εὐσεβείας περὶ τοῦ Σηκοῦ ἀπολογίᾳ, quem Blancardus, Gronovius Valesiusque frustra tentarunt, sic restituo adjutus Cod. Msto Cantabrigiensi. Ἐν τοῖς τῆς ἀσεβείας περὶ τοῦ Σηκοῦ ἀπολογία. Ut dici solent λόγοι φονικοὶ, βίαιοι, λόγοι ὕβρεως. Theo. Progymn. c. 1. Καὶ Δημοσθένης εἰς τὸν κατὰ Μειδίου (μετενήνοχε) τά τε Λυσίου καὶ Λυκούργου ἐκ τῶν τῆς ὕβρεως λόγων, καὶ τὰ Ἰσαίου ἐκ τῶν κατὰ Διοκλέους ὕβρεως. V. omnino Harpocr. in Βιαίων et Mausac. ad loc. TAYLOR.

Ibid.] Ἀρεοπαγιτικὸς ὑπὲρ τοῦ Σηκοῦ ἀπολογία, κατὰ Νικομάχου. SCALIGER.

Ibid.] Ita Suid. in Μορίαι. Ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθήνας. Ἐξ ὧν τὸ ἔλαιον ἔπαθλον ἐδίδοτο τοῖς νικῶσι τὰ Παναθήναια. ἦσαν δὲ πρῶτον ιβ΄. τὸν ἀριθμὸν αἱ μεταφυτευθεῖσαι ἐκ τῆς ἀκροπόλεως εἰς Ἀκαδημίαν — Τῆς δὲ μορίας ἐκείνης ὁ στέλεχος σηκὸς ἐκαλεῖτο. Aliter idem Suid. et Harpocrat. in Σηκός. Μή ποτε οὖν τὰς μὲν ἰδιωτικὰς, ἐλαίας καλοῦσι, τὰς δὲ δημοσίας, μορίας· σηκὸν δὲ, ὡς ἔοικε, καὶ μορίαν ὀνομάζουσι τὴν αὐτήν. Lector aliquando videbit has voces indiscretim sumi. Vid. Meurs. Attic. Lect. IV. 6. Lexic. Juridic. Bibliotheç. Coisl. p. 488. TAYLOR.

Ἀπροσδοκήτως] Structura omnino poscit ἀπροσδοκήτοις, ut pariter fieret. Ἀπροσδοκήτοις αἰτίαις — πονηροῖς συκοφάνταις. Æschin. de F. L. λέγειν μετὰ κινδύνου πρὸς ἀπροσδοκήτους διαβολάς. TAYLOR. Lege ἀπροσδοκήτοις. Sic ἀπροσδοκήτους διαβολὰς Æschini περὶ Παραπρ. et ἀπροσδόκητον κακοήθειαν Antiphonti p. 122. Cæterum hanc Orationem sine ulla suspicione νοθείας bis citat Harpocration, V. Ἐπιγνώμονας, et V. Σηκός. Lysiæ eam asserit Photius Biblioth. CCLXI. MARKLAND. Dedi ἀπροσδοκήτοις ab adjectivo communi ὁ καὶ ἡ ἀπροσδόκητος. Potest servari πονηροῖς συκοφάνταις, sed malim

φάνταις περιπέπτωκα, ὥστ᾽, εἴ πως οἷόν τε, δοκεῖ μοι δεῖν καὶ τοὺς μὴ γεγονότας ἤδη δεδιέναι περὶ τῶν μελλόντων
260 ἔσεσθαι· διὰ γὰρ τοὺς τοιούτους οἱ κίνδυνοι [1]κοινοὶ γίγνον-
ται καὶ τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσι καὶ τοῖς πολλὰ ἡμαρτηκόσιν. οὕτω δ᾽ ἄπορος ὁ ἀγών μοι καθέστηκεν, ὥστε ἀπεγράφην τὸ μὲν πρῶτον ἐλαίαν ἐκ τῆς γῆς ἀφανίζειν, καὶ πρὸς τοὺς ἐωνημένους τοὺς καρποὺς τῶν μοριῶν πυνθανόμενοι
261 προσῄεσαν· ἐπειδὴ δ᾽ ἐκ τούτου τοῦ τρόπου ἀδικοῦντά με οὐδὲν εὑρεῖν ἐδυνήθησαν, νυνί με σηκὸν [2]ἀφανίζειν, ἡγούμενοι ἐμοὶ μὲν ταύτην τὴν αἰτίαν ἀπορωτάτην εἶναι [3]ἀποδεῖξαι,
262 αὐτοῖς δὲ ἐξεῖναι μᾶλλον ὅ τι ἂν βούλωνται λέγειν. [4]καὶ

[1] οἱ κοινοὶ T. [2] ἀφανίζειν ἡγούμενοι, T. ἀφανίζειν αἰτιῶνται, ἡγούμ. A. [3] ἀπολῦσαι A. [4] καὶ δὴ δεῖ μέν με R. A.

πονηραῖς συκοφαντίαις. Auger.

κίνδυνοι οἱ κοινοὶ] M. κίνδυνοι κοινοὶ, ἄνευ οἱ. H. Stephan. Dele οἱ. *In edit. min.* Taylor.

Καὶ πρὸς τοὺς] Miror Stephanum, qui primus μοριῶν puncto frenavit, et legit deinde καὶ πυνθανόμενοι, vel οἱ δὲ πυνθανόμενοι. Facillima sunt omnia. Πρὸς τοὺς ἐωνημένους τοὺς καρποὺς τῶν μοριῶν πυνθανόμενοι προσῄεσαν. Nempe ut testes corraderent. Καὶ ἰέναι ἐκέλευον λαβόντα μάρτυρας, ὁπόσους βούλοιτο ἐπὶ τοὺς παραγενομένους — τούτους ἐρωτᾷν, ἐλέγχειν. Antiph. περὶ τοῦ χορευτοῦ. Taylor. Neutro opus est, si recte distinguatur locus ita: ἀπεγράφην τὸ μὲν πρῶτον ἐλαίαν ἐκ τῆς γῆς ἀφανίζειν· καὶ πρὸς τοὺς ἐωνημένους τοὺς καρποὺς τῶν μοριῶν πυνθανόμενοι προσῄεσαν. ἐπειδὰν δ᾽ ἐκ τούτου etc. *delatus eram primo quidem oleam ex terra sustulisse: et accesserunt* adversarii mei *ad eos, qui redimunt fructus sacrarum olearum*, de hac re *interrogantes. postquam vero ne sic quidem* etc. Markland.

Ἐωνημένους τοὺς καρποὺς —] Solebant vectigalia publica a quibusdam seu privatis, seu collegiis negotiatorum, certa quadam pacta mercede redimi. Sic erant, ut hoc e loco discimus, qui fructus ex oleis publicis redeuntes certo pretio redimerent, ærario dependendo. quod hominum genus nos *Pachter*, quasi *pactores*, appellamus. Reisk.

Προσῄεσαν] *Accedebant ad hos redemtores olearum percontatum*, quot ego oleas publicas in fundis meis haberem. Publica enim quæcunque essent bona numerata et scripto consignatá erant penes illos redemtores. Jam si scirent, quot oleæ penes defensorem publicæ essent, poterant nosse, utrum earum quædam desiderentur, et utrum exscidisset nonnullas, nec ne. Idem. Np. ii qui nunc me accusant. Auger.

Ἀφανίζειν] M. ἀφανίζειν αἰτιῶνται, ἡγούμενοι ἐμοὶ μὲν, ἢ, ἀντὶ τοῦ αἰτιῶνται ἄλλο τι ῥῆμα. H. Stephan. ἀφανίζειν αἰτιῶνται, ἡγ. Cont. Non puto opus esse ulla additione, cum modo præcesserit ἀπεγράφην; ex qua voce adeo facile repeti potuit verbum ἀπογράφουσι, *deferunt*, post ἀφανίζειν, ut neque Auditor, neque Lector, in hac re errare potuerit. Distingue vero: νυνί με σηκὸν ἀφανίζειν· ἡγούμενοι ἐμοὶ, etc. Markland. Post ἀφανίζειν subintelligas ἀπογράφουσι, quod facile suppeditare potuit auditor ex ἀπεγράφην quod modo præcesserat. Deinde ἡγούμενοι ἐμοὶ μὲν etc. *In Edit. min.* Taylor. Sine dubio circa ἀφανίζειν deest aut φασὶν, aut, quod Stephanus vult, αἰτιῶνται. Reisk.

Ἀπορωτάτην εἶναι ἀποδεῖξαι] Mihi videtur leg. ἀπορωτάτην ἀποδείξειν, sine εἶναι, quod natum videtur ex emendatione ab aliquo super ἀποδεῖξαι scripta. Scilicet super αι scripsit aliquis ειν ad indicandum, legi oportere ἀποδείξειν in futuro, ex illis duabus terminationibus infinitivorum ειν et αι conflatum est postmodum vitiosum εἶναι. Idem.

Καὶ δεῖ με] M. λείπει τι μετὰ τὸ ἥκει, καὶ μετὰ τὸ πράγματος. H. Stephan. Deesse amplius noluit Schottus, atque biantem locum ita ingenio suo supplevit: Καὶ δεῖ με περὶ ὧν οὗτος ἐπιβεβουλευκὼς ἥκει ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἀποκρίνεσθαι, ἀλλ᾽ ὑμῖν τοῖς διαγνωσομένοις περὶ τοῦ πράγματος εὔχομαι ὡς εὐμενεῖς εἴητε ἀκούσαντες, καὶ περὶ τῆς πατρίδος καὶ περὶ οὐσίας ἀγωνίζεσθαι. Hem! huic mandes, si quid *suppletum* velis. Solertem dabo: Καὶ δεῖ με περὶ ὧν οὗτος ἐπιβεβουλευκὼς ἥκει

δεῖ με, περὶ ὧν οὗτος ἐπιβεβουλευκὼς ἥκει, [1]ἐν ὑμῖν τοῖς δια- 263
γνωσομένοις περὶ τοῦ πράγματος [2]ἀκούσασι, καὶ περὶ τῆς πατρίδος καὶ περὶ οὐσίας [3]ἀγωνίσασθαι· ὅμως δὲ πειράσομαι ἐξ ἀρχῆς ὑμᾶς διδάξαι.
β΄. Ἦν μὲν γὰρ τοῦτο Πεισάνδρου τὸ χωρίον· δημευθέντων [4]δὲ τῶν ὄντων ἐκείνου, Ἀπολλόδωρος ὁ Μεγαρεὺς δωρεὰν παρὰ τοῦ δήμου λαβὼν τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἐγεώργει, ὀλίγῳ δὲ πρὸ τῶν τριάκοντα Ἀντικλῆς παρ᾽ αὐτοῦ πριάμενος ἐξεμίσθωσεν· ἐγὼ δὲ παρ᾽ Ἀντικλέους εἰρήνης οὔσης ὠνούμην. ἡγοῦμαι τοίνυν, ὦ βουλή, ἐμὸν ἔργον ἀποδεῖξαι, ὡς, ἐπειδὴ τὸ χωρίον ἐκτησάμην, οὔτ᾽ ἐλαία οὔτε σηκὸς [5]ἐνῆν ἐν αὐτῷ. νομίζω γὰρ τοῦ μὲν προτέρου χρό- 264
νου, οὐδ᾽ εἰ [6]πάλαι ἐνῆσαν [7]μορίαι, οὐκ ἂν δικαίως ζημιοῦσθαι. εἰ γὰρ μὴ δι᾽ ἡμᾶς εἰσὶν ἠφανισμέναι, οὐδὲν προσήκει περὶ τῶν ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων ὡς ἀδικοῦντας κινδυνεύειν. πάντες γὰρ ἐπίστασθε ὅτι πόλεμος καὶ ἄλλων πολλῶν αἴτιος κακῶν γεγένηται, καὶ τὰ μὲν πόρρω

[1] ἀλλ᾽ T. [2] ἀκούσαντες T. ἅπαντος R. A. [3] ἀγωνίζεσθαι T. R. A. [4] δὲ om. T. [5] ἦν T. [6] πολλαὶ A. [7] μορίαι T. R. A.

παρ᾽ ὑμῖν τοῖς διαγνωσομένοις περὶ τοῦ πράγματος, καὶ περὶ τῆς πατρίδος, καὶ περὶ οὐσίας ἀγωνίζεσθαι, sine ἀκούσαντες. *Scalig.* ἀκούσαντας Coisl. et περὶ τῆς οὐσίας. Attamen suo in mendo interea, dum meliores Codd. suffecerint, cubet locus deploratissimus. Criticum enim ingenuum decet esse: famivendolum nullo pacto. Taylor. Recte notat Stephanus aliquid deesse post ἥκει, et post πράγματος. Totus locus ita legi et suppleri potest: καὶ δεῖ με περὶ ὧν οὗτος ἐπιβεβούλευκεν, ὡς ἔχει, λέγειν· ἀλλ᾽ ὑμῖν, τοῖς διαγνωσομένοις περὶ τοῦ πράγματος, μετ᾽ εὐνοίας ἀκοῦσαί τε προσήκει, καὶ ἐνθυμεῖσθαι, ἐμὲ νῦν περὶ τῆς πατρίδος, καὶ περὶ οὐσίας ἀγωνίζεσθαι. Sed hæc et omnia hujusmodi sunt juris arbitrarii, et ab aliis aliter, a nemine certo et indubitate suppleri possunt sine MSS. Hoc tantum volo, Lysiam ita forte scribere *potuisse*; non, ita *scripsisse*. Ἀπολλόδωρος ὁ Μεγαρεὺς iste est, qui Phrynichi cædi interfuit. Vide Orat. XIII. Markland. Totum locum sic, arbitratu meo, constitui: καὶ δὴ δεῖ μέν με περὶ ὧν οὗτος ἐπιβεβουλευκὼς ἥκει, ἐν ὑμῖν τοῖς διαγνωσομένοις περὶ τοῦ πράγματος ἅπαντος, καὶ περὶ τῆς πατρίδος, καὶ περὶ τῆς οὐσίας ἀγωνίζεσθαι. Olim sic legebatur in libris vulgatis: καὶ δεῖ με περὶ ὧν οὗτος ἐπιβ. ἥκει, ἀλλ᾽ ὑμῖν τ. δ. π. τοῦ πράγματος ἀκούσαντες, καὶ περὶ τῆς πατρίδος, καὶ περὶ οὐσίας ἀγωνίζεσθαι. Reisk. Καὶ δεῖ με μὴ περὶ ὧν οὗτος ἐπιβεβουλευκὼς ἥκει, παρ᾽ ὑμῖν τοῖς διαγνωσομένοις περὶ τοῦ πράγματος, ἀλλὰ περὶ τῆς πατρίδος καὶ περὶ οὐσίας ἀγωνίζεσθαι. Cont.

Πεισάνδρου] Pisandrum intelligo factiosum civem, qui dominatum Quadringentorum erexit. V. plura apud Thucyd. l. 8. Apollodorus item Megarensis agrum Pisandri publicatum a civitate dono accepit, ideo fortasse, quod Phrynichum ejusdem Tyrannidis socium obviam factum interfecit, ut noster infra c. Agoratum. Taylor.

Δημευθέντων] Conjeceram: δημευθέντων δέ. et ecce Coisl. δημευθέντων τῶν ὄντων δ᾽ ἐκείνου. Idem.

Ἦν] Ἐνῆν Codd. Steph. et Coisl. Ut modo: οὐδ᾽ εἰ πάλαι ἐνῆσαν μορίαι. Et exeunte oratione: Ἀπέδειξα δ᾽ ὑμῖν, ὡς οὐκ ἐνῆν σηκὸς ἐν τῷ χωρίῳ. Taylor. MS. ἐνῆν. recte. Sic ad fin. Orat. οὐκ ἐνῆν σηκὸς ἐν τῷ χωρίῳ. Non quin et alterum probum sit: sed sequendi sunt scripti Codices. Markland.

Πάλαι] Imo vero πολλαί. *etiamsi permultæ ibi fuissent oleæ, quæ nunc desiderarentur.* Reisk.

ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐτέμνετο, τὰ δ' ἐγγὺς ὑπὸ τῶν φίλων
διηρπάζετο· ὥστε πῶς ἂν δικαίως ὑπὲρ [1] τῶν τῇ πόλει
265 γεγενημένων συμφορῶν ἐγὼ νυνὶ δίκην διδοίην; ἄλλως τε
[2] καὶ τοῦτο τὸ χωρίον ἐν τῷ πολέμῳ δημευθὲν ἄπρατον
ἦν [3] πλείω ἢ τρία ἔτη. οὐ θαυμαστὸν [4] δ' εἰ τότε τὰς μο- 109. 1
ρίας ἐξέκοπτον, ἐν ᾧ οὐδὲ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν φυλάττειν
266 ἠδυνάμεθα. ἐπίστασθε δέ, ὦ βουλή, ὅσοι [5] μάλιστα τῶν
τοιούτων ἐπιμελεῖσθε, πολλὰ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ δασέα
ὄντα ἰδίαις καὶ μορίαις [6] ἐλαίαις, ὧν νῦν τὰ πολλὰ ἐκκέ-
κοπται καὶ ἡ γῆ ψιλὴ [7] γεγένηται· καὶ τῶν αὐτῶν καὶ ἐν

[1] τῶν τότε τῇ A. [2] καὶ ὅπου τοῦτο A. [3] πλείονα T. R. A. [4] δ' om. T. R. A. [5] μάλιστα ὅσοι A. [6] ἐλαίαις καὶ μορίαις T. [7] γεγένηται τῶν αὐτὰ καὶ A.

Τῇ πόλει] Fieri potest, ut aliquis publicarum calamitatum reatu teneatur, ut ὑπὲρ τῶν τῇ πόλει γεγενημένων συμφορῶν δικαίως δίκην διδοίη. Neque id adeo de Te, tuaque causa dico, sed ut ostendam, argumentum, cui inniteris, admodum esse ficulneum. Melius τῶν ἐν τῷ πολέμῳ γεγενημένων συμφορῶν. Jam quæ ab armato milite intemperanter et præter legem acta sunt, recte ostendis ad te nihil quidquam pertinere. TAYLOR. Bene habet vulgata. Nimium nasutus hic est Taylor, aut potius, ne satis quidem, non animadvertens, quæ contra vulgatam disputat, eadem posse in lectionem ab ipso commendatam retorqueri. Fieri enim potest, ut aliquis calamitatum e bello enatarum reatu teneatur. Ita cum auctoribus agere, ut Taylor hic cum Lysia egit, id vero est συκοφαντεῖν. plana hic est Lysiæ oratio neminem facile moratura, quæ hoc vult: quo jure a me *nunc* pœnæ repetantur earum calamitatum, quibus respublica *tunc* oppressa fuit. Foret tamen oratio utique dilucidior, altiusque in animum descenderet vis oppositorum, si τότε adderetur. REISK. Nihil novarim facile. D'ORVILLE.

Ἄλλως τε καὶ τοῦτο τὸ χωρίον] Pronomen τοῦτο sive servetur, sive exterminetur, quod ad rem nil facit, semper ὅπου addendum videtur post καὶ, ut sit aut ἄλλως τε καὶ ὅπου τὸ χωρίον, aut ἄλλως τε καὶ ὅπου τοῦτο τὸ χωρίον. quo admisso erit tantundem atque ὅτι vel ὅτε, vel ἐν ᾧ, vel tale quid, et tum nil opus erit Marklandi supplemento. REISK.

Ἄπρατον] Ἄπρακτον. CONT.

Πλείονα] F. leg. πλεῖον. SLUITER.

Τρία ἔτη. οὐ θαυμαστὸν εἰ etc.] Mallem, τρία ἔτη. Τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ τότε etc. Sic Philo Judæus p. 596. Ed. Turneb. τί οὖν θαυμαστὸν εἰ κατὰ τοὐναντίον etc. Excidit forte τί propter præcedentem syllabam τη: quod his in Orationibus frequentissime accidisse video. MARKLAND. οὐ δὴ θαμαστὸν etc. CONT.

Ἐπίστασθε] N. infra: Αὐτοὺς τοίνυν ὑμᾶς τούτων μάρτυρας παρέξομαι, ἐπιμελομένους μὲν ἑκάστου μηνὸς, γνώμονας (vel ἐπιγνώμονας) δὲ πέμποντας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. Non ergo videtur ad omnes Areopagiticos pertinuisse ex æquo hæc cura, sed ad numerum delectum. Legere itaque mallem, si Codd. adjuvarent, ordine inverso: μάλιστα ὅσοι τῶν τοιούτων ἐπιμελεῖσθε. TAYLOR.

Ἰδίαις καὶ μορίαις ἐλαίαις] Ἰδίαις καὶ μορίαις καὶ ἐλαίαις. CONT. Ordinem hunc, qui in Aldina, in Coislin. et Vindobon. est, revocandum censui. vulgati dant ἰδίαις ἐλαίαις καὶ μορίαις. quod ad rem ipsam, perinde est, modo tum μορίαις non pro substantivo, sed pro adjectivo habeatur. id quod etiam est. Recte dicitur μορία ἐλαία, et sic Noster quoque p. 110. ult. dixit, et hæc est plena dictio, altera, cum μορία sola appellatur, sine addito ἐλαία, quasi nomen substantivum sit, est elliptica dictio, ubi semper ἐλαία debet subaudiri. Olea sacra ideo dicebatur μορία, quod esset ἐν μόρῳ, h. e. ἐν τεμένει. Notum est τέμενος esse fundum a reliquo profano agro separatum et sacris usibus consecratum, publicisve alicujus civitatis, ut illum fundum sibi arrogare privatisve usibus exercere privato minus liceret. Erat ergo ἐλαία μορία olea stans in τῇ μόρῳ, vel pertinens ad eam. REISK.

Τῶν αὐτῶν] Legendum: τῶν αὐτὰ — κεκτημένων. Vide, quæ præcedunt. Recte Stephanus pro ἀξιοῦται legit ἀξιοῦτε.

τῇ εἰρήνῃ καὶ ἐν τῷ πολέμῳ κεκτημένων [1] οὐκ ἀξιοῦτε παρ' 267
αὐτῶν, ἑτέρων ἐκκοψάντων, δίκην λαμβάνειν. καίτοι εἰ τοὺς
διὰ παντὸς τοῦ χρόνου γεωργοῦντας τῆς αἰτίας ἀφίετε,
ἦπου χρὴ τούς γ' ἐν τῇ εἰρήνῃ πριαμένους ἀφ' ὑμῶν ἀζη-
μίους γενέσθαι.
γ'. Ἀλλὰ γάρ, ὦ βουλή, περὶ μὲν τῶν πρότερον γεγενη- 268
μένων πολλὰ ἔχων εἰπεῖν, ἱκανὰ νομίζω τὰ εἰρημένα· ἐπει-
δὴ δ' ἐγὼ παρέλαβον τὸ χωρίον, πρὶν ἡμέρας πέντε γενέ-
σθαι, ἀπεμίσθωσα Καλλιστράτῳ, ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχον-
τος. δύο δ' ἔτη ἐγεώργησεν, οὔτε ἰδίαν ἐλαίαν οὔτε μορίαν 269

[1] ὧν οὐκ ἀξιοῦτε A.

MARKLAND. Locus hic bene habet. Constructio hæc est, ac si dixisset: ἡ γῆ καὶ τούτων ἐψίλωται, οἳ αὐτὴν, ὄντες οἱ αὐτοὶ, καὶ ἐν τῷ πολέμῳ καὶ ἐν τῇ εἰρήνῃ ἐκέκτηντο. ager arboribus denudatus est, non eorum solummodo, qui fundos post restitutam pacem emerunt, ut ego feci, sed illorum ipsorum quoque, qui iidem eosdem fundos in belloque et in pace possederunt. Concludit a minori ad majus sic: Si vos, ait, dominos in jus non vocatis eorum fundorum, qui cum olim obsiti essent oleis, nunc nudi sunt, arboribus incertum, qua fraude quave injuria excisis, quanquam illi domini fundos illos non in bello modo, sed etiam in pace possederunt, quæ fraus sive ante bellum sive post fuit: qui æquum erit calumnia me vexari, qui fundum hunc finito demum bello et post restitutam jam pacem emerim, nudum ab oleis, tenente illo bello excisis, quo tempore fundus hic nondum in jure atque potestate mea esset. — Ratio a me proposita si cui videbitur contortior, hanc ei planiorem et simpliciorem proponam, ut aliud nihil mutet præterquam distinctionem, ponens comma pone γεγένηται. et tum καὶ τῶν αὐτῶν . . . κεκτημένων erunt genitivi cons quentiæ; sic exponendi: *et quamvis iidem domini eosdem fundos tam in pace quam in bello possedissent, tamen —.* RISK .

Οὐκ ἀξιοῦται] Π. οὐκ ἀξιοῦτε. H. STEPH. Ἀξιοῦτε. CONT. Malim: ὧν οὐκ ἀξιοῦτε. *cujus rei*, aut *quarum rerum satisdationem. non censetis æquum esse repeti ab illis:* facile potuit fieri, ut ὧν in concursu cum fine vocabuli proximi κεκτημένων elideretur. REISK.

Ἀφ' ὑμῶν] Istud ἀφ' ὑμῶν est plane otiosum. Non dici potest πριαμένους ἀφ' ὑμῶν, cum Noster ab Anticle quodam agrum redemerat: Non ἀζημίους ἀφ' ὑμῶν. Prohibet enim Græcismus. TAYLOR. Atqui supra dixerat se *ab Anticle emisse* hunc *fundum*. Distingue et lege: πριαμένους, ὑφ' ὑμῶν ἀζημίους γενέσθαι. *a vobis non mulctari*, vel, *a mulcta immunes esse.* MARKLAND. Emendandum si quid hic sit, quod in dubio relinquam, suspicer ad ἀφ' ὑμῶν addendum esse του encliticum. *a vestrum quopiam.* verum videntur viri docti, id quod sæpe faciunt, etiam hic sine causa tricari. In dictione non diligentissima possit *a vobis emere* pro eodem haberi, atque *a vestrum quoquam emere.* ἀφ' ὑμῶν non cohæret cum ἀζημίους, sed cum πριαμένους. quanquam alias ἀζήμιος ἀπό τινος bene Græcum sit. REISK.

Πέντε] De quinque diebus consulto addit; quo tacite subjiciat, tam brevi temporis intervallo facile factu sibi non fuisse, ut oleas exscinderet; postquam autem elocasset, multo fuisse difficilius, vel potius plane negatum. IDEM.

Γενέσθαι] Malim διαγενέσθαι vel ἐπιγενέσθαι. IDEM. Malim cum Reiskio διαγενέσθαι. AUGER.

Δύο δ' ἔτη] Hunc locum et alium, qui proxime occurret, laudant Suid. et Harpocrat. sed incorrecte. Vid. in Μορίαι et Σηκός. TAYLOR. Paulo aliter, et forte melius, hunc locum citat Harpocration, V. Σηκός. ὃς δύο ἔτη ἐγεώργησεν, οὔτε ἰδίαν ἐλαίαν, οὔτε μορίαν, οὔτε σηκὸν παραλαβών. Quibus Criticæ specimen subjungit Harpocration de significatione et distinctione harum trium vocum, ἐλαία, μορία, et σηκός. et *forte*, inquit, *privatas oleas vocant* ἐλαίας: *publicas vero*, μορίας: σηκὸν *vero*, μορίαν *quoque, ut videtur, appellant.* Atqui quomodo idem esse possunt μορία et σηκὸς, cum tam clare distinguat Lysias, οὔτε ἐλαίαν, οὔτε μορίαν, οὔτε σηκόν? quodnam opus ultimo Articulo, si is in præcedenti comprehendebatur? et, si σηκὸς idem significat quod μορία hoc in loco,

οὔτε σηκὸν παραλαβών. τρίτῳ δὲ ἔτει Δημήτριος οὑτοσὶ
270 εἰργάσατο ἐνιαυτόν· τῷ δὲ τετάρτῳ Ἀλκίᾳ Ἀντισθένους
ἀπελευθέρῳ ἐμίσθωσα, ὃς [1] τέθνηκε ταῦτα τρία [2] ἔτη.
271 ὁμοίως καὶ [3] Πρωτέως[4] ἐμισθώσατο. καί μοι δεῦρο ἴτε μάρτυρες.

[1] τέθνηκε, R. [2] ἔτη, ὁμοίως ὡς καὶ οἱ πρ. A. [3] πρότεον T. πρότερον R. A. [4] ἐμισθώσαντο. A.

quare non μορία significet idem quod ἐλαία in præcedenti membro? eadem certe utriusque ratio. et ita τὰ tria erunt synonyma. Sic Orat. XXI. οὔτε φίλος ὢν, οὔτε συγγενὴς, οὔτε φυλέτης. an ibi quoque dicet φυλέτης et συγγενὴς idem esse? Sed de his rem veram ita se habere puto: Ἐλαία est quævis *olea*. Μορία est *olea* καρποφόρος *Minervæ sacra*. Hæ circa se habebant τέμενος, seu portionem quandam soli consecrati et ab usibus profanis exempti; quod ideo nec arare, nec fodere, nec pecudibus ἐμβατὸν facere licebat: unde φραγμῷ seu *sepimento* muniebantur. Redemtoribus publice locabantur harum Fructus. *Curatores* erant, seu ἐπιμεληταὶ, ex Areopagitis; qui singulis mensibus de harum conditione et statu inquirebant: et semel quotannis publice mittebantur ἐπιγνώμονες (male in Nostro γνώμονες vocantur), *Inspectores*, ejusdem Ordinis; qui minora circa has delicta puniebant. Si quis vero convincebatur succidisse, vel alio modo de industria ἀφανίσαι unam ex his *sacris oleis*, mulctabatur *Exsilio*, et Bona ejus in Ærarium redigebantur. Restat Σηκός. is est *truncus* oleæ sacræ jam *effœtæ*, nec amplius καρποφόρου. unde recte dixit Photius: ὁ σηκὸς δὲ νῦν εἶδός ἐστιν ἱερᾶς ἐλαίας. ejusdem erat Sanctitatis et Juris per omnia. cujus est ἡ μορία. Scio, quid Harpocrationem in errorem induxerit: istud nempe, quod σηκὸς hic, cujus effodiendi vel succidendi reus erat Orator, ter quaterve infra appelletur μορία. et recte quidem: Omnis enim σηκὸς est etiam μορία, quatenus *sacer* est, et a vulgaribus et *privatis* oleis distinctus. sed non vice versa: nulla enim μορία est σηκός: quoniam, ut dixi, Ista est *Frugifera*; Hic, sterilis tantum *truncus*. adeo ut si hæc Apologia, non ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ, sed ὑπὲρ τῆς μορίας habita fuisset, nihil omnino per totam Orationem de voce σηκὸς audivissemus. Fusius egi, quam pro instituto meo; sed hæc necessaria erant ad Orationem hanc intelligendam. Viderit Lector, an tanti putet eam intellexisse. Mox, pro οὑτοσὶ, Schottus voluit οὑτωσί: non recte. οὑτοσὶ enim δεικτικῶς dicitur, et quia *aderat* testis Demetrius. quam ob rem de altero Conductore mox loquens, Alcia, addit per parenthesin, ὃς τέθνηκε, tacite rationem afferens, quare iste quoque non adesset. MARKLAND.

Τέθνηκε] Τέθνηκε. ταῦτα τρία ἔτη ὁμοίως καὶ πρωτέως ἐμισθώσατο. CONT. Loco τοῦ τέθνηκε aliud verbum locandum, aut negligendum, vel præcedenti periodo adjiciendum potius censet Schottus. Idem p. p. delet ἐμισθώσατο. Vide igitur locum ita immutatum: Τρίτῳ δὲ ἔτει Δημήτριος ὃς τέθνηκε οὑτωσὶ εἰργάσατο ἐνιαυτόν. Τῷ δὲ τετάρτῳ Ἀλκίᾳ Ἀντισθένους ἀπελευθέρῳ ἐμίσθωσα ταῦτα τρία ἔτη ὁμοίως καὶ πρότερον. Nam et πρότερον quoque legere videtur cum Stephano. Confiteor locum esse satis rigidum, sed ad Schottum emendantem non accedo lubens. Pro πρότερον quod nihil est, προτέως Coisl. Quid si mecum? Τῷ δὲ τετάρτῳ Ἀλκίᾳ Ἀντισθένους ἀπελευθέρῳ ἐμίσθωσα, ὃς τέθνηκε ταῦτα τρία ἔτη. ὅμως καὶ πρότερον ἐμισθώσατο. Vel cum MS. fere nostro: Ὅμως καὶ τέως ἐμισθώσατο. i. e. *Dum vixit*. TAYLOR. Totum locum ita lego et distinguo: τῷ δὲ τετάρτῳ, Ἀλκίᾳ Ἀντισθένους ἀπελευθέρῳ ἐμίσθωσα (ὃς τέθνηκε) ταῦτα τρία ἔτη· ὃς ὁμοίως τοῖς πρότερον ἐμισθώσατο. καί μοι δεῦρο ἴτε μάρτυρες. ΜΑΡΤΥΡΕΣ. Ἐπειδὰν etc. Explicatione non indigent. ὁμοίως tamen τοῖς πρότερον, est *iisdem conditionibus, quibus priores*. sæpe ita loquitur. Notanda quoque Locutio ταῦτα τρία ἔτη, de annis *proxime* elapsis. et ita loquitur Lucianus Hermotimo circa initium; et alibi. Addidi ultimum ΜΑΡΤΥΡΕΣ, quod exciderat propter præcedens: et ita Vanderheidius in Versione sua. Passim hoc accidit Nostro, Isæo, Andocidi, Antiphonti, et aliis in hac Stephani Editione Oratoribus. Iterum Schottus turbat omnia. Stephanus conjecerat πρότερον: quod non satis est sine τοῖς. MARKLAND. Videtur sic legendum: ὁμοίως, ὡς καὶ οἱ πρότερον ἐμισθώσαντο. *pari pacto, atque iis elocaveram, qui prius fundum conduxerant*. REISK.

Τέθνηκε] Post τέθνηκε apposui comma, quo ad proxima hæc tria verba, τρία ταῦτα ἔτη, ne referretur: illa enim verba non cum τέθνηκε, sed cum ἐμίσθωσα cohærent. *elocavi fundum meum Alciæ in hoc triennium*, i. e. proximum superius. Sed ante τέθνηκε, quod vocabulum bene habet, excidisse videtur πέρυσι. *qui Alcias anno superiore vivis excessit*. aut πρώην, aut ἔναγχος. nudum τέθνηκε, sine nota temporis plus minus certa, vix ferri posse videtur. IDEM.

[1] ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

ἐπειδὴ τοίνυν ὁ χρόνος οὗτος ἐξήκει, αὐτὸς γεωργῶ. φησὶ δὲ ὁ κατήγορος ἐπὶ Σουνιάδου ἄρχοντος σηκὸν ὑπ' ἐμοῦ ἐκκεκόφθαι. ὑμῖν δὲ μεμαρτυρήκασιν οἱ πρότερον ἐργαζόμενοι καὶ πολλὰ ἔτη παρ' ἐμοῦ μεμισθωμένοι μὴ εἶναι σηκὸν ἐν τῷ χωρίῳ. καίτοι πῶς ἂν [2] τις φανερῶς ἐξελέγ-
ξειε ψευδόμενον τὸν κατήγορον; οὐ γὰρ οἷόν τε, ἃ πρότερον 272
μὴ ἦν, ταῦτα τὸν ὕστερον ἐργαζόμενον ἀφανίζειν.

δ'. Ἐγὼ τοίνυν, ὦ βουλὴ, ἐν μὲν τῷ τέως χρόνῳ, ὅσοι με φάσκοιεν δεινὸν εἶναι καὶ ἀκριβῆ καὶ οὐδὲν ἂν εἰκῇ καὶ ἀλογίστως ποιῆσαι, ἠγανάκτουν ἂν, ἡγούμενος μᾶλλον [3] λέγεσθαι ὥς μοι προσῆκε· νῦν δὲ πάντας ἂν ὑμᾶς βουλοίμην περὶ ἐμοῦ ταύτην τὴν γνώμην ἔχειν, ἵνα ἡγῆσθέ με σκοπεῖν,
εἴπερ τοιούτοις ἔργοις ἐπεχείρουν, καὶ ὅ τι κέρδος [4] ἐγένετο 273
τῷ [5] ἀφανίσαντι, καὶ ἥ τις ζημία [6] τῷ ποιήσαντι, καὶ τί ἂν

[1] ΜΑΡΤΥΡΕΣ A. [2] τις μᾶλλον φανερῶς A. [3] λέγεσθαι ἢ ὡς A. [4] ἐγίνετο A. [5] ἀφανίζοντι T. R. [6] τῷ μὴ ποιήσαντι A.

Σουνιάδου] Apud Diodorum Λυσιάδης hic Archon nominatur, non Σουνιάδης. PALMER. Ita quoque Meurs. Attic. Lect. IV. 7. et de Archontibus III. 16. Recte, credo. Nam per hæc tempora *Lysiades* in Fastis occurrit, et calculo hic facto pulcre respondet: *Suniades* nusquam. TAYLOR.

Πῶς ἂν τις] M. πῶς οὐκ ἂν τις. H. STEPH. SCAL. Rectius tamen φανερώτερον. Ita Noster in Δήμου Καταλ. Ἀπολ. verbis vix discrepantibus: Εἰ δὲ οἱ τότε δυνάμενοι μὴ ἠξίουν μοι μεταδιδόναι τῶν πραγμάτων, πῶς ἂν φανερώτερον ἢ οὕτω ψευδομένους ἀποδείξαιμι τοὺς κατηγόρους. TAYLOR. Verius mihi videtur: πῶς ἄν τις φανερωτέρως (vel φανερώτερον) ἐξελέγξειε ψευδόμενον τὸν κατήγορον; Sic Orat. XXV. πῶς ἂν φανερώτερον ἢ οὕτω ψευδομένους ἀποδείξαιμι τοὺς κατηγόρους; ubi eadem omnia. In edit. Vanderheid. μᾶλλον inseritur ante φανερῶς: quo jure, quave injuria, nescio. MARKLAND. Φανερώτερον. CONT. Mihi videtur sic leg. πῶς ἄν τις μᾶλλον (vel ἐναργέστερον) φανερῶς. *quomodo quis magis, aut luculentius, arguat aliquem aperte et perspicue mentientem*. nam φανερῶς non cum ἐξελέγξειε cohæret, sed cum ψευδόμενον. Non dicitur φανερῶς ἐλέγχειν, sed φανερῶς ψεύδεσθαι. REISK.

Ἠγανάκτουν ἂν] Ἂν delendum videtur. non enim dicit se indignaturum fuisse, sed indignari consuevisse. IDEM.

Ὥς μοι προσῆκε] Ὧν μοι πρ. SCAL. Tu revoca tamen ἤ. ἡγούμενος μᾶλλον λέγεσθαι ἢ ὥς μοι προσῆκε. Atque etiam infra: Ἐγὼ γὰρ τὰ ἐμοὶ προστεταγμένα ἅπαντα προθυμότερον πεποίηκα, ἢ ὡς ὑπὸ τῆς πόλεως ἠναγκαζόμην. TAYLOR. Græca lingua postulat μᾶλλον — ὧν μοι προσῆκε: id est, tribuisse mihi *majora* et plura, *quam mihi convenirent*. Sic 1 Cor. XIV. 18. πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν. Isæus p. 78. καὶ εἰ λέγειν ἐμοῦ δύναται Κλέων μᾶλλον. Noster Orat. XVI. εἰπεῖν μᾶλλον ἑτέρου. MARKLAND. Ego malim sic legi: ὥς μοι προσῆκεν εἶναι, ἢ ὡς ἦν. potius hoc dici, *qualis deberem esse, quam qualis essem*. REISK. Ὡς αὐτοῖς συνέφερεν, ἢ ὥς μοι προσῆκε. CONT.

Τῷ ἀφανίζοντι] Margo Edit. Steph. ἀφανίσαντι: quod rectius videtur propter sequens ποιήσαντι: quam tamen vocem suspectam habeo, nisi ante eam ponendum sit μή. μὴ ποιήσαντι idem erit, quod μὴ ἀφανίσαντι. Intellige ζημία de *damno* in

λαθὼν διεπραξάμην καὶ τί ἂν φανερὸς γενόμενος ὑφ᾽ ὑμῶν
ἔπασχον. πάντες γὰρ ἄνθρωποι τὰ τοιαῦτα οὐχ ὕβρεως
ἀλλὰ κέρδους ἕνεκα ποιοῦσι· καὶ ὑμᾶς εἰκὸς οὕτω σκοπεῖν,
καὶ τοὺς ἀντιδίκους ἐκ τούτων τὰς κατηγορίας ποιεῖσθαι,
ἀποφαίνοντας ἥ τις ὠφέλεια τοῖς ἀδικήσασιν ἐγένετο.
οὗτος μέντοι οὐκ ἂν ἔχοι ἀποδεῖξαι, οὔθ᾽ ὡς ὑπὸ πενίας
ἠναγκάσθην τοιούτοις ἔργοις ἐπιχειρεῖν, οὔθ᾽ ὡς τὸ χωρίον
μοι διαφθείρεται τοῦ σηκοῦ ὄντος, οὔθ᾽ ὡς ἀμπέλοις ἐμπο-
δὼν ἦν, οὔθ᾽ ὡς οἰκίας ἐγγὺς, οὔθ᾽ ὡς ἐγὼ ἄπειρος τῶν
παρ᾽ ὑμῖν κινδύνων, εἴ τι τούτων [1]ἔπραττον. πολλὰς ἂν
274 καὶ μεγάλας ἐμαυτῷ ζημίας [2]γενομένας ἀποφήναιμι· ὃς
πρῶτον μὲν μεθ᾽ ἡμέραν ἐξέκοπτον τὸν σηκὸν, ὥςπερ οὐ
πάντας λαθεῖν δέον, ἀλλὰ πάντας Ἀθηναίους [3]εἰδέναι. καὶ
εἰ μὲν αἰσχρὸν ἦν μόνον τὸ πρᾶγμα, ἴσως ἄν τις τῶν
παριόντων ἠμέλησε· νῦν δ᾽ οὐ περὶ αἰσχύνης ἀλλὰ τῆς
μεγίστης ζημίας ἐκινδύνευον. πῶς [4]δ᾽ οὐκ ἂν ἦν ἀθλιώτα-
τος ἀνθρώπων ἁπάντων, εἰ τοὺς ἐμαυτοῦ θεράποντας μη-
κέτι δούλους ἔμελλον ἕξειν ἀλλὰ δεσπότας τὸν λοιπὸν βίον,
τοιοῦτον ἔργον συνειδότας; ὥςτε εἰ καὶ τὰ μέγιστα εἰς
ἐμὲ ἐξημάρτανον, οὐκ ἂν οἷόν τε ἦν δίκην με παρ᾽ αὐτῶν
λαμβάνειν· εὖ γὰρ ἂν εἰδείην ὅτι ἐπ᾽ ἐκείνοις ἦν καὶ ἐμὲ
275 τιμωρήσασθαι καὶ αὐτοῖς μηνύσασιν ἐλευθέροις γενέσθαι.

[1] ἔπραττον, T. R. A. [2] γενομένας οὐ προεῖδον. Κἀγὼ δὴ ἐμηναίμην· ὃς A. [3] εἰδέναι· ἔπειτα δὲ τοῖς ἐμαυτοῦ οἰκέταις πρὸς τοιαῦτα ἐχρώμην. καὶ εἰ μὲν A. [4] οὖν T. R.

re familiari; non de *mulcta*. Vide infra. MARKLAND.

Διεπραξάμην] Verbum διαπράττεσθαι h. l. significat, *callidis artibus efficere, consequi lucrum aliquod magnis laboribus atque periculis quærendum.* Sed vide, an non hoc membrum prorsus idem dicat cum proximo superiori. REISK.

Διαφθείρεται] Forte διέφθαρται, ut ἠναγκάσθην, et ἦν, et ἔπραττον. non quin alterum ferri possit. Vide ad Orat. I. MARKLAND.

Εἴ τι τούτων] Videntur hic pauca quædam excidisse, forsitan hæc duo vocabula ἐγὼ γὰρ, et versu proximo post, pro ὃς leg. αὐτός. ut ἐγὼ in principio sententiæ cum αὐτὸς eam claudente cohæreat. *ego ipse demonstrare possim multa et magna detrimenta, mihi, si quid tale fecerim, illinc exstitura.* Aut si in illo ὃς latere potius πῶς existimemus, quo sententia fiat haud paulo elegantior, nervique ejus fortius intendantur, leg. erit sic: ἐγὼ γὰρ αὐτὸς, εἴ τι τούτων — ἀποφαίναιμι. tum subjicit citissimam, unius syllabæ brevitate circumscriptam, sed vehementem interrogationem, πῶς; *qui?* respondet πρῶτον μὲν — quæ cum sanna fastidii et indignationis plena pronuncianda sunt. Primum enim quidem ego, id si feci, cujus insimulor, de die *nempe* oleam excidi. Criminationem a se amoliri vult demonstranda hinc facinoris insania, illinc mendacii abnormitate et accusatoris impudentia. Mens mihi si constitit, facere id non potui, quod non faciat, nisi cerritus. REISK.

Εὖ γὰρ ἂν εἰδείην] *Ich müste,* oder *sollte doch wohl von Rechtswegen wissen. Oportebat hoc saltim me scire.* IDEM.

Ἔτι τοίνυν εἰ τῶν οἰκετῶν [1]παρέστη μοι μηδὲν φροντίζειν,
πῶς ἂν ἐτόλμησα, τοσούτων μεμισθωμένων καὶ ἁπάντων
συνειδότων, ἀφανίσαι τὸν σηκὸν βραχέος μὲν κέρδους ἕνεκα,
προθεσμίας δὲ οὐδεμιᾶς οὔσης τῷ κινδύνῳ, τοῖς εἰργα-
σμένοις ἅπασι τὸ χωρίον ὁμοίως προσῆκον εἶναι σῶον τὸν 276
σηκὸν, ἵν᾽ εἴ τις αὐτοὺς ᾐτιᾶτο, εἶχον [2]ἀνενεγκεῖν ὅτῳ παρ-
έδοσαν. νῦν δὲ καὶ ἐμὲ ἀπολύσαντες φαίνονται, καὶ σφᾶς
αὐτοὺς, εἴπερ ψεύδονται, μετόχους τῆς αἰτίας καθιστάν-
110. 1 τες. Εἰ τοίνυν καὶ [3]ταῦτα παρεσκευασάμην, πῶς ἂν οἷός
τ᾽ ἦν πάντας πεῖσαι τοὺς παριόντας, ἢ τοὺς γείτονας, οἳ
οὐ μόνον ἀλλήλων ταῦτ᾽ ἴσασιν ἃ πᾶσιν ὁρᾷν ἔξεστιν,
ἀλλὰ καὶ περὶ ὧν ἀποκρυπτόμεθα μηδένα εἰδέναι, καὶ
περὶ ἐκείνων πυνθάνονται; ἐμοὶ τοίνυν τούτων οἱ μὲν φίλοι,
οἱ δὲ διάφοροι περὶ τῶν ἐμῶν τυγχάνουσιν ὄντες. οὓς ἐχρῆν 277
[4]τοῦτον παρασχέσθαι μάρτυρας, καὶ μὴ μόνον οὕτω τολ-
μηρὰς κατηγορίας ποιεῖσθαι· ὅς φησιν ὡς ἐγὼ μὲν παρει-

[1] παρεστήκοι R. A. [2] ἂν ἐνεγκεῖν T. R. ἂν ἀνενεγκεῖν A. [3] τούτους R. A. [4] τούτων T. R. A.

Εἰκότων] (Sic vulg.) οἰκητῶν. PALMER. Rectius, quod tamen voluit ille, οἰκετῶν cum Scal. Ita in Orat. I. Antiph. Οἵ τε γὰρ ἐπιβουλεύοντες ἀνεξέλεγκτοι ἂν εἶησαν, εἰ μήθ᾽ ὑπὸ τῶν παραγενομένων, μήθ᾽ ὑπὸ τῶν εἰκότων ἐξελέγχονται. Corrige obsecro, οἰκετῶν, ut modo dixerat: Ἐξελεγχόμενος δ᾽ ὑπό τε τῶν οἰκετῶν ὑπό τε τῶν παραγενομένων. TAYLOR.

Παρέστη] Παρεστήκοι Ald. illud erat παρειστήκοι. TAYLOR. Παρειστήκει. CONT.

Τοῖς εἰργασμένοις] Egregiæ hanc esse subtilitatis orationem, *loci*sque suis, ut aiunt, bene instructam non nego. Iisque indiciis fretus Lysiæ olim adjudicavit Photius. Sed hæc, si sana sint, vel nullam omnino subtilitatem habent, vel tantam, ut assequi non possim. TAYLOR. Frustra queritur Taylor de hujus loci obscuritate, seu subtilitate nimia. προθεσμίας οὐδεμιᾶς τῷ κινδύνῳ οὔσης, significat, cum nullum esset tempus a legibus statutum, quo transacto liber fierem a metu litis ab accusatoribus mihi intentandæ. præscriptio certi numeri annorum hoc in delicto locum non habebat. Semper, quoad viveremus, mihi meisque heredibus erat metuendum, ne exsisteret aliquis, qui nomina nostra ad judicem deferret. Insequentia hoc volunt: Uniuscujusque eorum, qui agrum a me colendum conduxissent, intererat, ut provideret, ne σηκὸς exscinderetur, quia, exacto locationis tempore, reddere totidem arbores deberet, quot accepisset. REISK.

Ἐνεγκεῖν] Bene potest habere, neque litem ei movebo. ἐνεγκεῖν (subaudi τοῦτον) *ferre*, h. e. exhibere præsentem, producere in judicio. Solent tamen oratores Attici, si bene memini, ejusmodi in re ἀνενεγκεῖν usurpare, *referre* τούτῳ, id est, εἰς τοῦτον, *ad eum*, ei imputare. et quam facile fieri potuerit, ut ἂν omitteretur a supino librario in concursu cum ἂν particula, sponte sua quisque intelligit. IDEM.

Τούτους] Sic dedi de meo, pro ταῦτα, quod est in vulgatis omnibus. Si hos quoque fundi mei conductores malis artibus conciliatos permovissem, ut meam in gratiam mentirentur, aut saltim tacerent facinusque meum celarent. REISK. Reiskium pæne exscribit Augerus.

Μηδένα εἰδέναι] Contius ante μηδένα dat ὥςτε, quod potest subaudiri. AUGER.

Περὶ τῶν ἐμῶν] De jure possessionis bonorum meorum mecum contendunt alii alia sibi arrogantes, et mihi eripere conantes. REISK.

Τούτων] Eorum puta, quæ accusator jactat, et quorum me insimulat. IDEM.

Ὅς] Refertur ad omissum τὸν κατήγορον, quod pone ποιεῖσθαι a lectore quoque tacita cogitatione subjici debet. *oportebat accusatorem suarum criminationum testes edere — qui accusator —.* IDEM.

στήκειν, οἱ δ᾽ οἰκέται ἐξέτεμνον τὰ πρέμνα, ἀναθέμενος δὲ
278 ὁ βοηλάτης ᾤχετο ἀπάγων τὰ ξύλα. καίτοι, ὦ Νικόμαχε,
χρῆν σε τότε καὶ παρακαλεῖν τοὺς παριόντας μάρτυρας,
καὶ φανερὸν ποιεῖν τὸ πρᾶγμα· καὶ ἐμοὶ μὲν οὐδεμίαν ἂν
ἀπολογίαν ἀπέλιπες, αὐτὸς δὲ, εἰ μέν σοι ἐχθρὸς ἦν, ἐν
279 τούτῳ τῷ τρόπῳ ἦσθα ἄν με τετιμωρημένος· εἰ δὲ τῆς
πόλεως ἕνεκα ἔπραττες, οὕτως ἐξελέγξας οὐκ ἂν ἐδόκεις
εἶναι συκοφάντης· εἰ δὲ κερδαίνειν ἐβούλου, τότ᾽ ἂν πλεῖ-
στον ἔλαβες· φανεροῦ γὰρ ὄντος τοῦ πράγματος, οὐδεμίαν
ἄλλην ἡγούμην ἂν εἶναί μοι σωτηρίαν ἢ σὲ πεῖσαι. τούτων
τοίνυν οὐδὲν ποιήσας, διὰ τοὺς σοὺς λόγους ἀξιοῖς με ἀπο-
λέσθαι, καὶ κατηγορεῖς ὡς ὑπὸ τῆς ἐμῆς δυνάμεως καὶ τῶν
ἐμῶν χρημάτων οὐδεὶς ἐθέλει σοι μαρτυρεῖν. καίτοι εἰ,

Τὰ πρέμνα] H. l. sunt *rami crassiores.* Nam e p. 302. 14. patet, σηκὸν non esse arboretum, silvulam Minervæ consecratam, sed unam solummodo arborem. IDEM.

Βουλευτὴς] Ita in omnibus, quantum auguror, Codd. et impressis et MSS. Ἀλλ᾽ οὐ φρόντις Ἱπποκλείδῃ. Quid? Tantamne rem tam negligenter agere? Neque potuisse alium præter Senatorem tibi adjungere, dum capitis res agebatur? Porro autem quid Senatori cum Sarcinis, cum Plaustro et Jumentis. Audi enim Atticistas. Ἀναθεῖναι τὸ φορτίον· Ἀττικῶς. Ἐπιθεῖναι· Ἑλληνικῶς. Mœris. Ita et Thomas quoque. In lucem ergo retrahatur ex loco humili et obscuro, facessente indiligenti Senatore, fidelis et laboris improbi βοηλάτης. *The Waggoner.* Occurrit vox apud Ælian. V. H. IX. 23. Ἀριστοτέλης ἐνόσει ποτὲ — καὶ ἐκεῖνος μήτε ὡς βοηλάτην μὲ, ἔφη, θεράπευε, μήτε ὡς σκαπανέα. Vide etiam, quæ habet σχ. Apollon. Rhod. IV. 1342. Βουπελάται· Οἱ βουκόλοι. εἴρηται ἤτοι τοῦ π περισσεύοντος, βουελάται γάρ εἰσιν, ἢ παρὰ τὸ πέλας τῶν βοῶν εἶναι. Sed hæc de Bubulco, de Armenti Magistro, inquies. Fateor. Sed eadem sit formatio necesse est de plaustrario. Ut dicitur ἱππηλάτης, ἀστραβηλάτης, ὀνηλάτης. Hesych. Ἀμαξεύς· ζευγηλάτης. Missas autem fuisse sub plaustrum boves docent tum alia, tum notissima earum operæ distinctio. Πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ᾽ ἀροτήρων. Arat. Aliæ quippe terram colebant, aliæ trahebant plaustrum. Ἀμαξεία βοῶν. Achill. Tat. l. 2. init. Disertius Ælian. l. c. V. 14. Βοῦν ἀρότην καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα σὺν ἀρότρῳ ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν. Pausan. Attic. c. 19. init. Θησεὺς δὲ ἄλλο μὲν αὐτοῖς ἐδήλωσεν οὐδὲν, ἀπολύσας δὲ, ὡς λέγεται, τῆς ἁμάξης τοὺς βοῦς, ἢ σφίσι παρῆν κ. τ. λ. *Bubulcus* item apud Latinos pro Plaustrario. Cic. de Divin. I. 57. "Hoc vero somnio eum commotum mane *bubulco* præsto ad portam fuisse; quæsisse ex eo, quid esset in plaustro." V. Hadr. Imp. Rescript. Græc. 16. Gell. II. 21. Hist. Sacr. 1 Sam. VI. 7. Tam antiquitus enim obtinuit, ut tam Vitulus quam Plaustrum in Hebraica dialecto ex uno fonte emanarent. TAYLOR. βοηλάτης. CONT. Pro inepta hac voce conjeceram ξυλεὺς, *lignator.* Sed me monuit Eruditiss. Editor legendum esse βοηλάτης. quod verissimum puto. Sic et ὀνηλάται, *agasones* (in negotio simili apud Demosthenem adv. Phænipp.) qui ligna ex agris exportabant: ἀπειπὼν κωλῦσαι τοὺς ὀνηλάτας μὴ ἐξάγειν τὴν ὕλην ἐκ τῶν ἐσχατιῶν. Mox, ante τούτῳ τῷ τρόπῳ delerem ἐν, ortum ex præcedente ἦν. Paulo superius, περὶ τῶν ἐμῶν etc. vel corruptas has tres voces, vel a mala manu esse suspicor. MARKLAND. Dele ἐν. *In Edit. min.* TAYLOR.

Φιλοσοφοῦντας] Φιλοσοφέω hic accipitur, ut Latinis *philosophari* est interdum. Salmas. φιλοσοφεῖν, h. l. est, quæstionem propositam more philosophorum, præsertim academicorum, æquo et suspenso animo, neutramque in partem inclinato, agitare, ut collatis inter se libratisque momentis veritas tandem eruatur, exercitationis tantummodo scholiasticæ ergo in disputando. Reisk.

Τὸν ἐναντίον λόγον] Alias τὸν ἥττω, causam iniquam, partem causæ deteriorem, inferiorem, oppositam parti causæ justæ, æquæ, veræ, probabili. ludebant sic philosophi in quæstionibus controversis utramque in partem disputando agitandis, exercendi aut ostentandi ingenii causa. Idem.

Ὁριζόμενοι] Ὁριζομένοις. Cont. ὀργιζόμενος dedi secundum Markl., in mstis est ὁριζόμενος in singulari. vulgati dant ὁριζόμενοι in plurali. tum deesse videtur γὰρ, aut leg. ἐφ' οἷς ὀργιζόμενος, ὁ Πολυκλῆς εἶπεν, ὅτι καὶ τοὺς ἐμοὺς ἐπιτηδείους ἀδικεῖν δοκοῖεν, οἷς πρὸς ἐκεῖνον [is est ipse Polycles] λέγοιεν. Sic videtur locus hic legendus. Sed tota causa est obscurissima, ut suspenso timidoque gradu hic, ut in spissa caligine loco salebroso et incilibus interciso incedere oporteat. Reisk.

Ἆρά γε ταῦτα] Num. leg. ἆρά γε καὶ ταῦτα. Num *etiam* hæc, quæ nunc statim dicam, consentiunt cum illis, quæ ab illo certo homine de vobis ad me relata sunt? ταῦτα sic non ad præmissa referetur, sed ad insequentia. Idem.

Αὐτὸς] Idem, qui illa ad me retulit, quorum causa suscepta est tota hæc vobiscum expostulatio. Idem.

Ἀποτρέπειν] Ἀποτρέψειν. Cont. Malim

τοὺς δέ τινας ἤδη [1]κωλύσαιτε. καὶ ταῦτα [2]τί με δεῖ φα-
310 νερώτερον [3]ἐξελέγχειν; φέρε γὰρ [4]ἤδει ποτ᾽ ἐκεῖνος, ὅτι
311 Κλειτοδίκου δεηθεὶς [5]ἐκλέγειν οὐκ ἔτυχον. οὐ γὰρ δὴ παρῆν τούτοις, ἐπεὶ κέρδος ἦν αὐτῷ διαβάλλειν ἐμὲ πρὸς ὑμᾶς οὕτω προθύμως, ὥστε σπουδάσαι πρὸς τοὺς ἐμοὺς ἀναγκαίους πλάσασθαι [6]ταῦτα.

έ. Γινώσκω δὲ νῦν ἤδη καὶ πάλαι [7]ζητοῦντας πρόφασιν, ἡνίκα Θρασύμαχον ὑμᾶς ἐφάσκετε κακῶς [8]λέγειν δι᾽ ἐμέ. καὶ ἐγὼ μὲν ἠρώτων αὐτὸν εἰ δι᾽ ἐμὲ κακῶς [9]λέγοι Διόδωρον· ὁ δὲ τοσοῦτον ὑπερεῖδε τὸ δι᾽ ἐμέ· πολλοῦ γὰρ δεῖν, ἔφη, δι᾽ ὅντινοῦν εἰρηκέναι Διόδωρον κακῶς. καὶ ταῦτα προσάγοντος ἐμοῦ, πρόθυμος ὁ Θρασύμαχος ἦν ἐξελέγχεσθαι, περὶ ὧν [10]οὗτος ἔλεγεν· οὗτος δὲ [11]πάντα μᾶλ-

[1] κωλύσετε T. [2] εἴ A. [3] ἐξελέγχειν; ὅτι φέρε T. ἐξελέγχειν ἔτι. φέρε R. ἐξλέγχειν, τί, φέρε A. [4] ἤδη ποτὲ ἐκεῖνος· T. ἤδη ποτὲ ἐκεῖνο, R. τί δήποτε ἐκεῖνο, A. [5] λέγειν ὑπὲρ ἐμοῦ. ἔτυχον; A. [6] ταὐτόν. T. R. ταὐτά. A. [7] ζητοῦντας ὑμᾶς πρόφ. A. [8] λέγειν κακῶς T. R. A. [9] λέγει T. A. [10] αὐτὸς A. [11] πάντων T. R. A.

ἀποτρέψειν. Reisk. Recte malit Reiskius ἀποτρέψειν, sed potest tolerari præsens. Auger.

Κωλύσαιτε] Sic dedi de meo. *nonnullos jam a vobis cohibitos fuisse.* Reisk.

Ὅτι φέρε γὰρ ἤδη ποτὲ ἐκεῖνος· ὅτι etc.] Schottus utrumque ὅτι [tam hoc, quam proximum superius] excludit, et legit ἐκεῖνο, ad hunc modum: ἐξελέγχειν. φέρε γὰρ ἐκεῖνο. Κλειτοδίκου —. Taylor. Cum aliqua Veri specie hoc in loco, opinor, versati fuimus, totum sic legendo et distinguendo: καὶ ταῦτα εἴ με δεῖ φανερώτερον ἐξελέγχειν, τί, φέρε γὰρ, τί δήποτε ἐκεῖνο, ὅτι Κλειτοδίκου δεηθεὶς λέγειν, οὐκ ἔτυχον; καὶ γὰρ δὴ παρῆν τούτοις (ἐπεὶ κέρδος — πρὸς ὑμᾶς) οὕτω προθύμως, ὥστε σπουδάσαι — πλάσασθαι ταὐτά. *atque hæc si me redarguere manifestius necesse sit, quale, age, quale tandem fuit istud, quod Clitodicum obtestatus, ut causam meam peroraret, non obtinuit? adversariis enim meis patrocinatus est (me enim apud vos calumniari in lucro ponebat) adeo prompte et libenter, ut operam dederit eadem figmenta ad necessarios meos deferre.* Explicatione non indigere puto. Cæterum κέρδος ἦν διαβάλλειν ἐμὲ, tale est, quale istud Pauli ad Philippenses I. 21. καὶ τὸ ἀποθανεῖν, κέρδος. Vide et Orat. XXIV. *Excitantis* Formula est usitatissima φέρε γάρ. Pro ταὐτὸν MS. ταῦτα; unde feci ταὐτὰ, *eadem*, nempe qualia vos finxeratis. Λέγειν est, quod infra plenius effert, λέγειν ὑπὲρ ἐμοῦ. Markland. ἐκεῖνο dedi pro vulgato ἐκεῖνος, e Schotti sententia. subaudi σκοπῶμεν. Et nescio, an hoc ipsum addendum sit. *age etiam illud spectemus.* facile fieri potuit, ut ipsius vocabuli σκοπῶμεν maxima pars nescio quo casu periret, sola prima litera superesset et cum ἐκεῖνο coalesceret. Reisk.

Ὅτι φέρε] Ἐπέφερε. Cont.

Πλάσασθαι ταὐτὸν] Num ταῦτ᾽ αὐτόν. Verum totus hic locus, ut universum hoc opusculum, mihi spississimus est atque intricatissimus. Reisk.

Ζητοῦντας] Addendum, aut certe subaudiendum est ὑμᾶς. Idem.

Ὁ δὲ τοσοῦτον —] Ὁ δὲ (τοσοῦτον ὑπερεῖδε τὸ δι᾽ ἐμὲ) πολλοῦ γὰρ —. Cont.

Καὶ ταῦτα] Sume adverbialiter, *atque etiam.* Auger.

Προσάγοντος ἐμοῦ] Scil. Thrasymachum ad Diodorum. Reisk.

Οὗτος ἔλεγ.] Ille non nominatus susurrator, qui sermones illos clandestinos ad actorem retulerat. Sed proximum οὗτος ego ad Diodorum refero. Idem.

Πάντων μᾶλλον] Opinor: πάντ᾽ ἂν μᾶλλον διεπράττετο. *quidvis potius faceret.* Quæ sequuntur, sic distinguenda: μετὰ τοῦτον Αὐτοκράτης, ἐμοῦ παρόντος, Θρασυμάχῳ ἔλεγεν, Εὐρυπτόλεμον etc. Markland. Sententia postulat aut διεταράττετο, aut διετράπετο. eadem utramque sententia. Reisk.

λον [1]διεπράττετο. μετὰ τοῦτον Αὐτοκράτης ἐμοῦ παρόν- 312
τος Θρασυμάχῳ ἔλεγεν Εὐρυπτόλεμον αὐτῷ μέμφεσθαι, φάσκοντα κακῶς ἀκούειν ὑπ᾽ αὐτοῦ· τὸν ἀπαγγέλλοντα δὲ εἶναι Μηνόφιλον. εὐθὺς δ᾽ ἐκεῖνος ἐπὶ τὸν Μηνόφιλον ἐβάδιζε μετ᾽ ἐμοῦ· κἀκεῖνος οὔτε ἀκοῦσαι πώποτε ἔφασκεν οὔτε ἀπαγγεῖλαι πρὸς Εὐρυπτόλεμον, καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλ᾽ οὐδὲ διειλέχθαι πολλοῦ χρόνου. τοιαύτας προφάσεις προφασιζόμενοι τότε μὲν ἐκ τῆς ἐμῆς καὶ Θρασυμάχου συνουσίας ἐστὲ φανεροί, νῦν δέ, ἐπειδὴ ἐκλελοίπασιν ὑμᾶς αἱ προφάσεις, ἐλευθεριώτερόν με [2]κακῶσαι λείπετε οὐδέν. χρῆν μὲν οὖν τότε με γινώσκειν ὀφειλόμενόν [3]μοι ταῦτα παθεῖν, [4]ὅτε καὶ πρὸς ἐμὲ περὶ ὑμῶν αὐτῶν [5]ἐλέ- 313
γετε κακῶς· ἔπειτα καὶ περὶ Πολυκλέους, ᾧ νυνὶ βοηθεῖτε [6]πάντες, εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς. κατὰ τί δὴ ταῦτα οὐκ ἐφυ-

[1] διεταράττετο. μετὰ τοῦτο A. [2] κακώσας, κλέπτῃ δ᾽ οὐδέν. T. R. κακώσαντες, κλέπτετε οὐδέν. A. [3] με T. R. A. [4] ὅταν T. R. A. [5] ἔλεγε T. [6] πάντες, εἴρ. π. ὑμᾶς, κατά τι δή τι ταῦτα ἐφυλαττόμην, T. πάντες, εἴρ. π. ὑμᾶς, κᾆτα τί δὴ ταῦτα οὐκ ἐφυλαττόμην; R. πάντες. εἰρήκαιμι δὲ πρὸς ὑμᾶς, κατά τι δήποτε ταῦτα οὐκ ἐφυλαττόμην. A.

Μετὰ τοῦτον] Correxi μετὰ τοῦτο, *post hæc, postea.* Auger.

Ἐστὲ] Malim ἦτε in imperfecto. post φανεροὶ deest ἐμοὶ ἀπεχθόμενοι, aut ἐμὲ βαρυνόμενοι, aut πρὸς ἐμὲ δυσνούστεροι ὄντες, vel tale quid. Reisk.

Κακώσας, κλέπτῃ δ᾽ οὐδέν.] Κακώσαντες, κλέπτετε οὐδέν. et v. antep. ἐλέγετε. Cont. Lego et distinguo: νῦν δὲ, ἐπειδὰν ἐκλελοίπασιν ὑμᾶς αἱ προφάσεις, ἐλευθεριώτερόν με κακώσαντες, κλέπτετε οὐδέν. *nunc autem, quando nihil quod obtendatis habetis, sine ulla simulatione aperte me invaditis.* ita vertit Interpres Brabantus: ad Sensum non male. Κλέπτειν vero pro *clam agere* vel *latere* notissimum est. Mox, pro ἔλεγε κακῶς legendum ἐλέγετε. Markland. Duas postremas literas v. κακώσας amputandas esse, facile liquet. sed tum dubium est, utrum λέγετε an ποιεῖτε desit. In κλέπτῃ videtur κλέπτετε latere. nisi plura desunt. Sed nimis confossus hic est locus a scabie et vermibus, quam ut sanari queat. Reisk.

Με γιν. ὀφ. με] Με secundi loco malim μοι legi. aut utrumque copulari, ut sit· ὀφειλόμενόν μοι με ταῦτα παθεῖν. Non dicitur ἐγὼ ὀφείλομαι, neque ἐγώ εἰμι ὁ ὀφειλόμενος, sed ὀφείλεταί μοι τοῦτο. Idem.

Ἔλεγε] Hic saltim eligerem ἐλέγετε. Taylor. Et sic dat Hanoviana. et ego secundum illam idem dedi. Reisk.

Κατά τι δή τι ταῦτα ἐφυλαττόμην, εὔηθές τι ἔπαθον] Καθό,τι δὴ ταῦτα ἐφ. Cont. Lego: κατά τι δή ποτε ταῦτα ἐφυλαττόμην· εὔηθές τι παθών. *dixi vobis quam ob rem hæc vitavi*, vel, *in his cautus fui: stulte quidem ego: opinabar enim* etc. κατά τι δή ποτε, ut apud Dion. Halicarnasseum De Struct. Orat. segm. 22. κατά τι δή ποτε βούλεται μὲν εἶναι βραχεῖα ἡ πρώτη συλλαβὴ τοῦ Κλυτάν. et ita passim. Statim, ἀπόθετος φίλος elegantissime dicitur, metaphora sumta a *Vino* vel aliis pretiosis κειμηλίοις, quæ ἀποτίθενται, *seponuntur.* amicus *interioris notæ.* Sic *sepositam togam* dicit Tibullus, non quotidiani usus, et ideo in majori pretio. ita *civitate Athenis donari* vocatur δωρεὰ ἀπόθετος τοῖς εὐεργέταις, *donum benefactoribus sepositum*, apud Auctorem Orat. in Neæram, quæ vulgo Demosthenis nomen præfert. Xenophon Ἀναβασ. II. p. 279. de palmarum glandibus: τὰς δέ τινες ξηραίνοντες, τραγήματα ἀπετίθεσαν. *pro bellariis reposuerunt*, vel *seposuerunt.* Markland. Dedi de meo κᾆτα τί δὴ ταῦτα οὐκ ἐφυλαττόμην; *ecquid tamen ego istæc haud cavi?* respondet εὔηθές τι ἔπαθον. Reisk. F. περὶ Π. ᾧ νυνὶ βοηθεῖτε (πάντε γὰρ εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς, κακὰ δὲ δὴ τοιαῦτε οὐκ ἐφυλαττόμην) εὔηθές τι ἔπαθον· ᾤμην γὰρ etc.

λαττόμην; εὐηθές τι ἔπαθον· ᾤμην γὰρ ἀπόθετος ὑμῖν
314 εἶναι φίλος [1] καὶ μηδὲν ἀκοῦσαι [2] κακὸν δι' αὐτὸ τοῦτο, διότι
πρὸς ἐμὲ τοὺς [3] ἄλλους ἐλέγετε, [4] παρακαταθήκην ἔχων
ὑμῶν παρ' ἑκάστου λόγους πονηροὺς περὶ ἀλλήλων. 114. 1

ϛʹ. Ἐγὼ τοίνυν ἑκὼν ὑμῖν ἐξίσταμαι τῆς φιλίας, ἐπεί
τοι μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ οἶδ' ὅ τι ζημιωθήσομαι μὴ ξυνὼν
ὑμῖν· οὐδὲ γὰρ ὠφελούμην ξυνών. πότερον γάρ, ὅταν ᾖ τί
μοι πρᾶγμα, τότε ποθέσομαι τὸν ἐροῦντα καὶ τοὺς μαρτυ-
ρήσοντας; [5] καὶ νῦν ἀντὶ μὲν τοῦ λέγειν ὑπὲρ ἐμοῦ τὸν λέ-
γοντα πειρᾶσθε κωλύειν, ἀντὶ δὲ τοῦ βοηθεῖν ἐμοὶ καὶ μαρ-
315 τυρεῖν τὰ δίκαια ξύνεστε τοῖς ἐμοῖς [6] ἀντιδίκοις καὶ μαρ-
τυρεῖτε. [7] ἀλλ' ὡς [8] εὖνοι ὄντες ἐμοὶ τὰ βέλτιστα ἐρεῖτε περὶ
ἐμοῦ; ἀλλὰ καὶ νῦν ὑμεῖς με μόνον κακῶς [9] λέγετε. τὸ μὲν
οὖν ἐμὸν οὐκ ἐμποδὼν ὑμῖν ἔσται. τοιοῦτον γὰρ πρὸς ὑμᾶς
αὐτοὺς πείσεσθε· ἐπειδήπερ ὑμῖν ἔθος ἐστὶν ἕνα τῶν ξυνόν-
των ἀεὶ κακῶς λέγειν καὶ ποιεῖν· ἐπειδὰν ὑμῖν ἐγὼ [10] μηνύ-

[1] τοῦ T. R. A. [2] κακὸν, δι' T. R. A. [3] ἄλλους κακῶς ἐλέγετε A. [4] καὶ παρακαταθήκην T. R. A. [5] ἀλλὰ καὶ A. [6] ἀντιδίκοις ἐμαρτυρεῖτε T. [7] ἀλλ' om. T. R. A. [8] εὔνους T. [9] ἐλέγετε T. [10] μηνύσω T. R. μὴ συνῶ A.

Εἰρήκαιμι] Accipio pro futuro ῥήσω, vel ἐρῶ. Auger.

Ἀπόθετος] Repositus in arcano quodam thesauro, ut vestis splendidior, quam in arca servamus, ne inquinetur. inde pro re omnia cara, sacra, quam servare ab omni macula et noxia salvam quam diligentissime cavemus. ut Arabicum مصان Reisk.

Τοῦ μηδὲν] Rectius καὶ μηδέν. Taylor. Imo vero τοῦ bene habet. subauditur χάριν vel ἕνεκα. sæpe usurpatur pro ὥστε. constructio hæc Græcis est usitatissima. potest reddi, *respectu*, vel *ratione*, vel *quod attinet*. Reisk. Auger.

Τοὺς ἄλλους ἐλέγετε] Interpone aut adde κακῶς. Reisk.

Ἔχων] Imo vero εἶχον aut ἔσχον. Idem.

Πρᾶγμα, τότε ποθέσομαι] Num πρᾶγμά ποτε, τόθ' ἕξομαι παρ' ὑμῶν τὸν συνεροῦντα. hoc posterius συνεροῦντα colligo ex ἀναιροῦντα, quod est in Vindobonensi. Idem.

Καὶ νῦν ἀντὶ μὲν etc.] Deest aliquid. Lego, ἀλλὰ καὶ νῦν: ut sit Responsio ad suam ὑποφοράν. Sic mox, ἀλλὰ καὶ νῦν ὑμεῖς με μόνον κακῶς λέγετε: ita legendum pro ἐλέγετε. Τὸ νῦν opponitur τῷ τότε præcedenti. Markland. Aut καὶ cum οἳ est commutandum. aut utrumque est copulandum sic: οἳ καὶ νῦν ἀντὶ μέν. Reisk.

Ἐμαρτυρεῖτε ὡς εὔνους etc.] Ἀντιδίκοις, καὶ μαρτυρεῖτε τὰ ψευδῆ κατ' ἐμοῦ. πῶς οὖν ὡς εὖνοι ὄντες ἐμοί, τὰ βέλτιστα ἐρεῖτε περὶ ἐμοῦ; Cont. F. ἢ μαρτυρεῖτε. Taylor. Puto legendum: οἳ οὐκ ἐμαρτυρεῖτε ὡς εὔνους etc. *vosne, qui ex benevolentia ergu me testimonium pro me ferre noluistis, vos,* inquam, *aliquid boni de me dicetis?* unde hoc *futurum* datur sperare, cum *etiam* nunc *me maxime omnium maledictis incessitis?* Indignationis hæc sunt plena. Markland. Dedi de meo ἀντιδίκοις, καὶ μαρτυρεῖτε. hic finit sententia. tum incipit vehemens et acerba inimicorum objurgatio ὡς εὖνοι ὄντες (sic enim leg. in plurali, et sic dedi de meo, pro εὔνους vulgato). *vosne optime de me prædicabitis, tanquam bene mihi volentes?* Post hæc scripta μαρτυρεῖτε inveni in Vindob. quoque. Reisk.

Λέγετε] Sic dedi de meo pro ἐλέγετε vulgato. præsens tempus postulat præmissum καὶ νῦν. Idem.

Ἐμποδὼν] Per me quidem haud stabit, quo minus res vestras ex animi vestri sententia agatis. vel sic: Haud ego equidem sorti intercedam, quæcunque vos manet, et quam nunc vobis eo prædictum. Idem.

Τοιοῦτον] Quale scil. nunc statim dicam. Idem.

Ἐγὼ μηνύσω] Lege: ἐγὼ μὴ συνῶ (vel ξυνῶ). *postquam ego inter vos versari desiero.* et mox: πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς τρέψεσθε. *in vosmet ipsos convertemini.* συνῶ vel ξυνῶ ὑμῖν sæpe occurrit in hac Oratione, et ubique. Gorgias Orat. pro Palamed. ἀλλὰ μεθ' ἑτέρων; τίνων; δηλονότι τῶν νῦν ὄντων. (l. συνόντων.) πότερον ἐλευθέρων ἢ δούλων; ἐλευθέροις γὰρ ὑμῖν σύνειμι. Præcedentia vero sic distinguenda — πείσεσθε (ἐπειδήπερ ὑμῖν — καὶ ποιεῖν) ἐπειδὰν ὑμῖν μὴ συνῶ, πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς τρέψεσθε· κἄπειτα, καθ' ἕνα ἕκαστον ὑμῖν αὐτοῖς ἀπεχθήσεσθε· τὸ δὲ τελευταῖον, εἷς ὁ λειπόμενος αὐτὸς αὐτὸν κακῶς ἐρεῖ. Mox, pro κακῶς καὶ λέγετε, videtur legendum ἀεί, cui respondet οὐ πώποτε in fine sententiæ: et ita supra dixit: ἀεὶ κακῶς λέγειν καὶ ποιεῖν. Notandum quoque, mutilam esse hanc Orationem, prout patet ex istis: κερδανῶ δὲ τοσοῦτον, ὅτι πρῶτον μέν, ὑμῶν ἀπαλλαγείς, ἐλάχιστα κακῶς ὑφ' ὑμῶν πείσομαι· (τοὺς μὲν γὰρ — οὐδένα πώποτε) atque ita finitur Oratio. pendente adhuc πρῶτον μέν, sine Redditivo suo ἔπειτα δέ, vel saltem δέ, sive ultima includas Parenthesi, sive non. Signandum igitur defectum puto. Markland. μηνύσω videtur bene habere, et hæc esse sententia: ubi ego vobis significavero, qui vestrum quem cœtus vestri verbis contumeliosis insectatus sit. Reisk.

Ἀπαχθήσεσθε. τὸ δὲ τ., εἷς ὁ λ. αὐτὸς αὐτὸν] Π. ἀπεχθήσεσθε. τὸ δὲ τ. εἷς ὁ λ. αὐτὸς αὐτόν. H. Stephan. ἀπεχθήσεσθε. Cont.

Πρῶτον μὲν] Præstolor ἀνταπόδοσιν. Taylor. Nihil hic deesse videtur. solummodo pro πρῶτον μὲν ὑμῶν legatur πρώτιστος ὑμῶν. Reisk.

Πώποτε] Φαίνεται λείπειν τι. Cont.

σω, πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς [1] τρέψεσθε, κἄπειτα καθ' ἕνα ἕκα- 316
στον ὑμῖν αὐτοῖς ἀπεχθήσεσθε, τὸ δὲ τελευταῖον [2] ὁ εἷς ὁ
λειπόμενος αὐτὸς [3] αὐτὸν κακῶς ἐρεῖ. κερδανῶ δὲ τοσοῦτον,
ὅτι [4] πρῶτον μὲν ὑμῶν ἀπαλλαγεὶς ἐλάχιστα κακῶς ὑφ'
ὑμῶν πείσομαι· τοὺς μὲν γὰρ χρωμένους ὑμῖν κακῶς καὶ
λέγετε καὶ ποιεῖτε, τῶν δὲ μὴ χρωμένων οὐδένα πώποτε.

[1] τρέπεσθε T. [2] ὁ om. T. R. A. [3] αὐτὸν T. R. [4] πρώτιστος ὑμῶν A.

ΛΥΣΙΟΥ

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΙΩΤΟΥ.*

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Miles emeritus propter privatas simultates rursus catalogo adscribitur. Quo cum parum profecissent inimici (uti verisimile est, nam in hac parte deficit oratio), postulatur convitii, *νόμου διαῤῥήδην ἀγορεύοντος τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδοροῦντας ζημιοῦν.* **Æstimata mulcta, nondum vero exacta, Quæstores, in quorum tabulas relata erat, causam cognoscunt, fortasse præter legem, hominemque absolvunt. Jam ventum est ad judices.**

Pag. ed. Reisk. — Pag. ed. H.Steph.

317 α΄. ΤΙ ποτε διανοηθέντες οἱ ἀντίδικοι τοῦ μὲν πράγματος 114.
παρημελήκασι, τὸν δὲ τρόπον μου ἐπεχείρησαν διαβάλλειν;
318 πότερον ἀγνοοῦντες [1]ὅτι περὶ τοῦ πράγματος προσήκει λέ-
γειν; ἢ τόδε μὲν ἐπίστανται, ἡγούμενοι δὲ λήσειν περὶ τοῦ
παντὸς πλείω λόγον ἢ τοῦ προσήκοντος ποιοῦνται; ὅτι
μὲν οὖν οὐκ ἐμοῦ καταφρονήσαντες ἀλλὰ τοῦ πράγματος
τοὺς λόγους ποιοῦνται, σαφῶς ἐπίσταμαι· εἰ μέντοι ὑμᾶς
[2]οἴονται δι' [3]εὔνοιαν ὑπὸ τῶν διαβολῶν πεισθέντας κατα-
ψηφιεῖσθαί μου, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι. ᾤμην μὲν οὖν, ὦ
ἄνδρες δικασταὶ, περὶ τοῦ ἐγκλήματος, οὐ περὶ τοῦ τρό-

[1] ὅ,τι A. [2] οἴοντε T. [3] ἄνοιαν A.

*ΛΥΣΙΟΥ ΛΟΓΟΣ ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΙΩΤΟΥ. Coisl. Pro ὑπὲρ, περὶ Harpocr. in Δικαίωσις, qui merito quoque ambigit, εἰ γνήσιος hæc Oratio. TAYLOR.

Ὅ, τι] Pro ὅτι Aldinæ editionis Steph. mala prorsus fide. Non *quid* dicendum sit, sed *omnino dicendum esse*. Nam ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν, cujusmodi sit mores hominis exagitare, causam negligere, vetitum est in quibusdam Actionibus Atticis. Vid. Lysiæ orationem exeuntem Apologet. adv. Simon., Petit. Legg. Attic. L. 7. tit. 1., Poll. VIII. 10., ceterosque, et quæ nos quoque dicturi sumus de Legg. Atticis apud Lysiam repertis. IDEM.

Περὶ τοῦ παντὸς] Delendum τοῦ. nunquam enim, nisi fallor, ita loquitur Noster, aliter, centies. MARKLAND. Aut cum Marklando faciendum est, aut leg. περὶ τοῦ ἐπιόντος (id est, τοῦ ἐπιόντος). *quicquid in buccam, vel in mentem, venit.* REISK. Recte velit Marklandus τοῦ ejici. AUGER.

Οἴοντε] Οἴονται. CONT.

Εὔνοιαν] Imo vero ἄνοιαν. *per vel propter stultitiam suam opinantur.* REISK.

Οὐκ ἂν θαυμάσαιμι] Demens esset reus, qui coram judicibus suis ita loqueretur. nonne scripsit Lysias, τοῦτ' ἂν θαυμάσαιμι? MARKLAND. Non video, cur non reus coram judicibus hac oratione uti possit, a qua judicum dignitati nil derogatur, neque nota eorum nomini inuritur. Non mirer, ait, si adversarii tam stulti sint, ut futurum sperent, ut vos a calumniis decepti jus æquum pervertatis. Stultitiæ ignominia hic non in judices, sed in adversarios confertur. REISK.

που, τὸν ἀγῶνά μοι προκεῖσθαι· διαβαλλόντων δέ με τῶν
ἀντιδίκων, ἀναγκαῖόν ἐστι περὶ πάντων ἀπολογίαν ποιή-
σασθαι. πρῶτον μὲν οὖν περὶ τῆς ἀπογραφῆς ὑμᾶς διδάξω. 319
β΄. Ἀφικόμενος [1]προπέρυσιν εἰς τὴν πόλιν, οὔπω δύο
μῆνας ἐπιδεδημηκὼς κατελέγην στρατιώτης. αἰσθόμενος
δὲ τὸ πραχθὲν [2]ὑπετοπούμην εὐθέως ἐπὶ μηδενὶ ὑγιεῖ
κατειλέχθαι. προσελθὼν οὖν τῷ στρατηγῷ ἐδήλωσα ὅτι
ἐστρατευμένος εἴην, ἔτυχον δὲ οὐδενὸς τῶν μετρίων· προ-
πηλακιζόμενος δὲ ἠγανάκτουν μὲν, ἡσυχίαν δ' εἶχον. ἀπο-
ρούμενος δὲ καὶ συμβουλευόμενός τινι τῶν πολιτῶν τί [3]χρή-
σωμαι τῷ πράγματι, ἐπυθόμην ὡς καὶ δήσειν με ἀπειλοῖεν,
λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἔλαττω χρόνον Καλλικράτους Πολύαινος 320
ἐνδημοίη. κἀμοὶ μὲν τὰ προειρημένα διείλεκτο ἐπὶ τῇ Φι-
λίου τραπέζῃ· οἱ δὲ μετὰ Κτησικλέους τοῦ ἄρχοντος,
ἀπαγγείλαντός τινος ὡς ἐγὼ λοιδοροῖμι, τοῦ νόμου ἀπα-
γορεύοντος ἐάν τις ἀρχὴν ἐν συνεδρίῳ λοιδορῇ, παρὰ τὸν

[1] πρότερον T. R. [2] ὑπετυπούμην T. [3] χρήσομαι T. R. A.

Περὶ πάντων] Scil. ὧν διαβεβλήκασι vel κατηγορήκασι. REISK. *De omnibus*. Declarat is qui loquitur se responsurum esse omnibus sibi objectis. Attamen in orationis decursu nullibi respondet iis quæ sibi extra causam objecta sunt. AUGER.

Πρότερον] Imo vero προπέρυσιν, *anno abhinc retro tertio*. Confirmant hanc suspicionem insequentia voc. v. antep. de Ctesicle archonte, collata cum p. 322. v. 2. ἐξιούσης τῆς ἀρχῆς, Ctesiclis puta. REISK.

Ὑπετυπούμην] ὑπετοπούμην. SCAL. ὑπετοπούμην dedi, idem est atque ὑπετόπαζον. *suspicabar*. REISK.

Ἐστρατευμένος εἴην] Rude donatus: τὰς στρατείας ἐστρατευμένος ὅσαι ἂν αὐτῷ προσετάχθησαν, ut loquuntur Oratores Attici. V. Æsch. c. Timarch. p. 5. edit. Steph. init. TAYLOR.

Ἐπυθόμην ὡς καὶ δήσειν με ἀπειλοῖεν] ἐπυθόμην ὡς με ἀπώλειαν. SCAL.

Λέγοντες ὅτι κ. τ. λ.] Sensum funestavit lacuna deploratissima, quam ante comma proximum cuivis subodorari licet. TAYLOR. Ctesicles puta, qui videtur idem ille Strategus fuisse, de quo defensor modo commemoraverat, una cum assessoribus suis. Nihil hic deesse videtur. Verum principio orationis deesse nonnulla ut suspicer, pene inducor a vocabulo τὰ προειρημένα. nisi malumus existimare, hoc vocabulo significari partem illam orationis ab accusatore habitæ, qua is verba retulisset contumeliosa, a defensore in Ctesiclem conjecta. REISK. Intelligo τὰ προειρημένα, de conviciis dictis a reo contra magistratus, de quibus conviciis antea dixerant accusatores. AUGER.

Πολύαινος ἐνδημοίη] Videor mihi hoc e loco colligere, Polyænum fuisse causæ hujus defensorem, et Callicratem tribunum illius manipuli, in quo Polyænus militaret. Sententia hæc est: Non debere Polyænum, qui miles gregarius esset, ægre ferre, neque queri, quod in castra exire tam cito juberetur. Callicratem, ejus tribunum, illuc jam esse profectum. Iniquum esse militem, qui postulet, diuturnius in urbe otium sibi, quam tribuno, concedi. REISK. Reiskium pæne exscribit Augerus.

Διείλεκτο] Id est, εἴρητο ἐν τῷ διαλέγεσθαι μετὰ τῶν φίλων. IDEM.

Κτησικλέους] Ctesicles Archon fuit Olymp. CXI. 3. At Lysias maturius supremum diem obierat. TAYLOR. οἱ μετὰ Κτησικλέους, videtur novo modo dictum esse, pro illo solito οἱ περὶ Κτησικλέα. Ctesicles, Archon, ejusque assessores in tribunali rerum bellicarum. REISK.

Ἀπαγγείλαντος] Subaudi αὐτοῖς. et ad λοιδοροῖμι, αὐτὸν aut αὐτούς. IDEM.

Ἐγὼ λοιδοροῖμι] Ἐγὼ ἀρχὴν λοιδοροῖμι. CONT.

Τοῦ νόμου ἀπαγορεύοντος ἐάν τις κ. τ. λ.] *Cum lex vetaret Magistratui in ipso senatu*

νόμον ζημιῶσαι ἠξίωσαν. ἐπιβαλόντες δὲ τὸ ἀργύριον πράξασθαι μὲν οὐκ ἐπεχείρησαν, ἐξιούσης δὲ τῆς ἀρχῆς γράψαντες εἰς λεύκωμα τοῖς ταμίαις παρέδοσαν. οἵδε μὲν

nulla legitima de causa convitium facere. Interpres acutus et juris Attici consultissimus. Quid? Licebatne ergo Magistratui *extra Senatum* convitia quæcunque ad ravim usque ingerere? Nam, quantum tuam orationem video, id Solon non cavit. Attamen profecto ignosci potes, cum Petito viro optimo hæc ipsa imposuerunt. Imposuerunt dico, nam et ille hunc locum non intellexit. Convitia in Magistratum evomendi licentiam ab omni ore et *ubique* removit Jurisprudentia Attica: atque etiam a Foro, a Sacris, a Senatu contumeliam vel *Privatorum*, id quod in hoc loco voluit Lysias. *Illo* probato *hoc* facilius sequetur. Et ecce. Ἐὰν Θεσμοθέτην, ἤ τινα τούτων, οἷς ἂν ἡ πόλις τινὰ ἄδειαν, ἢ στεφανηφορίαν, ἢ τινὰ τιμὴν δῷ, ὑβρίσῃ τις, ἢ κακῶς εἴπῃ, ἄτιμος ἔστω καθάπαξ. Demosth. c. Midiam. Videtis nullam προθεσμίαν, nullam omnino vel *loci* vel temporis vel alicujus circumstantiæ haberi rationem: attamen ἄτιμος ἔστω καθάπαξ. Jam vero quid statuit eadem Jurisprudentia de Privatis? Ζῶντα δὲ κακῶς λέγειν ἐκώλυσε πρὸς ἱεροῖς, καὶ δικαστηρίοις καὶ ἀρχείοις, καὶ θεωρίας οὔσης ἀγώνων· ἢ τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο δ' ἄλλας ἀποτίνειν εἰς τὸ δημόσιον ἔταξε. Plutarch. in Solone. Τοῦ μὲν νόμου διαῤῥήδην ἀγορεύοντος τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδοροῦντας ζημιοῦν ἀκηκόατε. Noster procedente oratione. De Rabulis in Concionibus verba facientibus maxime id cavit. Τῶν Ῥητόρων ἐάν τις λέγῃ ἐν βουλῇ ἢ ἐν δήμῳ περὶ τοῦ εἰσφερομένου, μὴ χωρὶς περὶ ἑκάστου, ἢ δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ, ὁ αὐτὸς τοῖς αὐτοῖς, ἔτι εἰ λοιδορῆται ἢ κακῶς ἀγορεύῃ τινὰ— ἀφειμένης τῆς ἐκκλησίας, ἢ τῆς βουλῆς, κυριευέτωσαν οἱ πρόεδροι μεχρὶ ν δραχμῶν κ. τ. λ. Æsch. c. Timarch. Quanquam et alibi quoque convitiantem reprimit. Non ergo in his verbis somniandum est de *Magistratu*, sed ἀρχὴν per *omnino* exponi velim. Passim ita. Ὅντινα μὲν τρόπον, ἀρχὴν ἔγωγε οὐκ ἔχω εἶπαι. Herodot. Uran. 128. Οἱ στασιῶταί σφι γενόμενοι, ἐπεβούλευον θάνατον Στράττι τῷ Χίου τυράννῳ, ἐόντες ἀρχὴν ἑπτά. Id. ibid. 132. Ἀμομφάρετος δὲ ἀρχήν τε οὐδαμᾶ Παυσανίην τολμήσειν σφέας ἀπολιπεῖν κ. τ. λ. Id. Calliop. 56. Add. 59. 79. et Clio. 9. Ita Sophocl. Electr. 441.

Ἀρχὴν γάρ, εἰ μὴ τλημονεστάτη γυνὴ
Πασῶν ἔβλαστε, τάσδε δυσμενεῖς χοὰς
Οὐκ ἄν ποθ' ὅν γ' ἔκτεινε, τῷ δ' ἐπέστεφε.

Joseph. Antiq. 1. 3. 8. Σῶφρον γὰρ εἶναι τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς μηδὲ χαρίσασθαι τὸ ζῆν, ἢ δόντα τούτους διαφθείρειν. Idem III. 15. 3. Πολλοὶ δ' οὐδ' ἀρχὴν εἰσελθεῖν εἰς τὸ ἱερὸν δυνηθέντες ἀπίασιν. V. Cl. Hudson. ad locum priorem, qui laudat Jensium in Lection. Lucian. Jam quemnam non tædebit misellulorum homuncionum, qui et hæc quoque præcepta νομοθεσίας Atticæ miserrime interpretantur: ἀρχὴν ὑπεύθυνον μὴ ἀποδημεῖν. ἀρχὴν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦν. etc. cujusmodi sunt illa ex juramento Heliastarum, quam formulam expressit Demosthenes in oratione Timocrat. Οὔτ' α[illegible], οὔτ' ἄλλον οὐδένα ἐάσω, οὐδὲ ἀρχὴν καταστήσω, ὥστε ἄρχειν ὑπεύθυνον ὄντα ἑτέρας ἀρχῆς? Ubi ἀρχὴν pro Magistratu est inscitissimum. TAYLOR. Aut detrahenda est vocabulo ἀπαγορεύοντος prima syllaba, id quod verius arbitror, aut vocabulum hoc significatu hic est usurpatum rariusculo, pro simplici ἀγορεύοντος aut προειπόντος. *cum lex edicat, denunciet, his verbis:* IN CURIA SI QUIS MALEDICAT MAGISTRATUI. subaudi τοῦτον ζημιοῦν. *hunc magistratus mulctæ pecuniariæ damnato.* Mutavi distinctionem veterem, quæ hæc erat λοιδορῇ παρὰ τὸν νόμον, ζημιῶσαι. Verum illa vocabula παρὰ τὸν νόμον cohærent cum ἠξίωσαν ζημιῶσαι. Ctesicles cum satellitibus suis, nulli dubitarunt mihi præter omne jus et fas mulctam irrogare. Verba ἐάν τις ἀρχὴν [id est, ἄρχοντά τινα, ὁντινοῦν] ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδορῇ, verba sunt, ut Taylor appellat, legitima, h. e. ipsius legis formula. ut ζημιοῦν addatur, necesse non est; si adsit, haud sim repudiaturus. REISK. ἀγορεύοντος. CONT. Hic forsan melius quam cum infra p. 324. v. 2. mutat ἀγορεύοντος in ἀπαγορεύοντος. AUGER.

Ἐπιβαλόντες] De ratione τοῦ ἐπιβάλλειν fusius ad or. c. Andocid. TAYLOR.

Τὸ ἀργύριον πράξασθαι] Comma, quod in vulgatis pone ἀργύριον est, sustuli, quo integrum cuique esset hoc vocabulum, quo vellet, referre, sive ad ἐπιβαλόντες, sive ad πράξασθαι. mihi videtur ad infinitivum potius, quam ad participium referendum esse. ἐπιβάλλειν dicitur non ἀργύριον, sed ζημίαν. Verum πράττεσθαι ἀργύριον crebro usurpatur. REISK.

Λεύκωνα] Λεύκωμα. PALMER. SCAL. CONT.

Οἵδε μὲν τάδε] Οἱ μὲν τάδε. CONT.

Οἵδε μὲν τάδε] Alius dixisset οἵδε μὲν οὖν τάδε. Sed in Lysia fero brevitatem

τάδε διεπράξαντο· οἱ δὲ ταμίαι, οὐδὲν ὅμοιον τοῖσδε διανοηθέντες, [1] ἀνακαλεσάμενοι δὲ τοὺς παρόντας καὶ τὴν γραφὴν, ἐσκοποῦντο τῆς αἰτίας τὴν πρόφασιν. ἀκούσαντες δὲ 324
τὸ γεγενημένον, [2] ἐννοούμενοι οἷα πεπονθὼς ἦν, τὸ μὲν πρῶτον ἔπειθον αὐτοὺς ἀφεῖναι, διδάσκοντες ὡς οὐκ ἐπιεικὲς
115. 1 εἴη τῶν πολιτῶν τινὰς διὰ τὰς ἔχθρας ἀναγράφεσθαι· ἀποροῦντες δὲ μεταπεῖσαι αὐτοὺς, τὸν παρ' ὑμῶν κίνδυνον ὑποστάντες ἄκυρον τὴν ζημίαν ἔκριναν.

γ'. Ὅτι μὲν οὖν ἀφείθην ὑπὸ τῶν ταμιῶν, ἐπίστασθε· προσήκειν δὲ ἡγούμενος [3] καὶ διὰ ταύτην τὴν ἀπόδειξιν 325
ἀπηλλάχθαι τοῦ ἐγκλήματος, ἔτι πλείονας καὶ νόμους καὶ ἄλλας δικαιώσεις παρασχήσομαι. καί μοι λάβε τὸν νόμον.

[1] ἀνακαλεσάμενοι τοὺς παραδόντας τὴν ἀπογραφὴν A. [2] ἐννοοῦντες T. A. [3] καὶ om. A.

vincientes particulas omittentem. οἵδε redit ad Ctesiclem ejusque assessores. REISK.

Διεπράξαντο] Callidis machinationibus et clandestinis inter se deliberationibus hoc perficiebant, ut hæc tam legibus et juri adversantia peragerent. IDEM.

Ἀνακαλεσ. δὲ] Δὲ hoc malim abesse. IDEM.

Τοὺς παρόντας] Malim τοὺς παραδόντας. IDEM.

Καὶ τὴν γραφὴν] Nisi desit Participium aliquod post has voces, scribendum videtur: κατὰ τὴν γραφὴν ἐσκοποῦντο τῆς αἰτίας τὴν πρόφασιν. Paulo supra distinguendum: — λοιδορῇ, παρὰ τὸν νόμον ζημιῶσαι ἠξίωσαν. MARKLAND. Pro simplici γραφὴν malim ἀπογραφήν. non enim libellus accusatorius hic erat exhibitus, neque accipere poterant quæstores [illegible]llos accusatorios, id quod solis li[illegible]at prætoribus juri dicundo constitutis; sed solas ἀπογραφὰς accipiebant, h. e. tabulas, in quibus scripta essent nomina ærariorum, seu debentium ærario; a quibus ut debita redigerentur, opera danda erat quæstoribus. REISK.

Ἐσκοποῦντο τῆς αἰτίας] Sine dubio καὶ hic deest. καὶ τῆς αἰτίας. nam ἀνακαλεῖσθαι τὴν ἀπογραφὴν dici nequit, potest σκοπεῖσθαι. considerabant tabulas sibi traditas, quibus Polyænus ut ærarius esset inscriptus; unaque considerabant, vel explorabant causam offensionis vel criminationis, h. e. cur Ctesicles et ejus assessores ita offensi essent Polyæno (ita enim juvat defensorem appellare) ut eum quæstoribus pro ærario traderent. IDEM.

Αὐτοὺς] Ctesiclem puta cum sociis. IDEM.

Διὰ τὰς ἔχθρας] Idem est atque, διὰ τὰς ἰδίας ἔχθρας. *propter privatas simultates.* nam contentio cum aliquo in republica, ea ἔχθρα non est. IDEM.

Ἀναγράφεσθαι] Melius ἀπογράφεσθαι. In militiam sc. Similis fere error oratione exeunte. TAYLOR. Vulgata bene videtur habere, idemque valere, atque ἀπογράφεσθαι, vel ἐγγράφεσθαι, *in tabulas ærariorum referri.* REISK.

Καὶ διὰ ταύτην τὴν ἀπόδειξιν] Paulo durius atque obscurius dictum. bene si habet, hæc erit sententia: Per hanc, quam nunc edo, demonstrationem innocentiæ meæ, per hanc purgationem meam in qua cum maxime versor. Subauditur τῆς ἐμῆς μετριότητος, aut ὅτι ἀδικοῦμαι καὶ συκοφαντοῦμαι. Sententia postulat: καὶ διὰ τῶν ἄλλων ἀποδείξεων. IDEM.

Ἀπηλλάχθαι] Ad ἀπηλλάχθαι mihi videtur addendum esse adverbium aliquod: arbitratus me debere, propter hanc denuntiationem in jus, *judiciali modo* effugere accusationem. AUGER.

Πλείονας] Refer et ad νόμους et ad δικαιώσεις. Lysias, inquit Harpocratio ad voc. δικαίωσις, accipit τὰς δικαιώσεις pro δικαιολογίας. Ceterum haud video quid intelligat orator per πλείονας καὶ νόμους καὶ ἄλλας δικαιώσεις, quum nullæ adhuc leges recitatæ, nulla judicialia argumenta producta fuerint. IDEM.

ΝΟΜΟΣ.

τοῦ μὲν νόμου διαῤῥήδην ἀγορεύοντος τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδοροῦντας ζημιοῦν ἀκηκόατε. ἐγὼ δ᾽, ὅτι μὲν οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ ἀρχεῖον, μάρτυρας παρεσχόμην, ἀδίκως δὲ ζημιωθεὶς οὔτ᾽ ὀφείλω οὔτ᾽ ἐκτῖσαι δίκαιός εἰμι. εἰ γὰρ φανερός εἰμι μὴ ἐλθὼν εἰς τὸ συνέδριον, ὁ δὲ νόμος τοὺς ἐντὸς πλημμελοῦντας ἀγορεύει τὴν ζημίαν ὀφείλειν, ἠδικηκὼς μὲν οὐδὲν φαίνομαι, [1]ἔχθρᾳ δὲ ἄνευ τούτου
326 [2]παραλόγως ζημιωθείς. συνέγνωσαν δὲ καὶ αὐτοὶ σφίσιν ὡς ἠδικηκότες· οὔτε γὰρ εὐθύνας ὑπέσχον, οὔτε εἰς δικαστήριον εἰσελθόντες τὰ πραχθέντα ψήφῳ κύρια κατέστη-
327 σαν. εἰ δ᾽ οὖν ἐζημίωσαν μὲν οἵδε προσηκόντως, ἐκύρωσαν δ᾽ ἐν ὑμῖν τὴν ἐπιβολὴν, [3]τῶν ταμιῶν ἀφέντων, εἰκότως

1 ἔχθρα T. 2 παραγώγως T. 3 καὶ τῶν A.

ΝΟΜΟΣ] Ad ΝΟΜΟΣ addendum videtur ΜΑΡΤΥΡΕΣ. id quod patet e proximis μάρτυρας παρεσχόμην. Reisk.

Ἐγὼ δ᾽] Aliquid deesse suspicatur Schottus, credo, propter istud μάρτυρας, quod sequitur. At non necesse est suspicari hunc locum. Taylor.

Μάρτυρας παρεσχόμην] Ubinam sunt hi *testes*, quos dicit se *exhibuisse*? certe nulla eorum in præcedentibus mentio. aut igitur defectus est alicubi in Contextu, aut legendum: μάρτυρας παρασχήσομαι. ΜΑΡΤΥΡΕΣ. ἀδίκως δὲ etc. Quod verius puto. Markland.

Ἔχθρα] Conjecit Steph. ἔχθρᾳ, quod probo. Sequentia fortasse ita concinnari possunt: Ἔχθρᾳ δὲ ἀντὶ τούτου παρανόμως ζημιωθείς. παραλόγως Scal. et Coisl. Taylor. Recte Stephanus ἔχθρᾳ, casu tertio. Sed quis cætera explicet, uti nunc habent? Lego: ἔχθρᾳ δὲ ἄνων (i. e. ἀνθρώπων) τούτων παρανόμως ζημιωθείς. Notum est vocem ἀνθρώπων in MSS. ita scribi solere ἄνων. inde forte istud ἄνευ. Tale mendum emaculavimus ex Philone Judæo, p. 215. ad finem Libelli ὅτι ἄτρεπτον τὸ Θεῖον: γῆς γὰρ θρέμμα καὶ οὗτος, οὐκοῦν οὐ βλάστημα. scribe: οὐκ οὔνου (id est, οὐρανοῦ) βλάστημα. ita enim vox οὐρανὸς concipitur in MSS. οὗνος. Porro: παρανόμως ζημιωθεὶς, ut supra, παρὰ τὸν νόμον ζημιῶσαι, et ἀδίκως ζημιωθεὶς, cui mox opponitur ἐννόμως ζημιωθείς. Sciunt vero, qui in his rebus versantur, tam parvum esse discrimen in Libris scriptis inter μ, ν, et γ, ut παρανόμως in παραγώγως facile abire potuerit. Markland. ἄνευ τούτου bene habet. Significat *solummodo*, mera ex simultate, nullo habito ad innocentiam meam respectu, quasi dixisset: ἔχθρᾳ μόνῃ, ἄνευ τοῦ ἠδικηκέναι μέ τι. Reisk. παραλόγως. Cont.

Συνέγνωσαν κ. τ. λ.] Optime Steph. ex stercore Manuscriptorum, qui ita: συνέγνωσα δὲ καὶ αὐτοῖς φησίν. Pro quo Scal. συνέγνωσα δὲ καὶ αὐτοῖς φήσασιν ὡς ἠδικηκότες εἶεν. Taylor. μετέγνωσαν. Cont.

Εἰ δ᾽ οὖν κ. τ. λ.] Convertit hic omnia Schottus: Εἰ δ᾽ οὖν ἐζημίωσαν μὲν οὐδὲ προσηκόντως, οὐδὲ ἐκύρωσαν ἐν ὑμῖν τὴν ἐπιβολὴν (MSS. ἐπιβουλήν. Sed de his actum satis.) τῶν ταμιῶν ἀφέντων, εἰκότως ἂν τοῦ ἐγκλήματος ἀπηλλαγμένος εἴην. εἰ μὲν γὰρ κύριοι ἦσαν πράξασθαι, ἢ ἀφεῖναι ἀνόμως ζημιωθεὶς εὐλόγως ἂν ἀφείθην· εἰ δ᾽ οὐκ ἔξεστι κ. τ. λ. Sed vel vulgata lectio est ea longe sincerior. Locus certe, ut et tota oratio, horridus, et præfractus. Attamen in tantis tenebris hoc nihilominus videre posse videor, Schottum in hoc loco nihil potesse, et, quæcunque sit vera lectio, illius certe non esse. Fortasse levi immutatione in postremo inciso, totum sanabitur: Εἰ δ᾽ ἔξεστι μὲν ταμίαις ἀφεῖναι, διδόασι δὲ αὐτοὺς ὑπὲρ ὧν ἂν διαχειρίζωσιν κ. τ. λ. Taylor. Ad ἐζημίωσαν et ἐκύρωσαν sub. ἄν. Auger.

Οἵδε] Ctesicles puta ejusque sodales. Reisk. Ctesicles et ejus asseclæ. Auger.

Δ᾽ ἐν ὑμῖν τὴν ἐπιβολὴν] δ᾽ ἐν ἡμῖν τὴν ἐπιβολήν. Cont. Lego: ἐκύρωσαν δ᾽ ἔννομον

ἂν τοῦ ἐγκλήματος ἀπηλλαγμένοι εἶεν. [1]εἰ μὲν γὰρ κύριοι ἦσαν πράξασθαι ἢ ἀφεῖναι, [2]ἐννόμως ζημιωθεὶς εὐλόγως ἂν ὤφειλον· εἰ δ᾽ ἔξεστι μὲν αὐτοῖς ἀφεῖναι, διδόασι δὲ 328
[3]αὐτοῖς ὑπὲρ ὧν ἂν διαχειρίζωσιν, εἴ τι ἠδικήκασι, τῆς προσηκούσης ῥᾳδίως δίκης τεύξονται.

δ. Ὧι μὲν τρόπῳ παρεδόθην καὶ ἐζημιώθην, ἐπίστασθε· δεῖ δ᾽ ὑμᾶς μὴ μόνον τοῦ ἐγκλήματος τὴν αἰτίαν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἔχθρας τὴν πρόφασιν [4]εἰδέναι. Σωστράτῳ γὰρ φίλος ἐγενόμην πρότερον μὲν τῆς τούτων ἔχθρας, εἰδὼς [5]δὲ περὶ τὴν πόλιν ἄξιον λόγου γεγενημένον. γνώριμος δὲ γε- 329

1 οἱ A. 2 ἐννόμως δὲ ζημ. A. 3 αὐτοὶ εὐθύνας ὑπὲρ A. 4 εἰδῆσαι T. 5 δὲ ἐκεῖνον περὶ A.

τὴν ἐπιβολήν: *legalem vero mulctam sanxissent.* Ita ἔννομος ἐκκλησία, Actor. XIX. 39. ἔννομος πολιτεία, Æschines κατὰ Τιμάρχου, p. 1. et ἔννομον κήρυγμα, idem contra Ctesiph. p. 57. ἔννομοι κολάσεις, Philo Judæus Vit. Mos. lib. 1. Mox, pro ἀπηλλαγμένοι εἶεν Schottus legit ἀπηλλαγμένος εἴην: forte recte. non ita paulo ante, ubi legit οὐδὲ προσηκόντως, οὐδὲ ἐκύρωσαν. sana enim est vulgata. Markland. Bene habet ἐν ὑμῖν. *in judicio vestro.* alloquitur Heliastas, aut potius Logistas. Reisk.

Εἰ μὲν γὰρ κύριοι ἦσαν] Quæstores puta. verum pro prima voce εἰ malim οἱ. *hi quidem*, quæstores puta, *habebant in potestate sua arbitrioque, debitum a me exigere, aut missum me facere.* Idem.

Ἐννόμως ζημιωθεὶς] Interpone δέ. *legaliter autem*, h. e. legibus convenienter, *si mulctæ fuissem a Ctesiclis tribunali addictus, semper tamen debuissem, seu ærarius fuissem*, idque summo jure, etiamsi quæstores me absolvissent. Nam quæstorum absolutio juribus vestris nil derogat. Idem.

Διδόασι δὲ αὐτοῖς ὑπὲρ ὧν ἂν διαχειρίζωσιν, etc.] Inexplicabilis hic locus, hoc manente contextu. in priori membro sententiæ pro ἐννόμως et ὤφειλον, Schottus conjicit ἀνόμως et ἀφείθην: et initio hujus inserit οὐκ ante ἔξεστι. Mihi adhuc tenebræ: et defectu laborare locum suspicor. De his vero Quæstoribus vide Doctiss. Kühnium ad Pollucem VIII. 9. segm. 97. Et notanda paulo inferius vox rarior εἰδῆσαι, si sana sit. Markland. Sine dubio leg. αὐτοὶ εὐθύνας. *ipsi autem rursus rationes vobis reddunt.* Reisk. Mihi pridem visum est verbum εὐθύνας latere in αὐτοῖς: postea vidi Reiskio in mentem venisse διδόασι δ᾽ αὐτοὶ εὐθύνας, attamen in eadem maneo sententia, neque αὐτοὶ addendum arbitror. διδόναι εὐθύνας, *rationes reddere gesti magistratus*, est dictio Atticis scriptoribus ipsique Lysiæ frequens et usitata. p. 143. 18. ed. Steph. οὐδέποτ᾽ ἐλθὼν εὐθύνας ἐτόλμησε δοῦναι. p. 172. 7. ὅσοι μὲν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ ἄτιμοι ἦσαν εὐθύνας δεδωκότες. Cf. Andocid. p. 12. 19. ed. Steph. Dicitur item εὐθύνας ὑποσχεῖν supra p. 324. 10. et p. 170. 35. ed. Steph. item λόγον διδόναι et λόγον ὑποσχεῖν ap. Xen. Hellen. l. I. c. 7. §. 2. εὐθύνας διδόναι pro δίκην διδόναι est ap. Aristoph. in Pac. v. 1187. et hinc etiam confirmatur hæc conjectura, quod διαχειρίζειν proprie et peculiariter dicitur de publicarum rerum administratione. p. 170. 35. οὔτε χρήματα διαχειρίσας τῆς πόλεως δίδωμι λόγον αὐτῶν. Vid. et Andocid. de Myst. p. 19. 12. de Red. p. 21. 42. Æsch. in Ctesiph. p. 55. fin. ed. Steph. Hoc εὐθυνῶν judicio omnes tenebantur Athenis, qui magistratum gessissent, vel ullam partem publici muneris attigissent, vid. Æsch. d. l.; soli excipiebantur Heliastæ auctore Aristophane in Vesp. v. 585.

Καὶ ταῦτ᾽ ἀνυπεύθυνοι δρῶμεν· τῶν δ᾽ ἄλλων
οὐδεμί᾽ ἀρχή.

Eoque judicio condemnati erant infames. Vid. Lys. p. 172. 17. Andocid. de Myst. p. 10. 15. Schol. ad Aristoph. Equit. v. 822. Pollux l. VIII. §. 45. 88. et 100. Harpocrat. et Suid. voc. εὔθυναι. Sluiter.

Ἠδικήκασι] Redit ad quæstores, τεύξονται autem ad Ctesiclem et ejus collegas. *facile hi a me et a quæstoribus repetent pœnas debitas, si quid quæstores deliquerint*, h. e. mulctam a Ctesicle mihi irrogatam præter fas mihi remiserint. Reisk.

Παρεδόθην] A Ctesicle puta quæstoribus pro ærario. Idem.

Εἰδὼς δὲ περὶ τὴν πόλιν ἄξιον λόγου γεγενη-

νόμενος διὰ τῆς ἐκείνου δυναστείας οὔτ᾽ ἐχθρὸν ἐτιμωρησά-
330 μην οὔτε φίλον εὐηργέτησα· ζῶντος μὲν γὰρ διὰ τὴν ἀνά-
γκην καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν ἐσχόλαζον, ἐκλιπόντος δὲ τὸν βίον
οὔτε λόγῳ οὔτε ἔργῳ ἔβλαψα οὐδένα τῶν κατηγορούντων,
ἔχω δὲ καὶ τοιαῦτα εἰπεῖν, ἐξ ὧν ὠφελοίμην ἂν πολὺ δι-
καιότερον ὑπὸ τῶν ἀντιδίκων ἢ κακῶς πάσχοιμι. τὴν μὲν
331 οὖν ὀργὴν διὰ τὰ προειρημένα συνεστήσαντο, προφάσεως
οὐδεμιᾶς πρὸς ἔχθραν ὑπαρχούσης. ὀμόσαντες μὲν οὖν

μένον] Primo legendum, εἰδώς γε. aliter, nihil erit in sequentibus, quod respondeat isti δέ. nisi aliquid desit post γεγενημένον: quod sane suspicor. Deinde, licet ἄξιον λόγου suo loco probum sit, tamen quum sermo fit de viro, qui de Civitate bene meretur, nimis humile elogium videtur, et usitatissimum est ἄξιον πολλοῦ. Sic Orat. X. περὶ τοῦ πατρὸς οὕτω πολλοῦ ἀξίου γεγενημένου καὶ ὑμῖν καὶ τῇ πόλει. Orat. XV. init. Πολλοῦ ἄξια τῇ πόλει γεγόνασι. Orat. XXXIV. ἀνδρὸς δὲ ἀγαθοῦ καὶ πολίτου πολλοῦ ἀξίου. Plato in Sympos. de Amore: πολλοῦ ἄξιος καὶ πόλει καὶ ἰδιώταις. Et ita centies in his Orationibus. Quæ vero sequuntur sic distinguenda: γνώριμος δὲ γενόμενος, διὰ τῆς ἐκείνου δυναστείας οὔτ᾽ ἐχθρὸν ἐτιμωρησάμην οὔτε φίλον εὐηργέτησα. Διὰ τῆς ἐκείνου δυναστείας est *durante ejus potestate*. et ita intelligendum puto difficile istud 2 Petr. III. 6. δι᾽ ὧν, ὁ τότε κόσμος etc. *sub quibus, ille tunc mundus* etc. i. e. quibus ita exsistentibus, *sub quo* rerum et creationis *statu*. Markland.

Οὔτε φίλον εὐηργέτησα] Has tres voces delet Schottus: Quæ tamen adeo non sunt delendæ, ut locus sine his constare nequeat. Taylor. Has voces omittendas censuit Schottus: verebatur enim, opinor, ne contra reum faceret hæc Confessio. Sed non erat metuendum: nihil enim aliud vult Orator, quam se usum fuisse *Potestate* Sostrati nulla *omnino* in re: modo loquendi satis usitato, quo *Universalitas* (ut ita dicam) rei alicujus designatur per duo Opposita, quæ totam rem exprimunt et comprehendunt. sic "dicenda tacenda" Horatio sunt *omnimoda*. quod sumsit, opinor, ex Demosthene de Cor. ῥητὰ καὶ ἄρρητα ὀνομάζων. "Noti ignotique," id est, *omnes homines*, Petronius c. 112. Propertius III. 5.

"Ultima quæ pacto noxque diesque fuit,"

id est, *ultimum tempus vitæ*: imitatione Pindari Pyth. IV. μοιρίδιον ἆμαρ καὶ νύκτες, i. e. μοιρίδιος χρόνος. Isocrates ad Philippum: ἄγονται δὲ καὶ φέρονται τῆς νυκτὸς καὶ τῆς ἡμέρας ὑπὸ τῶν οἰκετῶν σφετέρων αὐτῶν. Ulpianus ad Demosth. adv. Aristocrat. ubi explicat phrasin ἄνω καὶ κάτω per πανταχοῦ, rationem addit: διὰ γὰρ τῶν δύο ἀρχῶν καὶ τὸ μέσον συμπεριλαμβάνεται. et sic apud Æschinem adv. Ctesiph. p. 68. πάντ᾽ ἤματα καὶ πάσας νύκτας, est ἀεί. Juvenalis Sat. III. 104.

"Melior, qui semper, et omni
Nocte dieque potest aliena sumere vultum
A facie: jactare manus," etc.

ita legendus et distinguendus iste locus. vulgo, *alienum sumere vultum. A facie jactare manus* etc. Quin et ita intelligendum istud Matt. XII. 32. οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. *neque in hoc ævo, neque in futuro*: id est, *nunquam*. et istud 1 Tim. IV. 8. ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν, καὶ τῆς μελλούσης, id est, *omnis temporis*: quod modo vocaverat πάντα, sc. χρόνον, et illi opposuerat ὀλίγον, nempe χρόνον: quemadmodum postulat Argumentatio. Porro par huic Lysiæ loco est ille Orat. XXV. ὑπ᾽ ἐμοῦ φανήσεται οὔτε τῶν ἐχθρῶν οὐδεὶς τετιμωρημένος, οὔτε τῶν φίλων εὖ πεπονθώς. Cujus oblitus erat Schottus. Markland.

Διὰ τὰ προειρημένα] Hinc patet Defectus, quem supra memoravi, post vocem γεγενημένον. nulla enim iræ aut inimicitiarum causa in *prædictis* apparet: ut necesse sit totam hanc partem intercidisse, in qua ista narrabantur. Markland. Non videtur ex hac dictione διὰ τὰ προειρ. colligi posse orationis principium esse mutilatum. potest enim hæc dictio significare, propter illam meam, de qua modo dixi familiaritatem cum Sostrato, cujus auctoritas et potentia Ctesiclem ejusque amicos gravabat. Reisk. Sc. propter potentiam Sostrati de qua modo diximus. Auger.

Προφάσεως] Subaudi ἰδίας, aut ἰδίᾳ παρ᾽ ἐμοῦ αὐτοῖς δεδομένης. Reisk. Videtur

τοὺς ἀστρατεύτους καταλέξειν, παρέβησαν τοὺς ὅρκους.
προὔθεσαν δὲ τῷ πλήθει [1] βουλεῦσαι περὶ τοῦ σώματος,
ζημιώσαντες μὲν ὡς τὴν ἀρχὴν λοιδοροῦντα, κατολιγωρή-
σαντες δὲ τοῦ δικαίου, βιαζόμενοι βλάπτειν ἐξ ἅπαντος 332
τοῦ λόγου· πᾶν [2] ἂν ἔπραξαν, μέλλοντες μεγάλα μὲν ἐμὲ
βλάψειν, πολλὰ δ᾽ ἑαυτοὺς ὠφελήσειν, οἵτινες οὐδετέρου
τούτων ὑπάρχοντος πάντα περὶ ἐλάττονος ποιοῦνται τοῦ
δικαίου. ἀλλὰ γὰρ [3] εἰ κατεφρόνησαν τοῦ ὑμετέρου πλή- 333
θους, οὐδὲ φοβηθῆναι τοὺς θεοὺς ἠξίωσαν, ἀλλ᾽ οὕτως
ὀλιγώρως καὶ παρανόμως προσηνέχθησαν, ὥστε ἀπολογή-
σασθαι μὲν περὶ τῶν πεπραγμένων οὐδ᾽ ἐπεχείρησαν· τὸ
δὲ τελευταῖον, νομίζοντες οὐχ ἱκανῶς με τετιμωρῆσθαι, τὸ 334

[1] βουλεύσασθαι π. τ. σώμ. τοῦ ἐμοῦ· ζημ. A. [2] ἂν om. T. R. A. [3] οἳ A.

addendum, vel saltem subaudiendum ἄλλης. Auger.

Βουλεῦσαι] Imo vero βουλεύσασθαι. *in deliberationem ire*. Reisk.

Περὶ τοῦ σώματος] Subaudi τοῦ ἐμοῦ. debeamne in posterum quoque libertate mea civili salva perfrui, an ea privatus, atque infamia notatus pro servo vænire. Colligitur hoc e loco, si quis magistratui munus fungenti insultasset, eum eo genere infamiæ fuisse notatum, ut non modo foro arceretur, sed etiam pro mancipio venderetur. Quod nescio an ex alio nullo vetusti auctoris, qui hodie quidam exstet, loco confirmari possit. Idem.

Τὴν ἀρχὴν] Post ea, quæ dicta sunt, nemo gravabitur mecum restituere ἐν ἀρχείῳ. Nam neque Magistratui convitiatus est, neque si convitiabatur maxime, per τὴν ἀρχὴν exprimi potuit, et deinde, ex toto tenore orationis *locus*, in quo convitium fecisse insimulatur, disertissime postulat notari. Taylor. Bene habet vulgata. τὴν ἀρχὴν idem valet atque τὸν ἄρχοντα. colligit sic: Magistratus quidem dignitatem honoris sui suorumque corporum læsam tam severe ulciscuntur, ipsi autem jus violare nulli dubitant, cui tuendo præfecti sunt publice. Reisk.

Βιαζόμενοι βλάπτ.] *Conati*. Salmas. βιαζόμενοι δὲ βλάπτειν. Cont. Fort. με est interponendum. *dum connituntur omni nervorum contentione me lædere, quocunque tandem id fiat modo, nihil non egerunt*, ut illo vulgari utar, *nihil intentatum sibi reliquerunt*. Reisk.

Ἐξ ἅπαντος τοῦ λόγου πᾶν ἔπραξαν] Videntur hæc ita distinguenda et legenda esse: ἐξ ἅπαντος (τὸ τοῦ λόγου) πᾶν ἔπραξαν. In illis ἐξ ἅπαντος subauditur τρόπου vel μηχανήματος vel tale quid. Ad τὸ τοῦ λόγου subaudi ἔπος. *ut in proverbio dicitur*. idem est ac si dixisset: ὅ ἐστι τοῦτο τὸ ἐν τῷ κοινῷ λόγῳ λεγόμενον. vel, ἵνα ἐξῇ μοι χρῆσθαι ἐκείνῳ τῷ παροιμιώδει. Ecquodnam autem est illud proverbiale, cui a se usurpando veniam præfatur? Est nempe πᾶν ἔπραξαν. Proverbii formam habet dictio πᾶν πράττειν, ut, *mettre le diable a quatre*. Idem.

Οὐδετέρου τούτων] Refer ad μεγάλα ἐμὲ βλάψειν et πολλὰ ἑαυτοὺς ὠφελήσειν. Auger.

Πάντα περὶ ἐλάττονος] πάντα περὶ πλείονος. Vel πάντος περὶ ἐλάττονος ποιοῦνται τὸ δίκαιον. Schott. Quod postremum, ægre ubi tandem intellexi, nauseabam. Taylor. Omnino contrarium dicere voluit. Forte scribendum: πάντα περὶ ἐλάττονος ποιοῦνται τοῦ ἀδίκου. Mox, pro εἰ κατεφρόνησαν, opinor οἳ legendum. Markland. τοῦ δικαίου bene habet. Sententia hæc est: Affectant sanctimoniam tuendi juris, volunt casti et severi juris arbitri videri, aliis omnibus in rebus, ubi non agitur de noxia mihi danda, aut de emolumento sibi quærendo; seu, ubi neque sua mecum simultas, neque spes lucelli intervenit. Reisk.

Εἰ κατεφρόνησαν] F. καί. Taylor. Bene habet εἰ. Sententia est: Etiamsi hoc ipsis ignoveris, quod vestram multitudinem (tot numero homines, cives suos) contemserint; at satis illis hoc non fuit. Etiam deos spreverunt. Qui hoc feretis? Idem est ac si latius et plenius sic dixisset: ἀλλὰ γὰρ, εἰ καὶ τοῦτ᾽ ἦν πως οἰστέον καὶ ὀλιγωρητέον, ὅτι τοῦ ὑμετέρου πλήθους καταφρόνησαν, ἀλλ᾽ ἐκεῖνό γε οὐκ ἦν ἀνεκτὸν, ὅτι οὐδὲ τοὺς θεοὺς φοβηθῆναι ἠξίωσαν. Reisk.

Τὸ δὲ τελευταῖον] Videri possit hæc ver-

πέρας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασαν. διατεθέντες δὲ οὕτω πα-
335 ρανόμως καὶ βιαίως, ἐπικρύψασθαι τὴν ἀδικίαν περὶ οὐδε-
νὸς ἐποιήσαντο, παραγαγόντες δὲ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν
ἠδικηκότα με οὐδὲν ἐπιδεικνύουσι καὶ λοιδοροῦσι, τοῖς μὲν
ἐμοῖς ἐπιτηδεύμασιν οὐ προσηκούσας διαβολὰς ἐπιφέροντες,
τοῖς δ' αὑτῶν τρόποις [1] τὰς οἰκείας καὶ συνήθεις.

έ. Οἵδε μὲν οὖν ἐκ παντὸς τοῦ τρόπου προθυμοῦνταί
με τῇ δίκῃ ἁλῶναι· ὑμεῖς δὲ μήτε ταῖς τούτων διαβολαῖς
336 ἐπαρθέντες ἐμοῦ καταψηφίσησθε, μήτε τοὺς βέλτιον καὶ

[1] [τὰς] R.

borum idem significantium exaggeratio, τὸ τελευταῖον et in continenti post τὸ πέρας, ferenda, et nescio an laudanda etiam in vehementi contentione animi a graviore quopiam affectu commoti. Verum vide, ne ne sit quidem hæc tautologia. τὸ τελευταῖον potest significare, ut id dicam quod in dicendis postremum habeo, πέρας autem, quæ est injuriarum postrema, et quasi coronis aut cumulus, quas illi mihi injurias multasque alias et peracerbas dedere. IDEM.

'Εξήλασαν] *Ejicere voluerunt*; neque enim *adhuc* eum ejecerant in *hac* causa condemnatum, neque *ante* in priori; prout patet ex præcedentibus. innuitur igitur *Voluntas*, non *Effectus*: cujus exempla vide ad fin. Orat. XIII. si sanus sit locus: οὓς οὗτος μὲν ἀπέκτεινεν ὠμῶς, ἡ δὲ τύχη καὶ ὁ δαίμων περιεποίησε· *quos hic quidem* Agoratus *crudeliter occidit; Fortuna autem et Fatum servavit.* Sic Ioan. X. 32. λιθάζετε, *lapidare vultis*: et com. 33. λιθάζομεν, *lapidare volumus.* Quæro, an ex hac loquendi Forma explicandum sit istud Lucæ Actor. VII. 58. καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως, ἐλιθοβόλουν. et statim sequitur, καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον. Atqui quodnam opus, ut idem *iterum* diceretur? num igitur in priori loco ἐλιθοβόλουν significat *lapidare statuebant, volebant*: in sequenti, *lapidabant*, seu *lapidibus petebant*: ut in isto *Intentio*, in hoc *Factum* denotetur? Mihi quidem nequaquam hoc verosimile videtur: nec possum credere vel Historicum δὶς τὸ αὐτὸ dicturum; vel eandem vocem, tantulo interjecto spatio, tam diversis notionibus usurpaturum. Forte igitur Lucas scripsit com. 58. καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθολόγουν, *lapides legebant* vel *eligebant.* quod postquam factum fuisset, et *testes* (quorum id negotium imprimis erat) *vestimenta exteriora deposuissent*, deinde ἐλιθοβόλουν *Stephanum.* Nimirum in Lapidationibus Judæorum Judicialibus (qualis hæc Stephani fuit) eligebatur Lapis *magnus*, quem *Testes* in damnatum *primi* mittebant vel demittebant. hic, utpote insignior, ὁ λίθος vocari videtur, κατ' ἐξοχὴν, *lapis ille*: et inde explicandum puto Ioannem VIII. 7. ὁ ἀναμάρτητος ἐν ὑμῖν, πρῶτος τὸν λίθον βαλέτω. *qui vestrum sine* hujusce generis *peccato est, primus in eam lapidem* ILLUM *mittat*: id est, velut Testis legitimus, jus habeat *primus* mittendi *magnum istum* lapidem. nisi ita sumatur, otiosus plane et superfluus erit Articulus τόν: cujus Pleonasmi pauca admodum exempla ex scriptis N. F. proferri posse existimo, in quibus mira est, et major, quam vulgo putatur, circa hanc rem ἀκρίβεια. Jam vero, si *Testes* magnum illum lapidem *primi* mittebant, quinam sunt isti, qui ἐλιθοβόλουν Stephanum *priores*, et antequam Testes vestimenta exsuissent? Ne *Vulgus* faceret, obstitit Mos, et Legum metus, et Religio: et præcipue, quod ab initio usque ad finem totus hujus Tragœdiæ processus ad præscripta Legum et Judiciorum Formam exactus fuit. Non igitur, ut videtur, ἐλιθοβόλουν καὶ ἐλιθοβόλουν Stephanum; sed forte ἐλιθολόγουν vel ἐλιθοφόρουν prius, et deinde ἐλιθοβόλουν: prout Natura Rei et Ordo Narrationis postulare videntur: vide Ioan. VIII. 59. et X. 31. MARKLAND.

Διατεθέντες] Id est, διακείμενοι οὕτως, ἢ τοιαύτην ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες τῆς διανοίας διάθεσιν. REISK.

Παραγαγόντες] Scil. εἰς τὸ δικαστήριον. IDEM.

Τὰς οἰκείας] Pro τὰς malim πάνυ. IDEM. Malim ad Reiskii mentem πάνυ. AUGER.

Ταῖς τούτων διαβολαῖς ἐπαρθέντες] Quod supra dixit, ὑπὸ τῶν διαβολῶν πεισθέντας. Recte vero ἐπαρθέντες: ut mox, ἐπαρθέντα ἐλπίδι. ἀρθεὶς ταῖς ἐλπίσι. Herodian. III. 40. MARKLAND.

δικαίως βουλευσαμένους ἀκύρους καταστήσητε. οἵδε μὲν
γὰρ ἅπαντα καὶ κατὰ τοὺς νόμους καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς
ἔπραξαν, [1] καὶ ἠδικηκότες [2] μὲν οὐδὲν φαίνονται, λόγου δὲ
πλεῖστον τοῦ δικαίου ποιησάμενοι. τούτων μὲν οὖν ἀδικούν-
των μετρίως ἂν ἠγανάκτουν, ἡγούμενος τετάχθαι τοὺς
116. μὲν ἐχθροὺς κακῶς ποιεῖν, τοὺς δὲ φίλους εὖ· παρ' ὑμῶν δὲ
τοῦ δικαίου στερηθεὶς πολὺ ἂν μᾶλλον λυπηθείην. δι'
ἔχθραν μὲν γὰρ οὐ δόξω κακῶς πεπονθέναι, διὰ κακίαν
[3] δὲ τῆς πόλεως. λόγῳ μὲν οὖν περὶ τῆς ἀπογραφῆς ἀγω-
νίζομαι, ἔργῳ δὲ περὶ πολιτείας. τυχὼν μὲν γὰρ τῶν 337
δικαίων [4] — [5] πιστεύω δὲ τῇ ὑμετέρᾳ γνώμῃ — μείναιμι
ἂν [6] ἐν τῇ πόλει· [7] πραχθεὶς δὲ ὑπὸ τῶνδε, εἰ ἀδίκως ἁλοίην,
ἀποδραίην ἄν. τίνι γὰρ ἐπαρθέντα ἐλπίδι δεῖ με συμπο- 338
λιτεύεσθαι, ἢ τί με χρὴ διανοηθέντα, εἰδότα μὲν τῶν ἀντι-

[1] καὶ om. T. R. A. [2] μὲν γὰρ οὐδὲν T. R. A. [3] δὲ ἐκπεσεῖν τῆς A. [4] parentheseos signa om. T. [5] πιστεύων T. [6] ἐν om. T. [7] πραθεὶς R. παραχθεὶς A.

Βουλευσαμένους] Quæstores designat, qui Polyænum mulcta absolverant; ad quos etiam proximum οἵδε redit. REISK. AUGER.

Τούτων] Redit ad Ctesiclem ejusque collegas, qui Polyæno mulctam dictaverant. REISK. AUGER.

Τετάχθαι] Malim φύσει τετάχθαι, *a natura rerum ita esse constitutum, hanc esse legem a natura imperatam*, οὕτω πεφυκέναι. REISK.

Ποιεῖν] Subaudi τινὰ, aut ἕκαστον ἡμῶν. IDEM.

Διὰ κακίαν τῆς πόλεως] Latinam quidem interpretationem meam ad hanc vulgatam accommodavi, unde sententia exsistit tolerabilis illa quidem, dubium tamen penes me nullum est, Lysiam dedisse: διὰ κακίαν δὲ [subaudi τὴν ἐμὴν] στερηθῆναι [vel ἐκπεσεῖν] τῆς πόλεως. *sed propter improbitatem meam urbe ejectus, exsilio mulctatus fuisse.* REISK. Sc. τὴν ἐμήν. AUGER.

Περὶ τῆς ἀντιγραφῆς] MS. in Marg. Steph. ἀπογραφῆς: quod verum est. sic initio fere Orat. πρῶτον μὲν οὖν περὶ τῆς ἀπογραφῆς ὑμᾶς διδάξω. Mox, pro πιστεύων δὲ, scribe τε: et pone ὑποστιγμὴν, non τελείαν, post ἐν τῇ πόλει, ut recte legit Stephanus. cum antea deesset Præpositio. MARKLAND.

Πιστεύων] Ultimam literam censeo detrahendam esse, et verba ista πιστεύω δὲ τῇ ὑμετέρᾳ γνώμῃ, *confido autem vestræ benevolentiæ atque æquitati*, pro parenthetis habeo. Post hæc scripta reperio πιστεύω in Vindobon. et sic nullus dubitavi id sumere, atque locum pro sententia mea distinguere. REISK.

Ἂν τῇ πόλει] Π. ἂν ἐν τῇ πόλει. H. STEPHAN. CONT.

Πραχθεὶς] πραθεὶς Ald. Sed utrumque nihili est. Fortasse hoc modo: πρὸς ἐχθροὺς δὲ, ὑπὸ τῶνδε εἰ ἀδίκως ἁλοίην, ἀποδραίην ἄν. TAYLOR. Mallem, παραχθεὶς, *adductus, productus*, sc. in judicium. ut supra: παραγαγόντες δὲ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν ἠδικηκότα με. Orat. XIII. παράγειν αὐτὸν εἰς τὸν δῆμον. Mox, pro διανοηθέντα mallem διανοηθῆναι. MARKLAND. A Stephano excogitatum et obtrusum πραχθεὶς, aut potius ab ejus operis, rursus expuli, et genuinam lectionem πραθεὶς ex Aldina revocavi. Venditus autem, aut adductus ad eam necessitatem, ut mihi sub corona veneundum sit, id quod certissime fiet, si hoc judicio damner, quanquam si damner, præter fas et jus damner; affugiam ex urbe. Idem est ac si dixisset: εἰ δ' ὑφ' ὑμῖν ἁλοίην (καίτοι ἀδίκως, εἰ οὕτω συμβαίη) δέον ἐμὲ ἐπὶ τούτῳ ὑπὸ τούτων πραθῆναι, τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν, ἀποδραίην ἄν. REISK.

Με χρὴ διανοηθέντα] Aut in με χρὴ latet μέτριον, aut illis servatis addendum est μεῖναι, aut ἐπιτηδεύειν. *quid æquum et tolerabile sperantem me oportet in urbe manere?*

δίκων τὴν προθυμίαν, ἀποροῦντα δ' ὅθεν χρὴ τῶν δικαίων τινὸς τυχεῖν; περὶ πλείστου οὖν ποιησάμενοι τὸ δίκαιον, καὶ ἐνθυμηθέντες ὅτι καὶ ὑπὲρ τῶν περιφανῶν ἀδικημάτων συγγνώμην ποιεῖσθε, τοὺς μηδὲν ἀδικήσαντας διὰ τὰς ἔχθρας μὴ περιίδητε ἀδίκως τοῖς μεγίστοις [1] ἀτυχήμασι περιπεσόντας.

[1] ἀδικήμασι T.

Reisk. Ad διανοηθέντα, sub. συμπολιτεύεσθαι, quod præcepit. Auger.

Προθυμίαν] Animum odio mei ardentem, studiumque atque contentionem modis omnibus mihi nocendi. Reisk.

ΛΥΣΙΟΥ

ΚΑΤΑ ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΥ

ΠΡΩΤΟΣ.†

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Is, pro quo Oratio hæc scripta est, exprobratum sibi dicit a Theomnesto, patrem se occidisse. Theomnestus dictum non negat, sed negat id ad Κακηγορίας legem pertinere, quæ prohibebat ἀνδροφόνον aliquem appellare, quo probro non affecisset eum qui querebatur. Quam exceptionem confutat is qui agit, ex eo quod etsi verba quibus læsus fuerat, non essent in lege nominatim expressa, in ea tamen continebantur, quatenus vetabat lex ἀνδροφόνον quenquam appellare contumeliæ causa. Qui autem aliquem dicit patrem suum occidisse, eum ἀνδροφόνον dicit, et plus quam ἀνδροφόνον. Desid. Herald. Animadvers. in Salmas. Observat. ad Jus Attic. et Rom. II. 13.

Pag. ed. H. Steph. | Pag. ed. Reisk.

116. 15 α'. ΜΑΡΤΥΡΩΝ μὲν οὐκ ἀπορίαν μοι ἔσεσθαι δοκῶ, ὦ ἄν- 339
δρες δικασταί· πολλοὺς γὰρ ὑμῶν ὁρῶ δικάζοντας τῶν τότε 342

* ΚΑΤΑ ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΥ] Cum historiolas, hujuscemodi maxime, curta deceat brevitas, nolui, quæ præter Heraldiana observari volebam, *argumento* attexi, verum hic *post principia* latitantia minus occupatos solummodo morari. Ablata erat civibus Atticis non una sola lege conviciandi licentia. Nam 1. QUI ALIQUID IN ALIQUEM CONTUMELIÆ CAUSA DIXERIT, ἐὰν μὴ ἀποφαίνῃ, ὡς ἔστιν ἀληθῆ τὰ εἰρημένα, ut dicit noster in hac oratione, lege tenebatur. Οὐκ οἶσθα, ὅτι κακηγορίας δίδωσιν ὁ νόμος γράψασθαι τοῦτον, ὃς ἂν βλασφημῇ τινὰ, οὐκ ἔχων ἀποδεῖξαι περὶ ὧν λέγει σαφὲς οὐδέν; Dio Chrysostom. Orat. 15. Et Solo quidem hanc maledicendi libertatem a locis solummodo sacris, et publicis consessibus removit, *drachmarum*que *quinque* ζημίαν constituit, quarum tres solvendæ erant ei, cui injuria facta esse dicebatur, τῷ ἰδιώτῃ: duæ ærario publico: Plato vero in suæ νομοθεσίας l. 11. non solum a templis et in jure dicundo, sed ubique arceri voluit, pœnamque arbitrio magistratus reliquit. Quem secuti sunt Romani. Papian. l. Responsor. tit. 5. "Si quis — in convicia atrocia forte proruperit, solutio vel vindicta pro facti ipsius qualitate in judicis arbitrio et æstimatione consistat." At erant 2. quædam gravioris notæ, δεινότεραι quædam contumeliæ, in quas vehementius insurgebat lex antiqua et ab omni ore excussit, non nisi *quingentis drachmis* redimendas. Hujusmodi jurisprudentia Attica nominavit ἀπόῤῥητα, Κακηγορίας sc. lege designatas et nominatim interdictas. Isocrates c. Lochit. Νόμος κελεύει τοὺς λέγοντάς τι τῶν ἀποῤῥήτων πεντακοσίας δραχμὰς ὀφείλειν. Utpote si quis ἀνδροφόνον quempiam appellaverit. Noster: Ἐρεῖ πρὸς ὑμᾶς — ὡς οὐκ ἔστι τῶν ἀποῤῥήτων, ἐάν τις εἴπῃ τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι· τὸν γὰρ νόμον οὐ ταῦτ' ἀπαγορεύειν, ἀλλ' ἀνδροφόνον οὐκ ἐᾷν λέγειν. Inscitissime, ut id obiter notem, Meurs. Them. Attic. I. 15. hac constitutione homicidis *linguæ* usuram ademptam esse voluit, οὐκ ἐᾷν ἀνδροφόνον λέγειν. O Themidem Atticam! Cuiquamne tantum de te licuisse! Et recte inter ἀπόῤῥητα homicidæ appellatio refertur, cum ad eam sermonis atrocitatem nunquam devenit *jurisprudentia ipsa*, nisi in iis solis, qui ἑαλωκότες et δεδογμένοι ἀνδροφόνοι erant. Demosth. adv. Aristocrat. Τοὺς δ' ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἀποκτείνειν ἐν τῇ ἡμεδαπῇ, καὶ ἀπάγειν, ὡς ἐν τῷ ἄξονι ἀγορεύει· λυμαίνεσθαι δὲ μὴ, μηδὲ ἀποινᾷν, ἢ διπλοῦν ὀφείλειν. ὅσον ἂν καταβλάψῃ κ. τ. λ. Ἠκούσατε μὲν τοῦ νόμου· σκέψασθε δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρήσατε, ὡς καλῶς καὶ σφόδρα εὐσεβῶς

παρόντων ὅτε Λυσίθεος Θεόμνηστον εἰσήγγελλε τὰ ὅπλα
343 ἀποβεβληκότα, οὐκ ἐξὸν αὐτῷ, δημηγορεῖν· ἐν ἐκείνῳ γὰρ

ἔθηκεν ὁ τιθεὶς τὸν νόμον. Τοὺς ἀνδροφόνους φησί. πρῶτον μὲν δὴ τοῦτον ἀνδροφόνον λέγει, τὸν ἑαλωκότα ἤδη τῇ ψήφῳ. Οὐ γὰρ ἔστ' οὐδεὶς ὑπὸ ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ πρὶν ἂν ἐξελεγχθεὶς ἁλῷ. Ποῦ τοῦτο δηλοῖ; ἔν τε τῷ προτέρῳ νόμῳ, καὶ ἐν τούτῳ. Ἐν μὲν γὰρ ἐκείνῳ γράψας, ἐάν τις ἀποκτείνῃ τὴν βουλὴν δικάζειν εἶπεν, ἐν δὲ τούτῳ τὸν ἀνδροφόνον προσειπὼν ἃ χρὴ πάσχειν εἴρηκεν. οὗ μὲν γὰρ ἦν ἡ αἰτία τὸ πρᾶγμα, τὴν κρίσιν εἴρηκεν· οὗ δ' ὁ ἁλοὺς ἔνοχος τῷ προσρήματι τούτῳ καθέστηκε, τὴν τιμωρίαν ἔγραψε. Grave idcirco et τῶν ἀπορρήτων, aliquem *homicidam* appellare. Lege erat speciatim interdictum, et a tali verborum contumelia maxime cavit Euphemismus Atticus. Sed, quod me non mediocriter percellit, video hic in causa convicii actorem a conviciis non abstinere, tametsi ea a *foro* et *Magistratuum conventibus* præcipue, ut vidimus, exsulabant lege diserta. Ἐγὼ δ' εἰ μὲν τὸν ἑαυτοῦ [πατέρα] με ἀπεκτονέναι ᾐτιᾶτο, συγγνώμην ἂν εἶχον αὐτῷ τῶν εἰρημένων· φαῦλον γὰρ αὐτὸν καὶ οὐδενὸς ἄξιον ἡγούμην. Et, quod felicioribus ingeniis relinquo concoquendum, ejusmodi erat istud convicium, quale nuper descripsimus, τῶν ἀπορρήτων scilicet, inter ea, quæ disertis verbis et nominatim vetebantur. Τῶν νόμων ἀπαγορευόντων μὴ τοὺς τῶν ἄλλων πατέρας κακῶς λέγειν τεθνεῶτας. Demosth. adv. Bœotum 2. Quam constitutionem cum quibusdam aliis uti omisit Petitus, gratiorem paulo operam sumere videbor, quam sumo quotidie, in Legibus Atticis recensendis: quarum συλλογὴν, suppetant modo vires et hoc otium Academicum, in lucem meditor proferre. TAYLOR.

† ΠΡΩΤΟΣ] Male dicitur *prior*, cui non succedit altera, et quam etiam pro unica habent quotquot laudant Antiquiores. Κατὰ Θεομνήστου Cod. Vatic. Harpocr. in Ἀπίλλειν et Ἀπόρρητα, ceterique. Proinde palam omnibus prædico, a secunda quæ a tergo mox sequitur, caverent. Irrepsit nimirum in ora hominum et *dias oras* cura nostri nondum subacta, quam in sedem δευτερολογίας, cum tamen a priori neque locorum tractatione, neque vocabulis ipsis discedat, inepte compegerint Librarii, exinde in multorum fallaciam quotidie depromendam. Evenit enim nostro, sicut et plurimis evenisse quoque credo, ut quam ibi contentionis imaginem rudiori tractu adumbravit, hic disertiori lumine orationis exprimeret, et, ut de se ait Tertullianus, "properatum opus pleniore scriptione rescinderet." Vel fortasse, quod magis demum sentio, acta erat illa coram *Arbitris*, qui, ut infra discimus, de hac causa prius cognoscebant, hæc coram *Judicibus* post annum elapsum. Quod et aliunde confirmari posse credo. IDEM.

Λυσίθεος] Infra Dionysius dicitur. Nonnulla fortasse ibi sum admoniturus. IDEM. Lysithei pariter atque Dionysii nomina recte habent. Lysitheus erat actor ejus causæ, qua Theomnestus abjecti scuti reus agebatur. Dionysius autem Lysitheo ea in causa operam dabat dicendo adversus Theomnestum testimonio, quanquam ex insequentibus intelligimus Theomnestum causam vicisse, et Dionysium falsi dicti testimonii nomine notatum infamia fuisse. REISK.

Δημηγορεῖν] Ἀπαγορεύειν. SCHOTT. *Non licuisse ire inficias.* Somnia mera! Quid enim, monstrum! ad hunc locum confert, sive Lysitheus in eo judicio adversarium nactus sit difficilem, sive confitentem? Lis erat ea δοκιμασίας. Negabat scilicet ullum Theomnesti vel *voce* vel *consilio* opus esse reipublicæ, qui eam armis tegere per ignaviam non sustinuit. Nam in orat. c. Timarch. ἀπέδειξε νομοθέτης, οὓς χρὴ δημηγορεῖν, καὶ οὓς οὐ δεῖ λέγειν ἐν τῷ δήμῳ. Τίσι δεύτερον ἀπεῖπε, inquit Orator, μὴ λέγειν· εἰς τὰς στρατείας, φησὶ, μὴ ἐστρατευμένος — ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκώς. Rescribe itaque: Λυσίθεος Θεόμνηστον εἰσήγγελλε τὰ ὅπλα ἀποβεβληκότα οὐκ ἀξιῶν αὐτὸν δημηγορεῖν, id est, ἀξιῶν αὐτὸν μὴ δημηγορεῖν, solita phrasi. Ita noster c. Alcibiad. Ἀντιβολήσουσιν οὐκ ἀξιοῦντες τοῦ Ἀλκιβιάδου υἱέος τοσαύτην δειλίαν καταγνῶναι. Et rursus pro Aristoph. bon. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἀξιῶ οὕτω πολλὰ καὶ μεγάλα τεκμήρια παρασχομένους ἡμᾶς ἀπολέσθαι ἀδίκως. Et c. Agorat. Ὁρῶντες τὰ πράγματα οὐχ οἷα βέλτιστα ἐν τῇ πόλει, ἄγειν μὲν τὸν Ἀγόρατον οὐκ ἔφασαν προσήσεσθαι. Id. de S. Oliv. excis. Ταῦτα μὲν ἐνθάδε οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ λέγειν. Plutarch. in Alcibiad. Ἐρωτώμενοι δὲ, ἐφ' οἷς ἀφιγμένοι τυγχάνουσιν, οὐκ ἔφασαν ἥκειν αὐτοκράτορες. Vid. eund. de fort. Alexand. orat. 1. p. 331. B., Aristid. c. Plat. pro quat. vir. statim in fronte, Xenoph. p. 454. B., Plat. de Rep. t. 1. p. 34. Edit. Massie. Ita Latini fere. Plaut. Mostell. I. 3. 37.

"Stulta es plane, quæ
Illum tibi æternum putes fore amicum
et benevolentem.
Moneo ego te, te deseret ille ætate et
satietate.
Ph. Non spero." TAYLOR.

τῷ ἀγῶνι τὸν πατέρα μ' ἔφασκεν ἀπεκτονέναι τὸν ἐμαυτοῦ. 344
ἐγὼ δ', εἰ μὲν τὸν ἑαυτοῦ με ἀπεκτονέναι ᾐτιᾶτο, συγγνώμην ἂν εἶχον αὐτῷ τῶν εἰρημένων — φαῦλον γὰρ αὐτὸν καὶ οὐδενὸς ἄξιον ἡγούμην —, οὐδ' εἴ τι ἄλλο τῶν ἀπορρήτων ἤκουσα, οὐκ ἂν ἐπεξῆλθον αὐτῷ — [1]ἀνελεύθερον γὰρ καὶ λίαν φιλόδικον εἶναι νομίζω κακηγορίας δικάζεσθαι —· νυνὶ δὲ αἰσχρόν μοι εἶναι δοκεῖ περὶ τοῦ πατρὸς, οὕτω πολλοῦ ἀξίου γεγενημένου καὶ ὑμῖν καὶ τῇ πόλει, μὴ τιμωρήσασθαι τὸν ταῦτ' εἰρηκότα. καὶ παρ' ὑμῶν εἰδέναι βούλομαι πότερον δώσει δίκην, ἢ τούτῳ μόνῳ Ἀθηναίων ἐξαιρετόν ἐστι καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν παρὰ τοὺς νόμους ὅ τι ἂν βούληται.

ϛ'. Ἐμοὶ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἔτη [2]εἰσὶ τριάκοντα 345
τρία, ἐξ ὅτου [3]δ' ὑμεῖς κατεληλύθατε, εἰκοστὸν τουτί. 346

[1] ἀνελευθέρου γ. κ. λ. φιλοδίκου A. [2] εἰσὶ τρία καὶ τριάκοντα, ἐξ A. [3] δ' om. T.

Οὐκ ἐξὸν αὐτῷ δημηγορεῖν· ἐν ἐκείνῳ γὰρ etc.] Explicanda sunt hæc ex Antiphonte Orat. de Saltat. p. 145. ὁ γὰρ νόμος οὕτως ἔχει, ἐπειδάν τις ἀπογραφῇ φόνου δίκην, εἴργεσθαι τῶν νομίμων. et ita Pollux VIII. 7. segm. 66. Unde mirum, quid in animo habuerit Schottus, cum pro δημηγορεῖν conjecerit ἀπαγορεύειν. Sæpe hanc Orationem citat Harpocration: plerumque tamen cum ista cautione, εἰ γνήσιος. MARKLAND.

Ἔφασκεν] Theomnestus puta. REISK.

Αὐτὸν] Patrem Theomnesti puta. IDEM.

Εἴ τι ἄλλο] Εἴ τῳ ἄλλῳ. Ald. Hæret Scal. Nam ex ea lectione refinxit: οὐδὲ τῷ ἄλλῳ εἰ τῶν etc. TAYLOR. εἴ τι ἄλλο. CONT.

Τῶν ἀπορρήτων] Τὰ ἀπόρρητα explicat Harpocratio τὰ ἀπειρημένα ἐν τοῖς νόμοις, *legibus interdicta*, up. convicia. Quæ porro, inquit ille, alter alteri objicere per leges vetaretur, Lysias declaravit oratione adversus Theomnestum. At, ut ex ipsa oratione patet, non omnia quidem, sed nonnulla tantummodo. AUGER.

Ἀνελεύθερον γὰρ καὶ λίαν φιλόδικον etc.] Lego, ἀνελευθέρου et φιλοδίκου, Casu secundo. MARKLAND.

Τριάκοντα τρία, ἐξ ὅτου] Nescio, quo fato evenerit, ut quæ ab Auctore exiit oratio intempestivius, δευτέραν tamen ejus φροντίδα vincat hodie castitate! Id quod mox per plura evincam. Vel hic quam bellule procedat calculus! Nescio sane, quibus digitis hic homo annos computet. Rectius posterior: Ἔτη γάρ ἐστι μοι δύο καὶ τριάκοντα, ἐξ οὗ δ' ὑμεῖς κατήλθετε, εἰκοστὸν τουτί. φαίνομαι οὖν δωδεκαέτης ὤν, ὅτε ὁ πατὴρ ὑπὸ τῶν Τριάκοντα ἀπέθνησκεν. Vidit hæc Schott. Palmer. et Bentleius denique in dissertationibus de ætate Phalaridis. Attamen si supponamus annum integrum elapsum fuisse inter illam scriptam atque hanc habitam, meliore via medicatus est Scal. ἔτη εἰσὶ τριάκοντα τρία. Et cetera concordabunt. TAYLOR. Non convenit cum Seipso: in Oratione enim secunda (quemadmodum vulgo inscribitur) *triginta duos* annos sibi attribuit, et mox, quod in hac τρισκαιδεκέτης, in ista δωδεκαέτης dicitur: unde Schottus hunc locum ita refingit: ἔτη εἰσὶ δύο καὶ τριάκοντα: et pro τρισκαιδεκέτης, ex ista δωδεκαέτης hic emendatum vult. Sed cum istam Orationem omnino spuriam esse putem, nec ipsius Lysiæ, sed Abbreviatoris cujusdam; huic priori potius standum esse judico, et legendum hoc loco: ἔτη εἰσὶ τρία, καὶ τριάκοντα, vel τριάκοντα τρία· ἐξ ὅτου δ' ὑμεῖς κατεληλύθατε, εἰκοστὸν τουτί. quemadmodum ibi legitur: ἐξ οὗ δ' ὑμεῖς κατήλθετε, εἰκοστὸν τουτί. Et sane ex isto Epitomatore hoc capimus commodi, quod, licet nonnullis in locis Lysiæ verba interpolaverit, et ad usitatiores loquendi formas pro libitu, vel ævo suo, reduxerit (quemadmodum hic, pro Lysiæ ἐξ ὅτου, Ille substituit vulgarius istud ἐξ οὗ), Sensum tamen retinet, et ad veram Lysiæ scripturam sæpe nos manu ducit. Optandum foret, ut Demosthenicarum aliquot Compendia hujusmodi haberemus. MARKLAND. ἔτη ἐστὶ δύο καὶ τριάκοντα. CONT.

φαίνομαι οὖν τρισκαιδεκέτης ὢν ὅτε ὁ πατὴρ ὑπὸ τῶν Τριάκοντα ἀπέθνησκε. ταύτην δὲ ἔχων τὴν ἡλικίαν, [1] οὔτ᾽ εἰ ἔστιν ὀλιγαρχία ἠπιστάμην, οὔτε ἂν ἐκείνῳ ἀδικουμένῳ ἠδυνάμην βοηθῆσαι. καὶ μὲν δὴ οὐκ ὀρθῶς τῶν χρημάτων ἕνεκα ἐπεβούλευσα αὐτῷ· ὁ γὰρ πρεσβύτερος ἀδελφὸς
347 Πανταλέων ἅπαντα παρέλαβε, καὶ ἐπιτροπεύσας ἡμᾶς τῶν πατρῴων ἀπεστέρησεν, ὥστε πολλῶν ἕνεκα, ὦ ἄνδρες δικασταί, προσῆκέ μοι αὐτὸν βούλεσθαι ζῆν. ἀνάγκη μὲν οὖν περὶ αὐτῶν μνησθῆναι, οὐδὲν δὲ δεῖ πολλῶν λόγων. σχεδὸν ἐπίστασθε ἅπαντες ὅτι ἀληθῆ λέγω. ὅμως δὲ μάρτυρας αὐτῶν παρέξομαι.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

γ'. Ἴσως τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, περὶ τούτων μὲν οὐδὲν ἀπολογήσεται· ἐρεῖ δὲ πρὸς ὑμᾶς ἅπερ ἐτόλμα λέγειν καὶ πρὸς τὸν διαιτητήν, ὡς οὐκ ἔστι τῶν ἀπορρήτων, ἐάν
348 [2] τις εἴπῃ τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι· τὸν γὰρ νόμον οὐ ταῦτ᾽ ἀπαγορεύειν, ἀλλ᾽ ἀνδροφόνον οὐκ ἐᾶν λέγειν. ἐγὼ δὲ οἶμαι

[1] ὅτ᾽ εἰ ἔστιν T. οὔτ᾽ ὅ,τι ἔστιν A.

[2] τις τινὰ εἴπῃ A.

Ὅτ᾽ εἰ ἔστιν] Οὔτ᾽ εἰ ἔστιν Codd. Steph. et Coisl. Scal. quoque. Rectius tamen Steph. οὔτε ὅ,τι ἐστὶν ὀλιγαρχία, ὡς ἐν τῇ τοῦ δευτέρου λόγου ἀρχῇ. Taylor. Sed MS. habet, οὔτ᾽ εἰ ἔστιν ὀλιγαρχία, recte. Xenophon Ἀπομνημ. lib. V. p. 835. ἀλλ᾽ εἰ μὲν καλοῦσί με τοῦτο τὸ ὄνομα, οὐκ οἶδα. Sic Lucas Actor. XIX. 2. Ἀλλ᾽ οὐδὲ εἰ Πνεῦμα Ἅγιόν ἐστιν, ἠκούσαμεν. Mutavit, opinor, Abbreviator in magis notum loquendi genus. Sic in citato Lucæ loco pro ἐστιν Codex Vetustissimus Academiæ Cantabrigiensi a Beza donatus habet λαμβάνουσί τινες: quod est Interpolatoris, vel non intelligentis phrasin, vel metuentis, ne ex hoc responso viderentur Discipuli Ephesii dixisse, Se nescivisse *Exsistentiam* Spiritus Sancti. Mox lego, ἐπεβούλευσα ἂν αὐτῷ, *insidiatus fuissem illi.* vulgo deest ἄν. Markland. οὔτ᾽ εἰ ἔστιν. Cont.

Οὐκ ὀρθῶς] Videtur ἂν interponendum. *vitæ patris si fuissem insidiatus, quo bonis potirer, non recte, non sapienter fecissem.* Reisk.

Πανταλέων] Si ingenio fuissem vel mediocriter φιλοδίκῳ, ingentem utique dicam isti Pantaleonti scripsissem. *Nomen* fratris minime erat necessarium, et originem debere arbitror orationi ἀντιγράφῳ, ubi legitur: ὁ γὰρ πρεσβύτερος ἀδελφὸς πάντα λαβὼν ἀπεστέρησεν ἡμᾶς. Ea tamen verba cum hic efferuntur per ἅπαντα παρέλαβε, proclive erat in nomen proprium Πανταλέων commigrare. Taylor. Non intelligo hanc Ratiocinationem, nisi pro παρέλαβε legatur προέλαβε, *præceperat*, scil. ante patris mortem: quod factum non probabile est, et reclamare videntur, quæ sequuntur. Ut nunc sunt, pessime argumentatur. Dilucidius hæc effert Abbreviator, omissis ὀρθῶς et ἐπιτροπεύσας ἡμᾶς (ita enim legendum, non ὑμᾶς), quæ ultima difficultatem injiciunt sententiæ. Cæterum contra Pantaleonta quendam scripsit Orationem Noster, cujus meminit Pollux IV. 3. segm. 23. An hicce fuerit, ignoro. Mox, pro περὶ αὐτῶν forte leg. περὶ τούτων, ut paulo post. Markland.

Ἀνάγκη μὲν οὖν] Post οὖν videtur ἦν deesse. Reisk.

Σχεδὸν ἐπίστασθε] Videtur γὰρ interponendum. Idem.

Ἐάν τις] Interpono τινα. *si quis ab aliquo dicat patrem ejus esse interfectum.* Nam e vulgata hæc exsistat sententia, alienissima quidem illa: *si quis aiat a se patrem suum esse interfectum.* Idem.

ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐ περὶ τῶν ὀνομάτων διαφέρεσθαι ἀλλὰ τῆς τούτων διανοίας, καὶ πάντας εἰδέναι ὅτι, ὅσοι ἀνδροφόνοι εἰσί, καὶ ἀπεκτόνασί τινας. πολὺ γὰρ ἔργον ἦν τῷ νομοθέτῃ ἅπαντα τὰ ὀνόματα γράφειν, ὅσα τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχει· ἀλλὰ περὶ ἑνὸς εἰπὼν περὶ πάντων [1] ἐδήλωσεν. οὐ γὰρ δήπου, ὦ Θεόμνηστε, εἰ μὲν [2] τίς σ᾽ εἴποι πατραλοίαν ἢ μητραλοίαν, ἠξίους ἂν αὐτὸν ὄφλειν σοι 349
δίκην· εἰ δέ τις εἴποι ὡς τὴν τεκοῦσαν ἢ τὸν φύσαντα ἔτυπτες, ᾤου ἂν αὐτὸν ἀζήμιον δεῖν εἶναι ὡς οὐδὲν τῶν ἀπορ-
117. ῥήτων εἰρηκότα. ἡδέως γὰρ ἄν σου πυθοίμην — περὶ τοῦτο γὰρ δεινὸς εἶ καὶ μεμελέτηκας καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν —, εἴ τίς σε εἴποι ῥῖψαι τὴν ἀσπίδα, ἐν δὲ τῷ νόμῳ εἴρητο, ἐάν τις φάσκῃ ἀποβεβληκέναι, ὑπόδικον εἶναι, οὐκ ἂν ἐδικάζου αὐτῷ, ἀλλ᾽ ἐξήρκει ἄν [3] σοι ἐρριφέναι τὴν ἀσπίδα, λέγοντι οὐδέν σοι [4] μέλει; οὐδὲ γὰρ τὸ αὐτό ἐστι ῥῖψαι καὶ ἀποβε- 350
βληκέναι· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἂν τῶν ἕνδεκα γενόμενος ἀποδέξαιο, εἴ τις ἀπάγοι τινὰ φάσκων θοιμάτιον ἀποδεδύσθαι ἢ τὸν χιτωνίσκον ἐκδεδύσθαι, ἀλλ᾽ [5] ἀφείης ἂν τὸν αὐτὸν τρόπον,

[1] ἐδήλου T. R.

[2] τις εἴποι T. τίς σ᾽ εἴπῃ R. τίς σε εἴπῃ A.

[3] σοι, ὅτι σ᾽ εἶπεν ἐρριφέναι A.

[4] σοι μέλλει in ed. 4. μοι μέλει in 8. T. σοι μέλειν A.

[5] ἀφίεις T.R. ἀφιείης A.

Τῆς τούτων διανοίας] Abbreviator, τῆς τῶν ἔργων διανοίας. Lysias infra: εἴπερ μάχῃ τοῖς ὀνόμασι, ἀλλὰ μὴ τοῖς ἔργοις τὸν νοῦν προσέχοις. Sed rectius τούτων. Markland. Post διανοίας videtur ἔχεσθαι deesse. Reisk.

Καὶ πάντας εἰδέναι κ. τ. λ.] Plenius hæc et expressius in proxima oratione, ubi bis ἀπεκτόνασι, quod has sordes Hellenismi (ἀπεκτείνασι puta, quod est in vulg.) mirum quantum superet. ἀπεκτόνασι quoque Coisl. Taylor. ἀπεκτόνασι. Cont. Hic legi velim, ut in altera oratione: ὅτι ὅσοι ἀπεκτόνασί τινας, καὶ ἀνδροφόνοι τῶν αὐτῶν εἰσί· καὶ ὅσοι ἀνδροφόνοι τινὸς, καὶ ἀπεκτόνασι τουτονί. Auger.

Ἐδήλου] Ἐδήλωσεν Cod. Steph. quam quoque scripturam clare exhibet oratio sequens, quæ ubique fere est correctior. Taylor.

Εἰ μέν τις εἴποι] Lege: τίς σε εἴποι. Sic in secunda: ἐὰν μέν τις πατραλοίαν ἢ μητραλοίαν καλῇ σε: ita legendum, non καλέσῃ. Pro ἐδήλου paulo ante MS. habet ἐδήλωσεν: et ita Abbreviator. Markland.

Φύσαντα] Φυτεύσαντα habet oratio altera. Taylor.

Τοῦτο] F. περὶ τούτου γὰρ δεινὸς εἶ — λέγειν. Idem. A codice Veneto Bessarionis abest δεινός. quod ut non laudo, ita aio ferri posse. περί τι εἶναι est bene Græcum. *circa aliquid versari, ei deditus esse.* Verum vulgata h. l. bene habet. Reisk.

Φάσκῃ ἀποβεβληκέναι] Contius addit τὴν ἀσπίδα.

Ἐξήρκει —] Videtur hic locus sic ferme sarciendus: ἐξήρκει ἄν σοι, ὅτι σε εἶπεν ἐρριφέναι τὴν ἀσπίδα, λέγοντι, οὐδέν σοι μέλειν. in infinitivo. *acquiesceres in hoc* (neque ad judicii certamen rem deferres), *causans, tua nihil referre, neque te animo angi, propterea quod adversarius dixisset, te scutum* ἐρριφέναι, *non autem* ἀποβεβληκέναι. Reisk.

Μέλλει] Recte olim confixere sceleratum istud μέλλει Scal. et Steph. quorum ille nobis μέλει, hic μέλειν propinavit. Verum mehercule dum Auctoris sensa liquide perspicere videor, oratio tamen ipsa nescio quid Insubrici et præfracti retinere videtur. Taylor. Mallem, οὐδέν μοι μέλει. et mox, pro ὀνομάζεται scribe ὠνομάζετο: quo tendit Secunda, εἰ μὴ λωποδύτην ὠνόμαζεν. Markland. λέγοντι ὅτι οὐδέν σοι μέλει. Cont.

Ἀφίεις] F. ἀφίῃς. Verbum certe. Taylor. Postremum quid sibi velit, haud intelligo, ut alia Taylori quamplurima. Optativum equidem hic malim ἀφιείης, ob

ὅτι οὐ λωποδύτης ὀνομάζεται. οὐδ' [1] εἴ τις παῖδα ἐξαγαγὼν
ληφθείη, οὐκ ἂν φάσκοις αὐτὸν ἀνδραποδιστὴν εἶναι· εἴπερ
[2] μαχῇ τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλὰ μὴ τοῖς ἔργοις τὸν νοῦν [3] προσ-
έξεις, ὧν ἕνεκα τὰ ὀνόματα πάντες τίθενται.

δ'. Ἔτι τοίνυν σκέψασθε, ὦ ἄνδρες δικασταί· οὑτοσὶ
γάρ μοι δοκεῖ ὑπὸ ῥαθυμίας καὶ μαλακίας οὐδ' εἰς Ἄρειον
πάγον ἀναβεβηκέναι. πάντες γὰρ ἐπίστασθε ὅτι ἐν ἐκείνῳ
351 τῷ χωρίῳ, ὅταν τὰς τοῦ φόνου δίκας δικάζωνται, οὐ διὰ
τούτου τοῦ ὀνόματος τὰς διωμοσίας ποιοῦνται, ἀλλὰ δι'
352 οὗπερ ἐγὼ [4] κακῶς ἀκήκοα. ὁ μὲν γὰρ διώκων ὡς ἔκτεινε διό-
μνυται, ὁ δὲ φεύγων ὡς οὐκ ἔκτεινεν. οὐκοῦν ἄτοπον ἂν εἴη

[1] εἰ τὴν παῖδα T. εἴ τις τὴν παῖδα A. [2] μάχῃ T. R. A. [3] προσέχεις T. R. A. [4] καλῶς T.

præmissum ἀποδέξαιο, et insequens φάσκοις. Reisk.

Ὅτι οὐ λωποδύτης] Nescio qua mente Contius ejiciat οὐ. Auger.

Τὴν] F. τόν. Τινὰ tamen legit Herald. in Salmas. IV. 7. Taylor. Hujus loci hic est sensus: οὐκ ἂν φάσκοις ἀνδραποδιστὴν, quia scilicet in servitutem adduxit non *virum*, ἄνδρα, sed *puellam*, τὴν παῖδα. Auger.

Ἀνδραποδιστὴν] Plagiarius qualis erat ille Appius Claudius apud Livium. Salmas.

Ἔτι τοίνυν σκέψασθε] *Id insuper considerate, judices*: hic orator orationem convertit a Theomnesto ad judices, quia nempe, quum Theomnestus propter animi ignaviam in Areopagum non adscenderit, ignorare debet quæ illic agantur. Auger.

Οὑτοσὶ γὰρ] Ratiocinium cohæret sic: Vos omnes nostis (de hoc enim Theomnesto nil dicam, qui mihi videtur id ignorare; neque mirum id cuiquam videri debet; nam præ mollitie et ignavia nunquam ille mihi videtur in Areopagum adscendisse). vos igitur omnes nostis. Reisk.

Διὰ τούτου τοῦ ὀνόματος] Vult dicere, formula jurisjurandi utrinque a litigantibus coram Areopagitis dicendi non hæc est: οὗτός ἐστιν ἀνδροφόνος τοῦ δεῖνα, neque ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἀνδροφόνος τοῦ δεῖνα. sed istæc: οὗτος ἀπέκτεινε τὸν δεῖνα. et ἐγὼ οὐκ ἀπέκτεινα τὸν δεῖνα. Idem.

Ἀλλὰ δι' οὗπερ κ. τ. λ.] Locum mendosum esse ausim pronunciare. Lego: ἀλλὰ δι' οὗπερ ἔργου κακῶς ἀκήκοε. Salmas. Fallitur vir doctissimus. Lego enim certissima emendatione: ἀλλὰ δι' οὗπερ ἐγὼ κακῶς ἀκήκοα. Ita Calumnia solet describi apud Græcos. Sensus est: *In actionibus Areopagiticis juramentum utrinque concipitur non in verbis legis, non διὰ τούτου τοῦ ὀνόματος, de quo nunc agitur, scil. ἀνδροφόνος, sed iis ipsis*, quibus me lædi conqueror. Διώκων enim διόμνυται, ὡς ἔκτεινε, ὁ δὲ φεύγων, ὡς οὐκ ἔκτεινε. Noster c. Familiar. Εἰπάτω τίς ὑμῶν ὑπ' ἐμοῦ κακῶς ἀκήκοεν; proxime: Οὐκοῦν δεινὸν, εἰ, ὅταν μὲν δεήσῃ σε κακῶς ἀκούσαντα τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι, κ. τ. λ. Huc spectant, quæ sequuntur: Οὐκ ἄρα δίκην παρ' αὐτοῦ λήψομαι, — πότερον ὅτι δικαίως ἀκήκοα; Taylor. Lege κακῶς ἀκήκοα, *male audivi*, i. e. vituperatus sum. Dicit: In Areopago, quando de Homicidio quæstio fit, Formula jurisjurandi concipitur per hoc ipsum verbum (κτείνειν) quo contra me usus est Theomnestus, *quando mihi cædem patris mei exprobravit*, δι' οὗπερ ἐγὼ κακῶς ἀκήκοα: Actor enim jurat, ὡς ἔκτεινεν hunc vel illum Reus: Reus vero contra jurat, ὡς οὐκ ἔκτεινεν. Notissima phrasis κακῶς ἀκούειν, et infra hac Orat. occurrit, et centies alibi. Markland. κακῶς. Cont.

Ἔκτεινε] Ad primum ἔκτεινε subauditur ὁ φεύγων, *reus*; ad secundum αὐτός. Reisk.

Οὐκοῦν ἄτοπον κ. τ. λ.] Locus mire corruptus Schotto: qui ut aliquid contulisse videatur ad emendandum, istud τὸν φεύγοντα in exitu orationis delet. Ego non delendum judico, sed loco moveri arbitror. Locus est laceratus et absorbetur non nihil. Οὐκοῦν ἄτοπον ἂν εἴη τὸν δείξαντα κτεῖναι * * * φάσκοντα ἀνδροφόνον εἶναι· τὸν φεύγοντα * * * ὅτι ὁ διώκων ὡς ἔκτεινε διωμόσατο. Taylor. Sed has voces [sc. τὸν φεύγοντα], licet alio loco positas, postulat Argumentatio, quæ ad certissimam, ut mihi videtur, hujus loci restitutionem

τὸν [1] δείξαντα κτεῖναι, φάσκοντα ἀνδροφόνον εἶναι, ὅτι ὁ
διώκων, ὡς ἔκτεινε, τὸν φεύγοντα διωμόσατο. τί γὰρ ταῦτα,
ὧν οὗτος ἐρεῖ, διαφέρει; καὶ αὐτὸς μὲν Θέωνι κακηγορίας
ἐδικάσω [2] εἰπόντι σε ἐρριφέναι τὴν ἀσπίδα. καίτοι περὶ μὲν 354
τοῦ ῥῖψαι οὐδὲν [3] τῷ νόμῳ εἴρηται· ἐὰν δέ τις εἴπῃ ἀποβε-
βληκέναι τὴν ἀσπίδα, πεντακοσίας δραχμὰς ὀφείλειν κε-
λεύει. οὐκοῦν δεινὸν, [4] εἰ, [5] ὅταν μὲν [6] δεήσῃ κακῶς ἀκούσαντα
τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι, οὕτω τοὺς νόμους, ὥσπερ ἐγὼ
νῦν, [7] λαμβάνεις· ὅταν δ' ἕτερον παρὰ τοὺς νόμους εἴπῃς 355

[1] δόξαντα κτεῖναι ἀποφεύγειν, φάσκοντα R. A. [2] εἶπε τις σὲ T. [3] ἐν τῷ A. [4] εἰ om. R. A. [5] ἐὰν R. [6] δεήσῃ σε κακῶς T. δέῃ σε κακῶς R. A. [7] ἐκλαμβάνειν R. λαμβάνειν A.

ducit. ea est hæc: οὔκουν ἄτοπον ἂν εἴη, τὸν φεύγοντα, τὸν δειχθέντα κτεῖναι, φάσκειν οὐκ ἀνδροφόνον εἶναι, ὅτι ὁ διώκων ὡς ἔκτεινε διωμόσατο; *nonne igitur absurdum foret, si Reus, qui demonstratus fuit occidisse, diceret se non esse* ἀνδροφόνον *(homicidam), quia Actor jurabat illum esse* ἀνδροκτόνον*? quod enim est inter hæc discrimen* etc. Possis retinere οὐκοῦν, *igitur*, sine Interrogatione: sed istud vividius est. De cæteris, vix dubitari posse puto. Markland. Ego locum hunc saltim ad tolerabilem et convenientem sententiam sic reformavi, ut pro vulgari δείξαντα, sufficerem δόξαντα, et ἀποφεύγειν adderem, utrumque de meo. *Perabsurdum sit, eum, qui visus fuerit judicibus cædem commisisse, quanquam ipse confiteatur se homicidam esse, tamen absolvi* (ἀποφεύγειν, aut, si magis probes ἀξιοῦν ἀποφεύγειν, *postulare, ut absolvatur*) *ideo, quod actor in jure jurando affirmaverit, reum occidisse*, κτεῖναι. nam a lege homicidia vetante, verbum κτείνειν non usurpari, sed vocabulum ἀνδροφόνου. Reisk. Ὡς ἔκτεινε, τὸν φεύγοντα διωμόσατο, intellige quasi legeretur, διωμόσατο ὡς ὁ φεύγων ἔκτεινε. Auger. F. leg. οὐκοῦν ἄτοπον ἂν εἴη τὸν δράσαντα ἀφεῖναι, φάσκοντα etc. Demosth. p. 983. 17. ἀλλ' ὁμῶς ἁπάντων τούτων ὅρος καὶ λύσις τοῖς παθοῦσι τέτακται, τὸ πεισθέντας ἀφεῖναι, et mox v. 21. οὐδὲ γὰρ, ἂν ὁ παθὼν αὐτὸς ἀφῇ τοῦ φόνου, πρὶν τελευτῆσαι, τὸν δράσαντα, οὐδενὶ τῶν λοιπῶν συγγενῶν ἔξεστιν ἐπεξιέναι.

Αὐτὸ μὲν Θέων κατηγορίας ἐδικάσω, εἶπέ τις σε] (Sic. vulg.) Cod. Steph. et Coisl. αὐτὸς μὲν Θέωνι. Lege itaque: καὶ αὐτὸς μὲν Θέωνι κακηγορίας ἐδικάσω εἰπόντι σε ἐρριφέναι τὴν ἀσπίδα. Mendum in voce κατηγορίας vidit Schottus. Egomet quoque vidi, neque hic solum, sed in auctoribus quamplurimis, quos omnes recensere non illius est, qui ad alia et magis propria festinat. Postremum denique (immo totum) confirmatur ex pari loco in oratione proxima: αὐτὸς μὲν ἐδικάσω κακηγορίας τῷ εἰπόντι σε ῥῖψαι τὴν ἀσπίδα. Taylor. Præcedentia recte emendarunt Viri Doctissimi: καὶ αὐτὸς μὲν Θέωνι κακηγορίας ἐδικάσω. Sequentia connectenda erant, et sic scribenda:— ἐδικάσω εἰπόντι σε ἐρριφέναι τὴν ἀσπίδα· καίτοι περὶ μὲν τοῦ ῥῖψαι οὐδὲν ἐν τῷ νόμῳ εἴρηται. *et tu ipse quidem Theoni litem intendisti, quod dixerat te* ῥῖψαι *(abjecisse) clypeum: cum tamen de hoc verbo* ῥῖψαι *in lege nihil dicatur, sed* etc. Clare Abbreviator: καὶ αὐτὸς μὲν ἐδικάσω κακηγορίας τῷ εἰπόντι σε ῥῖψαι τὴν ἀσπίδα· καίτοι ἐν τῷ νόμῳ τὸ ῥῖψαι οὐ γέγραπται, ἀλλ', ἐάν τις φῇ ἀποβεβληκέναι sic et ibi legendum puto, cum vulgo desit τὸ ῥῖψαι, ex sensu et Lysia supplendum. Mox, pro λαμβάνειν lege λαμβάνεις, prout postulat Conjunctio εἰ, et sequens ἀξιοῖς. et pro δεήσῃ σε forte δέῃ σε. Markland. καὶ αὐτὸς μὲν, Θεόμνηστε, κακηγορίας ἐδικάσω, εἰ εἶπέ τίς σε ἐρριφέναι. Cont.

Καίτοι περὶ μὲν τοῦ ῥῖψαι κ. τ. λ.] Malo alite usus est Criticorum princeps Salmasius, cum hæc tractavit. Καίτοι περὶ μὲν τοῦ ῥῖψαι τὴν ἀσπίδα ἢ ἀποβεβληκέναι οὐδὲν ἐν τῷ νόμῳ εἴρηται. Nam ἀποβεβληκέναι est ipsissimum verbum juridicum: Et hominem, quem alibi semper suspicere non sine aliqua reverentia soleo, hic idcirco magis demiror, quia, qui locum hunc non intelligit, nihil in tota oratione intelligere posse videtur. Taylor.

Οὐκοῦν δεινὸν, ἐὰν μὲν δεήσῃ σε] F. δέῃ σε. *In Edit. min.* Taylor. Cont. Sic dedi, pro vulgaribus istis: οὐκοῦν δεινὸν, εἰ ὅταν μὲν δεήσῃ σε. Postremum hoc δεήσῃ a Stephano profectum est. Aldus dederat δεῖ. unde potius δέῃ debebat effici. Illa lectio εἰ ὅταν ex eo nata videtur, quod in aliis libris esset, εἰ, in aliis, ἐὰν, in aliis ὅταν. Ego ἐὰν prætuli ex altero exemplo. Reisk.

Λαμβάνειν] Lege λαμβάνεις. Taylor.

κακῶς, οὐκ [1] ἀξιοῖς δοῦναι δίκην. πότερον οὕτω σὺ δεινὸς εἶ, ὥςτε, ὅπως ἂν βούλῃ, οἷός τ' εἶ χρῆσθαι τοῖς νόμοις, ἢ τοσοῦτον δύνασαι, ὥςτ' οὐδέποτε οἴει τοὺς ἀδικουμένους ὑπὸ σοῦ τιμωρίας τεύξεσθαι; εἶτ' οὐκ αἰσχύνῃ οὕτως ἀνοήτως διακείμενος, ὥςτ' οὐκ ἐξ ὧν εὖ πεποίηκας τὴν πόλιν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἀδικῶν οὐ δέδωκας δίκην, οἴει δεῖν πλεονεκτεῖν; [2] καίτοι ἀνάγνωθι τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

έ. Ἐγὼ τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὑμᾶς μὲν πάντας εἰδέναι ἡγοῦμαι ὅτι ἐγὼ μὲν ὀρθῶς λέγω, τοῦτον δὲ οὕτω
356 σκαιὸν εἶναι ὥςτε οὐ δύνασθαι μαθεῖν τὰ λεγόμενα. βούλομαι οὖν αὐτὸν καὶ ἐξ ἑτέρων νόμων περὶ τούτων διδάξαι, ἄν πως ἀλλὰ [3] νῦν ἐπὶ τοῦ βήματος παιδευθῇ καὶ τὸ λοιπὸν ἡμῖν μὴ παρέχῃ πράγματα. καί μοι ἀνάγνωθι τούτους τοὺς νόμους [4] τοὺς Σόλωνος τοὺς παλαιούς.

ΝΟΜΟΣ.

357 Δεδέσθαι δ' ἐν τῇ ποδοκάκκῃ ἡμέρας [5] πέντε τὸν πόδα, ἐὰν [6] μὴ [7] προστιμήσῃ ἡ Ἡλιαία.

[1] ἀξιοῦν R. A. [2] καί μοι A. [3] νῦν γ' ἐπὶ R. [4] τοῦ T. R. A. [5] δέκα A. [6] μὲν T. om. A. [7] προτιμήσῃ A.

Οἷός τ' εἶ] Οἷος εἶ. SCAL.

Καίτοι ἀνάγνωθι] Lege: καί μοι ἀνάγνωθι τὸν νόμον. ut paulo post: καί μοι ἀνάγνωθι τούτους τοὺς νόμους. et ita passim. Infra, ἂν πως ἀλλὰ νῦν. mallem ἄν πως ἄρα νῦν, *si forte ullo modo nunc apud tribunal discat.* MARKLAND. et in *Edit. min.* TAYLOR. Non videtur lex περὶ τῆς κακηγορίας, de pœnis maledicentium, sed περὶ τοῦ ἀνδροφόνου, de pœnis homicidarum designari. REISK.

Τὰ λεγόμενα] Scil. ὑπὸ τούτου τοῦ νόμου. *vim et sententiam hujus legis non percipere*, vel *disputationem hanc meam capere*, docentem, non ex verbis leges esse interpretandas, sed ex destinatione legislatoris et ex natura rerum. IDEM.

Ἂν πως ἀλλὰ νῦν] F. ὅπως ἄρα νῦν. TAYLOR. Si quid mutandum sit, malim ἂν μήπω, ἀλλὰ νῦν γ' ἐπὶ — *si nondum, at nunc saltim* — Verum videtur vulgata defendi posse, idemque dicere, atque εἰ καὶ μήπω πρότερον, ἀλλὰ νῦν γε, *si non citius, at nunc saltim.* Ego equidem γ' addidi de meo. REISK. Idem valet ac si diceretur: εἰ καὶ μήπω πρότερον, ἀλλὰ νῦν γε ἐπὶ — *si nondum prius, at nunc saltem edoceantur.* AUGER.

Τοὺς παλαιοὺς] Id est, scriptos illo casco, obsoleto sermone priscorum Atticorum. Consultum duxit orator de hoc admonere ob insequentia. alias potuisset etiam τοῦ παλαιοῦ dicere. REISK.

Δεδέσθαι κ. τ. λ.] Lex occurrit integrior multo in oratione Timocratea, cujus fide adductus nostrum, (id quoque vidente Herald. Animadv. III. 3.) emaculavi: Ὅ, τι ἐάν τις ἀπολέσῃ, ἐὰν μὲν αὐτὸ λάβῃ τὴν διπλασίαν καταδικάζειν· ἐὰν δὲ μὴ, τὴν δεκαπλασίαν πρὸς τοῖς ἐπαιτίοις. δεδέσθαι δ' ἐν τῇ ποδοκάκῃ (lege ποδοκάκκῃ, ut mox monituri sumus) τὸν πόδα πένθ' ἡμέρας, καὶ νύκτας ἴσας, ἐὰν προστιμήσῃ ἡ Ἡλιαία. προστιμᾶσθαι δὲ τὸν βουλόμενον ὅταν περὶ τοῦ τιμήματος ᾖ. Male in duas leges dispertitur Demosthenicam et Lysiacam Petit. Legg. Attic. TAYLOR.

Ποδοκάκῃ] (Sic vulg.) Admonuit Moschop. π. σχεδ. p. 82. vocem hanc per duo κκ esse scribendam. Ποδοκάκκη διὰ δύο κκ τὸ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ξύλον, ὑφ' οὗ οἱ πόδες κατέχονται. Atque plurimi ita scribunt. Theonem, quoniam locum insignissimum habet in Progymnasm. afferre imprimis lubet. Περὶ δὲ τὸ ὄνομα [γίνεται ἀσάφεια] ὅταν καινὸν ἢ σφόδρα παλαιὸν ἢ ξένον ᾖ τὸ γεγραμμένον, οἷον ἡ ποδοκάκκη καὶ ἡ ἡμεδαπή. Καὶ εἴ τις λέγοι τὸν κέραμον ἀντὶ δεσμωτηρίου, καθάπερ Κύπριοι. Διὸ καὶ τὸ παρ' Ὁμήρῳ τινὲς οὕτως ἐξηγοῦνται,

Χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας.

Ita Harpocrat. Ποδοκάκκη τὸ ξύλον τὸ ἐν δεσμωτηρίῳ οὕτως ἐκαλεῖτο, ἤτοι παρεμβεβλημένου τοῦ ἑτέρου κάππα, ποδῶν τις κάκωσις οὖσα, ἢ κατὰ συγκοπὴν, ὥς φησι Δίδυμος, οἷον ποδοκατοχή. Λυσίας δ' ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου, εἰ γνήσιος, ἐξηγεῖται τοὔνομα. φησὶ γὰρ, ἡ ποδοκάκκη αὐτό ἐστιν, ὃ νῦν καλεῖται ἐν τῷ ξύλῳ δεδέσθαι. Quæ verba lucem affundent Hesychio. Nam idem velle videtur, sed propter luxatum locum contrarium potius obtinet. Ibi enim expiscari licebit, quod per duo κκ scribitur, ἤτοι παρεμβεβλημένου τοῦ ἑτέρου, ἢ κατὰ συγκοπὴν ποδοκατοχή. Qui Varinum de hac voce consulet, inveniet unum articulum, quasi vestem, ex diversis et hinc inde sumptis pannis consutum. Sed idem emendabit Glossas Nomicas. Quarum hæc sunt verba: Ποδοκάκκη ξύλον τὸ ἐν εἱρκτῇ, ἐν ᾧ τοὺς πόδας ἐμβάλλοντες ἔχουσιν (vel συνέχουσι), ὃ παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται κοῦσπος. Aliud est Κοῦσπος. Lege ex Varino κῆππος. Quas turbas dedit H. Steph. in Thesauro, qui putat ex hoc loco male intellecto Lysiam distinxisse inter ξύλον et ποδοκάκκην? Εἰ ὁ δεθεὶς ἐξελθὼν κατηγοροίη, ὅτι οὐκ ἐν τῇ ποδοκάκκῃ ἐδέδετο, ἀλλ' ἐν τῷ ξύλῳ. TAYLOR.

Μὴ προστιμήσῃ] Revocavi veterem probam lectionem Aldinæ, a Tayloro nulla de causa vitiatam et cum μὲν mutatam. Oritur hic e loco Demosthenis dubitatio, servandumne sit, an expungendum illud μή. Nil interesse arbitror, sed utrumque posse probari. In Lysiæ loco μὴ exhibente, hæc obtinet sententia: Vincitor, nisi si quid præterea mulctæ pœnæve superaddiderit Heliæa. Quod si sit, præter carcerem, etiam hæc pœnæ accessio a damnato erit repetenda. In Demosthenico autem, μὴ omittente, istæc: Præter restitutionem rerum furto ablatarum, si carceris pœnam adhuc irrogarit Heliæa, hanc quoque sons dato. Hanc autem pœnæ accessionem quicunque sciscere voluerit, ejus rei jus ipsi esto. Nobis in ejusmodi discidio arbitrari non licet. Ecquid enim certi nos sumus, quid olim legislator vere scriptum reliquerit, utraque lectione cum sententia conveniente? REISK. ἐὰν προτιμήσῃ ἡ Ἡλιαία interpretor commentando: si præter restitutionem rerum ablatarum, carceris pœnam adhuc irrogarit Heliæa. AUGER.

Ἡ Ἡλιαία] De tribunali hoc vid. Poll. VIII. 7. Harpocr. in v. Meurs. Areopag. c. 11. Restitui debet apud Antiph. π. τ. Χορευτ. Ἔλεξε μὲν γὰρ Φιλοκράτης οὑτοσὶ ἀναβὰς εἰς τὴν ἡλιακὴν τὴν τῶν θεσμοθετῶν τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ὁ παῖς ἐξεφέρετο, ὅτι ἀδελφὸν αὐτοῦ ἀποκτείναιμι ἐγὼ ἐν τῷ χορῷ φαρμακὸν ἀναγκάσας πιεῖν. Lege ἡλιαίαν. TAYLOR.

Καλεῖ] (Sic vulg.) lege καλεῖται ex Harpocr. in v. Ποδοκάκκη, modo allegato. IDEM. Lege καλεῖται. Harpocration, hunc locum citans; ἡ ποδοκάκκη αὐτό ἐστιν, ὃ νῦν καλεῖται ἐν τῷ ξύλῳ δεδέσθαι. De ποδοκάκη, seu ποδοκάκκη, vide, quæ habet Doctissimus Hemsterhusius ad Pollucis VIII. 7. segm. 72. Ἐν τῷ ξύλῳ δεδέσθαι, ut Actor. XVI. 24. τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον. Ibidem: ἐὰν μὴ προτιμήσῃ ἡ Ἡλιαία· Scribe, προστιμήσῃ, *mulcta pecuniaria puniat.* Pollux VIII. 5. segm. 21. de Verbis, quæ *pœnam* significant: τὰ δὲ ῥήματα, τιμωρεῖσθαι, κολάζειν, etc. προστιμᾶν, ἐπιτιμᾶν etc. Demosthenes adv. Timocrat. δεδέσθαι δ' ἐν τῇ ποδοκάκῃ τὸν πόδα πένθ' ἡμέρας, καὶ νύκτας ἴσας, ἐὰν προστιμήσῃ ἡ Ἡλιαία. ita habet edit. Hervag. p, 510. mendose forte, pro ἐὰν μὴ προστιμήσῃ, ut apud Lysiam. MARKLAND. καλοῦμεν. CONT.

Ἐπιορκήσαντα] Idem antiquitus atque ὀρκήσαντα. Corrigendus Harpocr. Ἐπιορκήσαντα. Λυσίας κατὰ Θεομνήστου ἐξηγήσατο, ὅτι τὸ ὀρκήσαντα ὀμόσαντά ἐστι. Scribe cum Cod. Cantab. ἐπιορκήσαντα. Qui si non jussisset, jubet tamen hic locus Lysiæ. [Memor esto Lysiam hic citare

ἡ ποδοκάκκη αὕτη ἐστὶν, ὦ Θεόμνηστε, ὃ νῦν καλεῖται ἐν τῷ ξύλῳ δεδέσθαι. εἰ οὖν ὁ δεθεὶς ἐξελθὼν ἐν ταῖς εὐθύναις 359
τῶν ἕνδεκα κατηγοροίη, ὅτι οὐκ ἐν τῇ ποδοκάκκῃ ἐδέδετο ἀλλ' ἐν τῷ ξύλῳ, οὐκ ἂν ἠλίθιον αὐτὸν νομίζοιεν; λέγε ἕτερον νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

Ἐπεγγυᾶν δ' ἐπιορκήσαντα τὸν Ἀπόλλω. δεδιότα δὲ δίκης ἕνεκα δρασκάζειν.

τούτων τὸ μὲν ἐπιορκήσαντα ὀμόσαι ἐστὶ, τὸ δὲ δρα-
σκάζειν, ὃ νῦν ἀποδιδράσκειν ὀνομάζομεν.

360 Ὅςτις δὲ [1] ἀπίλλει τῇ θύρᾳ, ἔνδον τοῦ κλέπτου ὄντος.

τὸ [2] ἀπίλλειν τὸ ἀποκλείειν νομίζεται, καὶ μηδὲν διὰ τοῦτο [3] διαφέρου.

Τὸ ἀργύριον στάσιμον εἶναι ἐφ' [4] ὁπόσῳ ἂν βούληται ὁ δανείζων.

τὸ στάσιμον τοῦτό ἐστιν, ὦ βέλτιστε, οὐ ζυγῷ ἱστάναι, ἀλλὰ τόκον πράττεσθαι ὁπόσον ἂν βούληται. ἐπανά-
361 γνωθι [5] τουτουὶ τοῦ νόμου τὸ [6] τελευταῖον.

[1] ἀπείλλη T. R. ἀπίλλῃ A. [2] ἀπείλλειν T. R. [3] διαφέρον T. R. A. [4] ὁπόσον T. [5] τουτὶ T. [6] τελευταῖον. ΝΟΜΟΣ. ὅσαι A.

leges Civitatis non ad usum forensem, ut alibi solet, sed ut exempla verborum obsoletorum produceret. Citat ergo membratim, et duo capita diversarum legum, in quibus vetustum aliquod verbum continebatur, uno quasi spiritu recenset, ut hic: Ἐπεγγυᾷν ἐπιορκήσαντα τὸν Ἀπόλλω. καί· Δεδιότα δίκης ἕνεκα δρασκάζειν. Ita infra: Ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται. καί· Οἰκῆος καὶ δούλης τὴν βλαβήν ὀφείλειν. In Edit. min.] Taylor.

Ἀπίλλῃ] Ἀπίλλει Ald. ἀπίλλει τὴν θύραν Coisl. Nihilo rectius. Pro ἀπίλλειν ἀπείλλειν vult doctissimus Valesius ad Maussacum (aliquantulum adjuvat Cod. Harpocr. MS. Cant. ubi sedes vocis Ἀπίλλειν est inter Ἀπατούρια et Ἀπειπεῖν.) Derivatur enim ab εἴλλειν. Hesych. Εἴλλῃ, εἴργῃ, κωλύῃ. Εἰλλόμενον, εἰργόμενον. Suid. Εἴλλειν, εἴργειν, κωλύειν. Παλαιὰ ἡ λέξις. [Leg. τὸ ἀπείλλειν τοῦτο ἀποκλείειν νῦν ὀνομάζεται. In Edit. min.] Taylor.

Τῇ θύρᾳ] Opinor, τὴν θύραν. Sequitur: Τὸ ἀπίλλειν τὸ ἀποκλείειν νομίζεται. Lege: Τὸ ἀπίλλειν (vel ἀπείλλειν) τοῦτο ἀποκλείειν νῦν ὀνομάζεται. Sic infra, τὸ στάσιμον τοῦτο, et νῦν ὀνομάζεται, ut versu præcedenti, ὃ νῦν ἀποδιδράσκειν ὀνομάζομεν. Idem mendum notavi Orat. VIII. Markland. Bene habet vulgata. τῇ θύρᾳ idem est atque διὰ τῆς θύρας. *Janua* excludere, h. e. per januam, adminiculo januæ intercedentis et oppositæ. Reisk.

Τὸ ἀπείλλειν τὸ ἀποκλείειν] Videtur legendum: τὸ ἀπείλλειν ταὐτὸν τῷ ἀποκλείειν νομίζεται. Idem.

Διὰ τοῦτο] Subaudi ὅτι μὴ ταὐτόν ἐστι κατὰ τὸν φθόγγον. Idem. Sub. ὅτι μὴ ταὐτὸ φθέγγεται. Auger.

Στάσιμον] Στάσιμον, ut videtur, apud veteres Atticos erat τόκον πράττεσθαι, δανείζεσθαι. Quod voluit Hesychius, atque adhuc vult, si suppetias feramus. Στασάμενον. δασυνάμενον. Labes. Lege δανεισάμενον. Explicat quodammodo in Ὀβολοστάτης. ὀβολοστάτας τοὺς δανειστὰς ἔλεγον. ἐδίδουν δὲ σταθμῷ οἱ δανείζοντες, διὸ ὀβολοστάται προσηγορεύθησαν. τινὲς δὲ τὸ δανείζειν ἱστάνειν (ἱστάναι) φασίν. Vid. in Ἱστάμεθα. Ἱστάνειν. Ἵστασθαι. Taylor.

Ἐφ' ὁπόσῳ ἂν] Revocavi veterem probam lectionem Aldinæ, a codibicus mstis confirmatam, a Stephano perperam vitiatam, qui ἐφ' ὁπόσον dedit. Non dicitur ἐπὶ μέγαν τόκον δανείζεσθαι, sed ἐπὶ μεγάλῳ. ἐπὶ in talibus conditionem indicat, ut *detur* fœnus, (nam in ἐφ' ὁπόσῳ subauditur τόκῳ) quantum creditor postulet et sibi depeciscatur. Reisk.

Τουτὶ τοῦ νόμου] Scribe, τουτουὶ τοῦ νόμου, ut Ἀγοράτου τουτουὶ Orat. XIII. et alibi sæpe. Vide Dionys. Halicarnassensem περὶ Συνθέσ. Ὀνομ. segm. VI. ubi Demosthenes laudatur, quia, στοχαζόμενος τῆς συνθέσεως, dixit τουτονὶ pro τοῦτον. Quæ sequuntur ita distingue ac lege: Ὅσοι δὲ πεφασμένως πωλοῦνται· καί· Οἰκῆος (Harpocration οἰκέως) τὴν βλάβην καὶ δούλης εἶναι ὀφείλειν. Istud καὶ non est pars Legis, sed Oratoris ad aliam Citationem Transitio. Pari plane modo peccatum esse puto Lucæ XXI. 8. πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες· Ὅτι ἐγώ εἰμι· καί· Ὁ καιρὸς ἤγγικε. hæc ultima vulgo confunduntur, καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε, quasi essent Christi verba in sua persona loquentis; cum revera sint ea, quibus usuri essent Impostores, Libertatem sectatoribus suis promittentes, et, *Nunc Tempus* esse, prædicantes. Sic et Matt. XI. 19. Καί· Ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς· ubi post καὶ repetendum est λέγουσιν, ut paulo ante. sensum verborum optime explicat istud Salviani Massiliensis lib. IV. de Gubern. Dei: *Talis secta est, quales et sectatores.* Vulgo hæc confunduntur, καὶ

Ὅσαι δὲ πεφασμένως [1] πολοῦνται, [2] καὶ οἰκῆος καὶ βλάβης τὴν δούλην εἶναι ὀφείλειν.

προσέχετε τὸν νοῦν. τὸ μὲν πεφασμένως ἐστὶ φανερῶς, [3] πο- 363
λεῖσθαι δὲ βαδίζειν, τὸ δὲ οἰκῆος θεράποντος.

ϛ'. Πολλὰ δὲ τοιαῦτα καὶ ἄλλα ἐστὶν, ὦ ἄνδρες δικασταί. ἀλλ' εἰ μὴ [4] σιδηροῦς ἐστὶν, οἴομαι [5] αὐτὸν ἔννουν
γεγονέναι ὅτι τὰ μὲν πράγματα ταὐτά ἐστι νῦν τε καὶ 364

[1] πωλοῦνται T. R. A. [2] . καί· οἰκῆος καὶ δούλης τὴν βλάβην ὀφείλειν A. [3] πωλεῖσθαι T. R. A. [4] σιδήρου T. [5] αὐτὸν νῦν γε ἔννουν A.

ἐδικαιώθη etc. Markland. Lege τουτουΐ. In Edit. min. Taylor. Admisi in textum Marklandi conjecturam, τουτουΐ, pro vulgari τουτὶ, *hujus legis*, quam tibi jam trado recitandam. Reisk.

Ὅσα] (Sic vulg.) Lege ὅσαι ex Plutarch. in Solone. Monuit Petit LL. Attic. lib. 6. tit. 5. Agit Lex de mulieribus, quæ palam prostant et quæstum corpore faciunt, ὅσαι πεφασμένως πωλοῦσι, h. e. ut interpretatur noster legum peritissimus, ὅσαι φανερῶς βαδίζουσιν. Atque itidem Plutarchus ἐμφανῶς φοιτῶσι: Et recte. Πολεῖσθαι (lege Πωλεῖσθαι) ἐπιμελῶς τὸ (f. καὶ) πολλάκις φοιτᾶν. Hesych. Vel ut explicat Didymus apud Harpocr. ὅσαι φανερῶς πορνεύουσι. Πωλεῖν γὰρ τὸ παρέχειν ἑαυτὴν τοῖς βουλομένοις· ὅθεν καὶ τὸ πορνεύειν, ὅπερ ἐστὶ περνάναι. Vid. Hesych. in Πῶλος. Brodæus ad Euripid. Rhes. 261. Varin. in Πωλεῖται (Harpocrationem ipsum non moror, qui Πωλοῦνται proprie dici velit pro Venditare). Verum de his meretriculis quid statuit Lex? Καὶ οἰκῆος καὶ βλάβης τὴν δούλην εἶναι ὀφείλειν. Hoc est secundum mentem Petiti. *Eas vel servorum injuriis obnoxias esse, eisque parere jubet lex.* Quæ si vera sint, næ tu inclementer nobiscum egisti, Lysias, qui in Ποδοκάκκη, in Ἐπιορκήσαντα, Δρασκάζειν, Ἀπείλλειν, Στάσιμον etc. industriam tuam et acumen exprompsisti; in his autem, quæ quanta quanta sint, nihil nisi tenebræ sunt, nos novos homines, et ad quos Solonis sermo minori cum familiaritate pervenit, plane destituisti. Potuimus profecto de Ποδοκάκκη divinando investigandoque aliquantulum fortasse subodorari, at Solonem dixisse βλάβης εἶναι δούλην, quod nos *injuriis esse obnoxiam* nemini jurato, præter te unicum, crediderim. Legit igitur Schottus: καὶ οἰκῆος καὶ δούλης τὴν βλάβην εἶναι ὀφείλειν. Scal. καὶ οἰκῆος καὶ βλάβης τὴν δίκην εἶναι ὀφείλειν. Ego cum Herald. Animadvers. in Salmas. V. 8. judico hæc ad aliam legem omnino pertinere, atque etiam, ut velit idem homo, esse depravata. Duæ igitur leges, vel potius duarum legum capita exhibentur,

Ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται — καὶ
Οἰκῆος καὶ δούλης τὴν βλάβην ὀφείλειν.

Est enim omnino aliquid hujusmodi. Taylor. Suspicor sic restaurandam hanc legem: Οἰκῆος βλάβην τῆς δούλης διπλῆν ὀφείλειν, id est, ὄφλειν ζημίαν διπλῆν ὑπὲρ δούλου βλαπτομένου, ἢ ὑπὲρ δούλης βλαπτομένης. mulctam pro servo pendendam (eoque generis honestioris, urbano, nam is est ὁ οἰκεὺς et ὁ θεράπων), ubi læsus ille fuerit, duplam esse debere mulctæ pro ancilla pendendæ læsa (sordidiore imprimis et contemtiore). τῆς tum non cohærebit cum δούλης, sed cum omisso, sed subaudiendo, βλάβης. quasi dixisset: διπλῆν τῆς βλάβης τῆς ταχθείσης ὑπὲρ δούλης βεβλαμμένης. Reisk.

Οἰκῆος] Ammonius in Οἰκότριψ. Οἰκότριψ καὶ Οἰκέτης διαφέρει. Οἰκότριψ μὲν γὰρ ὁ ἐν τῇ οἰκίᾳ διατρεφόμενος, ὃν ἡμεῖς θρεπτὸν καλοῦμεν. Οἰκέτης δὲ ὁ δοῦλος ὁ ὠνητός. Παρὰ δὲ Σόλωνι ἐν τοῖς ἄξοσιν Οἰκεὺς κέκληται ὁ Οἰκότριψ. Taylor.

Πωλεῖσθαι] Πολεῖσθαι. Scal. Credo auctoritate Hesychii. Quæ in hoc loco, ut paulo ante vidimus, nulla est. Idem.

Εἰ μὴ σιδήρου ἐστὶν] Π. εἰ μὴ ἐκ σιδήρου. H. Stephan. σιδηροῦς. Palmer. In Edit. min. Taylor. et Cont. Propius mihi videtur σιδηροῦς ἐστίν. Philo de Josepho p. 362. προσβλέψω δὲ τίσιν ὀφθαλμοῖς ὁ σιδηροῦς ἐγώ; Markland. Cessi auctoritati codicum mstorum magis, quam virorum doctorum, ut σιδηροῦς darem, pro vulgari σιδήρου, quod alias non movissem; quippe quod nil habet, quod minus probetur. Reisk. σιδηροῦς, *ferreus*, i. e. plumbeus. Auger.

Ἔννουν] Εὔνουν Ald. Ceteri tamen codices, credo, omnes, Palmer. Steph. ἔννουν. Solus tamen Scal. οἴομαι αὐτὸν εὖ νῦν ἐγνωκέναι. Taylor. ἔγνουν. Cont. Fortassis νῦν γε est interponendum. *nunc tandem aliquando sapere incipere* vel *incepisse.* ἔννους γεγονέναι pro συνιδεῖν et ἐγνωκέναι dictio est paulo rarior inventu. Reisk.

πάλαι, τῶν δὲ ὀνομάτων ἐνίοις οὐ τοῖς αὐτοῖς χρώμεθα νῦν 118. 1
[1] τε καὶ πρότερον. δηλώσει δέ· οἰχήσεται γὰρ ἀπιὼν ἀπὸ
τοῦ βήματος σιωπῇ. εἰ δὲ μὴ, δέομαι ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικα-
σταὶ, τὰ δίκαια ψηφίσασθαι, ἐνθυμουμένους ὅτι πολὺ μεῖ-
ζον κακόν ἐστιν, ἀκούσαντα τὸν πατέρα [2] ἀπεκτονέναι ἢ τὴν
365 ἀσπίδα ἀποβεβληκέναι. ἐγὼ γοῦν δεξαίμην ἂν πάσας τὰς
ἀσπίδας ἐῤῥιφέναι ἢ τοιαύτην γνώμην ἔχειν περὶ τὸν πα-
366 τέρα. οὗτος οὖν ἔνοχος μὲν ὢν τῇ αἰτίᾳ, ἐλάττονος δὲ
[3] οὔσης αὐτῷ τῆς συμφορᾶς, οὐ μόνον ὑφ' ὑμῶν ἠλεήθη,
ἀλλὰ καὶ τὸν μαρτυρήσαντα ἠτίμωσεν. ἐγὼ δὲ ἑωρακὼς
μὲν ἐκεῖνο τοῦτον ποιήσαντα, ὃ καὶ ὑμεῖς ἴστε, αὐτὸς δὲ
σώσας τὴν ἀσπίδα, ἀκηκοὼς δὲ οὕτως ἄνομον καὶ δεινὸν
πρᾶγμα, μεγίστης δὲ [3] οὔσης μοι τῆς συμφορᾶς, εἰ ἀπο-

[1] τε om. T. R. A. [2] ἀπεκτονέναι ἢ τὴν ἀσπίδα om. T. R. [3] ἐσομένης A.

Δηλώσει δὲ] Scil. ὅτι νῦν ἤδη παρ' ἐμοῦ μεμάθηκε. IDEM.

Δέομαι ὑμῶν — ἐνθυμουμένους] Licet obvium sit ἐνθυμουμένων, et ita postulare videatur ὑμῶν, nihil tamen innovandum. sic enim scribere amant Attici. Noster Orat. II. init. ἄξιον γὰρ πᾶσιν ἀνθρώποις κἀκείνων μεμνῆσθαι, ὑμνοῦντας μὲν ἐν ταῖς ᾠδαῖς, λέγοντας δὲ ἐν ταῖς τῶν ἀγαθῶν μνήμαις etc. Infra, hac ipsa, quæ sub manum est, Oratione: ἐγὼ δὲ ὑμῶν δέομαι καταψηφίσασθαι Θεομνήστου, ἐνθυμουμένους, ὅτι etc. ubi eadem verba. Dinarchus κατὰ Δημοσθένους p. 104. οὐ προσεκτέον ὑμῖν ἐστὶ τοῖς τούτων λόγοις, εἰδότας ὅτι etc. Andocides adv. Alcibiad. p. 32. ἔστι δὲ σωφρόνων ἀνδρῶν, φυλάττεσθαι πολιτῶν τοὺς ὑπεραυξομένους, ἐνθυμουμένους ὑπὸ τῶν τοιούτων τὰς τυραννίδας καθισταμένας. Lucianus Vera Hist. p. 688. ἐδόκει ἡμῖν ἀναθεμένους τὴν ναῦν ἐπὶ τὴν κόμην τῶν δένδρων etc. Denique, ita scribit Paulus Ephes. I. 18. δῴη ὑμῖν πνεῦμα σοφίας — πεφωτισμένους etc. Sequitur: ἐνθυμουμένους, ὅτι πολὺ μεῖζον κακόν ἐστιν, ἀκούσαντα τὸν πατέρα ἀποβεβληκέναι. Optime Schottus, τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι, ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκέναι: et ita fere Abbreviator. pro ἀκούσαντα vero, legendum ἀκοῦσαι τό. MARKLAND.

Ἀκούσαντα τὸν πατέρα, κ. τ. λ.] Hic locus est mutilus, nec dubitandum est sic legendum esse: ἀκούσαντα τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκέναι. Id omnino patet ex sequentibus. PALMER. Ita Schott. Non solum patet ex sequentibus, sed ex oratione sequenti. Βοηθήσατε οὖν μοι, ἐνθυμούμενοι, ὅτι μεῖζόν ἐστι κακὸν τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι ἢ τὴν ἀσπίδα ῥῖψαι. TAYLOR. et CONT. Constat hic aliquid deesse, quod quid sit, facile sententia ipsa subjicit. Aut hoc modo: ἀκούσαντα τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι ἀπιέναι καταγνωσθέντα, ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκέναι. *gravius malum esse, te damnatum e judicio discedere, quod probrum parricidæ merito tibi objectum audieris, quam si discedas e judicio damnatus ideo, quod merito tibi exprobrata sic scuti abjectio.* Aut etiam sic: ἀκούσαντα τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι μὴ δύνασθαι τιμωρεῖσθαι τὸν εἰπόντα, ἢ ἀκούσαντα τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκέναι. *grandius malum est, si tu inimicum ulcisci nequeas eum, qui te cædis in patre tuo tua manu commissæ insimularit, quam illum, qui te dixerit scutum abjecisse.* REISK.

Ἐῤῥιφέναι] Post ἐῤῥιφέναι videtur δοκεῖν abesse. *me eum videri, qui scuta, quotquot sunt, omnia abjecerim.* IDEM.

Περὶ τὸν πατέρα] Num πρὸς τ. π. est quidem hoc usitatius. nisi sic scripsisse nobis persuadebimus orationem: τοιαύτην γνώμην ἔχειν περὶ ἐμοῦ ὑμᾶς, ὡς τοιοῦτόν τι δράσαιμι περὶ τὸν πατέρα. *quam vobis eam de me opinionem insidere, me potuisse tantum facinus in patre committere.* IDEM.

Τῇ αἰτίᾳ] Scil. ἐφ' ᾗ διεβέβλητο, *crimine cum teneretur eo*, cujus insimulatus fuerat, scuti puta abjecti. IDEM.

Τὸν μαρτυρήσαντα] Scil. Lysitheo. Dionysius is est, qui Lysitheo in causa scuti abjecti testimonium adversus Theomnestum præstiterat. IDEM.

Ἐκεῖνο τοῦτον ποιήσαντα] Id est, ἀποβεβληκότα τὴν ἀσπίδα. IDEM.

Εἰ ἀποφεύξεται] Insulse Schott. εἰ μὴ ἀποφεύξωμαι. Quod sequitur, licet correxit Steph. Aldinum exemplar ἄξιος

φεύξεται, τούτῳ δ' οὐδενὸς [1] ἀξίας, εἰ κακηγορίας ἁλώ-
σεται, οὐκ ἄρα δίκην παρ' αὐτοῦ λήψομαι; τίνος ὄντος ἐμοὶ 367
πρὸς ὑμᾶς ἐγκλήματος; πότερον ὅτι δικαίως ἀκήκοα; ἀλλ'
οὐδ' ἂν αὐτοὶ φήσαιτε. ἀλλ' ὅτι βελτίων καὶ ἐκ βελτιόνων
ὁ φεύγων ἐμοῦ; ἀλλ' οὐδ' ἂν αὐτὸς ἀξιώσειεν. ἀλλ' ὅτι
ἀποβεβληκὼς τὰ ὅπλα δικάζομαι κακηγορίας τῷ σώσαντι;
ἀλλ' οὐχ οὗτος ὁ λόγος ἐν τῇ πόλει [2] κατεσκέδασται. ἀνα-
μνήσθητε δὲ ὅτι μεγάλην καὶ καλὴν ἐκείνην δωρεὰν αὐτῷ 368
δεδώκατε· ἐν ᾗ τίς οὐκ ἂν ἐλεήσειεν Διονύσιον, τοιαύτῃ μὲν
συμφορᾷ περιπεπτωκότα, ἄνδρα δὲ ἄριστον ἐν τοῖς κιν-
δύνοις γεγενημένον, ἀπιόντα δὲ ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου καὶ
λέγοντα ὅτι δυστυχεστάτην ἐκείνην εἴημεν στρατείαν
ἐστρατευμένοι, ἐν ᾗ πολλοὶ μὲν ἡμῶν ἀπέθανον, οἱ δὲ σώ-
σαντες τὰ ὅπλα ὑπὸ τῶν ἀποβαλόντων ψευδομαρτυριῶν
ἑαλώκασι, κρεῖττον δὲ ἦν αὐτῷ τότε ἀποθανεῖν ἢ οἴκαδ'

[1] ἀξιώσει T. [2] κατεσκεύασται T.

εἰ, est etiamnum mendosissimum. Forte: τούτῳ δ' οὐδενὸς ἐξ ἴσου εἰ κακηγορίας (Cod. noster solito errore κατηγορίας) ἁλώσεται. Ubi punctum quoque est mutandum. TAYLOR. Vereor, ut hic Stephanus in idem inciderit, quod in Orat. I. circa vocem οἴκοθεν. Antiqua Lectio, ut Ipse in margine notat, erat ἄξιος εἰ: pro quo Ille admisit in contextum ἀξιώσει. quo Sensu, Ille viderit: ego nequaquam intelligo, quid velit. Facilis verò erat emendatio stante priori lectione: τούτῳ δ' οὐδενὸς ἀξίας, εἰ κακηγορίας ἁλώσεται. *cum mihi maximum futurum sit infortunium, si hic absolutus fuerit*: Mors vel exsilium: *huic vero parvum, si convitii damnatus fuerit*; nempe, quingentæ drachmæ. συμφορὰ οὐδενὸς ἀξία, est calamitas parva et *vili æstimanda*; quæ parvo taxatur: qualis erat mulcta τῶν κακηγορούντων, 500 tantum drachmæ. Sic ἐχθρὸς ἐλάττονος ἄξιος, apud Isocratem Orat. de Bigis, *inimicus minoris momenti*. ζημία μικρὰ καὶ οὐδενὸς ἀξία, *mulcta parva et nullius momenti*, Andocidi contra Alcib. p. 29. Contra, commodum πολλοῦ ἄξιον, Andocidi Orat. I. et Nostro XI. XII. et passim. Tollenda vero plena Distinctio post ἁλώσεται, et ponenda minima: pendet enim adhuc sententia, quæ incepit ab istis, ἐγὼ δὲ ἑωρακὼς, — οὐκ ἄρα δίκην παρ' αὐτοῦ λήψομαι; MARKLAND. ἀξίας, εἰ. CONT.

Βέλτιον] Βελτίων. Ita lege cum Schotto. TAYLOR. Pro βέλτιον recte Schottus βελτίων. usitata Oratoribus Formula. Demosthenes de Cor. εἰ δὲ πολλῷ βελτίω τούτου, καὶ ἐκ βελτιόνων, etc. et adv. Androtion. ἑαυτοῦ βελτίους καὶ ἐκ βελτιόνων. MARKLAND.

Λόγος] Post vocabulum hoc videtur περὶ ἐμοῦ deesse, aut περὶ ἡμῶν. de me et de Theomnesto. REISK.

Ἀνδράποδον ἐξήγαγεν] Clamat totus locus, ut ita rescribamus: Ὁ δὲ ἕτερος εἰς Κόρινθον μὲν ἐντευθενὶ ἀνδράποδον ἐξηγάγετο· ἐκεῖθεν δὲ παιδίσκην αὐτὸς ἐξαγαγὼν ἁλίσκεται. Non probaturus sum luce clariora. Idem. Ἐξήγαγεν bene habet. Nam si frater Agorati, quodcunque ei nomen fuit, puerum Athenis Corinthum curasset per alium exportari, non ipse exportasset, Lysias videtur non ἐξηγάγετο, sed ἐξέπεμψε, dicturus fuisse. Proximum insequens αὐτὸς non ad exportationem refertur, quasi prius servile corpus per alium, posterius per se exportasset, sed ad captionem respicit. Ut ipse antea alios ceperat, quos pro mancipiis venderet, sic rursus, e contrario ipse capiebatur, quo in carcere periret. Reisk. Post ἐξήγαγεν subaudi aliqua in hunc ferme sensum: Et tunc mortem effugit. Auger.

Φαινιππίδην] Lege Φαινιππίδης. Cont. Taylor. Lege: Φαινιππίδης ἐνθάδε λωποδύτην ἀπήγαγε. *Phænippides hic* (sc. Athenis) *vestium furem abduxit*, nempe, *ad judices.* Phænippides erat unus τῶν Ἕνδεκα, quorum erat ἀπάγειν λωποδύτας, ut de iis refert Pollux VIII. 9. segm. 102. Vide Orat. X. Paulo ante, pro ἁλίσκεται forte ἡλίσκετο. παιδίσκην ἐξαγαγὼν ἡλίσκετο, *convictus erat eduxisse puellam*, vel *servam.* Markland.

Ἐνθένδε] *Hinc*, e concione vestra, in qua ego nunc stans coram vobis, vobiscum ago. Agebatur enim hæc causa in concione coram Heliæa. Phænippides fratrem hunc Agorati non nominatum fortuito in concione stantem conspicatus, illinc manu sua extractum ad undecimviros adduxerat, a quibus in custodia tantisper asservaretur, donec causa ejus a populo per Heliæam judicaretur. Reisk. Quocum facit Augerus.

Ἀποτυμπανίσαι παρέδοτε] Videntur deesse voces τῷ δημίῳ, *carnifici*: ut supra, τῷ δημίῳ παρέδοτε· καὶ ἀπετυμπανίσθη. Ferri tamen potest Vulgata. Sic Orat. VII. καὶ ἕτοιμος ἦμην, εἴ τινα βούλοιτε, παραδοῦναι βασανίζειν. Vide Orat. XXII. initio. Sic et παρεδόθη absolute Matt.

λέγω, καὶ αὐτὸν οἶμαι ὁμολογήσειν τοῦτον, καὶ μάρτυρας παρεξόμεθα.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

πῶς οὖν οὐχ ἅπασι προσήκει ὑμῖν τούτου καταψηφίζεσθαι; εἰ γὰρ τούτων ἕκαστος δι' ἓν ἁμάρτημα θανάτου ἠξιώθη, [1] ἥπου τοῦ γε πολλὰ ἐξημαρτηκότος καὶ δημοσίᾳ εἰς τὴν πόλιν καὶ ἰδίᾳ εἰς ἕκαστον ὑμῶν, ὧν ἑκάστου ἁμαρτήματος ἐν τοῖς νόμοις θάνατος ἡ ζημία ἐστὶ, δεῖ ὑμᾶς σφόδρα θάνατον αὐτοῦ καταψηφίσασθαι.

ιη΄. [2] Λέξει δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καὶ ἐξαπατῆσαι ὑμᾶς πειράσεται, ὡς ἐπὶ τῶν Τετρακοσίων Φρύνιχον ἀπέκτεινε, καὶ ἀντὶ τούτου φησὶν αὐτὸν [3] Ἀθηναῖον τὸν δῆμον ποιήσα-
492 σθαι, ψευδόμενος, ὦ ἄνδρες δικασταί· οὔτε γὰρ Φρύνιχον ἀπέκτεινεν, οὔτε [3] Ἀθηναῖον αὐτὸν ὁ δῆμος ἐποιήσατο. Φρυνίχῳ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, κοινῇ Θρασύβουλός τε ὁ Καλυδώνιος καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Μεγαρεὺς ἐπεβούλευσαν· ἐπειδὴ δὲ ἐπετυχέτην αὐτῷ βαδίζοντι, ὁ μὲν Θρασύβουλος τύπτει τὸν Φρύνιχον καὶ καταβάλλει πατάξας, ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος οὐχ ἥψατο, [4] ἀλλ' ἐν τούτῳ κραυγὴ γίνεται, καὶ ᾤχοντο φεύγοντες. Ἀγόρατος [5] δὲ οὑτοσὶ οὔτε παρε-

[1] ὑπὸ τοῦ T. ἥπου τούτου R. A. [2] λέξαι T. [3] Ἀθηναίων R. [4] ἀλλὰ τούτῳ T. A. ἀλλ' ἅμα τούτῳ R. [5] τε T.

IV. 12. Ἰωάννης παρεδόθη. et passim in Evangeliis. Mox, pro ὑπὸ τοῦ γε, Schottus legit, ἥπου γε. optime. MARKLAND.

Ὑπὸ τοῦ γε] Feliciter Schott. ἥπου γε, vel forsan paulo rectius ἥπου τοῦ γε. Quod tu rescribas. TAYLOR. Ἥπού γε τοῦ πολλά. CONT. Pro vetusta prava lectione ὑπὸ τοῦ γε dedi, partim de meo, ἥπου, τούτου γε. Non cohæret hic genitivus τούτου cum καταψηφίσασθαι (nam hoc cum αὐτοῦ cohæret), sed est genitivus absolutus, ut vulgo usurpatur, vel consequentiæ. τούτου ἐξημαρτηκότος idem est atque ὅτι οὗτος ἐξημάρτηκε. REISK. Legi juxta Reiskium τούτου in genitivo absoluto, nisi mavis construere cum καταψηφίσασθαι quod sequitur, et tunc αὐτοῦ abundabit. AUGER. Τοῦ—ἐξημαρτηκότος cum καταψηφίσασθαι construe. Pronomen αὐτοῦ, ut sæpius alibi, constructionem eleganter redintegrat.

Λέξαι] Vel λέξει credo. TAYLOR.

Φησὶν αὐτὸν Ἀθηναῖον τὸν δῆμον ποιήσασθαι] Scribe, αὑτὸν, se. hæc enim verba sunt Agorati, de *seipso* loquentis. aliter mox, οὔτε Ἀθηναῖον αὐτὸν ὁ δῆμος ἐποιήσατο. recte ibi αὐτόν: Orator enim de Agorato loquitur. Hæ voces αὐτὸς et αὑτὸς tam sæpe in his Orationibus confunduntur, ut pæne molestum sit monere. De morte vero Phrynichi vide Lycurgum p. 164. et Thucyd. VIII. segm. 92. qui rem aliter narrat. MARKLAND.

Οὔτε γὰρ Φρύνιχον ἀπέκτεινεν] Confer cum hoc loco Lycurgum c. Leocrat. Ex eo hanc historiam de morte Phrynichi licebit melius noscere. PALMER.

Ἀλλ' ἅμα τούτῳ] Sic dedi de meo. *simul atque hoc fiebat.* vulgati dant ἀλλὰ τούτῳ. REISK. Ἀλλ' ἐν τούτῳ. CONT. Τούτῳ, np. Phrynicho. Et hanc phraseos partem sic interpretor: Sed a Phrynicho clamor tollitur. AUGER.

Ἀγόρατός τε οὑτοσὶ] Scribe, Ἀγόρατος δέ. MARKLAND. et in *Edit. min.* TAYLOR.

κλήθη οὔτε παρεγένετο οὔτε οἶδε τοῦ πράγματος οὐδέν. ὡς δὲ ἀληθῆ λέγω, αὐτὸ ὑμῖν τὸ ψήφισμα δηλώσει.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

ὅτι μὲν οὐκ ἀπέκτεινε Φρύνιχον, ἐξ αὐτοῦ τοῦ ψηφίσματος δῆλον. οὐδαμοῦ γάρ ἐστιν Ἀγόρατον Ἀθηναῖον εἶναι, ὥσπερ Θρασύβουλον καὶ Ἀπολλόδωρον· καίτοι εἴπερ ἀπέκτεινε Φρύνιχον, ἔδει αὐτὸν ἐν τῇ αὐτῇ στήλῃ, ἵνα περ [1] Θρασύβουλον καὶ Ἀπολλόδωρον, Ἀθηναῖον πεποιημένον. τὰ μέντοι ὀνόματα διαπράττονται σφῶν αὐτῶν, δόντες ἀργύ- 493
ριον τῷ ῥήτορι, προσγραφῆναι εἰς τὴν στήλην, ὡς [2] εὐεργέτας ὄντας. καὶ ὡς ἀληθῆ λέγω, τοῦτο τὸ ψήφισμα ἐλέγξει.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

οὕτω μέντοι οὗτος πολὺ ὑμῶν καταφρονεῖ, ὥστε οὐκ ὧν

[1] Θρασύβουλος καὶ Ἀπολλόδωρος, Ἀθ. πεπ. γεγράφθαι. τὰ μ. ὀν. πολλοὶ διαπράττονται A.
[2] εὐεργετῶν ὄντων A.

Πεποιημένον] Πεποιημένον εἶναι. CONT. Credo non unam vocem aut alteram, sed plures desiderari inter hanc periodum et sequentem. TAYLOR. Post πεποιημένον, aut ante, aut in hac certe regione deest γεγράφθαι, aut φαίνεσθαι, aut ὁρᾶσθαι, aut simile quid. REISK. F. leg. ἔδει αὐτὸν ἐν τῇ αὐτῇ στήλῃ εἶναι παρὰ [*next*] Θρασύβουλον καὶ Ἀπολλ. &c. Ex qua positione totum hoc argumentum pendet. Xenoph. Sympos. c. 1. §. 8. Αὐτόλυκος μὲν οὖν παρὰ τὸν πατέρα ἐκαθέζετο, ὥσπερ εἰκὸς, οἱ δ' ἄλλοι κατεκλίθησαν. Mox εὐεργέτας refer ad τὰ ὀνόματα σφῶν αὐτῶν, h. e. σφᾶς αὐτούς.

Τὰ μέντοι ὀνόματα etc.] Ante has voces nonnulla deesse puto. MARKLAND. Post αὐτῶν aut post διαπράττονται deest πολλοὶ aut τινές. [Suspicabar olim in hac regione nonnihil deesse. verum nihil deest. conclusio solummodo est paulo abstrusior. cujus hæc est sententia: Quanquam facillime fit, ut codices, in quibus nomina civium publice perscribuntur, fraude sceleratorum contaminentur, furtim ingerentium nomina eorum, qui cives non sunt; tamen in ista facilitate corruptelæ publicarum tabularum, et in ista crebritate hujus fraudis, non evicit Agoratus ut nomen suum in illam stelam insculperetur, qua testatus est populus Atheniensis, se Thrasybulo et Apollodoro jus et honores civitatis suæ detulisse, sic de se meritis. *In Var. Lect.*] REISK. Immo videtur Agoratus, eandem ac Thrasybulus Apollodorusque causam, nempe Phrynichi internecionem, prætendens, evicisse ut in aliam, sc. Anagyrasiorum, stelam inscriberetur; et hac ipsa de causa arguit Noster Agoratum esse hominem παρέγγραπτον, quippe quibus causa eadem, idem psephisma, stela, positura, fuisset.

Εὐεργέτας ὄντας] Postulat quidem constructio nominativum εὐεργέται ὄντες, si ad διαπράττονται refertur, aut genitivum εὐεργετῶν ὄντων, si ad αὐτῶν. Verumtamen intutum est hic aliquid moliri, quia nescimus, quid interciderit. REISK.

Τοῦτο τὸ ψήφισμα] Videtur hoc decretum, quod hic affertur, in eos latum fuisse, qui se falso cives Athenienses gererent, cum malis fraudibus in civitatem irrepsissent, scripti quidem in albo civium, verum haud legitime, fraude quorundam ICtorum, quos mercedula corrupissent, nunquam ab ipso populo jure civitatis donati. IDEM. Velim legi τὸ αὐτὸ ψήφισμα, arbitror enim idem esse decretum sequens ac illud quod antea recitatum fuit. AUGER. De hujusmodi civibus, fraude in album insertis, vid. Petit. in Leg. Attic. l. ii. t. iii. §. 10. sqq., deque eorum maleficiis id temporis, quo Noster orabat, Æschin. π. Παραπρ., p. 50. 40. sqq. ed. Steph.

494 Ἀθηναῖος καὶ ἐδίκαζε καὶ [1]ἐξεκλησίαζε καὶ γραφὰς τὰς
ἐξ ἀνθρώπων ἐγράφετο, ἐπιγραφόμενος [2]Ἀναγυράσιος εἶναι.
495 ἔπειτα δὲ καὶ ἕτερον μέγα τεκμήριον ὡς οὐκ [3]ἂν ἀπέκτεινε
Φρύνιχον, δι᾽ ὃν Ἀθηναῖός φησι γεγενῆσθαι. ὁ Φρύνιχος γὰρ οὗτος τοὺς Τετρακοσίους κατέστησεν· ἐπειδὴ δ᾽ [4]ἐκεῖνος ἀπέθανεν, οἱ πολλοὶ τῶν Τετρακοσίων ἔφυγον. πότερον οὖν δοκοῦσιν ὑμῖν οἱ Τριάκοντα καὶ ἡ βουλὴ ἡ ἐπὶ τῶν Τριάκοντα βουλεύουσα, [5]οἳ πάντες ἦσαν τῶν Τετρακοσίων τῶν φευγόντων, ἀφεῖναι [6]ἂν λαβόντες τὸν Φρύνιχον ἀπο-
496 κτείναντα [7]ἢ [8]τιμωρήσασθαι ὑπὲρ Φρυνίχου καὶ τῆς φυγῆς

[1] ἐκκλησίαζε T. R. A. [2] Ἀναγυῤῥάσιος A. [3] ἂν om. A. [4] ἐκεῖνοι ἀπέθανον T. [5] οἱ αὐτοὶ ἦσαν ἅπαντες T. R. A. [6] ἀναλαβόντες T. [7] ἢ om. A. [8] τιμωρ. ἂν ὑπὲρ A.

Καὶ ἐδίκαζε καὶ ἐξεκκλησίαζε] Infra dicit, καὶ ἐδικάζετο καὶ ἐξεκκλησίαζε. et ita hic forte scribendum, *judicio contendebat*, quemadmodum civis Atticus. et tamen Orat. XXVI. habet. καὶ τοῦ δικάζειν καὶ ἐκκλησιάζειν περὶ τῶν κοινῶν μετέδοτε. unde lis de utraque voce, tum ἐδικάζετο, tum ἐξεκκλησίαζε, jure optimo moveri potest. Demosthenes contra Timocrat. ἐάν τις — ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἐκκλησιάζῃ ἢ δικάζῃ. MARKLAND. F. ἐδίκαζε καὶ ἐκκλησίαζε. *forum et conventus publicos celebravit*, tanquam civis Atticus. *In Edit. min.* TAYLOR. Ἐξεκλησίαζε. *In Animadv. ad Char.* l. iv. c. v. p. 404. D' ORVILLE. et *in Var. Lect.* REISK.

Γραφὰς τὰς ἐξ ἀνθρώπων] Confer cum loco non longe distanti: Ὅτι καὶ ἐδικάζετο, καὶ ἐξεκκλησίαζε καὶ ἐσυκοφάντει πολλούς, ὡς Ἀθηναῖος τοὔνομα ἐπιγραφόμενος. Ubi συκοφαντεῖν et γραφὰς τὰς ἐξ ἀνθρώπων γράφεσθαι videntur esse paria. Occurrit eadem locutio apud Æsch. c. Timarch. τὸ δὲ τελευταῖον, δήσαντες πρὸς τὸν κίονα αὐτὸν τὸν Πιττάλακον ἐμαστίγουν τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγάς. quam exponit σχ. ineditus: ἢ τὰς ἀπολλύναι δυναμένας καὶ οἱονεὶ ἐξ ἀνθρώπων ποιῆσαι, ἢ ἃς εἰκὸς ἀνθρώπους παρασχεῖν, ἢ ὅσαι εἰσὶν ἐν ἀνθρώποις. Frigide omnia. Nam et apud Æschin. rescripserunt dudum plurimi, uti et hic quoque rescribi puto oportere, τὰς ἐξανθρώπους, immites, crudeles. Vid. quæ congessit Needhamus ad Vit. Hierocl. a Suida descriptam. TAYLOR. Forte: καὶ γραφὰς ὡς ἐξ Ἀθηναίων ἐγράφετο: *et dicas scribebat, quasi Atheniensis fuisset.* sic infra: καὶ ἐσυκοφάντει πολλούς, ὡς Ἀθηναῖος τοὔνομα ἐπιγραφόμενος. in publicis enim Tabulis inscribebatur Ἀναγυῤῥάσιος, vel potius Ἀναγυράσιος Agoratus; saltem, ita præ se tulit. Sphalma ortum forte ex compendiosa aliqua scriptura vocis Ἀθηναίων, quam exscriptor male accepit pro ἀνῶν, id est ἀνθρώπων. Sic Galat. IV. 26. pro, ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλήμ, Montfauconius Palæogr. Græc. V. 1. notat se in Codice quodam invenisse, ἡ δὲ ἀνθρώπω Ἱερουσαλήμ. MARKLAND. Dictio γραφὰς τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐγράφετο significat hoc: Causarum forensium nullum non tractavit genus; nullus est in universo jure titulus, ex quo agi in quenquam possit, quem titulum Agoratus intentatum sibi reliquerit. nullum accusationis genus excogitari potest, quo non aliquem exagitaverit. Errorem, in quem Taylor hic loci incidit, ipse ad Æschinem agnovit atque retractavit. REISK. Intellige, accusationes publicas quæ ab homine vel adversus hominem fieri possunt, i. e. accusationes publicas in omni genere. AUGER.

Ἀναγυῤῥάσιος] (Sic vulg.) Ἀναγυράσιος. Coisl. Quæ est lectio inscriptionum, auctorumque omnium. TAYLOR.

Ὡς οὐκ ἂν ἀ.] Ὡς οὗτος οὐκ ἀπέκτ. CONT.

Ἐκεῖνοι ἀπέθανον] Puto ἐκεῖνος ἀπέθανε. SCHOTT. CONT. TAYLOR. Lege, ἐκεῖνος ἀπέθανεν, sc. Φρύνιχος. Mox, pro ἀφεῖναι ἀναλαβόντες, Stephanus ἀφεῖναι ἂν λαβόντες: quod certissimum puto. Paulo inferius: εἰ δὲ ἀμφισβητεῖς, etc. admodum solerter et ingeniose excogitatum est Argumentum. MARKLAND. Laudo Stephanum. TAYLOR.

Τῶν φευγόντων] Qui tum statim post cædem Phrynichi in exsilium sponte sua exissent, unde postmodum rebus mutatis, aut potius iterum conturbatis, redissent. REISK.

ἧς αὐτοὶ ἔφυγον; ἐγὼ μὲν οἶμαι τιμωρεῖσθαι ἄν. εἰ μὲν οὖν μὴ ἀποκτείνας προσποιεῖται, ἀδικεῖ, ὡς ἐγώ φημι· εἰ δὲ ἀμφισβητεῖς καὶ φῂς Φρύνιχον ἀποκτεῖναι, δῆλον ὅτι μείζω τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων κακὰ ποιήσας τὴν ὑπὲρ Φρυνίχου αἰτίαν πρὸς τοὺς Τριάκοντα ἀπελύσω· οὐδέποτε γὰρ πείσεις οὐδένα ἀνθρώπων, ὡς Φρύνιχον ἀποκτείνας ἀφείθης
137. 1 ἂν ὑπὸ τῶν Τριάκοντα, εἰ μὴ μεγάλα τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων καὶ ἀνήκεστα κακὰ εἰργάσω. ἐὰν μὲν οὖν φάσκῃ Φρύνιχον ἀποκτεῖναι, τούτων μέμνησθε, καὶ τοῦτον τιμωρεῖσθε ἀνθ᾽ ὧν ἐποίησεν· ἐὰν δ᾽ οὐ φάσκῃ, ἔρεσθε αὐτὸν διότι φησὶν Ἀθηναῖος ποιηθῆναι. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ ἀποδεῖξαι, τιμωρεῖσθε αὐτόν, ὅτι καὶ [1]ἐδικάζετο καὶ [2]ἐξεκλησίαζε καὶ ἐσυκοφάντει πολλούς, ὡς Ἀθηναῖος τοὔνομα ἐπιγραφόμενος.

ιθʹ. Ἀκούω δὲ αὐτὸν παρασκευάζεσθαι ἀπολογεῖσθαι, [3]ὡς ἐπὶ Φυλήν τε ᾤχετο καὶ συγκατῆλθεν [4]τοῖς ἀπὸ
Φυλῆς· καὶ τοῦτο μέγιστον ἀγώνισμα εἶναι. ἐγένετο δὲ 497
τοιοῦτον. ἦλθεν οὗτος ἐπὶ Φυλήν — καίτοι πῶς ἂν γένοιτο ἄνθρωπος μιαρώτερος, ὅστις, εἰδὼς ὅτι εἰσί τινες ἐπὶ Φυλὴν τῶν ὑπὸ τούτου ἐκπεπτωκότων, ἐτόλμησεν ἐλθεῖν ὡς τούτους; —· ἐπειδὴ δὲ εἶδον αὐτόν, τάχιστα συλλαβόντες ἄγουσιν ἄντικρυς ὡς ἀποκτενοῦντες, οὗπερ καὶ τοὺς ἄλλους ἀπέσφαττον, εἴ τινα λῃστὴν ἢ κακοῦργον [5]λάβοιεν. στρατηγῶν δὲ Ἄνυτος ἐπὶ Φυλὴν οὐκ ἔφη χρῆναι ποιεῖν αὐτοὺς ταῦτα, λέγων ὅτι [6]οὐχ οὕτω διακέοιντο ὥστε τιμωρεῖσθαί τινας τῶν ἐχθρῶν, ἀλλὰ νῦν μὲν δεῖν αὐτοὺς ἡσυχίαν ἔχειν, εἰ δέ ποτε οἴκαδε κατέλθοιεν, τότε καὶ τιμω-

[1] ἐδίκαζε A. [2] ἐκκλησίαζε T. R. A. [3] ὡς καὶ ἐπὶ T. [4] τοῖς om. T. R. A. [5] συλλάβοιεν T. R. A. [6] οὔπω T. R. A.

Τιμωρεῖσθαι] Ego malim aut τιμωρήσασθαι, ut modo præcessit, aut eodem sensu τετιμωρῆσθαι. IDEM.

Ὡς ἐγώ φημι] Redit, non ad proximum ἀδικεῖ, sed ad remotius ὅτι προσποιεῖται μόνον ἀπεκτονέναι τὸν Φρύνιχον, οὐκ ἀποκτείνας. IDEM.

Διότι φησὶν] Διὰ τί φησίν. CONT.

Ὅτι καὶ ἐδικάζετο κ. τ. λ.] Melius ὅτι καὶ ἐδίκαζε καὶ ἐκκλησίαζε. Vid. supra. TAYLOR. Tutius visum fuit vulgatam revocari. REISK.

Τοῦτο μέγιστον] Pone alterutrum horum vocabulorum deesse videtur αὐτῷ. *et hoc ei firmum imprimis esse propugnaculum, quo fidat.* ἀγώνισμα h. l. idem est atque ἔλεγχος, aut πίστις, aut τεκμήριον, argumentum, quo quis fretus certet cum adversario, utaturque ad causam suam evincendam. IDEM.

Μιαρώτερος] Subaudi τούτου. et tum parenthesis in hoc vocabulo μιαρ. est claudenda. IDEM.

Τινες ἐπὶ Φυλὴν] Similis dictio illi notæ οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. subauditur συνελθόντες. IDEM.

ῥήσοιντο τοὺς ἀδικοῦντας. ταῦτα λέγων αἴτιος ἐγένετο τοῦ
ἀποφυγεῖν τοῦτον ἐπὶ Φυλήν· ἀνάγκη δὲ [1]ἦν στρατηγοῦ
498 ἀνδρὸς ἀκροᾶσθαι, εἴπερ ἔμελλον σωθήσεσθαι. ἀλλ' [2]ἕτε-
ρον· οὔτε γὰρ συσσιτήσας τούτῳ οὐδεὶς φανήσεται οὔτε
σύσκηνος γενόμενος, οὔτε ταξίαρχος εἰς τὴν φυλὴν κατατά-
499 ξας, ἀλλ' ὥσπερ ἀλιτηρίῳ οὐδεὶς ἀνθρώπων αὐτῷ διελέγετο.
καί μοι κάλει τὸν ταξίαρχον.

ΜΑΡΤΥΣ.

ἐπειδὴ δὲ διαλλαγαὶ πρὸς ἀλλήλους ἐγένοντο καὶ ἔπεμψαν οἱ πολῖται ἐκ Πειραιῶς τὴν πομπὴν [3]εἰς πόλιν, ἡγεῖτο μὲν Αἴσιμος τῶν πολιτῶν, οὗτος δὲ οὕτω τολμηρὸς καὶ

[1] ἦν τοῦ στρατηγοῦ R. [2] ἕτερόν τι ἐποίησαν· οὔτε A. [3] εἰς τὴν πόλιν R.

Στρατηγοῦ ἀνδρὸς] Prior lectio erat τοῦ στρατηγοῦ ἀνδρός. Stephanus Articulum ejecit. Forte scripsit Lysias, τοῦ στρατηγοῦντος ἀκροᾶσθαι: ut supra στρατηγῶν δὲ Ἄνυτος. MARKLAND. Revocavi τοῦ ex Aldina, quod Stephanus seu prætervide-rat, seu exterminaverat. Verum tum leg. erit: τοῦ στρατηγοῦ ἄνδρας φυγάδας ἀκροᾶσθαι. REISK.

Ἀλλ' ἕτερον] Imo vero ἀλλ' ἐτήρουν. *verumtamen acribus oculis observabant*, aut ἔφευγον *devitabant*, eum, ab ejus consortio refugiebant. REISK. τι ἐποίησαν addidi, *sed aliud quid fecerunt*, i. e. aliud ipsi pœnæ genus inflixerunt. AUGER.

Φυλὴν] Erravit Stephanus, qui hoc litera majuscula scripsit, quasi agatur de *Phyle* castello, de quo circa hunc locum agitur plurimum. εἰς φυλὴν enim atque εἰς τάξιν κατατάξαι perinde sunt. Infra de eadem re: εἴ τις αὐτὸν ταξίαρχος εἰς τάξιν τινὰ κατέταξεν. Populus enim per *tribus* dispertitus suffragia tulere, et per *tribus* etiam dispertitus in acie stabant. Λακεδαιμονίων στρατῷ μεγάλῳ ἐμβαλόντων εἰς τὴν Ταναγραϊκὴν, καὶ τῶν Ἀθηναίων εὐθὺς ὁρμησάντων ἐπ' αὐτοὺς, ὁ μὲν Κίμων ἐλθὼν ἐκ τῆς φυγῆς ἔθετο μετὰ τῶν φυλετῶν εἰς λόχον τὰ ὅπλα. Plutarch. in Pericl. Idem in Aristid. Ἐν δὲ τῇ μάχῃ, μάλιστα τῶν Ἀθηναίων τοῦ μέσου πονήσαντος, καὶ πλεῖστον ἐνταῦθα χρόνον τῶν βαρβάρων ἀντερεισάντων κατὰ Λεοντίδα καὶ Ἀντιοχίδα φυλὴν, ἠγωνίσαντο λαμπρῶς τεταγμένοι παρ' ἀλλήλους, ὅ τε Θεμιστοκλῆς καὶ ὁ Ἀριστείδης· ὁ μὲν γὰρ Λεοντίδης ἦν, ὁ δ' Ἀντιοχίδης. Et postea: φοβηθέντες, μὴ τὴν πόλιν ἔρημον λάβωσι τῶν ἀμυνομένων, ταῖς μὲν ἐννέα φυλαῖς ἠπείγοντο πρὸς τὸ ἄστυ, καὶ κατήνυσαν αὐθημερόν. ἐν δὲ Μαραθῶνι μετὰ τῆς ἑαυτοῦ φυλῆς Ἀριστείδης ἀπολειφθεὶς φύλαξ, κ. τ. λ. Ita in eodem bello Marathonio. Τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρεος ἡγέετο ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος· ὁ γὰρ νόμος εἶχε οὕτω τοῖσι Ἀθηναίοισι, τὸν πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν. ἡγεομένου δὲ τούτου ἐξεδέκοντο ὡς ἀριθμέονται αἱ φυλαὶ, ἐχόμεναι ἀλλήλων. Herodot. Erat. 111. TAYLOR. Est hic φυλὴ idem fere quod τάξις, ordo peditum, Gallice *une compagnie*. AUGER. Apparet h. l. aliquid deesse. Taxiarchus enim non præerat φυλῇ, sed τάξει. videtur itaque sic leg. οὔτε ταξίαρχος αὐτὸν εἰς τάξιν, οὔτε φύλαρχος εἰς φυλήν. *non constabit, taxiarchum*, seu *centurionem, quenquam in suam centuriam* (vel *manipulum*) *allegisse Agoratum, aut phylarchum*, seu *præfectum turmæ equestris, in turmam*. Vid. p. 413. antep. REISK. Cf. Lect. Lysiac. c. 3.

Ἡγεῖτο μὲν Αἴσιμος τῶν πολιτῶν] Lego, τῶν ὁπλιτῶν. patere videtur ex sensu et sequentibus, λαβὼν τὰ ὅπλα, et ἔθεντο τὰ ὅπλα. Vide Thucyd. VI. 59. Præterea, cum πολῖται modo præcessisset, non scripsisset Lysias τῶν πολιτῶν, sed αὐτῶν, si de *civibus* iterum locutus fuisset. Mox, pro ἐκεῖνος recte Schottus ἐκεῖ: et infra, πύλαις pro φυλαῖς Idem. MARKLAND. et *in Edit. min.* TAYLOR. Vulgatam τῶν πολιτῶν ego equidem tuebor. dux illius pompæ, seu processionis armatæ, universæ, non modo peditum, sed etiam equitum, erat Æsimus. Neque pondus addit Marklandi conjecturæ insequens τὰ ὅπλα ἔθειτο. Nam ὅπλα ibi non solos hastatos atque scutatos, sed universam aciem, pedestrem una equestremque complectitur. Pari modo paulo post p. 413. 18. vulgatam tuebor. REISK.

Καὶ ἐκεῖνος] Καὶ ἐκεῖ. SCHOTT. τολμηρὸς ἐκεῖνος. CONT. Quid si? καὶ κύνειος τότ' ἐγένετο.

[1]τότε ἐγένετο· συνηκολούθει γὰρ λαβὼν τὰ ὅπλα, καὶ 500
συνέπεμπε τὴν πομπὴν μετὰ τῶν πολιτῶν πρὸς τὸ ἄστυ. ἐπειδὴ δὲ πρὸς ταῖς πύλαις ἦσαν καὶ ἔθεντο τὰ ὅπλα, πρὶν εἰσιέναι εἰς τὸ ἄστυ, ὁ μὲν Αἴσιμος αἰσθάνεται, καὶ προσελθὼν τήν τε ἀσπίδα αὐτοῦ λαβὼν ἔῤῥιψε καὶ ἀπιέναι ἐκέλευσεν ἐς κόρακας ἐκ τῶν πολιτῶν· οὐ γὰρ ἔφη δεῖν ἀνδροφόνον αὐτὸν ὄντα συμπέμπειν τὴν πομπὴν τῇ Ἀθηνᾷ. τούτῳ τῷ τρόπῳ ὑπὸ Αἰσίμου ἀπηλάθη. ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τοὺς μάρτυρας.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

τούτῳ τῷ τρόπῳ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καὶ ἐπὶ Φυλὴν καὶ
ἐν Πειραιεῖ πρὸς τοὺς πολίτας διέκειτο· οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ
διελέγετο ὡς ἀνδροφόνῳ ὄντι, τοῦ τε μὴ ἀποθανεῖν Ἄνυτος
ἐγένετο αὐτῷ αἴτιος. ἐὰν οὖν τῇ ἐπὶ Φυλὴν ὁδῷ ἀπολογίᾳ 501
χρῆται, ὑπολαμβάνειν χρὴ, εἰ Ἄνυτος αὐτῷ ἐγένετο [2]αἴτιος μὴ [3]ἀποθανεῖν ἑτοίμων ὄντων τιμωρεῖσθαι, καὶ [4]εἰ ἔῤῥιψεν αὐτοῦ Αἴσιμος τὴν ἀσπίδα καὶ οὐκ εἴα μετὰ τῶν πολιτῶν πέμπειν τὴν πομπὴν, καὶ εἴ τις αὐτὸν ταξίαρχος εἰς τάξιν τινὰ κατέταξεν.

κ'. Μήτε οὖν ταῦτα αὐτοῦ ἀποδέχεσθε, μήτε ἂν λέγῃ ὅτι πολλῷ χρόνῳ ὕστερον τιμωρούμεθα. οὐ γὰρ οἶμαι οὐ-

[1] ἐκεῖνος T. ἐκεῖ R. A. [2] αἴτιος τοῦ μὴ R. A. [3] ἀποθανεῖν, ἑτέρων ἑτοίμων A. [4] εἰ om. T. R. A.

Φυλαῖς] Lege ταῖς πύλαις, ut patet esse legendum ex superioribus. PALMER. SCHOTT.

Ἔθεντο τὰ ὅπλα] Armati in acie consisterent, quo lustrarentur a tribunis. *sich in Wachparade stellten*, oder *flunden*, oder *paradirten*. REISK.

Ἐπὶ Φυλὴν] Ἐπὶ Φυλῆς, vel ἐν Φυλῇ. CONT.

Ὁπλίτας] Reposui πολίτας. Fidem faciet res ipsa. Non semel hæ voces confunduntur invicem, ut videbimus in sequentibus. TAYLOR. Hic vice versa Sensus postulat πολίτας. MARKLAND. πρὸς τοὺς πολίτας bene mihi videtur habere, tametsi inverse dictum. Exspectasses enim πρὸς αὐτὸν οἱ πολῖται διέκειντο. Placuit autem Lysiæ ἀντιστρόφως enunciare. *hic erat Agorati adversus cives habitus*, seu, *hæc ei cum civibus erat ratio*, vel *situatio*, ut barbaristæ nostri usurpant. REISK.

Αἴτιος μὴ ἀποθανεῖν] Αἴτιος τοῦ μὴ ἀποθανεῖν. CONT. Restitue Articulum τοῦ μὴ ἀποθανεῖν: ut paulo ante. Thucydides quidem Articulum omittit, lib. I. segm. 13. Κωλύματα αὐξηθῆναι. *impedimenta ne crescerent*. Sed hoc nihil ad Lysiam. MARKLAND. Articulum interposui, quo saltim planior fieret oratio solitæque similior; tametsi vulgata, cui τοῦ deest, quodammodo defendi queat. ὑπολαμβάνειν h. l. idem valet atque ὑποβάλλειν, *occurrere interrogando*. proprie significat, *alterius sermonem suo excipere, illo desinente loqui incipere*. REISK.

Ἑτοίμων ὄντων] Videtur ὑμῶν interponendum, quod facile potuit accidere in ista similitudine cum fine vocabuli ἑτοίμων. nam veteres οι et υ promiscue habebant in exarando, et nescio, an etiam in pronunciando. IDEM.

δεμίαν τῶν τοιούτων ἀδικημάτων προθεσμίαν εἶναι, ἀλλ' [1]ἐγὼ μὲν οἶμαι, εἴτ' εὐθὺς εἴτε χρόνῳ τις τιμωρεῖται, τοῦτον δεῖν ἀποδεικνύναι ὡς οὐ πεποίηκε περὶ ὧν ἐστὶν ἡ αἰτία.
502 οὗτος τοίνυν τοῦτο ἀποφαινέτω, ἢ ὡς οὐκ ἀπέκτεινεν ἐκείνους ἢ ὡς δικαίως, κακόν τι ποιοῦντας τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων. εἰ δὲ, πάλαι δέον τιμωρεῖσθαι, ὕστερον ἡμεῖς τιμωρούμεθα, τὸν χρόνον κερδαίνει ὃν ἔζη οὐ προσῆκον αὐτῷ, οἱ δὲ ἄνδρες [2]ὑπὸ τούτου [3]οὐδὲν ἧττον τεθνήκασιν.

κα΄. Ἀκούω δ' αὐτὸν καὶ [4]διϊσχυρίζεσθαι, ὅτι ἐπ' αὐ-
503 τοφώρῳ τῇ ἀπαγωγῇ ἐπιγέγραπται· [5]ὃ πάντων ἐγὼ οἶμαι εὐηθέστατον· ὡς εἰ μὲν τὸ ἐπ' αὐτοφώρῳ μὴ προσεγέγραπτο, [6]ἔνοχος ὢν τῇ ἀπαγωγῇ· διότι δὲ τοῦτο προσγέ- 138.1
γραπται, ἔνοχος ὢν ῥᾳστώνην τινὰ οἴεται αὐτῷ εἶναι. τοῦτο δὲ οὐδενὶ ἄλλῳ ἔοικεν ἢ ὁμολογεῖν ἀποκτεῖναι, μὴ ἐπ'

[1] [ἐγὼ μὲν οἶμαι] R. om. A. [2] ἀπὸ T. A. [3] οὐδὲ T. [4] τῳδὶ ἰσχυρίζεσθαι R. [5] ὃ om. T. R. A.
[6] οὐκ ἔνοχος ὤν. ταύτην μὲν ῥᾳστ. τ. οἴ. αὐτῷ εἶναι, τοῦτο δὲ οὐδ' ἄ. ἔοικεν ὁμολογεῖν A.

Τις τιμωρεῖται] Post τις velim adjici τινὰ, ita ut τοῦτον, quod sequitur, non referatur ad Agoratum, sed ad quemvis reum. Auger.

Ἔζη] Ἔξει, Ald. Vox tentata. Refinge mecum totum hunc locum: Τὸν χρόνον ἐκέρδαινεν, ὃν ζῇν οὐ προσῆκεν αὐτῷ. Ad mentem, sat scio, accedo Auctoris, credo et ad verba quoque. Taylor. Ad οὐ προσῆκον αὐτῷ subauditur ζῇν. idem est ac si dixisset: ὃν ἔζη, καίτοι οὐ προσῆκεν αὐτῷ ζῇν. bene habet οὐ προσῆκον, conveniens cum illis in vulgus notis οὐ δέον, οὐκ ἐξὸν, aliisque multis hoc de genere. Rectius hunc locum emendavit Stephanus, quam Taylor tentavit. Reisk. F. προσήκοντ'. Cf. Demosth. p. 577. 27. et Antiphon. p. 684. 1. et 686. 5. ed. Reisk.

Ἀπὸ τούτου οὐδὲ ἧττον τεθνήκασιν] Præfero ὑπὸ etc. ubi, ut obiter id notem, idem est fere quod dixit supra secundum nostram emendationem, sc. p. 400. 15. οὓς οὗτος ἀπέκτεινεν ὁμῶς. Confer locum. Taylor. Scribe, ὑπὸ τούτου οὐδὲν ἧττον: ut infra, ὑπὸ τῆς σῆς ἀπογραφῆς ἀπέθανον: et mox, ὑπὸ τούτου τεθνηκέναι. Markland.

Ἀπαγωγῇ] Crasse ubique Ald. et Coisl. ἐπαγωγῇ. quod ubique deprehendit Scaliger. Mox pro ὢν lege ἦν. Ἔνοχος ἦν τῇ ἀπαγωγῇ. Taylor. Sic, ἀπαγωγὴ, appellatur h. l. libellus accusatorius ab actore judici contra Agoratum exhibitus, ut adversus hominem, qui posset ab actore ἀπάγεσθαι, sine ulteriore dilatione, aut juris persecutione, statim in carcerem duci. In illo itaque libello, quo crimen Agorati perscriptum erat, ob quod abductus in carcerem fuisset, formula usurpata fuerat ἐπ' αὐτοφώρῳ, Agoratum in flagrante delicto, homicidii puta, fuisse deprehensum. Reisk. ἐπ' αὐτοφώρῳ dicitur de eo qui in manifesto scelere deprehenditur, Gallice *pris en flagrant delit.* Appellatur hic ἀπαγωγὴ, libellus accusatorius ab actore judici exhibitus contra Agoratum, ut iste posset statim ἀπάγεσθαι, *in carcerem duci*, quo in libello formula usurpata fuerat ἐπ' αὐτοφώρῳ. Auger.

Πάντων] Hic deesse quædam constructio prodit. Nam ἔνοχος ὢν non potest cum præmisso αὐτὸν cohærere, cum quo tamen necessario cohærebit, si nihil deest. videtur utique deesse: ὃ λέγων, λόγον λέξει, πάντων ὡς ἐγὼ οἶμαι etc. *id quod si dicet, oratione utetur, omnium, ni fallor, ineptissima.* Reisk. Addidi ὡς, et in mente ita suppleo ad sensum: ὃ πάντων ἐστὶ, ὡς ἐγὼ —. Auger.

Ἔνοχος ὢν] Id est, καίτοι ὢν ἔνοχος. *tametsi sons vel in culpa sit.* Reisk.

Ἢ ὁμολογεῖν ἀποκτεῖναι] Malim ἢ τῷ ὁμολογεῖν μὲν ἀποκτεῖναι. Reisk. Contius post ἀποκτεῖναι addit μὲν, quod omisi in textum inducere. Auger.

αὐτοφώρῳ [1]δὲ, καὶ περὶ τούτου διϊσχυρίζεσθαι, ὥσπερ, εἰ μὴ ἐπ' αὐτοφώρῳ μὲν, ἀπέκτεινε δὲ, τούτου ἕνεκα δέον αὐτὸν σώζεσθαι. δοκοῦσι δ' ἔμοιγε οἱ ἕνδεκα οἱ παραδεξάμε-

[1] δέ. T.

Περὶ τούτου διϊσχυρίζεσθαι] Exspectabam διαμάχεσθαι, aut saltim τούτῳ διϊσχυρίζεσθαι, sine περί. nam alterutrum postulat loquendi ratio. Reisk.

Ὥσπερ etc.] Inverse sic dixit. nam proprie sic debebat dicere: ὥσπερ δέον αὐτὸν σώζεσθαι, εἰ ἀπέκτεινε μὲν, οὐκ ἐπ' αὐτοφώρῳ δέ. Idem.

Δοκοῦσι δ' ἔμοιγε, κ. τ. λ.] Schotto videtur locus esse mutilus, quia locum non intellexit. Mutilus non est, sed vitiosus. Emenda mecum: Δοκοῦσι δ' ἔμοιγε οἱ ἕνδεκα οἱ παραδεξάμενοι τὴν ἀπαγωγὴν ταύτην, οὐκ οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράττειν τότε [τόδε in Edit. min.], ἀλλὰ διϊσχυριζόμενοι σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι Διονύσιον, τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγειν ἀναγκάζοντες. προσγράψασθαι τότε [τόδε in Edit. min.] ἐπ' αὐτοφώρῳ, ὅς, ὅπου ἂν ᾖ, πρῶτον μὲν, κ. τ. λ. Vid. eund. Schott. Observ. Human. IV. 5. Taylor. Opinor ex sensu scribendum, οὐκ οἰόμενοι — συμπράξειν τόδε, *non rati hoc pro Agorato facturum esse.* ut et paulo post, προσγράψασθαι τόδε (non τότε) ἐπ' αὐτοφώρῳ, *adscripsisse hanc phrasim* ἐπ' αὐτοφώρῳ. Quæ sequuntur, ἢ ὅπου ἂν ᾖ· πρῶτον μὲν etc. depravatissima sunt, nec sine MSS. facile restituenda. Argumentatio tamen tale aliquid postulare videtur: *quare non* ἐπ' αὐτοφώρῳ *dici potest, qui aliquos* (τινας) *coram tot testibus delatione sua occiderit, vel etiam iis causa mortis fuerit? certe enim non hoc solum putat esse* ἐπ' αὐτοφώρῳ, *si quis clava aut gladio alium percutiens straverit.* Markland. Donec certiora libri meliores prodant, si qui tales libri aliquando e bibliothecarum latebris eruentur, quanquam despero meliores et pleniores nostris adhuc usurpatis usquam terrarum reperiri, fingam tantisper oratorem sic reliquisse, quo sententiam saltim cohærentem atque perspicuam habeamus: οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράττειν τὸ παραλελεῖφθαι τὸ ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἢ ὅπου ἂν ᾖ, καὶ τοῦτον ἰδόντες τούτῳ διϊσχυριζόμενον, σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι, Διονύσιον τῇ ἀπαγωγῇ ἀναγκάζοντες προσγράψασθαι τὸ ἐπ' αὐτοφώρῳ ἢ ὅπου ἂν ᾖ. πῶς γὰρ ἄν τις μᾶλλον ἐλεγχθείη ἀνδροφόνος ὢν ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἢ εἰ πρῶτον μὲν — — ἀποκτείνειε — videntur mihi undecimviri recte fecisse in eo, quod Dionysium coegerunt formulæ τῆς ἀπαγωγῆς seu actionis suæ in Agoratum tanquam sicarium, adscribi curare a scriba publico hanc clausulam ἐπ' αὐτοφώρῳ, aut ubicunque locorum alias Agoratum in scelere deprehendisset; existimantes nempe, hujus formulæ ἐπ' αὐτοφώρῳ, aut quocunque alio modo locove sicarius esset ab actore deprehensus, omissionem e re Agorati fore, qui in ea omissione latebram aliquam et perfugium esset habiturus. Quomodo enim magis et evidentius possit argui in homicidio ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehensus esse, quam si indicio suo, primum coram senatu D. deinde coram universa concione populi edito, homines occiderit? [ἢ ὅπου ἂν τις μᾶλλον ἀνδροφόνος ἐπ' αὐτοφώρῳ ᾖ (vel εἴη), ἢ ὅταν πρῶτον μὲν — aut quomodo quis magis *homicida in flagrante delicto deprehensus* habeatur, quam si, primum quidem — *In Var. Lect.*] Reisk. F. οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράττειν, τότε καὶ διϊσχυριζόμενον σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι, Διονύσιον - - - - προσγράψασθαι, ὅτι ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἢ ὅπως ἂν ᾖ, πρῶτον μὲν κ. τ. λ.

P. 503. Δοκοῦσι δ' ἔμοιγε κ. τ. λ.] In hisce verbis emendandis omnes Lysiæ interpretes elaborarunt, hic illo felicius, ita tamen, ut nullius plane probari possit sententia. Reiskiana certe conjectura ejusmodi est, ut et a verisimilitudine et a mente Lysiæ procul absit. Equidem quanquam verum me invenisse non ausim dicere, id tamen me præstitisse credo, ut paucis tantum mutatis, quod in loco corruptissimo profecto licet, si non verba Oratoris germana restituerim, mentem certe ac sententiam fere expresserim. Itaque locum, quemadmodum mihi visus est emendandus, primum adscribam, postea de singulis deinceps dicam. Δοκοῦσι δ' ἔμοιγε οἱ ἕνδεκα, οἱ παραδεξάμενοι τὴν ἀπαγωγὴν ταύτην, οὐκ οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράττειν τότε, ἀλλὰ διϊσχυριζόμενοι σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι Διονύσιον, τὴν ἀπαγωγὴν εἰσάγειν, ἀναγκάζοντες προσγράψασθαι τόγε ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἐπειδὴ πρῶτον μὲν ἐναντίον πεντακοσίων ἐν τῇ βουλῇ, εἶτα πάλιν ἐναντίον Ἀθηναίων ἁπάντων ἐν τῷ δήμῳ ἀπογράψας τινὰς ἀποκτείνειε καὶ αἴτιος γένοιτο τοῦ θανάτου· οὐ γὰρ δήπου τοῦτο μόνον νομίζεται ἐπ' αὐτοφώρῳ cæt. *videntur autem mihi undecimviri, apud quos facta est hujus causæ accusatio, et a quibus est probata, non quod Agorato hoc profuturum existimarent, sed eo ipso confirmantes recte et jure agere Dionysium, hanc litem in forum inducentes coegisse Dionysium libello adscribere, se accusare Agoratum, ut homicidam,* ἐπ' αὐτοφώρῳ, *quod primum quidem coram senatu quingentorum, deinde coram toto populo in con-*

504 νοι τὴν ἀπαγωγὴν [1]ταύτην, οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράτ-
505 τειν τότε [2]καὶ διϊσχυριζόμενοι σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι

[1] ταύτην, οὐκ οἰόμενοι A. [2] ἀλλὰ A.

cione, per suam accusationem nonnullos interfecisset, suppliciique eorum auctor fuisset. Neque enim hoc solum censetur, esse ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ, si quis armis aggressus aliquem occidat cæt. Hujus autem conjecturæ rationem ut recte probemus, de officio τῶν Ἕνδεκα erit videndum, quorum frequens est in foro Attico mentio. Undecimviri dicti sunt quia decem erant, e singulis Tribubus unus, sorte lecti, quibus undecimus annumerabatur scriba, auctore Polluce l. VIII. sect. 102. postea autem nomen eorum mutatum esse eosque νομοφύλακας item θεσμοφύλακας fuisse dictos tradunt Pollux d. l., Ulpianus ad Demosthenis Timocrateam p. 726. 6. ed. Reisk. et Scholiastes ad Aristoph. Vespas v. 1103. Verum νομοφυλάκων nomen unde τοῖς Ἕνδεκα venerit, equidem non intelligo, quum nihil ipsis cum legum custodia fuerit commune aliusque hoc nomine magistratus Athenis antiquitus exstiterit. Itaque potius opinor νομοφυλάκων nomen fictum esse ad exemplum θεσμοφυλάκων, hoc autem corruptum esse et vere vocatos fuisse δεσμοφύλακας: quam item video esse sententiam Florentis Christiani ad d. l. Aristophanis. Præcipue enim eorum muneris erat cura carceris et vinctorum, iisque capitis damnati tradebantur; unde παραδιδόναι τοῖς Ἕνδεκα nihil aliud est, quam *tradere ad supplicium.* Non autem suis ipsi manibus id peragebant, sed fieri curabant a δημοκοίνῳ sive carnifice, qui mortuorum quoque corpora curabat: vid. Antiphontem p. 113. v. 32. ed Steph. Platonem in Phædone p. 117. A. Pollucem l. VIII. sect. 71. l. IX. sect. 10. Si quis autem e carcere fuga esset elapsus, undecimvirorum erat illum investigare et in carcerem reducere. Vid. Demosthenem in Aristogit. I. p. 787. 17. ed. R. Theramenem quomodo undecimviri abduxerint. Vid. apud Xenophontem Hellen. l. IV. c. 4. §. 22. Neque vero sola hac carceris cura munus eorum constabat, sed habebant etiam jurisdictionem, eorumque tribunal erat in Parabysto: Harpocration v. Παράβυστον. οὕτως ἐκαλεῖτό τι τῶν παρ᾽ Ἀθηναίοις δικαστηρίων, ἐν ᾧ ἐδίκαζον οἱ Ἕνδεκα. Fiebat apud eos accusatio omnium criminum privatorum, quibus pœna mors esset: vid. Etymologicum M. in v. Certe de furibus fuisse illis jurisdictionem apparet ex Isæo de Nicostr. Hered. p. 49. v. 23., Demosthene Except. adv. Lacr. p. 940. 8. de grassatoribus (λωποδύταις) et plagiariis (ἀνδραποδισταῖς), e Lysia c. Theomn. p. 117. v. 5. ed. Steph. Conf. Harpocrationem v. Ἄπαγε, Pollucem l. VIII. sect 102. et Scholiasten ad l. c. Aristophanis. Judicabant etiam de aliis nonnullis ἐνδείξεως speciebus: cui rei cum hic Lysiæ locus indicio est, tum Demosthenes in Timocr. p. 733. 9. seq. et Etymologus l. c. Hæc autem ad undecimviros in jus vocatio dicebatur ἀπαγωγή. vid. Pollucem et Harpocrationem loc. cit. Animadvertebant præterea in eos, qui ærario debentes solvere nollent, pecuniasque debitas vel in judicio Reipublicæ nomine ab iis petebant, vel ex officio exigebant: vid. Dinarchum in Aristogitonem p. 106. v. 32. Demosthenem in Androtion. p. 608. 12. seq. Videntur etiam affuisse, si in causa publica servus testimonii gratia torqueretur: vid. Demosthenem in Nicostratum p. 1254. 1. Ex lege autem Timocratis eos, qui in vinculis essent εἰσαγγελίᾳ in jus vocati, si condemnatio eorum a scribis singularum Prytaniarum non esset Thesmothetis edita, in judicium debebant adducere, auctore Demosthene in Timocr. p. 720. 22. seq. Fiebant denique coram iis descriptiones sive ἀπογραφαὶ fundorum et ædificiorum, de quibus item lites in forum inducebant, eaque, quæ Heliæa publicari decrevisset, tradebant venditoribus; Etymologicon d. l. εἰσῆγον δὲ καὶ τὰ ἀπογραφόμενα χωρία [καὶ] οἰκίας· καὶ τὰ δημόσια εἶναι δόξαντα παρεδίδουν τοῖς πολίταις. leg. τοῖς πωληταῖς: erant enim Πωληταὶ Athenis decem numero, qui cum alias publicas res, uti metalla et vectigalia, tum etiam bona proscripta vendebant: vid. Pollux l. VIII. sect. 99., Harpocration v. Πωληταί, Sigonius de Republica Atheniensium l. IV. c. 3. Miserrimo errore Joachimus Stephanus τοὺς Ἕνδεκα eosdem habet quos decem Proedros, de Jurisdict. Vet. Græc. c. 3. (in Thesauro Gronovii t. VI. p. 2692.). De Undecimviris eorumque munere conf. Budæus Comment. L. Gr. p. m. 252., Ubbo Emmius de Republ. Atheniensium c. 10. (in Thesauro Gronovii t. V. p. 1332.), et præcipue Car. Sigonius l. modo cit. Horum muneri simile erat olim Romæ munus Triumvirorum Capitalium: vid. Pomponius l. 2. §. 30. π. de O. J., Abramius ad Ciceronem pro Cluentio c. 8., Budæus Annot. Poster. ad Tit. π. de Muner. et Honor. p. 267. G—K. Hæc autem jurisdictio τῶν Ἕνδεκα

[1] Διονύσιον, τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγειν ἀναγκάζοντες, προσγράψασθαι τότε ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ, ἢ ὅπου ἂν ᾖ· πρῶτον μὲν ἐναντίον πεντακοσίων ἐν τῇ βουλῇ, εἶτα πάλιν ἐναντίον

[1] Διονύσιον τ. ἀπ. ἀπάγειν, ἀναγκάζοντες προσγρ. τὸ ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ, ἐπειδήπερ Ἀγόρατος πρῶτον etc. A.

ejusmodi erat. Actor reum ad illos in jus vocabat, et coram iis causam accusandi, delictum nempe rei exponebat; quo facto si reus id non negaret, habebatur pro confesso atque ab ipsis Undecimviris condemnabatur et capite puniebatur; sin reus negaret, ad majus tribunal rem referebant, ut judices, ad quos ea res pertineret, de delicto cognoscerent et statuerent: in quo judicio si esset condemnatus, iterum illis tradebatur ad supplicium, vid. Pollux et Etymologus loc. cit. Magistratus autem illi, qui habebant εἰσαγωγὴν εἰς τὸ δικαστήριον (quæ plurimis locis τοῖς Ἕνδεκα tribuitur), prius litem examinabant, tum vero vel negabant se illam in forum esse inducturos (quod dicitur ἀφιέναι), si actorem inique petere manifesto appareret, vel si de re illa non haberent jurisdictionem, vel denique si vitium aliquod esset in libello vel formula accusationis, quod colligo e Lysia c. Theomn. I. §. γ΄. sq. Scholiaste ad Aristophanis Ecclesiaz. v. 1018. vel facultatem dabant reum in judicio persequendi (quod hic dicitur παραδέχεσθαι et l. modo cit. ἀποδέχεσθαι), si res non statim posset expediri: tum vero illi Magistratus judicium constituebant, actionem dabant et in judicio præsidebant: vid. Harpocration v. Ἡγεμονία δικαστηρίου. Conf. Budæus Annot. Post. ad Tit. π. de Appell. p. 250. F. et Comment. L. Gr. p. 97. seq. et hinc Lysias Or. II. in Alcibiadem non tantum judices, sed et præcipue Strategos, utpote judicii præsides, orat, ut neutri, neque actori, neque reo magis sint benevoli: atque ibidem dicuntur in illo judicio οἱ στρατηγοὶ τὴν ψῆφον διδόναι τοῖς δικασταῖς, *judices in suffragia mittere*, quippe qui litem in forum induxerant. Sunt hæc fortasse paullo fusiora, sed ad consilium nostrum necessaria: nam (ut eo redeam, cujus causa hæc instituta est disputatio) non ipsi Undecimviri accusabant Agoratum, quod est ἀπάγειν ἀπαγωγὴν, neque cogebant Dionysium, ut Agoratum accusaret, neque etiam ut in lite perseveraret; reos enim pendente lite ab ea potuisse desistere ante latam sententiam, docet Isocrates Except. Adv. Callim. p. 387. D. sed actorem cogere vel certe ei suadere poterant, ut in libello aliquid mutaret, si de causa ad judices referri vellet. Itaque pro τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγειν cæt. propter dictas rationes legendum videtur: τὴν ἀπαγωγὴν εἰσάγειν, ἀναγκάζοντες προσγράψασθαι τὸ ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ. Dicitur autem εἰσάγειν ἀναγκάζοντες pro εἰσάγοντες ἀναγκάζειν; qualis constructio et Poetis et Oratoribus in usu est: sic ipse Lysias apud Dionysium Halicarnasseum in Vita p. 311. ἐλθὼν δ᾽ ἐγὼ ἠγανάκτουν μὲν πρὸς Ἡγήμονα: Aristophanes Eccles. v. 301. ἡνίκ᾽ ἐλθόντ᾽ ἔδει λαβεῖν ὀβολὸν μόνον: apud Euripidem Phœniss. v. 1266. φίλτρ᾽ ἐπῳδῶν Scholiastes dici ait pro ἐπῳδὰς φίλτρων: Bacchis v. 518.

Ἡμᾶς γὰρ ἀδικῶν, κεῖνον εἰς δεσμοὺς ἄγεις·

ubi sic videtur interpungendum ἡμᾶς γὰρ, ἀδικῶν κεῖνον, εἰς δεσμοὺς ἄγεις, ut sensus sit ἡμᾶς γὰρ εἰς δεσμοὺς ἄγων ἐκεῖνον ἀδικεῖς. Jam pergit Lysias rationem reddens, cur sibi videantur οἱ Ἕνδεκα jussisse adscribere verba ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ, quam hanc esse existimat: ἐπειδὴ πρῶτον μὲν κ. τ. λ. etenim illud ἢ ὅπου ἂν ᾖ nullum habet sensum et manifesto deest verbum, quod causam contineat cur hoc jusserint Undecimviri; ἐπειδὴ autem conjunctivum ἀποκτείνειε — γένοιτο secum habet, quia oratio non est absoluta, sed pendet a præcedenti δοκοῦσι ἔμοιγε εἰσάγειν. Denique quod ultimo loco pro οἴεται reposui νομίζεται id ipsa ratio postulat et quisque comprobabit. Nam Reiskii explicatio: *non enim tanta est Agorati stultitia et tarditas, ut existimet* cæt. durissima est, quoniam mox ad ipsum Agoratum dicit: ἐπεὶ ἔκ γε τοῦ σοῦ λόγου κ. τ. λ. Verbo νομίζειν ita sæpissime utuntur: οἴεσθαι passive apud solutæ orationis scriptores in usu esse non credo; illa enim loca ubi ita dici videri possit, si bene consideres, non ita sunt accipienda: exemplo sit locus Xenophontis Hellen. l. III. c. 4. §. 17. πάντες πολεμικὰ ὅπλα κατεσκεύαζον, ὥστε τὴν πόλιν ὄντως οἴεσθαι πολέμου ἐργαστήριον εἶναι. quod idem est ac si dixisset, ὥστε οἴεσθαι τινὰ vel τοὺς ἰδόντας, *ut putares revera totam urbem esse belli armamentarium:* atque ad eandem rationem alia quoque similia loca, quamvis pauca sint, etiam apud Poetas explicari possunt. SLUITER.

Διονύσιον] Est frater Dionysodori, cujus supplicium, a XXX tyrannis secundum Agorati indicium perempti, fundus est hujus actionis. REISK.

Ἀθηναίων ἁπάντων ἐν τῷ δήμῳ ἀπογράψας τινὰς ἀπο-
κτείνειε καὶ αἴτιος γένοιτο τοῦ θανάτου. οὐ γὰρ δήπου τοῦ-
το μόνον [1]οἴεται ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ, ἐάν τις ξύλῳ ἢ μαχαίρᾳ
πατάξας καταβάλῃ, ἐπεὶ ἔκ γε τοῦ σοῦ λόγου οὐδεὶς φα-
νήσεται ἀποκτείνας τοὺς ἄνδρας οὓς σὺ ἀπέγραψας· οὔτε
506 γὰρ ἐπάταξεν αὐτοὺς οὐδεὶς οὔτε ἀπέσφαξεν. ἀλλ᾽ ἀνα-
γκασθέντες ὑπὸ τῆς σῆς ἀπογραφῆς ἀπέθανον. [2]οὐκοῦν
αἴτιος τοῦ θανάτου οὗτος ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ ἐστί. τίς οὖν ἄλ-
λος αἴτιος, ἢ σὺ ἀπογράψας; ὥστε πῶς οὐκ ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ
σὺ εἶ ὁ ἀποκτείνας;

κβ΄. Πυνθάνομαι δ᾽ αὐτὸν καὶ περὶ τῶν ὅρκων καὶ περὶ
τῶν συνθηκῶν μέλλειν λέγειν, ὡς παρὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς
συνθήκας ἀγωνίζεται ἃς συνεθέμεθα πρὸς τοὺς ἐν ἄστει οἱ
ἐν τῷ Πειραιεῖ. σχεδὸν μὲν οὖν τούτοις ἰσχυριζόμενος ὁμο-
λογεῖ ἀνδροφόνος εἶναι· ἐμποδὼν γοῦν ἢ ὅρκους ἢ συνθήκας
507 [3][ἢ χρόνον] ἢ ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ [4]τι ποιεῖται, αὐτῷ δὲ τῷ
[5]γράμματι [6]οὐ πιστεύει καλῶς ἀγωνιεῖσθαι. ὑμῖν δέ,
ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐ προσήκει περὶ τούτων ἀποδέχεσθαι·

[1] οἴονται A. [2] οὔκουν A. [3] uncos om. T. R. A. [4] [τι] R. [5] πράγματι R. A. [6] οὔτοι T. R. A.

Οἴεται] Ὀνομάζεται vel νομίζεται. Cont. Non enim profecto tanta est Agorati stultitia et tarditas, ut existimet, id solummodo esse homicidium, si quis alterum ferro manuve peremerit; minus esse, si delatione sua necessitatem necis alicui consciscat. Deinde subito, pro more oratorum, a tertia persona ad secundam transfert orationem. Reisk.

Ἀπέθανον] Ante hoc vocabulum paucula quædam desunt, fortassis hæc: τὸ κώνειον πιεῖν αὐτοὶ ὑφ᾽ ἑαυτῶν ἀπέθανον. Idem. Sub. τὸ κώνειον πιόντες. Auger.

Οὐκοῦν] Imo vero retracto accentu, aut duobus vocabulis οὐκ οὖν est exarandum. Est causatio, vel objectio ficta, cui statim occurritur. Ergo, si illi hausta cicuta ipsi sese sustulerunt, Agoratus necem illis non conscivit. Respondet. Ecquis ergo alius fecerit, si tu, Agorate, non fecisti, qui eos detulisti. Reisk. Dedi οὔκουν, *non igitur*. Auger.

Τι ποιεῖται, αὐτῷ δὲ τῷ γράμματι οὔτοι πιστεύει καλῶ ἀγωνιεῖσθαι. ὑμῖν δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, etc.] Lego, εἰ ποιεῖται, et οὗτος pro οὔτοι, sublata plena Distinctione post ἀγωνιεῖσθαι. *si igitur hic objicit jusjurandum, aut conventiones, aut lapsum temporis, aut istud ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ suum, et confidit se bono cum eventu in hac causa versaturum esse, si literæ legis adhæreat, vos tamen, Judices, non æquum est hæc admittere: sed* etc. Recenset omnes Objectiones, quibus Agoratus in Defensione sua usurus erat. ἐμποδὼν ποιεῖσθαι est *objicere*. τῷ γράμματι ἀγωνίζεσθαι est, quod Orat. IX. vocavit μάχεσθαι τοῖς ὀνόμασι, *vocabulis dimicare*. δὲ post ὑμῖν idem est quod ἀλλὰ, et sæpe hoc more usurpatur, nec opus est, ut mutetur in δὴ, prout fecit Stephanus Orat. XIV. ubi par huic exemplum. Markland. Ego τι uncis ut inutile et amputandum inclusi, et facile potuit e proxima litera π vocabuli ποιεῖται enasci. Sin tamen servandum sit, necesse erit aliquid deesse. e. c. ἢ ἄλλο. ut ad hunc modum legatur: ἢ ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ, ἢ ἄλλο τι, ποιεῖται. Saltim jusjurandum, aut pacta, aut vetustatem temporis, aut formulam ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ, aut aliud quodpiam sibi præstruit quasi munimentum, pone quod lateat; ipsa autem re nil fidit. Reisk. Hic τι vacat ut sæpius alibi. Auger.

Πράγματι οὔ τοι πιστεύει] Sic dedi de meo pro vulgari γράμματι οὔτοι πιστεύει. In Coisl. et Vindobon. pro οὔτοι est οὔτε. Suspicor verum esse οὔ τι aut οὐχί. Reisk.

Περὶ τούτων] Post περὶ τούτων videtur φλυαροῦντος, aut ἀδολεσχοῦντος, aut tale quid deesse. Idem.

ἀλλ᾽ ὡς οὐκ ἀπέγραψεν οὐδὲ οἱ ἄνδρες τεθνᾶσι, περὶ τού-
των κελεύετε αὐτὸν ἀπολογεῖσθαι. [1]ἔπειτα τοὺς ὅρκους
καὶ τὰς συνθήκας οὐδὲν ἡγοῦμαι προσήκειν [2]ἡμῖν πρὸς
τοῦτον. οἱ γὰρ ὅρκοι τοῖς ἐν ἄστει πρὸς τοὺς ἐν Πειραιεῖ
γεγένηνται. εἰ μὲν οὖν οὗτος μὲν ἐν ἄστει, ἡμεῖς δὲ ἐν
Πειραιεῖ ἦμεν, εἶχόν τινα λόγον αὐτῷ αἱ συνθῆκαι· νῦν δὲ
καὶ οὗτος ἐν Πειραιεῖ ἦν καὶ ἐγὼ καὶ Διονύσιος καὶ οὗτοι 508
ἅπαντες οἱ τοῦτον τιμωρούμενοι, ὥστε οὐκ ἔστιν ἡμῖν [3]ἐμ-
ποδών· οὐδένα γὰρ ὅρκον οἱ ἐν Πειραιεῖ [4]τοῖς ἐν ἄστει 509
ὤμοσαν.

κγ΄. Ἐκ παντὸς δὲ τρόπου ἔμοιγε δοκεῖ οὐχ ἑνὸς θανά-
του ἄξιος εἶναι, ὅςτις φησὶ μὲν ὑπὸ τοῦ [5]δήμου * * *

[1] ἐπεὶ A. [2] ὑμῖν T. [3] ἐμποδὼν οὐδέν· οὐδένα R. A. [4] τοῖς οὐκ ἐν A. [5] δήμου, τὸν T. R. δήμου πεποιῆσθαι, τὸν A.

Ἔπειτα] Malim ἐπεί. *si quidem*. Idem.

Ἡμῖν] Sic dedi pro vulgari ὑμῖν. dictio hæc inversa est. recta erat τούτῳ πρὸς ἡμᾶς. *huic pacta nobiscum nulla esse*, aut *pacta nobiscum inita nil quicquam ad eum pertinere*. Idem.

Οἱ γὰρ ὅρκοι — γεγένηνται] Intelligo: juramenta enim data sunt urbanis a Piræensibus, est enim hic enallage, et legi deberet: οἱ γὰρ ὅρκοι τοῖς ἐν Πειραιεῖ πρὸς τοὺς ἐν ἄστει γεγένηνται. Auger.

Οὐδένα γὰρ ὅρκον, κ. τ. λ.] Non ita scripserat procul dubio Lysias, nam omnino falsam sententiam exhibet hæc lectio: sed aliquis corrector non satis expensis superioribus, nec satis intellecta rhetoris sententia ita mutavit. Lege confidenter, lector, et meo periculo οἱ ἐν Πειραιεῖ τοῖς ἐν Πειραιεῖ. Audio debere (inquit) Agoratum in sua defensione proponere fœdera sacramento sancita inter eos, qui Athenis erant, et eos, qui Piræum occupabant, et iis nititur, quasi contra jus sacramenti et fœderum accusaretur. At si ille quidem tunc Athenis fuisset, nos vero Piræo, tunc aliquid coloris haberet ea defensio: sed fuit in Piræo nobiscum, et omnes alii, qui eum ulcisci cupiunt. Non vetant igitur ea fœdera, ne jus nostrum contra Agoratum persequamur. *Non enim ii, qui Piræo erant, cum iis, qui etiam Piræo erant, quicquam pacti sunt, nec inter eos ulla fœdera facta*. Hæc est Lysiæ manifesta sententia, qua intellecta, probabis, credo, nostram emendationem. Palmer. Ita quoque et Schottus. Taylor. Primo, legendum puto ὑμῖν, ut supra, τοὺς ὅρκους οὐδὲν ἡγοῦμαι προσήκειν ὑμῖν πρὸς τοῦτον. Deinde, post ἐμποδὼν desunt voces ὁ ὅρκος: propter Rationem, quæ sequitur. οὐδένα γὰρ ὅρκον etc. Ultimo, pro τοῖς ἐν ἄστει legendum τοῖς οὐκ ἐν ἄστει: quod verius puto quam Schotti οἱ ἐν Πειραιεῖ τοῖς ἐν Πειραιεῖ ὤμοσαν. *itaque nulla est vobis objectio* (vel *obstaculum*) *a jurejurando: qui enim in Piræo fuerunt nullo jurejurando obstricti sunt iis, qui non in Urbe fuerunt;* sed iis tantum, qui in Urbe fuerunt. Markland. E schedis Brulartianis intelligo Fabrum eodem modo emendasse τοῖς ἐν Πειραιεῖ, atque Schottum et Palmerium. haud constat, qui Faber, Petrus, an Tanaquillus. Ego quoque conjecturam hanc Marklandinæ τοῖς οὐκ ἐν ἄστει præfero. Reisk. Potest quoque legi: Πειραιεῖ εἰ μὴ τοῖς ἐν ἄστει. Quod Sluitero quoque in mentem venisse postea deprehendi.

Ὅςτις φησὶ μὲν κ. τ. λ.] Delet Schott. has voces φησὶ μὲν ὑπὸ τοῦ δήμου. Corrigit vir eruditus: ὅστις φύσει μὲν ὑπὸ τοῦ δήμου. Quod tamen de eo dici non debuerat, qui, ut loquitur Lysias in superioribus, δοῦλος καὶ ἐκ δούλων ἐστί. Scripsit auctor noster: ὅςτις φησὶ μὲν ὑπὸ τοῦ δήμου Ἀθηναῖον αὐτὸν πεποιῆσθαι· τὸν δὲ δῆμον, κ. τ. λ. Ita supra: Καὶ ἀντὶ τούτου φησὶν αὐτὸν Ἀθηναῖον τὸν δῆμον ποιήσασθαι. Ψευδόμενος, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὔτε γὰρ Φρύνιχον ἀπέκτεινεν, οὔτε Ἀθηναῖον αὐτὸν ὁ δῆμος ἐποιήσατο. [Mox γένοιτο pro ἐγένετο. ἐκεῖνος, i. e. δῆμος, non Agoratus. *In Edit. min.*] Taylor. Facilis hujus loci suppletio: ὅςτις φησὶ μὲν ὑπὸ τοῦ δήμου Ἀθηναῖον αὐτὸν πεποιημένον· τὸν δὲ δῆμον, etc. *qui fatetur se a populo factum fuisse Atheniensem; et tamen hunc populum, quem ipse Patrem suum appellat, injuria affecit, destituit, et prodidit eas res,*

510 τὸν δὲ δῆμον, ὃν αὐτός φησι πατέρα αὑτοῦ εἶναι, φαίνεται κακώσας, καὶ ἀφεὶς καὶ [1]προδοὺς ἐξ ὧν ἐκεῖνος μείζων καὶ ἰσχυρότερος [2]ἐγίγνετο. ὅστις οὖν τόν τε γόνῳ πατέρα τὸν αὑτοῦ ἔτυπτε καὶ οὐδὲν παρεῖχε τῶν ἐπιτηδείων, τόν τε ποιητὸν πατέρα ἀφείλετο ἃ ἦν ὑπάρχοντα ἐκείνῳ ἀγαθά, πῶς οὐ καὶ διὰ τοῦτο καὶ διὰ τὸν τῆς κακώσεως νόμον ἄξιός ἐστι θανάτῳ ζημιωθῆναι;

κδʹ. Προσήκει δʹ ὑμῖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἅπασι τιμωρεῖν ὑπὲρ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ὁμοίως ὥσπερ ἡμῶν ἑνὶ ἑκάστῳ. ἀποθνήσκοντες γὰρ [3]ἡμῖν ἐπέσκηψαν καὶ [4]ὑμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τιμωρεῖν ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν Ἀγόρατον τουτονὶ ὡς φονέα ὄντα, καὶ κακῶς ποιεῖν καθʹ ὅσον [5]ἂν βραχὺ ἕκαστος δύνηται. εἰ τοίνυν τι ἐκεῖνοι ἀγαθὸν τὴν
511 πόλιν ἢ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον φανεροί εἰσι πεποιηκότες, ἃ καὶ αὐτοὶ ὑμεῖς ὁμολογεῖτε, ἀνάγκη ὑμᾶς ἐστὶ πάντας ἐκείνοις φίλους καὶ ἐπιτηδείους εἶναι, ὥστε οὐδὲν μᾶλλον ἡμῖν ἢ καὶ ὑμῶν ἑνὶ ἑκάστῳ ἐπέσκηψαν. οὔκουν οὔτε ὅσιον οὔτε νόμιμον ὑμῖν ἐστὶν ἀνεῖναι Ἀγόρατον τουτονί.

κεʹ. Ὑμεῖς τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νυνὶ δή, [6]ἐπειδὴ

[1] προδόσας ἐξ T. R. προδοὺς πάντα ἐξ A. [2] ἐγένετο T. R.
[3] ὑμῖν T. R. A. [4] ἡμῖν T. R. A. [5] κἂν A. [6] ἐπεὶ T. R. A.

ex quibus populus fieret major et potentior: καὶ προδόσας (scil. αὐτὰ) ἐξ ὧν ἐκεῖνος μείζων καὶ ἰσχυρότερος γένοιτο. sic enim legendum et distinguendum. male vulgo ἐγένετο: et hæc ultima prave ad *Agoratum*, non ad *populum*, referuntur; cum vox ἐκεῖνος satis clare ostendat, ad quem hæc pertineant. MARKLAND. ὑπὸ τοῦ δήμου πεποιῆσθαι πολίτης· τὸν δὲ —. CONT. Post δήμου aliud nihil deest, præterquam πεποιῆσθαι, *se adoptatum esse.* REISK.

Προδόσας] Προδούς. CONT. Hoc ne Græcum quidem est, ut mirer, qui tolerare potuerint viri docti. In Coislin. et Vindobon. est προδόντα. unde exsculpo προδοὺς πάντα. *prodidit ea omnia, per quæ ille* (populus Atheniensis puta; nam ad eum, non ad Agoratum, redit voc. ἐκεῖνος) *numero et opibus creverat.* REISK.

Τοῦτο] Imo vero τἄλλα, *et propter reliqua, et propter legem de mala tractatione parentum.* REISK.

Ὥςπερ ὑμῶν] Lege ὥςπερ ἡμῶν. TAYLOR. Scribe, ὡς ὑπὲρ ὑμῶν: ut respondeat præcedenti ὑπὲρ ἐκείνων. MARKLAND. Brevius ita dictum, plenius et dilucidius exponatur sic: ὥςπερ ὑμῖν προσήκει τιμωρεῖν ἡμῶν ἑνὶ ἑκάστῳ. *quemadmodum vos decet unicuique nostrum injurium passo succurrere, eamque ulcisci.* Aut deest hæc sententia: ὥςπερ εἰ ὑμῖν κοινῇ ταὐτὰ ἐπέσκηψαν, ἃ ἡμῶν ἑνὶ ἑκάστῳ (scil. ἐπέσκηψαν). *quasi vobis universis injunxissent eadem, quæ nostrum unicuique mandarunt,* qui sumus eorum necessarii. *In Var. Lect.* REISK.

Ἐπίσκηψαν] Post ἐπίσκηψαν deesse videtur ἴσα (adverbialiter), *æqualiter, pariter,* vel simile quid. IDEM.

Βραχὺ] Bene si habet, rara est et mira dictio Lysiæ propria. Suspicatus aliquando sum leg. esse: καθʹ ὅσον ἂν κἂν βραχὺ ἕκαστος δύνηται. *prout quisque, etiamsi parum quid, posset.* IDEM.

Ἀνεῖναι Ἀγόρατον] Opinor ἀφεῖναι, *absolvere:* ut supra, ἡ κρίσις ἣν ἐκρίθη, καὶ ἀφείθη. Alcidamas: καὶ μὴ ἀφεῖναι αὐτὸν, ὑποχείριον λαβόντας. Sic et Orat. IX. et passim. Xenophon tamen Ἑλλην. lib. II. εἰ ἀνήσομεν ἄνδρα τὸν φανερῶς τὴν ὀλιγαρχίαν λυμαινόμενον. MARKLAND. et *in Edit. min.* TAYLOR. Sed ἀνεῖναι servari potest. AUGER.

ἐν τῷ τότε χρόνῳ, ἐν ᾧ ἐκεῖνοι ἀπέθνησκον, οὐχ οἷοί τε ἐκείνοις ἐπαρκέσαι γεγόνατε διὰ τὰ πράγματα τὰ [1]παρεστηκότα, νυνί, ἐν ᾧ δύνασθε, τιμωρήσατε τὸν ἐκείνων φονέα. ἐνθυμεῖσθε δʹ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅπως μὴ πάντων ἔργον σχετλιώτατον ἐργάσησθε· εἰ γὰρ ἀποψηφιεῖσθε Ἀγο-
139. 1 ράτου τουτουί, οὐ μόνον [2]τοῦτο διαπράττεσθε, ἀλλὰ καὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν, οὓς ὁμολογεῖτε ὑμῖν εὔνους εἶναι, τῇ 512
αὐτῇ ψήφῳ ταύτῃ θάνατον [3]καταψηφίζεσθε. ἀπολύοντες γὰρ τὸν αἴτιον ὄντα ἐκείνοις τοῦ θανάτου, οὐδὲν ἄλλο γιγνώσκετε ἢ ἐκείνους δικαίως ὑπὸ τούτου τεθνηκέναι. καὶ οὕτως ἂν δεινότατα πάντων πάθοιεν, εἰ οἷς ἐπέσκηπτον ἐκεῖνοι ὡς φίλοις οὖσι τιμωρεῖν ὑπὲρ αὑτῶν, οὗτοι ὁμόψηφοι κατʹ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν τοῖς Τριάκοντα γενήσονται. μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες δικασταί, πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων, μήτε τέχνῃ μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ θάνατον ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν καταψηφίσησθε, οἳ πολλὰ κἀγαθὰ ὑμᾶς ποιήσαντες διὰ ταῦτα ὑπὸ τῶν Τριάκοντα καὶ Ἀγοράτου τουτουὶ ἀπέθανον. ἀναμνησθέντες οὖν ἁπάντων τῶν δεινῶν, καὶ τῶν κοινῶν τῇ πόλει καὶ τῶν ἰδίων, ὅσα ἑκάστῳ ἐγένοντο ἐπειδὴ ἐκεῖνοι οἱ ἄνδρες ἐτελεύτησαν, τιμωρήσατε τὸν αἴτιον τούτων. ἀποδέδεικται δʹ ὑμῖν [4]ἅπαντα καὶ ἐκ τῶν ψη- 513
φισμάτων καὶ ἐκ τῶν ἀπογραφῶν καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἁπάντων Ἀγόρατος ὢν αὐτοῖς αἴτιος τοῦ θανάτου. ἔτι δὲ καὶ προσήκει ὑμῖν ἐναντία τοῖς Τριάκοντα ψηφίζεσθαι. ὧν

[1] περιεστηκότα R. [2] τούτῳ T. R. τούτῳ σωτηρίαν A.
[3] καταψηφίσεσθε R. [4] ἁπανταχόθεν A.

[1] οἷόν τε T. [2] ταῦτα γνῶναι. ἱκανοὶ T. [3] αὐτοῖς T. A. [4] ὁμοίως A. [5] [ὥσπερ] R. om. A. [6] διένεμεν T. R. A. [7] δημεύσετε T. [8] τὰ τοῦ Τιμ. T. R. A. [9] ἐὰν T. R. δ' ἂν A. [10] λάβοι τὴν τοὺς T. [11] ἠξιοῦτε τοὺς T. R. A.

Οἴονται] Sic dedi de mea conjectura, quam postmodum confirmavit Vindobonensis codex, pro vulgari οἷόν τε. *si adversarii nostri existimant*, quæstores puta et Syndici ærarii. Idem.

Ταῦτα γνῶναι· ἱκανοὶ μὲν ἐνθάδε etc.] Ταὐτὰ γνῶναι· ἱκανὰ μὲν ἐνθ. Cont. Distinguo et lego: ταὐτὰ γνῶναι, ἱκανὰ μὲν ἐνθάδε etc. *adeo ut verosimile sit eos de facultatibus quoque suis eodem modo statuisse; nempe, ut uterque eorum filio suo relinqueret hic* (Athenis) *quod satis esset, cætera vero apud se* Cypri *retineret.* scribendum enim παρ' αὑτοῖς, non αὐτοῖς. Mox, pro εἰ δημεύσετε, forte εἰ δημεύσητε. Quæ sequuntur, ἐλάττω ἐὰν etc. emendavit Stephanus. Markland. et *in edit. min.* Taylor.

Ἡγοῦντο] *existimabant*, scil. homines. Auger.

Ὅμως] Nihilominus quamvis hic Athenis agerent. nisi si ὁμοίως legere malis. sed tum ἴσα sit delendum. Reisk. Legi ὁμοίως referendo ad σφίσιν, *utrisque pariter*. Auger. Nihil mutandum nisi ὁμῶς, pro quo scribendum ὁμοίως. Sluiter.

Πρὸς δὲ τούτοις] Ratiocinatur sic: Sed fingamus, Cononem et Nicophemum non ita cogitasse, h. e. non existimasse, bona, tam quæ Athenis haberent, quam quæ in insula, sua esse, sed bona distribuere inter liberos voluisse, adhuc se vivis. Reisk.

Μὴ κτησάμενος] De bonis a se partis videtur pater jure paulum majore statuere pro arbitrio posse, quam de patrimonio, quod necessario debet, ut ipse acceperat, ita liberis transmittere. Verumtamen hujus ipsius patrimonii partem non minimam ipse sibi sit reservaturus, etiamsi superstes adhuc bona inter liberos distribuat. Idem.

Εἰ δημεύσαιτε] Poterat etiam sic constitui hic locus: εἰ δημεύσαντες. Sed tum insequens ἐὰν accipiendum erit, non pro *si*, vel *ubi*, sed pro simplici ἂν potentiali. Idem.

Ἐλάττω ἐὰν] Π. ἐλάττω ἂν ἐξ αὐτῶν λάβοιτ' ἢ ἐκ τῶν Ἀρ. H. Steph. Cont. Hæc turbata sunt et divulsa. Lego: ἐὰν ἐλάττω ἐξ αὐτῶν λάβοιτ' ἢ ἐκ τῶν Ἀρ. Palmer. Dedi ad mentem virorum doctorum λάβοιτ' ἢ pro vulgari λάβοι τὴν — Pro ἐλάττω malim εἶτ' ἐλάττω. Perinde est, sive ἐὰν pro εἰ quasi iterato, sive pro ἂν accipias. Reisk.

ὁ γὰρ Κόνωνος θάνατος καὶ αἱ διαθῆκαι, ἃς διέθετο ἐν Κύπρῳ,
σαφῶς ἐδήλωσαν ὅτι πολλοστὸν μέρος ἦν τὰ χρήματα ὧν 639
ὑμεῖς προσεδοκᾶτε. τῇ μὲν γὰρ Ἀθηνᾷ καθιέρωσεν εἰς
ἀναθήματα καὶ τῷ Ἀπόλλωνι εἰς Δελφοὺς πεντακισχι-
λίους στατῆρας· τῷ δὲ ἀδελφιδῷ τῷ ἑαυτοῦ, ὃς ἐφύλαττεν
αὐτῷ καὶ ἐταμίευε πάντα τὰ ἐν Κύπρῳ, ἔδωκεν ὡς
μυρίας δραχμάς, τῷ δὲ ἀδελφῷ τρία τάλαντα· τὰ δὲ
λοιπὰ τῷ υἱεῖ κατέλιπε, τάλαντα ἑπτακαίδεκα. τούτων
δὲ [1] κεφάλαιον γίγνεται περὶ τετταράκοντα τάλαντα. καὶ 640
[2] οὐδενὶ οἷόν τε εἰπεῖν ὅτι διηρπάσθη ἢ ὡς οὐ δικαίως ἀπε-
φάνθη. αὐτὸς γὰρ ἐν τῇ νόσῳ ὢν εὖ φρονῶν ἤσθετο. καί
μοι κάλει τούτων μάρτυρας.

[1] κεφάλαιόν τι T. A. [2] οὐδὲν T.

Ὁ γὰρ Κόνωνος θάνατος etc.] Non video, quid probaturum sit istud Rationale γάρ. Lego: ὁ γοῦν Κόνωνος θάνατος etc. posita plena distinctione post vocem δικασταί. Totus hic locus de collatione opum Cononis et Nicophemi, artificiosissimus est. Cononis vero rei familiaris in Cypro meminit Isocrates ad Philipp. m. p. 185. Markland. et *in edit. min.* Taylor.

Ἀναθήματα] Conveniunt cum legatis, quæ nostri homines fortunati vita excedentes piis sic dictis causis consecrant. Legabat hanc æris summam Conon ærario gemino, alteri Minervæ Athenis, alteri Apollinis apud Delphos, ut sacra inde fierent, pontificesque atque æditui et pauperes inde alerentur. Reisk.

Κεφάλαιόν τι γίγνεται] Sic ambulat in vulgatis libris. ego τι ut e proxima syllaba prima vocabuli γίγνεται natum expunxi. vulgata si servatur, sic erit interpungendum: κεφάλαιον τί γίγνεται; (ut sit interrogatio) *summa quænam exsistit?* respondet περὶ τετταράκοντα τάλαντα. verum interrogatio hic videbatur longius arcessita et vi caritura. quare malui τι tollere. Idem.

Τετταράκοντα] Mehercule si computum recte inivero, eam summam totis xv. talentis non attingit. Aut igitur excidit aliquod legatum, aut numeralia non rite instituuntur. Taylor. Reliqua modo enarrata capita conficiunt 21 talenta 40 minas. Ergo quinquies mille stateras necesse est æquipollere 18 talentis 20 minis. Atqui stater Daricus æquipollebat (id quod e Demosthene constat) 28 drachmis Atticis. unde summa confieret 140000 drachmarum, seu talentorum ferme 31. id quod est nimium. Statuamus igitur stateras hos Cyprios minores fuisse Atticis, valore propemodum 22 drachmarum Atticarum, aut Lysiæ ætate stateras minus valuisse, quam Demosthenis. Reisk.

Οὐδὲν] Π. οὐδέ. H. Stephan.

Αὐτὸς γὰρ κ. τ. λ.] F. Αὐτὸς γὰρ ἐν τῇ νήσῳ ὢν εὖ φρονῶν διέθετο. Taylor. Quare cum Articulo, τῇ νόσῳ? an ultimam *istam* et fatalem valetudinem designat Articulus? an, quod verius puto, scripsit τῇ νήσῳ? supra enim dixit: αἱ διαθῆκαι ἃς διέθετο ἐν Κύπρῳ, id est, ἐν τῇ νήσῳ. quin et rei Ratio, si propius spectes, postulat νήσῳ. Deinde, lego: εὖ φρονῶν διέθετο: *sana mente testamentum condidit.* Isæus de Hæred. Cleon. p. 36, 20. ed. Steph. οὐκ ὀρθῶς βουλευόμενος ταῦτα διέθετο, πῶς γὰρ ἂν εὖ φρονῶν, ὦ ἄνδρες, κακῶς ποιεῖν ἡμᾶς ἠβουλήθη, τοὺς μηδὲν αὐτὸν ἠδικηκότας; et Orat. de Hæred. Pyrrh. p. 47. ult. ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ νόμος, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἐάν τις διαθῆται μόνον, κυρίας εἶναι κελεύει τὰς διαθήκας ἀλλ' ἐὰν εὖ φρονῶν. Sequitur in Isæo: σκεπτέον δ' ὑμῖν, πρῶτον μὲν, εἰ ἐποιήσατο τοὺς διαθήκας· ἔπειτα, εἰ μὴ παρανοῶν διέθετο. et de Hæred. Philoct. p. 57, 1. Οὑτοσὶ ὁ νόμος, ὦ ἄνδρες, κοινὸς ἅπασι κεῖται, ἐξεῖναι τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι, ἐὰν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄρρενες· ἐὰν μὴ ἄρα μανεὶς, ἢ ὑπὸ γήρως, ἢ δι' ἄλλο τι τῶν ἐκ τῶν νόμων παρανοῶν διαθῆται. Vide ipsam Legem citatam Demostheni Orat. II. in Stephan. §. θ'. Hæc confirmant et illustrant hanc emendationem. Markland. Vulgata videtur bene habere, aut saltim defendi posse. Si quid tamen mutandum sit, nihil aliud equidem, quam ὢν cum πάνυ mutem. ad hunc modum: ἐν τῇ νόσῳ, πάνυ εὖ φρονῶν, *admodum sibi mente constans*,

641 ## ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

η΄. Ἀλλὰ μὴν ὁστισοῦν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, πρὶν
ἀμφότερα [1] δῆλα γενέσθαι, πολλοστὸν μέρος τὰ Νικοφή-
μου τῶν Κόνωνος χρημάτων [2] ᾠήθη ἂν εἶναι. Ἀριστοφάνης
642 τοίνυν γῆν μὲν καὶ [3] οὐσίαν ἐκτήσατο πλέον ἢ πέντε τα-
λάντων, [4] κατεχορήγησε δὲ ὑπὲρ αὑτοῦ καὶ τοῦ πατρὸς
643 πεντακισχιλίας δραχμὰς, τριηραρχῶν δὲ ἀνήλωσεν ὀγδοή-
κοντα μνᾶς. εἰσενήνεκται δὲ ὑπὲρ ἀμφοτέρων οὐκ ἔλαττον
μνῶν τετταράκοντα. εἰς δὲ τὸν ἐν Σικελίᾳ πλοῦν ἀνήλωσεν
ἑκατὸν μνᾶς. εἰς δὲ τὸν ἀπόστολον τῶν τριήρων, ὅτε οἱ

[1] δήλω T. [2] ᾠήθησαν εἶναι T. R. [3] οἰκίαν T. A. [4] καὶ ἐχορήγησε δὲ T. R. A.

ἤσθετο, *valebat sensibus omnibus*, bene conscius erat eorum quæ circa se gererentur. REISK. Tota phrasis sic verti potest: *ipse enim quamvis ægrotans, sana mente et omnibus valebat sensibus*. Sed ita interpretatus sum, quasi legeretur cum Marklando et Tayloro: quæ lectio mihi videtur et simplicior et magis cum præcedentibus congrua. AUGER.

Ἀλλὰ μὴν κ. τ. λ.] Π. Ἀλλὰ μὴν ὁστισοῦν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, πρὶν ἀμφότερα δῆλα (uti legit quoque et Scal.) γενέσθαι, πολλοστὸν μέρος τὰ Νικοφήμου τῶν Κόνωνος χρημάτων ᾠήθη ἂν εἶναι. H. STEPHAN. Mallem hoc loco: ἀλλ' ὑμῶν ὁστισοῦν. ut supra: ἄλλως τε καὶ ὑμῶν ὁστισοῦν ἂν ἐκείνοις ἠξίωσε κηδεστὴς γενέσθαι. Cætera emendavit Stephanus. MARKLAND. et *in edit. min.* TAYLOR.

Ἀμφότερα] Nicophemi puta atque Cononis bona. Laborat orator hic loci docere, sæpe fieri, ut homines in æstimandis aliorum censibus errantes, locupletiores eos habeant, qui minus sint, et contra. Quocirca mirum non esse, si in Aristophanis quoque bonis falsi suæ opinionis fuerint præfecti ærarii. REISK.

Ὠήθησαν εἶναι] Tametsi præcessit ὅστις οὖν, tamen bene videtur ei pluralis ᾠήθησαν subjungi, pro ᾠήθη, quia ὅστις οὖν pro multitudine haberi potest. Ego tamen nullus dubito Lysiam dedisse: ἀλλὰ μὴν πάντες ὅστις οὖν. sic enim solet. et tum bene quadrat ᾠήθησαν cum πάντες. [Ego nunc nullus dubito leg. esse: ἀλλὰ μὴν οὐδεὶς ἦν ὅστις οὐκ — ᾠήθη γ' ἂν εἶναι. *In Var. Lect.*] IDEM.

Οὐσίαν] Nemo unquam tam generaliter aut inaccurate scripsit. *Fundos*, inquis tu, *et οὐσίαν mercatus est quinque circiter talentis*. Sed hi fundi, et ea ipsissima quinque talenta erant οὐσία. *Universas* enim facultates eo nomine concluserunt Attici juris periti; et Latifundia quidem, Ædes ceteraque hujuscemodi erant οὐσία φανερά. Mancipia autem, Vasa, Vestimenta, *Argentum* οὐσία ἀφανής. Hæc probatione non indigent, quoniam sunt luce ipsa clariora. Scripsit utique noster: γῆν μὲν καὶ οἰκίαν ἐκτήσατο πλέον ἢ πέντε ταλάντων. Aristophanes, inquit, ἐχορήγησε drachmis IↃↃ, in Trierarchia ἀνήλωσε minas LXXX, in vectigalibus XL, in expeditione Sicula C, in classe Cypria adornanda drachmas XXX, agrum ad hæc atque *ædes* mercatus est v talentis et quod excurrit. *Ædium* autem in hoc computo habendam esse rationem docent, quæ superius leguntur, huic loco germana: χαλεπὸν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τραγῳδοῖς τε διαχορηγῆσαι ὑπὲρ αὑτοῦ τε καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τρία ἔτη συνεχῶς τριηραρχῆσαι, εἰσφοράς τε πολλὰς εἰσενηνοχέναι, οἰκίαν τε πεντήκοντα μνῶν πρίασθαι, γῆς τε πλέον ἢ τριακόσια πλέθρα κτήσασθαι. Ita igitur locum emendari fatebitur oportere quicunque sanam mentem habebit. TAYLOR. Revocavi vetustam lectionem οὐσίαν. Sententia est: Aristophanis villam et universam substantiam valuisse ad quinque talenta. Qua in sententia ego equidem nil video, quod offendere quenquam possit. REISK.

Καὶ ἐχορήγησε δὲ — πεντακισχιλίας δραχμὰς] Non offendor illo δὲ post præmissum καί. creberrime sic usurpant. Verum quænam istæc dictio est, ἐχορήγησε δραχμάς? noli dubitare duo illa vocabula καὶ ἐχορήγησε in unum κατεχορήγησε esse contrahendum. καταχορηγεῖν ἀργύριον est *æs in choregatum insumere*. IDEM.

Ὑπὲρ ἀμφοτέρων] Se et patre, Nicophemo. IDEM.

Κύπριοι ἦλθον καὶ ἔδοτε αὐτοῖς τὰς δέκα ναῦς, καὶ τῶν
πελταστῶν τὴν μίσθωσιν καὶ τῶν ὅπλων τὴν ὠνὴν παρ- 644
έσχε τρισμυρίας δραχμάς. καὶ τούτων κεφάλαιον πάντων
γίγνεται μικροῦ λείποντος πεντεκαίδεκα τάλαντα. ὥστε 645
οὐκ ἂν εἰκότως ἡμᾶς αἰτιᾶσθε, [1] εἰ τῶν Κόνωνος, τῶν ὁμο-
λογουμένων δικαίως ἀποφανθῆναι ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου, πολ-
λαπλασίων δοκούντων, [2] πλέον ἢ τρίτον μέρος φαίνεται τὰ 646

[1] ἐπὶ T. ἐπεὶ R. A. [2] εἰ πλέον T. εἶναι, πλέον R. A.

Δέκα μνᾶς] Id demum est vero simillimum: Aristophanem, hominem privatilaris neque in re admodam lauta positum, ultro de proprio impendisse Drachmas 30,000 sive Talenta v: Civitatem vero, ad quam ejus societatis fructus erat redundaturus, *decem minas*. O frugi rempublicam, cui potentissimæ civitatis συμμαχία tam vili pretio redempta est! Phu! *decem minas*? Atqui jam a teneris unguiculis didici Agrum Atticum non esse ob pauciores pignori oppositum, Ter. Phorm. IV. 3. 56. non Ædiculam, Id. ibid. IV. 3. 58. tantidem denique constitisse Supellectilem et sumptum ad nuptias suburbanas, Id. Ibid. IV. 3. 61. pro Psaltria ergo *viginti minæ* revera periere, Id. Adelph. IV. 7. 24. Male denique conciliatus, vietus, vetus, veternosus senex ille Eunuchus, colore mustellino, pro quo misellulus Phædria dinumeravit, aut dilapidavit potius, *viginti*. Id. Eunuch. IV. 4. 21. Pro mercede *centum minarum* Rhetoricam docuit Gorgias: Isocrates *mille*. Vænibat XII Equus, Aristoph. Nub. 21.

Φέρ' ἴδω τί ὀφείλω; δώδεκα μνᾶς Πασίᾳ.
Τοῦ δώδεκα μνᾶς Πασίᾳ; τί ἐχρησάμην;
Ὅτ' ἐπριάμην τὸν κοππατίαν.

et ibid. 1226.

Τῶν δώδεκα μνῶν, ἃς ἔλαβες, ὠνούμενος
Τὸν ψαρὸν ἵππον.

Septuaginta emptum canem domi habuit Alcibiades, Plutarch. in vit. *Centenas* in cœnam quotidie impendit Alexander Macedo, Athen. l. 4. *Ducentis* sepultus est Timoleo, Plutarch. in vit. Non igitur de nummis hic agitur: neque enim argentum ad hanc rem contulere Athenienses, sed *classem*, ut disertissime probare possum ex hac ipsa oratione: ὑμεῖς δὲ τριήρεις αὐτοῖς ἔδοτε, καὶ τἄλλα ἐψηφίσασθε. ἀργυρίου δὲ εἰς τὸν ἀπόστολον ἠπόρουν. Lege itaque: καὶ ἔδοτε αὐτοῖς τὰς δέκα ναῦς. Percommode quidem accidit, quod Xenophon ejus rei memoriam conservavit, et emendationi nostræ robur et æternitatem dedit: nam de hac societate inter Athenienses et Cyprios eum loqui existimo Hellenic. IV. 8. 24. ubi ait: Ὁ δὲ Τελευτίας — πλέων περιτυγχάνει Φιλοκράτει τῷ Ἐφιάλτου πλέοντι μετὰ δέκα τριηρῶν Ἀθήνηθεν εἰς Κύπρον διὰ ξυμμαχίαν τοῦ Εὐαγόρου — οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι φίλῳ χρώμενοι βασιλεῖ ξυμμαχίαν ἔπεμπον Εὐαγόρᾳ τῷ πολεμοῦντι πρὸς βασιλέα. At priusquam manum de tabula, de Scaligero nonnihil, qui negat hæc conficere summam μικροῦ λείποντος, talentorum XV. magnus enim ille Magister ad hæc postrema verba obelum suum, ψεῦδος sc. allevit. Nescio, quo pacto computat, quidni et nos, infimi licet subsellii, computemus quoque? Age:

	Tal.	Min.
Fundus et Ædes . . .	5	00
Χορηγήσας 5000 Drach. . .	0	50
Τριηραρχ. 80 Min.	1	20
Ἐν εἰσφοραῖς	0	40
Sic. Exped. 100 Min. . .	1	40
Cypr. Exped. 30,000 Drach.	5	00
	14	30

TAYLOR.

Δέκα μνᾶς] Satis ridiculum donum *decem minæ* Legatis auxilium petentibus. Lege: τὰς δέκα ναῦς, scil. *triremes*, quarum supra meminit: ὑμεῖς δὲ τριήρεις αὐτοῖς (Legatis Cypriorum) ἔδοτε, καὶ τἄλλα ἐψηφίσασθε. Hæc vero Parenthesi includenda sunt: (ὅτε οἱ Κύπριοι, — δέκα ναῦς). ut recte Vanderheidius. MARKLAND.

Ὥστε οὐκ ἂν εἰκότως] Legere lubens: Ὥστε οὐκ ἂν εἰκότως ἡμᾶς αἰτιᾶσθε, εἰ τῶν Κόνωνος τῶν ὁμολογουμένων δικαίως ἀποφανθῆναι ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου, πολλαπλασίων δοκούντων, πλέον ἢ τρίτον μέρος φαίνεται τὰ Ἀριστοφάνους. Adjuvat Cod. Coisl. qui istud εἰ non agnoscit in posteriore loco, quod tamen in aliquo loco erat necessarium. TAYLOR.

Ἐπεὶ] *quandoquidem*. sic dedi de meo, pro vulgari ἐπί. REISK.

Φαίνεται τὰ] Interponendum videtur ὄντα. IDEM.

Ἀριστοφάνους. καὶ οὐ προσλογιζόμεθα ὅσα αὐτὸς ἐν Κύπρῳ
ἔσχε Νικόφημος, οὔσης αὐτῷ ἐκεῖ γυναικὸς καὶ θυγατρός.
θʹ. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἀξιῶ, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὕτω πολλὰ
καὶ μεγάλα τεκμήρια παρασχομένους ἡμᾶς ἀπολέσθαι
ἀδίκως. ἀκήκοα γὰρ ἔγωγε καὶ τοῦ πατρὸς καὶ ἄλλων
πρεσβυτέρων, ὅτι οὐ νῦν μόνον ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ [1] πρόσθεν 156. 1
χρόνῳ πολλῶν ἐψεύσθητε τῆς οὐσίας, [2] καὶ ζῶντες μὲν
πλουτεῖν ἐδόκουν, ἀποθανόντες δὲ πολὺ παρὰ τὴν δόξαν
τὴν ὑμετέραν [3] ἐφάνησαν. αὐτίκα Ἰσχομάχῳ, ἕως ἔζη,
647 πάντες ᾤοντο εἶναι [4] πλέον ἢ ἑβδομήκοντα τάλαντα, ὡς
ἐγὼ ἀκούω· [5] ἐνειμάσθην δὲ τὼ υἱέε οὐδὲ δέκα τάλαντα
648 ἑκατέρῳ ἀποθανόντος. Στεφάνῳ δὲ τῷ Θάλλου ἐλέγετο
εἶναι πλέον ἢ πεντήκοντα ταλάντων, ἀποθανόντος δ' ἡ
οὐσία ἐφάνη περὶ ἕνδεκα τάλαντα. ὁ τοίνυν Νικίου οἶκος
προσεδοκᾶτο εἶναι οὐκ ἔλαττον ἢ ἑκατὸν ταλάντων, καὶ
649 τούτων τὰ πολλὰ ἔνδον ἦν· Νικήρατος δ' ὅτ' ἀπέθνησκεν,

[1] ἔμπροσθεν T. R. A. [2] οἳ R. A. [3] ἐφάνη T.
[4] πλείω T. R. A. [5] ἐνειμάσθη δὲ τῷ υἱεῖ T. A.

Ἐγὼ μὲν οὐκ ἀξιῶ — ἡμᾶς ἀπολέσθαι ἀδίκως] Fort. ἐγὼ μὲν οὖν ἀξιῶ ἡμᾶς οὐκ (vel μὴ) ἀπολέσθαι ἀδίκως. Vide tamen Orat. VII. ὑμᾶς δ' οὐκ ἀξιῶ τὴν αὐτὴν τούτῳ γνώμην ἔχειν: et quæ ibi notavi. quibus adde quæ attulit Doctiss. Pearsonus ad Symbol. Apostol. p. m. 53. Markland. Οὐκ refer ad ἀπολέσθαι Auger.

Καὶ ζῶντες] F. οἳ ζῶντες. Taylor.

Ἀποθανόντες δὲ] Observa τὸ ἀνακόλουθον: Verbo enim suo deficitur hic Nominativus, quasi scriptum fuisset ἀποθανόντων δὲ, absolute, *postquam vero mortui fuerint*. sic paulo post: Καλλίας τοίνυν ὁ Ἱππονίκου, — τούτου τοίνυν τίμημα οὐδὲ δυοῖν ταλάντοιν ἐστί. Notum istud Actor. VII. 40. ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος — οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ. Markland.

Παρὰ τὴν δόξαν] *infra opinionem*. Auger.

Αὐτίκα, Ἰσχομάχῳ etc.] Sic distinguendum. αὐτίκα est *exempli gratia*, non *imprimis*, ut male Interpres. Sic ad fin. Orat. αὐτίκα, ὅτι ἵππευεν, οὐ μόνον etc. ubi iterum male, *simul atque equitare cœpit*. Dion. Halicarnasseus περὶ Συνθέσ. Ὀνομ. segm. 19. ed. Lond. 1702. loco pulcherrimo: Κόρον γὰρ ἔχει καὶ τὰ καλὰ πάντα. ὥσπερ καὶ τὰ ἡδέα, μένοντα ἐν τῇ ταυτότητι· ποικιλλόμενα δ', ἐν ταῖς μεταβολαῖς ὡς ἀεὶ καινὰ μένει. Ἐν τοῖς μὲν οὖν τὰ μέτρα καὶ τὰ μέλη γράφουσιν οὐχ ἅπαντα ἔξεστι μεταβάλλειν, ἢ οὐχ ἅπασιν, οὐδ' ἐφ' ὅσον βούλονται αὐτίκα. τοῖς μὲν ἐποποιοῖς μέτρον οὐκ ἔξεστι μεταβάλλειν, etc. Totum locum adduxi, quia variis mendis laborat. Lege et distingue: ποικιλλόμενα δὲ ταῖς μεταβολαῖς, ὡς ἀεὶ καινὰ μένειεν. Τοῖς μὲν οὖν — οὐδ' ἐφ' ὅσον βούλονται. αὐτίκα, τοῖς μὲν ἐποποιοῖς etc. *exempli causa, carmina et versus Lyricos scribentibus* etc. Pro ὡς ἀεὶ legi quoque posset ὡσεί. ista, ἢ οὐχ ἅπασιν, merito suspecta sunt. Voce αὐτίκα eodem more utitur Dionysius p. 192. 224. 240. ejusdem operis: in quibus omnibus locis male vertitur. Idem quoque mendum in Lib. περὶ τὴν Δημοσθ. δεινότ. p. 178. Ed. Sylb. τοῖς πρώτοις. αὐτίκα, Προπεμφθέντες κοινῇ etc. ita distinguendum, non τοῖς πρώτοις αὐτίκα. Apud Xenophontem quoque passim occurrit hæc vox, eodem significatu: male enim ibi vertitur *primum*. Markland.

Πλέον ἢ π. ταλάντων] Aut ἢ est delendum, aut τάλαντα leg. Reisk.

Ἔνδον ἦν] L. ἔνδον εἶναι. Natus error ex prima syllaba subsequentis vocis Νικήρατος. Taylor. Constructio vult εἶναι, scil. προσεδοκᾶτο. natus error ex prima syllaba subsequentis vocis. Ἔνδον vero est, quod vulgo dicimus *in specie*, pecunia parata, ut apud nos ἀργὸν jacens. opponitur ei, quæ est ἔξω, et ἐνεργὸν, fœnore, vel mercibus, vel alio modo occupata. supra:

ἀργύριον μὲν ἢ χρυσίον οὐδ' αὐτὸς ἔφη καταλιπεῖν οὐδέν,
ἀλλὰ τὴν οὐσίαν ἣν κατέλιπε τῷ υἱεῖ, οὐ πλείονος ἀξία
ἐστὶν ἢ τεττάρων καὶ δέκα ταλάντων. Καλλίας τοίνυν
ὁ Ἱππονίκου, ὅτε νεωστὶ ἐτεθνήκει ὁ πατήρ, [1] ὃς πλεῖστα
τῶν Ἑλλήνων ἐδόκει κεκτῆσθαι, [2] καί, ὥς [3] φησι, διακο- 650
σίων ταλάντων ἐτιμήσατο αὐτοῦ ὁ [4] πάππος, τὸ τούτου

[1] ὃς ante ὅτε ponunt R. A. [2] (καὶ R. A. [3] φασι A.
[4] πάππος, τότε T. πάππος τότε) R. A.

ἦσαν δ' ἡμῖν ἔνδον ἑπτὰ μναῖ. Demosthenes Orat. I. in Aphobum: ἀργυρίου δ' ἔνδον ὀγδοήκοντα μνᾶς, scil. κατέλιπεν ὁ πατήρ. et ita infra eadem Oratione passim invenies. Quæ sequuntur ita distinguo: Νικήρατος δ'; ὅτ' ἀπέθνησκεν, ἀργύριον etc. *Niceratus vero, quando moriebatur, affirmavit se nihil argenti vel auri relinquere; prædia vero, quæ filio reliquit* etc. ita verte οὐσίαν, *prædia, res soli, res immobiles*; quæ opponuntur ἀργυρίῳ et χρυσίῳ. Nicerati, Niciæ filii, cum laude meminit Demosthenes Orat. in Midiam. Sed ille Niceratus erat ἄπαις. unde pro καταλιπεῖν conjicio legendum esse καταλαβεῖν, *invenisse*: et verba ista, *prædia vero quæ filio reliquit*, intelligenda esse de prædiis, quæ Nicias Nicerato reliquit. De Niciæ divitiis vide Xenoph. Hellen. II. 3. 39. et Thucyd. VII. ad finem. Quæ vero præcedunt, οὐκ ἔλαττον ἢ ἑκατὸν ταλάντων, recte habent; nec delendum ἢ, nec mutandum ταλάντων in τάλαντα. ita paulo ante, πλέον ἢ πεντήκοντα ταλάντων. Thucydides lib. II. segm. 13. οὐκ ἐλάσσονος (l. ἔλασσον) ἢν ἢ πεντακοσίων ταλάντων, ubi Scholiastes notat, τὸ ἤ, περιττόν. Markland. Haud equidem contemnam ἦν. pleraque *erant*, non in re, verum tamen in opinione hominum famaque vulgari. ἦν pro ἐδόκει εἶναι. Reisk.

Ἀλλὰ τὴν οὐσίαν, ἣν κατέλιπε τῷ υἱεῖ, οὐ πλείονος ἀξία ἐστὶν ἢ τεττάρων καὶ δέκα ταλάντων] Antiptosis: τὴν οὐσίαν pro ἡ οὐσία. Ordo est: ἀλλ' ἡ οὐσία, ἣν τὴν οὐσίαν κατέλιπε τῷ υἱεῖ etc. et notabilis est locutio, quia egregie illustrat parem S. Pauli 1 Cor. X. 16. τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστίν; id est, ὁ ἄρτος, ὃν τὸν ἄρτον κλῶμεν, οὐχὶ etc. *panis ille, quem frangimus, nonne denotat participationem corporis Christi?* ita enim intelligendum puto ἐστιν, scil. *denotat, significat*, ut Matt. XIII. 38. ὁ δὲ ἀγρός, ἐστιν ὁ κόσμος. *significat mundum*. et ita in isto: τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. *hoc denotat corpus meum*. et alibi passim, tam in Veteri quam Novo Fœdere. Hæc vero Compositio, τὴν οὐσίαν ἣν κατέλιπεν, τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, cum Articulo, rariorem puto: usitatior ista, οὐσίαν ἣν κατέλιπεν, ἄρτον ὃν κλῶμεν. Markland. Potest Marklandi ratio probari. Quod si tamen durior videatur, en aliam dabo haud paulo molliorem, ut scil. legatur: ἀξίαν ἴστε ἢ—*nostis non pluris æstimatam* (vel *deprehensam*) *quam*—. Reisk. Sic Latini "urbem quam dicunt Romam." Auger.

Καλλίας ὁ Ἱππονίκου, ὅς, ὅτε νεωστὶ ἐτεθνήκει ὁ πατήρ, πλεῖστα] Sic visum mihi fuit restituere locum hunc, in vulgatis vitiosum ex eo, quod ὃς a sede sua vera aberravit. Legitur enim ibi, non post nomen Hipponici, ad quem redit, sed pone πατήρ. Articulus ille ὃς redit ad Calliam, ad quem etiam αὐτοῦ redit, in illis αὐτοῦ ὁ πάππος. Reisk. Ceterum nota nominativum Καλλίας suspensum hærere, quod sæpius fit apud oratores. Auger.

Ὥς φησι] Ὥς φασι. Cont. Melius ὥς φασι. Atque ita sum interpretatus. Taylor. Primo legendum ὥς φασι, *ut aiunt*. Deinde, ἐτιμήσατο, *æstimavit*: deest *istud, quod* æstimavit, scil. τὰ χρήματα, τὴν οὐσίαν, τὰ ὄντα: quod ultimum forte latet in voce τότε: male enim Interpres Passive accepit ἐτιμήσατο, et vertit *censebatur*, quasi esset ἐτιμήθη. Sic Orat. III. τὴν γὰρ οὐσίαν τὴν ἑαυτοῦ ἅπασαν πεντήκοντα καὶ διακοσίαν δραχμῶν ἐτιμήσατο. Tota vero sententia ita distinguenda videtur: Καλλίας τοίνυν ὁ Ἱππονίκου, ὅτε νεωστὶ ἐτεθνήκει ὁ πατὴρ (ὃς πλεῖστα τ. Ἑ. ἐ. κεκτῆσθαι, καί, ὥς φησι, δ. τ. ἐ. α. ὁ. π. τότε), τούτου τ. τ. οὐδὲ δυοῖν ταλάντοιν ἐστί. De τῷ ἀνακολούθῳ supra memini. Markland. Ego vulgatam φησὶ tuebor, subaudiens αὐτὸς, *ut ipse, Callias puta, ait*. supererat enim Callias tum adhuc in vivis. quanquam utique αὐτὸς additum mallem. Verba hæc καί, ὥς φησι usque ad τότε parentheseos signis inclusi. In vulgatis sic est interpunctum: ὁ πάππος, τότε τούτου τοίνυν—. Reisk. Forte ita scribendum: καὶ ὥς φασι—τόγε τούτου κ. τ. λ. *hujus igitur census ne duorum quidem talentorum est*. Sluiter.

651 [1]τοίνυν τίμημ' οὐδὲ δυοῖν ταλάντοιν ἐστί. Κλεοφῶντα δὲ
πάντες ἴστε, ὅτι πολλὰ ἔτη διεχείρισε τὰ τῆς πόλεως
πάντα καὶ προσεδοκᾶτο [2]παμπολλὰ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἔχειν·
ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ, οὐδαμοῦ δῆλα τὰ χρήματα, ἀλλὰ
καὶ οἱ προσήκοντες καὶ οἱ κηδεσταί, παρ' οἷς κατέλιπεν,
652 ὁμολογουμένως πένητές εἰσι. φαινόμεθα [3]δὴ καὶ τῶν ἀρχαιο-
πλούτων πολὺ ἐψευσμένοι καὶ τῶν νεωστὶ [4]παρὰ τὸ εἰκὸς
ἐν δόξῃ γεγενημένων.

ι'. Αἴτιον δέ μοι δοκεῖ εἶναι, ὅτι ῥᾳδίως τινὲς τολμῶσι
λέγειν, ὡς ὁ δεῖνα ἔχει τάλαντα πολλὰ ἐκ τῆς ἀρχῆς. καὶ
ὅσα μὲν περὶ [5]τεθνεώτων λέγουσιν οὐ πάνυ θαυμάζω —
οὐ γὰρ ὑπό γε ἐκείνων ἐξελεγχθεῖεν ἂν —, ἀλλ' ὅσα ζών-
των ἐπιχειροῦσι καταψεύδεσθαι. αὐτοὶ γὰρ ἔναγχος ἠκούετε
ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὡς Διότιμος [6]ἔχοι τάλαντα τετταράκοντα
653 πλείω, [7]ἢ ὅσα αὐτὸς ὡμολόγει παρὰ τῶν ναυκλήρων καὶ

[1] ταυῦν R. A. [2] πάνυ πολλὰ T. R. A. [3] δὴ om. T. R.
[4] παρὰ τὸ εἰκὸς om. T. R. A. [5] τεθνεῶτος T. [6] ἔχει T. [7] ἢ om. T. R.

Ταυῦν] Sic de meo dedi pro vulgari τοίνυν. manifesto enim inter se opponuntur τότε et ταυῦν. Curaverat censum bonorum suorum a censoribus in tabulas publicas referri (id enim est ἐτιμήσατο) τότε hunc temporis, cum scil. id fiebat. Reisk.

Οὐδὲ δυοῖν ταλάντοιν ἐστὶ] Suspectum mihi hunc locum reddit summæ exiguitas. Sed et Andocides et Plutarchus Vit. Alcibiad. narrant, Alcibiadem, qui Calliæ sororem uxorem habuit, post mortem Hipponici exegisse et abstulisse a Callia *decem* talenta, quasi ab Hipponico sibi promissa, si *marem* ex filia ejus procreaverit. Scio quidem Calliam postea ad pauperiem redactum fuisse; sed non ὅτε νεωστὶ ἐτεθνήκει ὁ πατήρ. majorem igitur summam puto latere sub isto δυοῖν. De hac Familia vide erudite disserentem Perizonium ad Ælian. V. H. XIV. 16. et IV. 16. 23. Callias Hipponici Fil. cujus meminit Demosthenes in Orat. περὶ Παραπρεσβ. et cui mulctam Quinquaginta Talentorum imposuerunt Athenienses, *avus* erat hujus Calliæ, de quo nunc agitur. Markland.

Κλεοφῶντα δὲ πάντες ἴστε ὅτι διεχείρισε τὰ τῆς πόλεως πάντα] Id est, πάντες δὲ ἴστε, ὅτι Κλεοφῶν διεχείρισε. Sic 1 Cor. XVI. 15. οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, i. e. οἴδατε, ὅτι ἡ οἰκία Στεφανᾶ ἐστὶν etc. Markland.

Παρ' οἷς κατέλιπεν] Si retinendum sit istud παρ', legere utique suaderem: παρ' οἷς κατέλυσεν. Aliter, scripsisse videtur noster: οἷς πάντα κατέλιπεν. Taylor. Vulgata bene videtur habere. Subauditur e proximo τὰ χρήματα. Vult dicere, facultates a Cleophonte relictæ aut nullæ usquam erant, aut, si quæ erant tamen, erant certe apud ejus necessarios et affines. Hi si nullas habebant ab eo sibi relictas, nemo alius habebat, sed nullas reliquerat Cleopho. Reisk.

Φαινόμεθα] Post hoc voc. deest particula quædam e genere concludentium, τοίνυν, vel οὖν, vel δή. Idem.

Περὶ τεθνεῶτος] Scribe: τεθνεώτων. patet ex voce ἐκείνων. Markland. et in *edit. min.* Taylor.

Πλείω ὅσα] Lege: πλείω ἢ ὅσα. Sequitur, παρὰ τῶν ναυκλήρων καὶ ἐμπόρων. Fort. παρὰ τοῖς ναυκλήροις etc. nempe *fœnore nautico* occupata. quod nos diceremus, *in manibus* nauclerorum etc. sic ναυτικὰ ἑβδομήκοντα μνᾶς παρὰ Ξούθῳ, Demosth. in Aphob. I. Markland. Etiam Taylor interpositum ibat ἤ. Non equidem refragabor, verum eo non persanatus est locus. Non enim solummodo summa ementita, sed etiam vera debebat edi. Novimus quidem XL talenta famam Diotimo attribuisse, a navicularriis et mercatoribus ipsi data, in eoque famam modum veri excessisse, et plus dixisse, quam ipse Diotimus fateretur se tulisse. verum non novimus *quanto* plus.

ἐμπόρων [1]λαβεῖν· καὶ ταῦτα, ἐπειδὴ ἦλθεν, ἐκείνου ἀπο-
γραφέντος καὶ χαλεπῶς φέροντος ὅτι ἀπὼν διεβάλλετο,
οὐδεὶς ἐξήλεγξε, δεομένης μὲν τῆς πόλεως χρημάτων, ἐθέ-
λοντος δὲ ἐκείνου λογίσασθαι. ἐνθυμεῖσθε τοίνυν οἷον ἂν
ἐγένετο, εἰ Ἀθηναίων [2]ἁπάντων ἀκηκοότων ὅτι τετταρά- 654
κοντα τάλαντα [3]ἔχει Διότιμος, [4]εἶτα ἔπαθέ τι πρὶν
καταπλεῦσαι δεῦρο. εἶτα οἱ προσήκοντες ἂν αὐτοῦ ἐν κιν-
δύνῳ ἦσαν τῷ μεγίστῳ. εἰ ἔδει αὐτοὺς πρὸς τοσαύτην
διαβολὴν ἀπολογεῖσθαι, μὴ [5]εἰδότας μηδὲν τῶν πεπρα-
γμένων. αἴτιοι οὖν εἰσὶ καὶ ὑμῖν πολλῶν ἤδη ψευσθῆναι,
καὶ [6]ἰδίᾳ ἀδίκως [7]τινὰς ῥᾳδίως ἀπολέσθαι οἱ τολμῶντες
ψεύδεσθαι καὶ συκοφαντεῖν ἀνθρώπους ἐπιθυμοῦντες. ἔπειτ'
οἴομαι ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι Ἀλκιβιάδης τέτταρα ἢ πέντε ἔτη
ἐφεξῆς ἐστρατήγει ἐπικρατῶν καὶ νενικηκὼς Λακεδαιμο-
νίους, καὶ διπλάσια ἐκείνῳ ἠξίουν αἱ πόλεις διδόναι ἢ ἄλλῳ
τινὶ τῶν στρατηγῶν, ὥστ' ᾤοντο εἶναί τινες αὐτῷ πλέον ἢ
ἑκατὸν τάλαντα. ὁ δ' ἀποθανὼν ἐδήλωσεν ὅτι οὐκ [8]ἀληθῆ
ταῦτα ἦν· ἐλάττω γὰρ οὐσίαν κατέλιπε τοῖς παισὶν ἢ 655
αὐτὸς παρὰ τῶν ἐπιτροπευσάντων παρέλαβεν.

[1] λαβεῖν om. T. R. A. [2] ἀπόντων T. [3] ἔχοι T. R. A.
[4] εἶτα εἰ T. R. [5] εἰδότες T. [6] νὴ Δία R. A.
[7] τέ τινας T. γέ τινας R. A. [8] ἀληθὲς τοῦτο T. R. A.

Hoc etiam debebat edi. num ergo sic leg. est: τετταράκοντα, *quadraginta talenta*, τριάκοντα πλείω, *triginta talentis plura*, ὅσων (in genitivo plurali, aut, si mavis, ἢ ὅσα) *quam quot talenta ipse Diotimus se fateretur tulisse.* Vera si hæc est lectio, Diotimus non tulit a mercatoribus prætorquam decem talenta; reliqua triginta mendax fama affinxit. Reisk.

Παρὰ τῶν ναυκλήρων καὶ ἐμπόρων] Bene quidem habent hi genitivi. verum deest εἰληφέναι. Idem.

Ἀπογραφέντος] Ἐπιγραφέντος legit doctiss. Vales. ad Harpocr. p. 279. quod nollem tanto viro, Jurisque Attici adeo perito, excidisse unquam. Taylor.

Ἀπόντων] Delet Schott. Ceterum post Διότιμος credo nonnulla subesse. Idem. Legendum ἀπόντος, absolute, *illo absente*, donec Diotimus peregre erat. Male Schottus omittendam hanc vocem putavit, utpote natam ex sequenti. Ita Lucæ XXIV. 47. ἀρξαμένων ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. sic enim legendum cum MSS. aliquot, non ἀρξάμενον, quod nullam habet Constructionem. ἀρξαμένων, absolute, scil. τῶν κηρύκων: quæ vox includitur in præcedenti κηρυχθῆναι, prout fieri solet: *postquam inceperint* prædicatores *ab Hierusalem.* Mox: εἶτα εἰ ἔπαθέ τι πλὴν καταπλεῦσαι etc. Recte Stephanus πρὶν pro πλήν: et forte delendum εἰ. Paulo post pro ἀδίκως τε scribe γε. Markland. Dedi de meo ἁπάντων. in concione enim ista jactata fuerant, ubi omnes, h. e. plerique, cives aderant. Reisk.

Τι πλὴν] Π. τι πρίν. H. Stephan. Cont.

Εἰδότες] Εἰδότας. Idem.

Ῥᾳδίως] Malim οὕτω ῥᾳδίως. Reisk.

Ἐπιθυμοῦντες] Referri possit ad συκοφαντεῖν, ut τολμῶντες refertur ad ψεύδεσθαι. verum minus hæc ratio placet. præstat, ni fallor, utrumque infinitivum cum uno τολμῶντες copulare, alterum autem participium, ἐπιθυμοῦντες, accipere pro seorsim posito et per se stante causamque rei reddente, quasi si dixisset: δι' ἐπιθυμίαν, aut διότι ἐπιθυμοῦσι. *præ cupiditate*, quia cupidiores sunt. Idem.

Ἐλάττω γὰρ οὐσίαν κατέλιπε etc.] Ita queritur Alcibiades junior apud Isocra-

ια'. Ὅτι μὲν οὖν καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ τοιαῦτα ἐγίγνετο, ῥᾴδιον γνῶναι· φασὶ δὲ καὶ τοὺς ἀρίστους καὶ σοφωτάτους μάλιστα ἐθέλειν μεταγινώσκειν. εἰ οὖν δοκοῦμεν εἰκότα λέγειν καὶ ἱκανὰ τεκμήρια παρέχεσθαι, ὦ ἄνδρες δικασταί, πάσῃ τέχνῃ καὶ μηχανῇ ἐλεήσατε. ὡς ἡμεῖς τῆς μὲν διαβολῆς οὕτω μεγάλης οὔσης ἀεὶ προσεδοκῶμεν κρατήσειν, μετὰ τοῦ [1] ἀληθοῦς· ὑμῶν δὲ μηδενὶ τρόπῳ ἐθελησάντων πεισθῆναι, οὐδ' ἐλπὶς οὐδεμία σωτηρίας ἐδόκει ἡμῖν εἶναι. ἀλλὰ πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων, ὦ ἄνδρες δικασταί, βούλεσθε ἡμᾶς δικαίως σῶσαι μᾶλλον ἢ ἀδίκως [2] ἀπολέσαι· καὶ πιστεύετε [3] τούτοις ἀληθῆ λέγειν, οἳ ἂν καὶ σιωπῶντες ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ [4] παρέχωσι σώφρονας σφᾶς αὐτοὺς καὶ δικαίους.

656 ιβ'. Περὶ μὲν οὖν αὐτῆς τῆς γραφῆς, καὶ ᾧ τρόπῳ κηδεσταὶ ἡμῖν ἐγένοντο, καὶ ὅτι οὐκ ἐξήρκει τὰ ἐκείνου εἰς τὸν ἔκπλουν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄλλοθεν προσεδανείσατο, ἀκηκόατε 157. 1 καὶ μεμαρτύρηται ὑμῖν. περὶ δ' ἐμαυτοῦ βραχέα βούλομαι ὑμῖν εἰπεῖν. ἐγὼ γὰρ ἔτη γεγονὼς ἤδη τριάκοντα [5] οὔτε τῷ πατρὶ οὐδὲν πώποτε ἀντεῖπον, οὔτε τῶν πολιτῶν οὐδείς μοι ἐνεκάλεσεν, ἐγγύς τε οἰκῶν τῆς ἀγορᾶς [6] οὔτε πρὸς δικαστηρίῳ [6] οὔτε πρὸς βουλευτηρίῳ ὤφθην οὐδεπώποτε, πρὶν ταύτην τὴν συμφορὰν γενέσθαι. περὶ μὲν οὖν ἐμαυτοῦ τοσαῦτα λέγω· περὶ δὲ τοῦ πατρός, ἐπειδὴ [7] ὥσπερ

[1] ἀληθοῦς ὑμῶν ἴσων καὶ κοινῶν τυχόντες· ὑμῶν A. [2] ἀπολέσθαι T. [3] τούτους A. [4] παρέχουσι T. [5] οὐδὲ T. [6] οὐδὲ T. R. A. [7] ὡς περὶ A.

tem Orat. de Bigis: ἀλλὰ τοῖς μὲν χρήματα κεκτημένοις, περὶ ζημίας (sc. ὁ κίνδυνός ἐστιν), τοῖς δ' ἀπόρως, ὥσπερ ἐγὼ, διακειμένοις, περὶ ἀτιμίας. MARKLAND.

Ὡς ἡμεῖς] Ὡς idem hic significat ac γάρ. AUGER.

Ἀληθοῦς] Post ἀληθοῦς videtur ὑμῶν ἴσων καὶ κοινῶν τυχόντες deesse. REISK.

Ἐδόκει] Nullus dubito δοκεῖ in præsenti esse leg. De προσεδοκῶμεν adhuc dubito, utrum προσδοκῶμεν præsens præstet. IDEM.

Παρέχωσι] Π. παρέχωσι. H. STEPHAN.

Γραφῆς] Potest hic accipi sive pro ἀπογραφῆς, quo sensu aliquoties in superioribus Lysias hoc vocabulum γραφὴ usurpavit: et profecto actor domum Aristophanis pro sua, ἀπεγράψατο, curaverat a censoribus et quæstoribus in tabulas referri, ut pro sororis dote sibi oppigneratam. sive in significatu illo vulgari, quo actiones omnes publicas cum populo complectitur, sive illæ sunt pro populo, ut sunt causæ majestatis, sive etiam adversus populum, ut hic loci actor cum populo queritur ex titulo ἀδικίου, seu injuriæ sibi a populo oblatæ. REISK.

Ἐγένοντο] Ad utrumque, Nicophemum et Aristophanem, redit; ἐκείνου ad hunc solum. IDEM.

Ἐκείνου] Sic Stephanus. ἐκεῖνον Ald. animum advertente Scal. Sed unice vera est lectio Cod Coisl. ἐκείνου, Aristophanis sc. ut vidimus in superioribus. TAYLOR.

Προσεδανείσατο] Lege: προσεδανείσαντο. *insuper fœnerati sunt.* MARKLAND. Erravit vir doctus. bene habet vulgata. Solus Aristophanes designatur. REISK.

Ὥσπερ ἀδικοῦντος] Possit ferri. malim tamen ὡς περὶ ἀδικ. IDEM.

ἀδικοῦντος αἱ κατηγορίαι γεγένηνται, συγγνώμην ἔχετε, 657 ἐὰν λέγω ἃ ἀνήλωσεν εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς φίλους. οὐ γὰρ φιλοτιμίας ἕνεκεν, ἀλλὰ τεκμήριον ποιούμενος ὅτι οὐ τοῦ αὐτοῦ ἐστιν ἀνδρὸς ἄνευ ἀνάγκης τε πολλὰ ἀναλίσκειν καὶ μετὰ κινδύνου τοῦ μεγίστου ἐπιθυμῆσαι ἔχειν τι τῶν κοινῶν. εἰσὶ δέ τινες οἱ προαναλίσκοντες οὐ [1] μόνου τούτου ἕνεκεν, ἀλλ' ἵνα ἄρχειν ὑφ' ὑμῶν ἀξιωθέντες διπλάσια κομίσωνται. ὁ τοίνυν ἐμὸς πατὴρ ἄρχειν μὲν οὐδεπώποτε ἐπεθύμησε, τὰς δὲ χορηγίας ἁπάσας κεχορήγηκε, τετριηράρχηκε δὲ ἑπτάκις, εἰσφορὰς δὲ πολλὰς καὶ μεγάλας εἰσενήνοχεν. ἵνα δὲ εἰδῆτε καὶ ὑμεῖς, [2] καθ' [3] ἑκάστην ἀναγνώσεται.

[4] ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΙ.

ἀκούετε, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὸ πλῆθος. πεντήκοντα γὰρ 658 ἔτη ἐστὶν ὅσα ὁ πατὴρ [5] καὶ τοῖς χρήμασι καὶ τῷ σώματι τῇ πόλει ἐλειτούργει. ἐν οὖν τοσούτῳ χρόνῳ δοκοῦντάς τι

[1] μόνον T. R. A. [2] καὶ καθ' T. R. [3] ἕκαστον A. [4] ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΙ om. T. R. A. [5] αὐτοῖς χρήμ. T. R.

Οὐ γὰρ] Subaudi a communi ταῦτα λέγω. IDEM.

Τούτου] Scil. τοῦ προαναλίσκειν. solius reipublicæ gratia, ut spontaneis suis contributionibus, vel prænumerationibus potius, ei succurrant, aliud nil spectantes, quam salutem publicam. IDEM. Scil. τῆς φιλοτιμίας. AUGER.

Καθ' ἑκάστην ἀναγνώσεται. ἀκούετε, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὸ πλῆθος] Lege: καθ' ἕκαστον. TAYLOR. Scribe: καθ' ἕκαστον. *singulatim.* Deinde legebatur Catalogus Impensarum Nicophemi. post quæ subdit: Ἀκούετε etc. *Auditis, o judices, quam multæ impensæ fuerint.* Interpres male: *Audite, judices, populum.* MARKLAND. Copulam καὶ ante καθ' ἑκάστην abesse malim. Sed ipsum καθ' ἑκάστην bene habet. Subauditur εἰσφοράν. Post ἀναγνώσεται (scriba puta) deesse videtur titulus. ἀνάγνωσις vel κατάλογος τῶν εἰσφορῶν, vel tale quid aliud. REISK.

Γὰρ] Subjicit hoc, nil esse, quod corona tantam multitudinem atque magnitudinem contributionum ab actoris patre depensarum miretur. Nam per quinquaginta jam annos eum contribuisse. IDEM.

Αὐτοῖς χρήμασι] Non ignoro pronomen αὐτὸς cum nomine in dativo positum vim exprimere præpositionis σὺν, de quo usu egit elegantissimus Piersonus Verisimil. l. I. c. 3. p. 40.: verum is ab hoc loco alienus est. Me quidem judice multo melius hic legatur: καὶ τοῖς χρήμασι. SLUITER.

Δοκοῦντάς τι ἐξ ἀρχῆς ἔχειν, οὐδεμίαν εἰκὸς δαπάνην πεφευγέναι] Lego: δοκοῦντά τι ἐξ ἀρχῆς ἔχειν οὐδεμίαν οὐκ εἰκὸς etc. id est, *non verosimile est, eum, si peculatus reus fuisset, nullam impensam refugisse*: quia, ut supra arguit, *non est ejusdem hominis, nulla incumbente necessitate multa impendere, et simul pecuniam publicam velle surripere.* ἔχειν τι ἐξ ἀρχῆς, per εὐφημισμὸν, *ex præfectura* vel *magistratu suo aliquid acquisivisse*, est, injuste opes reipublicæ in rem suam convertisse: quod supra vocat ἔχειν τι τῶν κοινῶν, et, τῶν ὑμετέρων ἔχειν, scil. τὶ, Orat. proxime sequenti: quam vide. Elegans vero iste usus vocis τὶ, sensu malo. sic Actor. XXV. 5. εἴ τι ἐστὶν ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ. *si quod est in viro crimen*, Vulgat. MARKLAND. Penes me dubium nullum est, pro δαπάνην leg. esse δίκην, ad hunc modum: ἔχειν, πῶς ἡμᾶς οὐδὲ μίαν εἰκὸς δίκην πεφευγέναι. *quod si ergo visi fuissemus ex honoribus gestis locupletati fuisse, qui consentaneum sit, nos, per tempus tam longinquum, ne semel quidem in jus fuisse vocatos?* REISK.

ἐξ ἀρχῆς ἔχειν οὐδεμίαν [1]εἰκὸς δαπάνην πεφευγέναι. ὅμως
δὲ καὶ μάρτυρας ὑμῖν παρέξομαι.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

659 τούτων συμπάντων κεφάλαιόν ἐστιν, ἐννέα τάλαντα καὶ
δισχίλιαι δραχμαί. ἔτι τοίνυν καὶ ἰδίᾳ τισὶ τῶν πολιτῶν
ἀποροῦσι συνεξέδωκε θυγατέρας καὶ ἀδελφὰς, τοὺς δ'
ἐλύσατο ἐκ τῶν πολεμίων, τοῖς δ' εἰς ταφὴν παρεῖχεν
ἀργύριον. καὶ ταῦτ' ἐποίει, ἡγούμενος εἶναι ἀνδρὸς ἀγαθοῦ
ὠφελεῖν τοὺς φίλους, καὶ εἰ μηδεὶς [2]μέλλει εἴσεσθαι· νῦν δὲ
πρέπον ἐστὶ καὶ ὑμᾶς ἀκοῦσαί μου. καί μοι κάλει τὸν
καὶ τόν.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

ιγ'. Τῶν μὲν οὖν μαρτύρων ἀκηκόατε· ἐνθυμεῖσθε δὲ, ὅτι
ὀλίγον μὲν χρόνον δύναιτ' ἄν τις πλάσασθαι τὸν τρόπον
τὸν αὑτοῦ, ἐν ἑβδομήκοντα δὲ ἔτεσιν οὐδ' ἂν εἷς λάθοι
πονηρὸς ὤν. τῷ τοίνυν πατρὶ τῷ ἐμῷ ἄλλα μὲν ἄν τις ἔχοι
ἐπικαλέσαι ἴσως· εἰς χρήματα δὲ οὐδεὶς οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν
ἐτόλμησε πώποτε. οὔκουν ἄξιον τοῖς τῶν κατηγόρων λόγοις
660 πιστεῦσαι μᾶλλον ἢ τοῖς ἔργοις ἃ ἐπράχθη ἐν ἅπαντι τῷ
βίῳ, καὶ τῷ [3]χρόνῳ ὃν ὑμεῖς σαφέστατον ἔλεγχον τοῦ
ἀληθοῦς νομίσατε. εἰ γὰρ μὴ ἦν τοιοῦτος, οὐκ ἂν ἐκ πολλῶν
ὀλίγα κατέλιπεν· ἐπεὶ, εἰ νῦν γε ἐξαπατηθείητε ὑπὸ τούτων

[1] ἡμᾶς εἰκὸς A. [2] μέλλοι T. R. A.
[3] χρόνῳ· ὃ νῦν εἰς T. χρόνῳ. ὃ νῦν ὑμεῖς A.

Εἰκὸς] *per se patet, evidens est.* AUGER.

Ὅμως] Quanquam hoc verum est, et inter omnes constat, nihilo minus tamen ego testibus id confirmabo. REISK.

Μάρτυρας] At cujus rei? num, quod nunquam honores neque ambissent, neque gessissent? an, quod nunquam peculatus causam dixissent? utrumvis decus ingens est, perspicuumque modestiæ et continentiæ documentum. Sed nunc video, quid rei sit. testes de summis pecuniariis testantur ab actoris patre in rempublicam collatis. IDEM.

Καὶ ὑμᾶς ἀκοῦσαί μου. καί μοι κάλει τὸν καὶ τόν. ΜΑΡΤΥΡΕΣ] Mira depravatio: nam admodum probabile puto scribi debere μαρτύρων, vel τῶν μαρτύρων, pro μου. Quin et ante ὑμᾶς deesse videtur τούτων, vel περὶ τούτων. Νῦν δὲ πρέπον ἐστὶ καὶ περὶ τούτων ὑμᾶς ἀκοῦσαι μαρτύρων. *nunc vero æquum est de his quoque vos audire testes.* scil. de Liberalitate patris in cives egenos. πρέπον ἐστὶ, *par est, æquum est,* ut Matt. III. 15. οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν etc. MARKLAND. et *in edit. min.* TAYLOR.

Τοῖς ἔργοις, ἃ ἐπράχθη ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ] Hic quoque, nisi fallor, excidit vox αὐτῷ ante ἐπράχθη. MARKLAND.

Τῷ χρόνῳ] Non cohæret cum ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ, sed cum πιστεῦσαι. REISK.

Ὃ νῦν εἰς] Lege: ὃ νυνὶ absque εἰς, quod vacat. TAYLOR. Scribe: ἃ νῦν εἰς, sc. ἔργα. MARKLAND. Dedi ὃν ὑμεῖς. reddit ὃν ad χρόνῳ. REISK.

Τοιοῦτος] Qualem ego nunc illum ad vos prædicavi. IDEM.

καὶ [1]δημεύσαιθ' ἡμῶν τὴν οὐσίαν, οὐδὲ δύο τάλαντα λάβοιτ'
ἄν. ὥστε οὐ μόνον πρὸς δόξαν ἀλλὰ καὶ εἰς χρημάτων λόγον
λυσιτελεῖ μᾶλλον ὑμῖν ἀποψηφίσασθαι· πολὺ γὰρ πλείω
ὠφεληθήσεσθε, ἂν ἡμεῖς ἔχωμεν. σκοπεῖτε δὲ ἐκ τοῦ
παρεληλυθότος χρόνου, ὅσα φαίνεται ἀνηλωμένα εἰς τὴν
πόλιν· καὶ νῦν ἀπὸ τῶν ὑπολοίπων τριηραρχῶ μὲν ἐγὼ,
τριηραρχῶν δὲ ὁ πατὴρ ἀπέθανεν· πειράσομαι δ', ὥσπερ
ἐκεῖνον ἑώρων, ὀλίγα κατὰ μικρὸν παρασκευάσασθαι εἰς
τὰς κοινὰς ὠφελείας. ὥστε τῷ [2]γ' ἔργῳ [3]πάλαι ταῦτ' 661
ἐστὶ, καὶ οὔτ' ἐγὼ ἀφῃρημένος ἀδικεῖσθαι οἰήσομαι, ὑμῖν
[4]τε πλείους οὕτως αἱ ὠφέλειαι ἢ εἰ [5]δημεύσαιτε. πρὸς δὲ
τούτοις ἄξιον ἐνθυμηθῆναι οἵαν φύσιν εἶχεν ὁ πατήρ. ὅσα
γὰρ ἔξω τῶν ἀναγκαίων ἐπεθύμησεν ἀναλίσκειν, πάντα
φανήσεται τοιαῦτα, ὅθεν καὶ τῇ πόλει τιμὴ ἔμελλεν ἔσεσθαι.
αὐτίκα ὅτε ἵππευεν, οὐ μόνον ἵππους ἐκτήσατο λαμπροὺς,
ἀλλὰ καὶ ἀθλητὰς, [6]καὶ ἐνίκησεν Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ, ὥστε 662
τὴν πόλιν κηρυχθῆναι καὶ αὐτὸν στεφανωθῆναι. δέομαι
οὖν ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων
μεμνημένους ἁπάντων τῶν εἰρημένων βοηθεῖν ἡμῖν καὶ μὴ

[1] δημεύσηθ' T. [2] τε T. [3] πόλει A. [4] δὲ T.
[5] δημεύσετε T. A. [6] καὶ om. T. R. οἷς A.

Τῷ τ' ἔργῳ πάλαι ταῦτ' ἐστὶ, καὶ οὔτ' ἐγὼ etc.] Lego: ὥστε τῷ γ' ἔργῳ πολλὰ ταῦτ' ἔσται· καὶ οὔτ' ἐγὼ etc. PARVA *mea, inquit, in Reipublicæ commodum ita comparabo, ut revera* MAGNA *futura sint:* id est, Opes meas, quæ parvæ jam restant, Reipublicæ temporibus et occasionibus ita impendam, ut, licet parvæ sint, ex opportunitate earum pro magnis revera haberi potuerint. MARKLAND. et *in edit. min.* TAYLOR. Probo Marklandi τῷ γε, et sic reformavi. Sed reliqua ejus ad h. l. minus probo. πάλαι bene habet, sed hoc male, quod ὑμέτερα post πάλαι deest. *revera hæc* [bona puta mea, de quibus nunc jure vobiscum contendo] et fuerunt semper, et sunt et erunt bona vestra, tametsi ego ea possidere pergam. quoad dominium mea sunt, quoad usum fructum vestra. REISK. Legi: ὥστε τῷ γε ἔργῳ πόλει ταῦτ' ἐστί. καὶ οὔτ' ἐγὼ — *ita ut hæc quæ dixi reipsa dixerim civitatis causa. Et neque ego* — πόλει, i. e. πόλεως ἕνεκα. AUGER.

Ὑμῖν δὲ] Π. ὑμῖν τε. H. STEPHAN.

Ὠφέλειαι] Ad ὠφέλειαι subauditur ἔσονται. REISK.

Ἀθλητὰς] Potius ἀθληταῖς. Creberrima sunt exempla ineunte oratione abhinc secunda: νικήσας ἀνδρικῷ χορῷ — κυκλικῷ χορῷ — κωμῳδοῖς. TAYLOR. Legendum ἀθλητὴς, et de certaminibus *curulibus* intelligendum. MARKLAND. Ad ἀθλητὰς subauditur ἵππους. num autem vulgata h. l. servanda, an post illud voc. ἀθλητὰς addendum sit οἷς, in dubio relinquam. Ego equidem hoc malim. ut sententia sit: Equos habebat non solum splendidos, sed etiam pugnatores (in certaminibus vel ludis certare doctos), quibus in equis ille victoriam ludorum Isthmicorum et Nemeorum abstulit. Vulgatam qui defendere volent, hi poterunt hoc afferre, ut dicitur παῖδας et ἄνδρας νικᾷν, ubi de ludis agitur, ita quoque consentaneum esse, ut dictum olim fuerit ἵππους νικᾷν. Verum tamen ut παῖδας ἀθλητὰς νικᾷν usurpatum non fuit, neque ἄνδρας ἀθλητὰς νικᾷν, sed solummodo παῖδας et ἄνδρας νικᾷν, ita quoque non videtur in usu fuisse dictio, ἵππους ἀθλητὰς νικᾷν, sed nude ἵππους. quare certum penes me quidem est, post ἀθλητὰς debere οἷς addi. REISK.

περιϊδεῖν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀναιρεθέντας. καὶ ταῦτα ποιοῦντες τά τε δίκαια ψηφιεῖσθε καὶ ὑμῖν αὐτοῖς τὰ συμφέροντα.

'Υπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀναιρεθέντας] Fort. ἀφαιρεθέντας. *spoliatos*, facultatibus privatos. ut supra: καὶ οὔτ' ἐγὼ ἀφῃρημένος ἀδικεῖσθαι οἰήσομαι. Sed et ἀναιρεθέντας probum forte est, eodem significatu. Vide Demosth. Orat. II. in Aphobum: εἰ δὲ μηδὲν τούτων ποιοίην, ἵνα ἐκ βραχείας οὐσίας λειτουργῶν, παντάπασιν ἀναιρεθείην. *omnino perderer*. Lysias tamen, nisi fallor, nunquam ita scribit. MARKLAND.

Harpocratio laudat vocem χύτροι, utpote quæ appareat in oratione de Publicatione bonorum Aristophanis, quæ tamen nullibi in hac oratione occurrit. Quem vide ad hanc vocem. AUGER.

ΛΥΣΙΟΥ
ΥΠΕΡ ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ
[1]ΔΗΜΟΥ ΚΑΤΑΛΥΣΕΩΣ
ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Pag. ed. H. Steph. | Pag. ed. Reisk.

Polystratus qui inter cccc Tyrannos locum habuit, et rep. restituta grandi pecuniæ summa damnatus erat, iterum in jus vocatus eadem de causa, a filio defenditur.

158. 4 α'. ΟΥ μοι δοκεῖ χρῆναι ὀργίζεσθαι ὑμᾶς τῷ ὀνόματι 663
τῷ τῶν Τετρακοσίων, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις ἐνίων. οἱ μὲν γὰρ ἐπιβουλεύσαντες ἦσαν αὐτῶν, οἱ δ' ἵνα [2] μήτε τὴν πόλιν 664
μηδὲν κακὸν ἐργάσαιντο μήθ' ὑμῶν μηδένα, ἀλλ' εὖνοι ὄντες εἰσῆλθον εἰς τὸ βουλευτήριον, ὧν εἷς ὢν οὗτος τυγχάνει Πολύστρατος. οὗτος γὰρ ᾑρέθη μὲν ὑπὸ τῶν φυλετῶν, ὡς χρηστὸς ὢν ἀνὴρ καὶ περὶ τοὺς δημότας καὶ περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον· κατηγοροῦσι δὲ αὐτοῦ, ὡς οὐκ εὔνους ἦν τῷ πλήθει τῷ ὑμετέρῳ, αἱρεθεὶς ὑπὸ τῶν φυλετῶν, οἳ ἄριστα διαγνοῖεν [3] ἂν περὶ σφῶν αὐτῶν, ὁποῖοί τινες εἰσίν. οὗτος δὲ τίνος ἂν ἕνεκεν ὀλιγαρχίας ἐπεθύμησε; πότερον ὡς [4] ἡλικίαν

[1] ΔΗΜΟΥ ΚΑΤΑΛΥΣΕΩΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑ om. A. [2] μήτε ἵνα R. μήθ' ἵνα A. [3] ἂν om. T. R. [4] ἡλικίας A.

ΛΥΣΙΟΥ ΥΠΕΡ ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ ΛΟΓΟΣ] Titulum restituimus ex auctoritate Harpocr. in v. Πολύστρατος. Neque tamen Maussaci fides me movet, qui verbis Harpocrationis adductus et hanc, quæ ΥΠΕΡ ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ inscribi solebat, et illam alteram, quæ ΔΗΜΟΥ ΚΑΤΑΛΥΣΕΩΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑ (nam ejusmodi etiam oratio hodie exstat), in unam conflare velit. Præter multa, quæ afferri poterunt, legentibus patebit in hac agi de dominatu τῶν cccc, in illa de tyrannide trigintavirali. Neque cum eodem doctissimo viro statuere possum hanc orationem esse ἀκέφαλον, siquidem Lysias, ut Dionysii Halic. testimonio utar, cui et Hermogenis auctoritas accedere potest, ἀπροοιμιάστως ποτὲ εἰσέβαλλε. TAYLOR. Hæc Oratio, præter mendas in Contextu, manca etiam est pluribus in locis. Defectus aliquot unius vel duarum vocum ex ipso Argumento et Ratione facile suppleri potuerunt: de cæteris, spectandi Codices. MARKLAND.

"Ινα μήτε] Lego μήτε ἵνα. Quod longe aliud est, et huic loco convenit magis. TAYLOR.

'Ηρέθη] Scil. εἷς τῶν τετρακοσίων. REISK.

Διαγνοῖεν] Adde ἂν, quod nimis crebro deest Lysiæ, culpa non ipsius, sed librariorum. IDEM.

Πότερον κ. τ. λ.] Πότερον ὡς ἐλπίδα, vel δύναμιν, εἶχε etc. CONT. Locus in hunc

665 εἶχε, [1] λέγων τι διαπράττεσθαι παρ' ὑμῖν, ἢ τῷ σώματι
666 πιστεύων, ἵνα ὑβρίζοι εἰς τῶν ὑμετέρων τινά; ἀλλ' ὁρᾶτε
αὐτοῦ τὴν ἡλικίαν, [2] ἢ καὶ τοὺς ἄλλους [3] ἱκανός [4] ἐστιν
ἀποτρέπειν τούτων. ὅστις μὲν οὖν ἄτιμος ὢν, κακόν τι
ἐργασάμενος ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, ἑτέρας πολιτείας
ἐπεθύμησε, διὰ τὰ πρόσθεν ἁμαρτήματ' αὐτοῦ ἕνεκ' ἂν

[1] θέλων A. [2] ἢ T. R. ᾗ A. [3] ἱκανή A. [4] ἐστιν om. T.

diem salebrosus et perperam intellectus. Contenditur Polystratum neque *per ætatem*, neque *propter flagitia* anteactæ vitæ (quibus fere causis adducti homines novis rebus studere solent), in societatem τῶν cccc accessisse. Qui hic in plura capita rem dispertiunt, totam orationis venustatem convellunt. Dispertiunt autem, qui cum vulgatis libris legunt, πότερον ὡς ἡλικίαν — ἢ τῷ σώματι πιστεύων — ἢ καὶ τοὺς ἄλλους — et quæ sequuntur. Tu legas, primum Schotto monente, pro λέγων θέλων: deinde autem ἀλλ' ὁρᾶτε αὐτοῦ τὴν ἡλικίαν, ᾗ καὶ τοὺς ἄλλους ἱκανὸς (vel cum Cod. Steph. et Coisl. ἱκανός ἐστιν) ἀποτρέπειν τούτων. Mox in istis: διὰ τὰ πρόσθεν ἁμαρτήματ' αὐτοῦ ἕνεκ' ἂν ἔπραττε, lege ἐκεῖν' ἂν ἔπραττε. Tum autem porro, pro αὐτοῦ ἕνεκα, αὑτοῦ ἕνεκα. Quod autem ad finem periodi restituere velit Schottus μηδὲ διὰ τὰ πρόσθεν ἁμαρτήματα, in contrarium omnino abeo, neque supplendum aliquid, sed potius exterminandum judico. Ista enim διὰ τὰ πρόσθεν ἁμαρτήματα allita fuisse credo ad dilucidandum μηδὲ τούτων ἕνεκεν. Tu, consulta interpretatione nostra, de his omnibus dijudica. Taylor. Scribe: πότερον, ὡς ἡλικίας εἶχε, θέλων τι etc. *utrum ea qua erat ætate, cupiens aliquid consequi apud vos?* id est, aliquid *iniqui*, et parum *civilis*. De voce τὶ, sensu malo, dixi aliquid ad Orat. præcedentem. ὡς ἡλικίας εἶχε, ut apud. Dion. Halicarnasseum in Lysia: ὡς ἐγὼ δόξης ἔχω. *ut meu fert opinio*. Lucianus in Somn. p. 2. ὡς ἕκαστος γνώμης ἢ ἐμπειρίας εἶχεν. Philo Vit. Mos. lib. I. ὡς εὐσεβείας ἔχει καὶ ὁσιότητος. Legi quoque potest παρ' ὑμῶν, *a vobis*. Deest vero aliquid post hanc sententiam. est enim Ὑποφορὰ, cui debuit occurrere Oratoris ἀπάντησις seu Responsio, ut in sequenti sententia factum videmus: *an corpori fidens, ut vestrum aliquem injuria afficeret?* cui respondet: *Atqui ætatem ejus videtis*, etc. ita et hoc loco factum oportuit: sed hæc exciderunt. Markland. Facile quidem sit ita emendare: ὡς ἡλικίας οὕτως ἔχων, ὥστε λέγων (id est, διὰ τῶν λόγων). Verumtamen non video, quid ἡ ἡλικία admodum faciat πρὸς τὴν τῶν λόγων δύναμιν. Senes perinde dicendo valere possunt atque juvenes, et interdum valent plus etiam. Reisk.

Πιστεύων] Pendet hoc e præmissa interrogatione ἐπεθύμησε τῆς ὀλιγαρχίας. Idem.

Τὴν ἡλικίαν. ἢ καὶ τοὺς ἄλλους ἱκανὸς ἀποτρέπειν τούτων;] Ἢ καὶ τοὺς ἄλλους ἱκανὸς, vel ἢ καὶ τοὺς ἄλλους ἱκανή. Cont. In MS. Stephani ἱκανός ἐστιν ἀποτρέπειν. Distingue et lege: τὴν ἡλικίαν, ἢ καὶ τοὺς ἄλλους ἱκανή ἐστιν ἀποτρέπειν τούτων. *atqui ætatem ejus videtis, quæ apta est ad dehortandum alios ab hujusmodi facinoribus.* erat enim Polystratus Septuagenarius, frigidæ et cautæ ætatis. Hanc γνώμην et verba, sua fecit Isocrates Panath. p. 476. πάντων δὲ μάλιστα τῆς ἡλικίας τῆς παρούσης, ἢ τοὺς ἄλλους πέφυκεν ἀποτρέπειν. Markland. Addidi ἐστιν. Porro aut ἱκανὴ cum Marklando est legendum (nam ἱκανὸς habet tria genera, et nusquam pro adjectivo duum generum usurpatum reperitur), aut si ἱκανὸς servatur (quod tum ad Polystratum redibit), legendum erit ᾗ in dativo. *qua ætate sua senili satis valet* Polystratus *alios absterrere adeo*, nedum allicere. [fort. leg. ἱκανῶς δυνατή ἐστιν ἀποτρ. *In Var. Lect.*] Reisk. Generatim hæc dicuntur, non de uno Polystrato, uti Marklandus opinatur. Sluiter.

Ἐργασάμενος] Id est, διὰ τὸ ἐργάσασθαι, qui propter facinus aliquod a se perpetratum olim aliquando infamia notatus esset. Reisk.

Διὰ τὰ πρόσθεν ἁμαρτήματ' αὐτοῦ ἕνεκ' ἂν ἔπραττε.] Mirum, quid sibi velit istud ἕνεκα, cum ante dixerit διὰ τὰ ἁμαρτήματ' αὐτοῦ. Bene vero quod sententia proxime sequens defectum hujus loci evidenter ostendit. Lego: διὰ τὰ πρόσθεν ἁμαρτήμαθ' αὐτοῦ ἢ τῶν παίδων ἕνεκ' ἂν ἔπραττε. Sequitur enim: *huic vero nil tale commissum est*, ὥστε αὐτοῦ (l. αὑτοῦ) ἕνεκα μισεῖν τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον, ἢ τῶν παίδων, *ut propter se, vel* FILIOS SUOS, *populum vestrum odio haberet.* unde clare patet hæc ultima verba, ἢ τῶν παίδων, fuisse in priore sententia: aliter enim

ἔπραττε· τούτῳ δὲ τοιοῦτον οὐδὲν ἡμάρτηται, ὥστε αὑτοῦ 667
ἕνεκα μισεῖν τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον, ἢ τῶν παίδων. ὁ μὲν
γὰρ ἐν Σικελίᾳ ἦν, οἱ δ' ἐν Βοιωτοῖς· ὥστε μηδὲ τούτων ἕνεκεν 668
ἑτέρας πολιτείας ἐπιθυμῆσαι [1] [μηδὲ διὰ τὰ πρόσθεν ἁμαρτήματα].

β'. Καὶ κατηγοροῦσι μὲν αὐτοῦ ὡς πολλὰς ἀρχὰς ἦρξεν· ἀποδεῖξαι δὲ οὐδεὶς οἷός τέ ἐστιν ὡς οὐ καλῶς ἦρξεν. ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι, οὐ τούτους ἀδικεῖν [2] ἐν τοῖς πράγμασιν ἐκείνοις, ἀλλ' εἴ τις ὀλίγας ἄρξας ἀρχὰς μὴ τὰ ἄριστα
ἦρξε τῇ πόλει. οὐ γὰρ οἱ καλῶς ἄρχοντες προὐδίδοσαν τὴν 669
πόλιν, ἀλλ' οἱ μὴ δικαίως. οὗτος δὲ πρῶτον [3] μὲν ἄρξας ἐν Ὠρωπῷ οὔτε προέδωκε [4] καὶ ἑτέραν πολιτείαν κατέστησε,

[1] uncos et μηδὲ om. T. uncos om. R. A. [2] μὲν T. τοὺς ἐν A. [3] μὴν A. [4] οὔτε A.

non recte argumentabitur. Deinde hoc Argumentum ita concludit: ὥστε μηδὲ τούτων ἕνεκα ἑτέρας πολιτείας ἐπιθυμῆσαι, διὰ τὰ πρόσθεν ἁμαρτήματα. Iterum deficit Argumentatio, ex Conclusione dimidiata. Scribe: μηδὲ τούτων ἕνεκα — ἐπιθυμῆσαι, μήθ' αὑτοῦ, διὰ τὰ πρόσθεν ἁμαρτήματα. Si attente hæc legas, vera, opinor, deprehendes. Markland. Argumentatio Marklandi mihi nimis subtilis videtur, ut satis non intelligam. Quoad ego judicare possum, nihil hic deest. Ad ἔπραττε subauditur τοῦτο. *fecisset hoc*, id est, res novas appetisset, suimet ipsius causa, coactus a pristinis illis facinoribus, quippe metuens, ne, statu rerum manente quieto, illorum a se facinorum pœnæ repetantur. Polystrato autem res novas moliendi causa nulla fuit, neque propter ipsummet, neque propter liberos. nam neque ipse quicquam peccaverat, neque liberi. Reisk. F. διὰ τὰ πρόσθεν ἁμαρτήματ' αὐτοῦ ἐκεῖν' ἂν ἔπραττε. Sluiter.

Ὁ μὲν γὰρ] Ipse actor sese designat, sic colligens. Alias inter seditionis causas aliis hæc est, quod liberi ipsis sunt, quos tutos præstare volunt ab alterius factionis injuriis. Causa hæc patri nostro non fuit, neque potuit esse, cur novis rebus studeret. Nos enim tres fratres, liberi ejus, tum Athenis non eramus, adeoque inimici nostri nobis nocere non poterant. Causæ igitur turbandi cum patri nullæ essent, consendus non est libertati publicæ insidiatus fuisse. Reisk.

Ἐπιθυμῆσαι, μηδὲ διὰ] Mediam vocem, quæ vulgatis deest, addidi. post ἐπιθυμῆσαι, vel in hac regione, deesse quoque videtur δοκεῖ. Idem.

Georgius Sabinus: Orationem de Pace, Onophrius Bartholinus, et Petrus Mosellanus: Orationes Isocratis omnes, Ioannes Lonicerus: Epistolas omnes, Renatus Guillonius. Hæ igitur Isocraticarum lucubrationum interpretationes in manus mihi venerunt: de quibus singulis quid sentiam, non necesse habeo dicere. Sed acutus, eruditus et æquus Lector facile videbit QUID DISTENT ÆRA LUPINIS: et, ut nihil aliud ego præstitissem, vel ob hoc mihi deberi gratiam intelliget, quod plurimos adolescentes ad legendum Græcæ eloquentiæ parentem (cur enim hoc ornare Isocratem elogio dubitem?) incitarim; idque non minima ex parte effecerim, ut is in plerasque scholas bene institutas sit receptus. Neque vero parum bene de repub. meriti esse censendi sunt, qui adolescentiæ studia ad optimum quenque utriusque linguæ auctorem cognoscendum excitarint. Verum noster hic orator vere politicus et regius (repetenda enim sunt quæ supra etiam diximus) non modo studiosorum hominum lectione, sed et regum et principum in republica virorum cognitione, mihi certe quidem videtur esse dignus. Quod, etsi legendis ejus scriptis melius quam ulla alia ratione intelligetur, tamen vel propter Græcæ linguæ ignaros, vel propter rerum imperitos adolescentes, et veterum et nostræ ætatis doctorum hominum testimonia, tanquam sententiæ nostræ suffragia quædam adscribamus.

HENRICI STEPHANI
IN ISOCRATEM
DIATRIBÆ.

FACTURUM me rem vobis gratam putavi, si aliquot Diatribis meam de multis ad lectionem librorum Isocratis pertinentibus et conferentibus, quæ ab iis proponuntur, earumque sunt argumenta, sententiam exponerem. Rationi autem consentaneum existimavi, primum, quis esset primi libri, vel potius libelli, auctor, disquirere: præsertim quum satis nossem, ex Isocratis lectoribus vix centesimum quenque scire tres scriptores fuisse qui nomen illud haberent: et magni tamen referre judicarem, notum unicuique esse quisnam sit cujus librum in manus sumit, et sibi magistrum deligit: atque hoc præsertim non ignorari, quonam is sæculo vixerit. Ex hujus enim rei ignoratione in magnos aliquis errores incidere possit. Sed quid mirum, tam multos illi primo et celeberrimo scriptori Isocrati illam ad Demonicum Parænesin falso adscribere, quæ tanta doctrina tamque salubribus præceptis referta est ut vel illo Isocrate digna videri queat, quum inter Latina scripta esse tam multa pseudepigrapha videamus, et quidem ita ut eorum nomina scriptorum mentiantur, cum quibus non solum indigni sunt qui ulla in parte conferantur, sed quorum mentio cum illorum mentione conjungatur. Atque ut de illo putido historicorum grege, veterum nomina impudentissime mentiente (quo in grege non ultimus est Berosus) taceam: nonne sæculo nostro valde pudendum est, quosdam qui ante ducentos aut circiter annos vixissent, quique versificatorum titulum vix mererentur, pro veteribus poetis esse habitos? Quid sæculo nostro dico, quum de re, quam et nuper omnes viderunt, loquar? Quum enim etiam nuper tot editiones typographicæ immundos illos et lutulentos Maximiani versus pro Cornelii Galli elegiis nobis certatim obtruderent, quotusquisque e lectoribus fucum sibi fieri animadvertebat?

Sed, ne hujus rei mentio a nostris Isocratibus longius nos abducat, hoc quidem extra controversiam est, Atheniensem illum, adeo a Græcis Latinisque celebratum, oratorem, et qui omnium scriptorum primus hoc nomine exstitisse existimatur, auctorem illius

opusculi non fuisse: sed uter e cæteris duobus illud scripserit, id vero controversia haud caret. Hanc ego ita dirimere conatus sum, ut, si non aliud præstiterim, meum judicium proposuerim, suum unicuique relinquens.

Ausus sum autem et aliam dubitationem movere, et eam quidem novam, de auctore duorum quæ primum illud sequuntur opusculorum: de qua si mihi non assentiemini, hoc saltem (ut spero) fatebimini, me idoneam (haud nullam certe, qualiscunque sit) dubitandi habuisse causam.

DIATRIBE I.

(1.) De tribus Scriptoribus, quorum quisque Isocrates nominatus fuit. (2.) Quædam legi in Libello qui inscribitur Parænesis ad Demonicum, et quem vulgus primo illi et omnium celeberrimo Atheniensi adscribit, in quibus tamen auctor sermonem minime cum illius Isocratis sermone communem habeat: quinetiam præceptiones quasdam, quæ sæculo illius Isocratis minus accommodatæ aut minus necessariæ videri possint. (3.) Libellum hunc a Dionysio Halicarnasseo uni e duobus posterioribus adscribi, ab Harpocratione, alteri: ac utri potius tribuendus videatur. (4.) Parænesis an potius Paræneses appellari debeat. (5.) Paræneticam Epistolam aptius vocatum iri quam Paræneticam Orationem.

(1.) Isocratis nomen celeberrimus ille scriptor Atheniensis, haud unus habuit: ille inquam qui Socratis et Platonis æqualis fuit, cujus schola officina eloquentiæ habita est: aut (si ipsa Ciceronis verba mavis) e cujus ludo, tanquam ex equo Trojano, innumeri principes exierunt. Ille de quo apud Platonem Socrates hæc loquitur (eodem Cicerone interprete), ‘Adolescens etiamnunc, Phædre, Isocrates est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Majore mihi ingenio videtur esse quam ut cum orationibus Lysiæ comparetur: præterea ad virtutem major indoles: ut minime mirum futurum sit, si, quum ætate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum quantum pueris reliquis præstet omnibus, qui unquam orationes attigerunt: aut, si contentus his non fuerit, divino aliquo animi motu majora concupiscat. Inest enim natura philosophia in hujus viri mente quædam.’ Haud, inquam, hic, cujus alia multa eulogia in sequentibus habes, unus inter veteres scriptores hoc appellatus nomine fuit: sed alii etiam duo Isocrates fuerunt. Horum unus (ut testatur Suidas) Amyclæ filius fuit, qui Apolloniam Ponticam, sive Heracleam, patriam habuit: discipulus ac successor magni illius Isocratis (ita enim ille loquitur, *μαθητὴς καὶ διάδοχος τοῦ μεγάλου Ἰσοκράτους*) qui et Platonis auditor fuit. Plura autem apud Suidam de hoc tibi

legenda relinquens, ad alterum e duobus posterioribus venio, cujus a Dionysio Halicarnasseo fit mentio. Is enim in suo de arte rhetorica libello Echecratem compellans, Isocratis cujusdam mentionem facit qui suus pariter et Echecratis sodalis fuerit.

(2.) Opusculum ad Demonicum scriptum, seu Demonico dicatum, esse quidem Isocratis, sed non ejus Isocratis cujus et cætera quæ exstant sive opera, sive opuscula, Wolfius interpres sibi persuadere non potuit: ut hæc ejus verba ostendunt, ‘Cæterum quia pleraque nomina, quæ propria dicuntur, *ὁμώνυμα* sunt, id est, diversis personis tribuuntur: notandum est, Harpocrationem ex hoc libello citare sententiam *Ἰσοκράτους Ἀπολλωνιάτου*: sed et orationis et præceptionum id genus est, ut a reliquis Atheniensis Isocratis scriptis minime abhorreat.’ Hæc ille: at ego contra sermonem ejus quædam habere dico in quibus minime cum Atheniensis Isocratis sermone conveniat. Nam ut de adverbio *ἀκμὴν*, pro *ἔτι*, cujus alibi a me fit mentio, taceam (præsertim quum alia exstet lectio, ut ibidem doceo), *διότι* dicit ubi *ὅτι* tantummodo habere locum apud Atheniensem Isocratem posset §. *ϛ′*. *ἐνθυμοῦ δὲ διότι τοῖς μὲν φαύλοις ἐνδέχεται τὰ τυχόντα πράττειν.* At in Polybio hunc particulæ *διότι* usum (quem fortasse abusum Isocratis sæculum vocasset) me sæpe observasse memini: sicut et illud *ἀκμὴν*, adverbialiter positum pro *ἔτι*. Nec minus (ut opinor) abuti judicatus fuisset vocula *ὧν*, eam ponens pro *τίνων* §. *β′*. *μέλλομεν σοὶ συμβουλεύειν ὧν χρὴ τοὺς νεωτέρους ὀρέγεσθαι, καὶ τίνων ἔργων ἀπέχεσθαι.* Idemque latum judicium fuisset de hoc loco qui est in primo hujus opusculi limine: *τεκμήριον μὲν τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας.* Tunc enim neminem non dicturum fuisse *τῆς πρὸς ἀλλήλους φιλίας* existimo. Aliæ præterea sunt quorundam verborum constructiones quam quæ Isocratis sæculo dari illis solerent, ut *καλὸν μὲν ἔργον ἐπιχειροῦσιν*, quum eo sæculo diceretur *καλῷ μὲν ἔργῳ ἐπιχειροῦσιν*. Sic *στέργε τὰ παρόντα* §. *δ′*. med. quum Isocrates huic verbo *στέργειν* dativum tribuat: sicut et ab aliis passim tribui videmus. Dubito etiam an *πολὺ* ita superlativo junctum reperiatur apud Isocratem ut initio hujus opusculi habemus. Sunt vero et pleonasmi, quos (ut mea fert sententia) nec Isocrates sibi concessisset, nec illius sæculi aures ferre potuissent. Ex horum numero est, *τὰ τῶν τρόπων ἤθη*, in ipso limine, *ἀλλ᾽ ὅπως τὰ τῶν τρόπων ἤθη σπουδαῖοι πεφυκέναι δόξουσι.* Ac nec nomini *ἀρετὴ* genitivum *τρόπων* addere (si bene memini) Isocrates solet. Quinetiam ipsius sermonis structuram longe esse aliam quam apud Isocratem, facile animadvertet qui unum cum altero diligenter conferet. Quid quod voces hoc in opusculo quamplurimæ sunt, præsertim compositæ, quæ nusquam apud Isocratem comparent? Ac sunt certe vocabula quæ hac in re perspicaces indolem alii potius sæculo, quod Isocrateo posterius fuerit, conve-

nientem, præ se ferre facile judicabunt. Cujusmodi sunt *φιλοπροσήγορος* et *φιλοπροσηγορία*. Neque tamen hoc ita dico quasi *κίβδηλα* aut *ὑποκίβδηλα* censeri debeant: immo vero non tantum a Græcæ linguæ puritate ea haud abhorrere, sed ei multum quoque ornamenti afferre existimo: utpote quæ (de compositis autem potissimum loquor) docta et magno judicio prædita audacia ab Isocratis posteris excogitata fuerint. Hanc autem audaciam e sæculo in sæculum magis ac magis crevisse fateor: sed simul etiam judicium, quod ad hanc requirebatur, magis ac magis, quo longius ab antiquitate recedebatur, decrevisse dico. Libuit autem hasce meas circa sermonem hujus scriptoris observationes in exemplum etiam proponere examinis sermonis aliorum quorundam scriptorum: quum ex tali examine aliæ tales controversiæ tolli possint. Verum, ut ad Wolfium redeam, quum is genus id orationis in hoc esse opusculo contendat, quod a reliquis Atheniensis Isocratis scriptis (dicit autem, a reliquis, tanquam non dubitans quin et hoc sit ejusdem Isocratis) minime abhorreat: idemque de præceptionibus dicat: illud quidem prius satis me refutasse fateberis, ut spero: ad præceptiones autem quod attinet, sicut plurimas esse Isocrate dignas non inficior, ita nonnullas de rebus levioribus esse puto quam ut ejus gravitati convenire dici possint: quasdam etiam quæ ejus sæculo fortasse minus accommodatæ fuisse aut minus necessariæ videri queant. Scio tamen alioqui duos proxime sequentes libellos auctoritatem huic dare videri posse: verum de illorum quoque auctore aliquid dubitationis mihi subortum esse in proxime sequente Diatribe docebo.

(3.) Nunc, tanquam ex abundanti (siquidem satis validis usus videor argumentis ad probandum quod dixi), auctoritate Harpocrationis primum, deinde et Dionysii Halicarnassei nitar. Ille igitur exponens *ἐπακτὸς ὅρκος*, Lysiam, necnon Isocratem Apolloniaten *ἐν ταῖς πρὸς Δημόνικον παραινέσεσι*, his usum esse verbis scribit. Exstant autem hæc §. *δ'*. ante med. Verum huic loco opponere velit fortasse contentiosus aliquis alium ejusdem Harpocrationis, in vocabulo *παράκλησις*: quod postquam poni *ἀντὶ τοῦ προτροπῇ* dixit, subjungit, *Ἰσοκράτης παραινέσεσι*. et ex eo affert ista verba §. *β'*. *διόπερ ἡμεῖς οὐ παράκλησιν εὑρόντες ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες*. Animadvertendum est autem posse hunc locum alteri opponi, quod *Ἰσοκράτης*, ut in cæteris locis, sine adjunctione illa vocabuli *Ἀπολλωνιάτης*, dicatur: ac fatendum vel illic non ab Harpocratione, sed ab alio, qui non itidem illi prisco Isocrati adscribendum hoc opusculum censeret, vocabulum hoc adjunctum, vel hic ab aliquo detractum fuisse. Nisi quod hic, ut illic, adjectum non est, oblivione ipsius Harpocrationis contigisse quis existimare malit. Utrocunque autem se res modo habeat, videmus non animadvertisse Muretum, posse locum hunc alteri opponi: nullam enim hujus mentionem facit.

Neque vero hujus Isocratis Apolloniatæ esse sibi persuadet, sed potius cujusdam alius, qui sodalis Dionysii Halicarnassei et Echecratis fuerit: quem Echecratem Dionysius in suo de arte rhetorica libro compellans (ad eum enim hunc scribit) ita orditur: *Ἰσοκράτης μὲν, ὁ σὸς ἑταῖρος καὶ ἐμὸς, ὦ Ἐχέκρατες, εἴπερ ἄλλο τι, φησὶ χρῆναι προσεῖναι τοῖς σπουδαίοις ἀνθρώποις (ἐν τῇ παραινέσει τῇ πρὸς τὸν Ἱππονίκου), καὶ τὴν φιλοπροσηγορίαν*. Hæc autem scribit Dionysius in ea libri ejus parte cui titulum fecit, *μέθοδος προσφωνηματικῶν*. Observandum est porro obiter aliam quoque esse lectionem, pro *τὸν Ἱππονίκου*, videlicet *τὸν Ἱππόνικον*: sed non dubium est quin *Ἱππονίκου* scribendum sit, ut intelligamus Demonicum, Hipponici filium. Adeo ut nulla de illius nomine, cui dicatus fuerit libellus iste, possit oriri controversia: sicut etiam nulla nasci potest de loco quem Dionysius affert: quum idem locus in omnium oculos statim incurrat, in nostro ad Demonicum opusculo §. *δ'*. *τῷ μὲν τρόπῳ γίνου φιλοπροσήγορος, τῷ δὲ λόγῳ εὐπροσήγορος*. Quinetiam hæc, quæ adjicit Dionysius illis quæ attuli verbis, *ὅπερ ἐστὶ τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας*, sequi illo itidem in loco videmus. Adjicit enim quicunque est libelli auctor: *ἔστι δὲ φιλοπροσηγορίας μὲν, τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας*. Quum ergo nulla de his rebus dubitatio relinquatur, superest tantum ut judicemus utri potius e duobus posterioribus adjudicandus sit hic libellus. Muretus quidem illi Isocrati, cujus mentionem facit Dionysius, adscribendum potius censet (postquam enim illum Dionysii ipse quoque locum proposuit, addit, 'Harpocration tamen quid sit *ἐπακτὸς ὅρκος*, id est, delatum jusjurandum, exponens, Isocratem Apolloniatem ejus de quo agimus libelli auctorem facit: at is veteris illius Isocratis auditor fuit, ut apud Suidam est. Sed magis me ea quæ supra recitavi verba Dionysii movent.'), ac me quoque in hac esse sententia fateor: verum quum nullam ille rationem afferat, ego duas afferri posse existimo. Prior est, verisimile non esse, Dionysium Halicarnasseum, tantum virum, et tam diligentem talium rerum inquisitorem, potuisse hic falli, præsertim quum is quem auctorem libri illius esse scribebat, non solum ætate sua viveret, sed etiam sodalis ejus esset: atque id (eum videlicet esse auctorem) Echecrati, suo discipulo, tanquam rem non solum controversia carentem sed notissimam diceret. Posterior autem ratio est, quia quo longius a vetustissimi Isocratis sæculo abfuit hic Isocrates Dionysii et Echecratis sodalis, eo verisimilius est illud opusculum ab eo scriptum esse: et quidem propter illa quæ in eo animadvertenda esse dixi.

(4.) De Titulo quoque moveri possit controversia, utrum is esse debeat Parænesis, an Paræneses. Ac sicut in præcedente, Dionysium quidem ab una stare parte, Harpocrationem ab altera, vidimus, ita et hic accidere videmus. Dionysius enim *ἐν τῇ παρ-*

αινέσει non *ἐν ταῖς παραινέσεσι*, dicit: Harpocration contra *παραινέσεσι*, non *παραινέσει*, et quidem utroque in loco: nimirum et in *παράκλησις*, ubi simpliciter Isocratem nominat: et in *ἐπακτὸς ὅρκος*, ubi Isocratem Apolloniatem vocat. Quumque hic *ἐν ταῖς πρὸς Δημόνικον παραινέσεσι* legamus, ibi legitur tantum, *Ἰσοκράτης παραινέσεσι*. Ego, quamvis *παραίνεσιν* ferri posse haud negem, ut idem valeat quod *παραινετικὸς λόγος*, tamen vel hoc ipsum *παραινετικὸς λόγος* (ut a quibusdam vocatur, quum fortasse *παραινετικὴ ἐπιστολὴ* aptius appellari posset, ut paulo post dicetur), vel cum Harpocratione *παραινέσεις* titulum ei esse malim.

(5.) Ne de hoc quidem assentiri aliis possum, hoc opusculum pro oratione habendum esse, et orationem ad Demonicum vocari debere. Epistolæ enim potius quam orationis formam præ se fert. Ac titulus qui a veteribus huic opusculo datur, *παραίνεσις*, sive *παραινέσεις*, non minus epistolæ quam orationi convenire potest: ac quamvis vulgo *παραινετικὸς* etiam *λόγος* appelletur, non minus apte *παραινετικὴν ἐπιστολὴν* dici posse constat.

DIATRIBE II.

(1.) Illa etiam duo Opuscula, quorum unum Ad Nicoclem, alterum Nicocles inscribitur, suspecta quibusdam fuisse, tanquam nomen auctoris mentientia. (2.) Illa quoque Opuscula, sive illos Libellos, magis apte fortasse vocari posse Epistolas: præsertimque priori videri magis convenire nomen Epistolæ.

(1.) Magis mirum posse multis videri scio quod nunc de aliis duobus opusculis dicam, quæ illud ad Demonicum proxime sequuntur: suspecta videlicet fuisse et ipsa tanquam nomen auctoris mentientia. Movisse autem illos existimo cum alia, quæ non minus adversus hos libellos quam primum illum objici possent (et hoc quidem nominatim, convenientius fuisse illi, de optimo reipubl. statu, quam de regno optime administrando, præcepta tradere: ac facilius illic quam hic præceptiones ejus fidem a lectoribus impetrare potuisse, quod illic multo magis quam hic ducem habere experientiam posset), tum vero quod a multis Græcis scriptoribus qui aliorum hujus Isocratis librorum mentionem faciunt, nullam hujus fieri viderent. Ego vero, quod ad priorem illam objectionem attinet, parvi eam esse ponderis existimo præ hac quæ afferri posset: homini et in democratia nato, et democratiam mirifice laudare solito, non solum indecens sed vix etiam fas esse tantis monarchiam laudibus extollere, easque literarum monumentis mandare. Quinetiam majoris ista objectio ponderis esset, ponderis (ut opinor) esset, quod orationis quæ Nicocles vocatur repugnantia quædam loquantur iis

quæ in Areopagitica leguntur. nam ibi scribit §. *κδ'. καὶ Λακεδαιμονίους διὰ τοῦτο κάλλιστα πολιτευομένους, ὅτι μάλιστα δημοκρατούμενοι τυγχάνουσιν.* at vero in Nicocle hæc legimus §. *ϛ'. ἔτι δὲ Καρχηδονίους καὶ Λακεδαιμονίους, τοὺς ἄριστα τῶν Ἑλλήνων πολιτευομένους, οἴκοι μὲν ὀλιγαρχουμένους, παρὰ δὲ τὸν πόλεμον βασιλευομένους.* Quis unquam magis sibi repugnantia scripsisse dici potest, si ab unius ejusdemque calamo profectus est uterque locus? Frivolum autem (ne dicam ridiculum) hic esset, allegare quod in Nicocle legitur, ex Isocrate jam auditum esse quomodo administrandum regnum esset. Quid enim obstaret quominus responderetur, unum e cæteris duobus, quorum facta est mentio, aut etiam unum e tribus aliis fuisse illum Isocratem. Nam alii quidem duo ad notitiam nostram pervenerunt: verum fieri potest ut tertius aliquis atque adeo et quartus quispiam nos lateat. Ego tamen hanc quæstionem in medio relinquens, hoc tantum dico, eandem et in Evagoræ encomio quam in illis duobus libellis hærere videri suspicionem (quod tamen opusculum ab Harpocratione illi primo Isocrati non uno in loco adscribitur): præsertim quum hoc Nicocli filio dicatum sit, et in ipso limine ab illo compelletur. Meminit porro idem Harpocration, in *Ἑρμαῖ*, cujusdam orationis Antiphontis *πρὸς Νικοκλέα*: quicunque hic fuerit.

(2.) Addam vero et hoc, illa opuscula, a quocunque scripta sint (illam enim quæstionem, uti dixi, in medio relinquo), magis apte, meo quidem judicio, epistolas, quam orationes, vocatum iri: præsertimque priori magis convenire nomen epistolæ videri: sicut et illi ad Demonicum libello convenientius esse judicavi. Nec vero movere hoc quenquam debet, quod in Nicocle legimus §. *δ'. τὸν μὲν οὖν πρότερον λόγον, ὡς χρὴ τυραννεῖν, Ἰσοκράτους ἠκούσατε· τὸν δ' ἐχόμενον, ἃ δεῖ ποιεῖν τοὺς ἀρχομένους, ἐγὼ πειράσομαι διελθεῖν.* Neque enim hic *λόγον* necesse est orationem interpretari, ea quidem significatione qua Isocratis orationes vocamus, et aliorum qui oratores appellantur: sed late accipere possumus, ita ut is etiam, qui in sua epistola de re aliqua disserit, de ea *λόγον ποιεῖσθαι* dici queat.

DIATRIBE III.

(1.) De Orationum Isocratis in certas classes distributione. (2.) De diversis Titulis seu Inscriptionibus quarundam.

(1.) Quam hic vides orationum Isocratis in certas classes distributionem, licet tres illæ editiones, Aldina, Romana, Mediolanensis, non haberent, sed eam Hieronymus Wolfius introduxerit, sequen-

dam tamen putavi: nec dubito quin meum in sequenda ea consilium sis probaturus, quum hæc novitas non solum nihil incommodi sed etiam commodi aliquid ad harum lectionem afferat. Sed et vocabulum συμμορία quo usus est (quasi quis *decuriam* Latine dicat, ut Bud. interpretatur) retinui: etiamsi τάγμα paulo magis placeret. Sed quum ille scripsisset: Ἡ πρώτη συμμορία, παραινετικὴ οὖσα· et in Latina interpretatione: *Prima classis admonitionum.* malui ita inscribere: Τῶν Ἰσοκράτους λόγων συμμορία πρώτη, τοὺς παραινετικοὺς λόγους περιέχουσα. Eandemque in cæteris classibus formam tituli secutus sum. Hanc autem in certas classes distributionem non solum nihil incommodi sed etiam aliquid commodi (ut modo dixi) et quidem multum commodi attulisse animadvertes, si cum præcedentibus editionibus conferas, ubi Nicoclem sequitur Evagoræ encomium: et hoc alia duo: quum ille multo aptius Nicocli, tertiæ orationi paræneticæ, classem earum, quas suasorias vocat, subjunxerit. Sed quum ibi sit hic titulus: Ἡ δευτέρα συμμορία συμβουλευτική· et in Interpretatione: *Secunda classis suasionum.* malui, eandem quam in prima classe formam sequens, scribere: Τῶν Ἰσοκρ. λ. συμμ. δευτ. τοὺς συμβουλ. περιέχουσα. Præsertim vero Latinum titulum mutare necesse fuit, propter ambiguitatem. Qui enim audit, *Secunda classis suasionum,* unicam suasionum classem esse non putat. Adeo ut saltem addendum foret, *quæ est,* hoc modo: *Secunda classis, quæ est suasionum.* Ego igitur ita: *Classis secunda, orationes suasorias complectens.* Quod si quis tamen una eademque classe comprehendendas fuisse has orationes, qua et tres præcedentes, dicat, non valde repugnabo: etiamsi illæ (præsertimque duæ priores) aliam quandam formam habeant, utpote in quasdam velut particulas sectæ, ut fieri ab iis solet qui præcepta tradunt: et ita denique scriptæ ut epistolæ potius quam orationes vocandæ videantur. Tertiæ classi quum titulus hic datus esset: Ἡ τρίτη συμμορία ἐγκωμιαστική· et in Latina interpretatione: *Tertia classis exornationum* (ubi eadem quæ in præcedente est ambiguitas). ego mihi permisi ita inscribere: Συμμορία τρίτη, τοὺς ἐπιδεικτικοὺς ἢ ἐγκωμιαστικοὺς λόγους περιέχουσα· in Latina autem interpretatione: *Classis tertia, orationes complectens quæ sunt generis demonstrativi sive encomiastici, id est, quo encomia scribuntur.* Ideo autem ἐπιδεικτικοὺς præposui, quod mihi latius quam altera vox patere videatur. Quamvis autem *generis demonstrativi* dixerim, fateor assentiri me non posse iis qui ἐπιδεικτικὸν εἶδος, *demonstrativum genus,* itidemque ἐπιδεικτικοὺς λόγους vocant *demonstrativas orationes* (etiamsi quorundam veterum scriptorum auctoritate niti se dicant), quum istud verbale hoc in loco eam sequatur verbi ἐπιδείκνυσθαι significationem, qua de iis dicitur qui aliquod scriptum ad se ostentandos edunt: ideoque ἐπιδεικτικοὶ λόγοι (qui et πρὸς τὰς ἐπιδείξεις

γεγραμμένοι ab Isocrate dicuntur) sonet *orationes ad ostentationem comparatæ,* aut uno verbo *ostentatoriæ.* Quamvis autem ἐπιδεικτικὸν γένος tantum et ἐγκωμιαστικὸν dixerim, scio tamen esse qui ἐπαινετικὸν etiam ac πανηγυρικὸν vocari existiment: sed illud ἐπαινετικὸν minus quam ἐγκωμιαστικὸν est significans: at illud πανηγυρικὸν ad certas quasdam orationes restringitur, tales qualis hujus ipsius Isocratis est ea quæ πανηγυρικὸς λογός appellatur: sicut et qui παναθηναϊκὸς dicitur, hoc poni in numero potest. Quarta classis ab eo inscripta fuit: Ἡ τρίτη συμμορία δικανική· Latine uno quidem in loco: *Quarta, classis forensium orationum:* at in altero: *Quarta classis judiciorum.* Agnoscis autem utrobique eandem illam cujus antea mentionem feci amphiboliam. Sed eum *judicialium orationum* potius quam *judiciorum* dicere debuisse, existimo. Atque hæc sunt de quibus te, quod attinet ad harum orationum in certas classes distributionem, monendum putavi. De nonnullis autem quæ privatim ad quasdam orationes spectant, a me in sequentibus moneberis: si tamen prius de auctore orationis ad Demonicum verba fecero.

(2.) Ad Titulos diversos unius ejusdemque orationis nunc veniens, a Parænesi ad Demonicum initium sumam (quam tamen vocandam epistolam potius quam orationem mihi videri dixi) sed ita ut ad ea quæ Diatribe prima de aliis duobus ejus titulis scripsi, lectorem remittam. Secundo opusculo post hæc verba: ΠΡΟΣ ΝΙΚΟΚΛΕΑ· in quibusdam exempl. subjungitur: περὶ τοῦ βασιλεύειν· in aliis: περὶ βασιλείας. Sed in Nicocle §. δ'. legimus: Τὸν μὲν οὖν ἕτερον λόγον, ὡς χρὴ τυραννεῖν Ἰσοκράτους ἠκούσατε. ubi non dubito quin ὡς positum sit pro πῶς (ut ὧν pro τίνων in opusc. ad Demonicum), τυραννεῖν autem in bonam partem dictum esse constat pro βασιλεύειν. Quamobrem suspicari quis possit scriptum illic fuisse non περὶ τοῦ βασιλεύειν, sed περὶ τοῦ πῶς χρὴ βασιλεύειν, aut etiam brevius πῶς χρὴ βασιλεύειν. Alterum autem ad titulum quod attinet, περὶ βασιλείας, suspectum quidem esse mihi, dicere vix ausim: sed hoc saltem dicam, perinde videri intelligendum ac si scriptum esset περὶ τῆς ἀγαθῆς βασιλείας, aut etiam περὶ τῆς ἀρίστης βασιλείας. Opusculo quod proxime sequitur hoc, ac veluti copulatum huic est, titulus est ΝΙΚΟΚΛΗΣ: in quibusdam vero libris ei adjectum est ἢ συμβουλευτικός. Cujus epigraphes mentio fit et hac in editione his verbis: ἐπιγράφεται δὲ ὅμως οὐ μόνον Νικοκλῆς ἀλλὰ καὶ συμβουλευτικός. Sed hic titulus minime mihi placet, quum τοῦ συμβουλευτικοῦ λόγου appellatio tam late pateat, ut non minus convenire præcedenti potuerit. Ex eo autem ipso quem paulo ante ex §. δ'. attuli loco titulum elicere aptissimum quis possit istum, περὶ τοῦ, τίνα δεῖ ποιεῖν τοὺς ἀρχομένους. Nam post allata inde verba sequitur, τὸν δ' ἐχόμενον (subaudi λόγον) ἃ δεῖ ποιεῖν τοὺς ἀρχομένους, ἐγὼ πειράσομαι διελθεῖν. Ac valde profecto rationi

hoc consentaneum est, ut postquam expositum est quæ sint regis partes, exponatur etiam quæ sint eorum quos sua in ditione habet. Fateor alioqui dubitare me an hujus libelli auctor locuturus ita fuerit: *περὶ τοῦ, τίνα δεῖ ποιεῖν τοὺς ἀρχομένους*. et annon potius dicturus: *περὶ τῶν ποιητέων τοῖς ἀρχομένοις*. aut etiam: *περὶ τῶν καθηκόντων τοῖς ἀρχομένοις*. Interpres a Stobæo orationem hanc *Κύπριον λόγον* appellari etiam scribit; atque addit, mirum non futurum eandem et *Σαλαμίνιον* inscribi: sed hi tituli dantur orationi quem *Εὐαγόρου ἐγκώμιον* vocatur, ut ibi docebo. Sequitur oratio quæ PANEGYRICA inscripta est (quum ante illam de qua dixi orationum Isocratis in certas classes distributionem sequeretur Evagoræ encomium), eam alio nomine quam *πανηγυρικὸν* (subaudiendo *λόγον*) ne ab Harpocratione quidem nominatam invenio. Ita enim passim, *Ἰσοκράτης πανηγυρικῷ*. AD PHILIPPUM scripta oratio, non solum *πρὸς Φίλιππον λόγος*, sed etiam *Φιλιππικὸς* sine adjectione hujus substantivi, sæpe nominatur: et, quidem ab Harpocratione, scribente passim: *Ἰσοκράτης Φιλιππικῷ*. Alicubi tamen, et *Φιλίππῳ* scriptum invenitur: ut in *ἀναιρεθεὶς*, post quam exposuit *ἀναληφθεὶς καὶ στραφεὶς* (verum minime dubium est quin mutandum sit in *τραφεὶς*), subjungit: *παρ' Ἰσοκράτει Φιλίππῳ*. Exstat autem hoc participium §. *κζ'*. Atque ut ibi legimus *Φιλίππῳ* apud Harpocrationem, sic et in *ἀπαριθμῶν*. Dionysius Halicarnasseus, de hac ipsa oratione loquens (nisi et epistola vocari potest, aut etiam debet: eo tamen excepto quod epistolæ *μέτρον* excedere videri queat), dicit: *ἃ πρὸς Φίλιππον αὐτῷ τὸν Μακεδόνα γέγραπται*. Quemadmodum autem hanc orationem vocari etiam *τὸν Φιλιππικὸν λόγον* dixi, ita et orationes Demosthenis *Φιλιππικοὶ λόγοι* vocatæ fuerunt: sed hæ *κατὰ Φιλίππου* dicendæ sunt (Dionysius autem et *τὰς κατὰ Φιλίππου δημηγορίας* appellat), quum ista Isocratis inscribatur *πρὸς Φίλιππον*. Ac merito quidem, quum sit consilium ei dantis: ideoque recte inter *τοὺς συμβουλευτικοὺς λόγους* hic ponatur. Nam ipsemet Isocrates se *συμβουλεύειν* dicit, paucis argumentum hujus orationis ita complectens §. *ϛ'*. *μέλλω γὰρ σοὶ συμβουλεύειν, προστῆναι τῆς τε τῶν Ἑλλήνων ὁμονοίας καὶ τῆς ἐπὶ τοὺς βαρβάρους στρατείας*. Excipit illam ad Philippum orationem ea quæ ΑΡΧΙΔΑΜΟΣ vocatur. Inscripta autem fuit et *Πρὸς Λακεδαιμονίους λόγος*: et quidem Dionysium Halicarnasseum ita vocantem audimus ubi ejus argumentum proponit: *μάλιστα δ' ἐν τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους γραφέντι λόγῳ* inquit. Sunt vero qui et *Λακεδαιμόνιον λόγον* nomen ei fuisse scribant: quem tamen titulum (qui brevitatis, ut verisimile est, studio excogitatus fuit) minus probo. Ab Harpocratione passim *Ἀρχίδαμος* appellatur: alicubi tamen et *Ὁ περὶ Ἀρχιδάμου λόγος* appellatur. ut in nomine *Πεδάριτος*. scribit enim: *Πεδάριτος. Ἰσοκράτης· ἐν τῷ περὶ Ἀρχιδάμου λόγῳ τῶν ἐκ Λακεδαι-*

μονος ἐκπεμφθέντων. ἔστιν οὗτος ἁρμοστὴς ἀνήρ. sed expungenda est stigme post *ἐκπεμφθέντων*. Sunt porro qui Archidamum inscriptam fuisse hanc orationem dicant, quod vel habita fuerit vel haberi potuerit ab Archidamo apud Lacedæmonios. Quarum rationum posterior quidem mihi probatur: at prior dicere quod minime verisimile sit videtur. A Philostrato Archidamus nominatur: qui hoc insigni eulogio eam ornat: *ἄριστα τῶν Ἰσοκράτους φροντισμάτων ὁ Ἀρχίδαμος ξύγκειται* &c. AREOPAGITICA ORATIO aliud nomen (quod sciam) non habet: sed tantum *Ἀρειοπαγιτικὸς λόγος* a Græcis itidem vocatur. Interpres senatoriam sive censoriam, aut de corrigenda et ordinanda republica, dici posse existimat. Scopus enim ejus, et summa est: *ὅτι δεῖ τὴν ὀχλοκρατίαν καὶ ἀναρχίαν ἀνελόντας μεταλαμβάνειν δημοκρατίαν*. Existimatur autem vocata fuisse Areopagitica hæc oratio, quod ab Isocrate in ipso Areopago habita fuerit: sed fieri etiam potest (meo quidem judicio) ut a dignitate et præstantia nomen hoc consecuta sit: tanquam digna quæ vel in medio Areopago haberetur. Sic de oratione quæ Archidamus inscribitur, creditum est a quibusdam, sic esse dictam quod Archidamo conveniens esset, ac digna quæ ab eo apud Lacedæmonios haberetur. Subjungitur orationi Areopagiticæ oratio de pace, inscripta Ο ΠΕΡΙ ΕΙΡΗΝΗΣ ΛΟΓΟΣ, vel Ο ΣΥΜΜΑΧΙΚΟΣ (id est, *socialis*), et quidem ab Aristotele hoc nomine vocatur. Unde autem nomen hoc illi datum sit, ex argumento Dionysii Halicarnassei intelligi potest. In quibusdam libris veteribus his verbis *Περὶ εἰρήνης* adjectum est *συμβουλευτικός*. Alicubi autem et *τὸν εἰρηνικὸν λόγον* nominatim inveni. Oratio inscripta EVAGORÆ ENCOMIUM, alicubi et EVAGORAS simpliciter vocatur, ut videre est apud Harpocrationem. Habet vero et alia nomina. nam *Σαλαμίνιος* etiam *λόγος*, et *Κύπριος*, et *Ἐπιτάφιος* appellatur: ut etiam interpres annotat. Mirum est vero eum scripsisse eadem illa nomina duo, *Σαλαμίνιος* et *Κύπριος*, dari orationi quæ Nicocles appellatur: ac vereor ne memoriæ lapsu factum hoc sit. At huic orationi quæ Evagoras vel Evagoræ Encomium dicitur, posse convenire, ex ejus argumento, necnon ex iis quæ in ipsa oratione scribuntur, disci potest. Sicut quidam ex Evagoræ Encomio aliquid afferentes, citabant interdum Isocratem in Evagora, brevitatis gratia, sic etiam Isocratem in Helena, pro illis verbis, in Helenæ Encomio. Itidemque et in sequente Encomio Busiridis mos fuit ut Isocrates in Busiride, pro illis verbis, Isocrates in Busiridis Encomio, citaretur. PANATHENAICA ORATIO vocatur ista, nulloque alio, ut opinor, nomine: sed quum interpres in dubio relinquat, an ita vocata sit ex eo quod in festo cui nomen Panathenæa habita est, an vero quod *πάντα τὰ Ἀθηναίων κατορθώματα καταλέγει*: non dubium est quin priori illi etymo assentiendum sit potius, et

quin hoc posterius nimis ridicule (ne dicam ridicula nimis subtilitate) sit excogitatum. Pro his verbis ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΣΟΦΙΣΤΩΝ legitur etiam Εἰς *τοὺς σοφιστάς*: sed Κατὰ *τῶν σοφιστῶν* tutius scribitur. In reliquis orationibus aut nulla aut rara est tituli diversitas: sed quod attinet ad orationem illam quæ hic ΠΡΟΣ ΕΥΘΥΝΟΥΝ inscribitur, animadvertendum est id de quo lector monitus a me ibi fuit: ne ejus titulus esse vocabulum ΑΜΑΡΤΥΡΟΣ existimetur, ut in quibusdam editionibus pro titulo positum fuit: unde manavit et in hanc editionem eadem vox, ac super posita fuit, tanquam titulus unicuique paginæ: quum alioqui ipsi orationis principio verus præfixus fuisset, ΠΡΟΣ ΕΥΘΥΝΟΥΝ. Nisi quis malit ΥΠΕΡ ΝΙΚΙΟΥ ΠΡΟΣ ΕΥΘΥΝΟΥΝ. Quod autem ad illam vocem Ἀμάρτυρος attinet, hinc contigisse puto ut pro epigraphe hujus orationis sit habita: quod in quibusdam exemplaribus scriptum sit: ΥΠΕΡ ΝΙΚΙΟΥ Η ΑΜΑΡΤΥΡΟΣ. aliquis autem illud Η acceperit pro Ἡ, id est *vel*, quum esset accipiendum pro articulo præpositivo Ἡ.

DIATRIBE IV.

(1.) De multis quæ Dionysius Halicarnassens apud Isocratem summopere laudat. (2.) De nonnullis quæ idem apud eundem reprehendit. (3.) De quibusdam ad Vitam ejus pertinentibus, a Dionysio Halicarnasseo prætermissis.

(1.) Dionysius Halicarnasseus multa apud Isocratem (et merito quidem) summopere laudat: sed ita ut nec quæ reprehendat, desint. Verum laudatio (de qua prius dicam) multo latius patet. nam haud tantum ejus doctrinam et eloquentiam sed mores etiam laudat: ad reprehensionem autem quod attinet, ea non circa aliud quam nescio quam ejus in suo dicendi genere *κακοήθειαν* (utar enim hoc verbo, quoniam maxime convenire videtur ei quod ille exprimere velle videtur. etiamsi eo minime usus sit) versatur: ut ex altera parte hujus Diatribes patebit. Quum autem non solum in ejus vita sed aliis plerisque locis ejus eloquentiam laudet, eum quem mihi memoria suggeret ordinem sequar. Legimus igitur in Isæo de hoc oratore: *ἐνθυμούμενος δὲ ὅτι τὴν μὲν ποιητικὴν κατασκευὴν καὶ τὸ μετέωρον δὴ τοῦτο καὶ πομπικὸν εἰρημένον οὐδεὶς Ἰσοκράτους ἀμείνων ἐγένετο, παρέλιπον ἑκὼν οὓς ᾔδειν ἧττον ἐν ταῖς ἰδέαις ταύταις κατορθοῦντας.* Mirari autem quis possit hunc quem primum (non tamen habita ordinis ratione, sed prout memoria suggessit, sicut modo dicebam) propono locum: idque duabus de causis. Una est, quod hæc poetica structura (ita enim *κατασκευὴν*

quam compositionem interpretari malim: alioqui nec elocutionem dicere dubitaturus) minus in Isocrate quam in quibusdam aliis exstare videatur: altera, quod eam contra in Platone reprehendat, in sua ad Cn. Pompeium epistola, qua illi respondens, suam de Platonis elocutione (quam ille ab eo reprehensam conquerebatur) sententiam profert: *Reprehendo autem* (inquit) *Platonem, non tanquam unum quempiam e multis, sed tanquam virum magnum et qui non longe a natura divina abfuerit, quod illum poeticæ structuræ tumorem in sermones philosophicos invexerit, Gorgiam æmulatus.* Ejus verba sunt: *ἐπιτιμῶ τε οὐχ ὡς τῶν τυχόντων τῳ, ἀλλ' ὡς ἀνδρὶ μεγάλῳ καὶ ἐγγὺς τῆς θείας ἐληλυθότι φύσεως, ὅτι τὸν ὄγκον τῆς ποιητικῆς κατασκευῆς ἐπὶ λόγοις ἤγαγε φιλοσόφους, ζηλώσας τοὺς περὶ Γοργίαν.* Est autem valde notandum illud *οὐχ ὡς τῶν τυχόντων τῳ*, ac si diceret, *si quis e scriptorum vulgo*, seu *e vulgaribus scriptoribus* (vel *si quis e magno scriptorum grege*, aut *e gregariis scriptoribus*, si fas sit ita loqui), hoc peccasset, mereri veniam videri posset. Illud autem *ὄγκον* malui *tumorem* (quod proprie sonat), quam *fastum* (ut quidam), interpretari: respiciens ad tumidi epithetum, quod Antimacho dabatur. Et hæc quidem Dionysius: verum aliquis pro illo respondere poterit, idcirco reprehendi ab eo Platonem, quod hac in re modum sicut Isocrates, et quidam alii, minime tenuerit. Atque hoc ex iis quæ proxime sequuntur apparet: *ὥςτε καὶ διθυράμβοις τινὰ ποιεῖν ἐοικότα.* Ut autem illas nostri Isocratis laudes ex Dionysio persequar, animadvertendum est, eum alibi, videlicet in libello Περὶ *συνθέσεως ὀνομάτων*, illius stylo *μεγαλοπρέπειαν* tribuere: quæ appellatio cum præcedentibus optime convenit. Ad ornatum autem orationis ejus quod attinet, vel potius ornamenta varia, non potuit suam de illis mentem nobis aptius aperire, quam ea qua utitur comparatione in libello Περὶ *τῆς Δημοσθένους δεινότητος.* Ibi enim nostri Isocratis, sicut et Platonis, compositionem seu elocutionem cælatis et tornatis operibus comparat. Ejus verba sunt: *ὁρῶν γε δὴ τοὺς θαυμαζομένους ἐπὶ σοφίᾳ καὶ κρατίστων λόγων ποιητὰς νομιζομένους, Ἰσοκράτην καὶ Πλάτωνα, γλυπτοῖς καὶ τορευτοῖς ἐοικότας ἐκφέροντας λόγους.* Eodem vero et alibi hos duos scriptores eulogio ornat, nimirum in libro Περὶ *συνθέσεως ὀνομάτων.* nam ibi quoque scribit: *ἄλλως τε καὶ τῶν τότε ἀνθρώπων οὐ γραπτοῖς ἀλλὰ γλυπτοῖς καὶ τορευτοῖς ἐοικότας ἐκφερόντων λόγους.* Quibus subjungit: *λέγω δὲ Ἰσοκράτους καὶ Πλάτωνος τῶν σοφιστῶν.* Ubi observa obiter, vocari *σοφιστὰς* eos quos altero in loco *ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένους* dixit. Ad illam autem *σοφίαν* (de Isocrate nunc peculiariter loquor) referendæ sunt laudes illæ quas idem ejus orationibus tribuit, non jam ad elocutionem, qua utitur, sed ad ea quæ ab eo dicuntur, respiciens. Nam de consilio quod ille in Archidamo dat Lacedæmoniis, lo-

quens, scribit: *Hæc enim non Lacedæmoniis solum* (puto enim οὐ Λακεδαιμονίοις μόνον eum scripsisse), *sed aliis quoque Græcis, atque adeo omnibus hominibus, suadere illum dixerim, multo melius quam omnes philosophos, qui virtutem et honestatem finem vitæ constituunt.* Qui locus mihi in memoriam revocat illum Horatii de Homero,

> "Qui, quid sit pulcrum, quid turpe, quid utile, quid non,
> Plenius ac melius Chrysippo et Crantore dicit."

Ac omnino certe similis est quæ illic Isocrati a Dionysio laus tribuitur. Inter alios autem locos quibus illius orationes mirifice commendat, non (uti dixi) ad ipsam elocutionem, verum ad ea quæ ab illo dicuntur, respiciens, præcipuus esse videtur, ubi Isocratem et Lysiam inter se comparans, postquam scripsit: τά τε ἄλλα ὅσα περὶ τὴν πραγματικὴν οἰκονομίαν ἐστὶν ἀγαθὰ, πολλῷ μείζονα ἐστὶ παρ' Ἰσοκράτει καὶ κρείττονα, subjungit ista, in quibus videtur aliqua ex parte ipsis Isocratis verbis insistere. Hæc enim sunt quæ subjungit: μάλιστα δ' ἡ προαίρεσις ἡ τῶν λόγων περὶ οὓς ἐσπούδαζε, καὶ τῶν ὑποθέσεων τὸ κάλλος, ἐν αἷς ἐποιεῖτο τὰς διατριβάς (nam illud προαίρεσις et hoc διατριβὰς ex ipso mutuari videtur, ut in sequentibus ostendam)· ἐξ ὧν οὐ λέγειν δεινοὺς μόνον ἀπεργάσαιτ' ἂν τοὺς προσέχοντας αὐτῷ τὸν νοῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἤθη σπουδαίους, οἴκῳ τε καὶ πόλει καὶ ὅλῃ τῇ Ἑλλάδι χρησίμους. κράτιστα γὰρ δὴ παιδεύματα πρὸς ἀρετὴν ἐν τοῖς Ἰσοκράτους ἐστὶν εὑρεῖν λόγοις. Sequentia autem, quæ eodem pertinent, ibi videnda tibi relinquo. Sed quod dixi, eum initio hujus sermonis ipsis Isocratis verbis aliqua ex parte videri insistere, a me dictum scias velim, propter illa verba: μάλιστα δ' ἡ προαίρεσις ἡ τῶν λόγων περὶ οὓς ἐσπούδαζε, nec non illa: ἐν αἷς ἐποιεῖτο τὰς διατριβάς. Legimus enim apud ipsum Isocratem Panath. §. δ'. πλὴν ὅτι περὶ τὴν φιλοσοφίαν ἣν προειλόμην, ἀτυχίαι τινὲς μοὶ καὶ συκοφαντίαι γεγόνασι. Atque ut hic dicit προειλόμην, ita προαιρούμενος, de re eadem, in loco qui hunc parvo intervallo præcedit: τοὺς δὲ εἰδέναι ποιήσω περὶ ἃ προαιρούμενος τυγχάνω διατρίβειν. Neque enim dubito quin hic eadem de re loquatur, de qua et in illo altero loco: ubi suæ philosophiæ, id est ejus quam προείλετο, mentionem facit. De qua philosophia in Diatribe quinta dicturus sum: alia etiam multa quæ ex Dionysio iis quæ attuli adjici possent, apud eum videnda tibi relinquens, ac præcipua tibi proposuisse contentus.

(2.) Ad partem alteram hujus Diatribes accedo, in qua me de iis quæ Dionysius Halicarnasseus in Isocrate reprehendit, dicturum promisi. Is igitur in hujus oratoris vita, figuras quasdam apud eum ita crebras esse scribit (cujusmodi sunt paromœoses, et parisoses, et antitheta) ut reliquæ structuræ orationis incommodent, et auribus fastidium pariant. Ejus verba sunt: αἵ τε παρομοιώσεις καὶ παρισώσεις καὶ τὰ ἀντίθετα, καὶ πᾶς ὁ τῶν τοιούτων σχημάτων κόσμος, πολύς ἐστι παρ' αὐτῷ καὶ λυπεῖ πολλάκις τὴν ἄλλην κατασκευὴν, προσιστάμενος ταῖς ἀκοαῖς. Et in iis quæ parvo intervallo præcedunt, dixerat, orationes ejus esse tales ut concertationes cujusmodi sunt in conventibus populi et in judiciis, non ferant. Idem alibi de eo loquens: τῆς μέντοι ἀγωγῆς τῶν περιόδων τὸ κύκλιον καὶ τῶν σχηματισμῶν τῆς λέξεως τὸ μειρακιῶδες οὐκ ἐδοκίμαζον. Quinetiam mentionem paulo post facit cujusdam Philonici dialectici, qui diceret, eum quum alioqui reliquam orationis ejus structuram (seu compositionem) probet, hoc novitatis studium reprehendere (nisi quis non καινότητος, sed κενότητος, malit legere) et similem pictori esse adderet, qui iisdem vestibus ac gestibus picturas omnes ornaret. Omnes enim (aiebat) ejus orationes eosdem tropos habere comperiebam. Atque his subjungit Hieronymi philosophi de eo dictum super iisdem orationibus, belle quidem eas posse legi, sed non etiam in concione posse ita ut decet pronuntiari. Et aliquanto post, mentionem iterum facit earum nominatim figurarum quarum et antea fecerat, videlicet antithesεων, parisosεων et paromœosεων. Quibus subjungit, se tamen illa figurarum genera non carpere (quum multi et historici et oratores iis usi sint, orationem tanquam flosculis ornare volentes), sed nimium earum usum. Tandemque ad exempla veniens, ea ex Panegyrico (quem τὸν περιβόητον λόγον appellat, id est, celeberrimam illam orationem) depromit, et ab hoc loco incipiens: πλείστων μὲν οὖν ἀγαθῶν αἰτίους καὶ μεγίστων ἐπαίνων ἀξίους ἡγοῦμαι. hic non tantum membrum unum orationis alteri respondere scribit (sive æquale esse; dicit enim: οὐ μόνον τῷ κώλῳ τὸ κῶλον ἴσον), sed etiam vocabula vocabulis, videlicet μεγίστων illi πλείστων, et ἐπαίνων illi ἀγαθῶν, et ἀξίους illi αἰτίους. Atque hanc periodum subjungens: οὐδὲ ἀπέλαυον μὲν ὡς ἰδίων, ἠμέλουν δὲ ἀλλοτρίων· ait, non solum membrum sequens esse πάρισον ei quod præcedit: sed etiam bis uti hic antithetis: quum ἠμέλουν sit antithetum illi ἀπέλαυον: at ἀλλοτρίων antithetum sit præcedenti ἰδίων. Sequitur apud eum: ἀλλ' ἐκήδοντο μὲν ὡς οἰκείων, ἀπείχοντο δὲ ὥσπερ χρὴ τῶν μηδὲν προσηκόντων. Atque hic rursus hoc ἀπείχοντο opponi ait illi ἐκήδοντο et hæc μηδὲν προσηκόντων illi οἰκείων. Ac ne his quidem (inquit) contentus est: sed in ea quæ sequitur periodo, rursus hæc verba: καὶ τοῖς παισὶ μεγάλην δόξαν καταλείψειν· ex adverso posita sunt illorum (vel ex adverso illis respondent), αὐτός τε μέλλοι μάλιστα εὐδοκιμήσειν. Itidemque ex adverso horum, οὐδὲ τὰς θρασύτητας τὰς ἀλλήλων ἐζήλουν, posita sunt ista quæ subjunguntur: οὐδὲ τὰς τόλμας τὰς καθ' ἑαυτῶν ἤσκουν. Atque hæc parvo intervallo apud eum sequi ait: ἀλλὰ δεινότερον μὲν ἐνόμιζον

εἶναι κακῶς ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἀκούειν, ἢ καλῶς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθνήσκειν. ubi *καλῶς* et *κακῶς* sibi respondent, *ἀκούειν* autem et *ἀποθνήσκειν* sunt *πάρισα*. In hujus autem loci interpretatione verbum *ἀντιστρέφειν* nolui reddere (cum quibusdam) inter se converti: ne quis eum putaret aliud hoc verbo quam parisosin illam velle ostendere. Nam et Fabius eam agnoscit in hoc dicto: "*Quantum possis, in eo semper experire ut prosis:*" vocans tamen *πάρισον*. Nec vero *ἀντιστρέφειν* tantum dicit Dionysius, sed etiam *ἀντίστροφον* esse. Fabius contraposita vocat, libro ix. "In concionibus quidem etiam similiter cadentia quædam et contraposita deprehendas." Idem alibi scribit: "Gratiam dicendi e paribus contrariis acquirere." Quum autem *ἀντίθετα εἶναι* et *ἀντίκεισθαι* dicit Dionysius, ad eam quoque respicit oppositionem qua res rebus opponuntur. Verum, ut longius in illa Dionysiana reprehensione progrediar, subjungit, Isocratem tolerari potuisse, si hic saltem illi affectationi modum posuisset: quod eum non fecisse ostendit. Nam in periodo quæ illam excipit, talem esse: *ὅτι τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν δεήσει πολλῶν γραμμάτων, ἀλλ' ὀλίγων συνθημάτων, καὶ περὶ τῶν κοινῶν καὶ περὶ τῶν ἰδίων ὁμονοήσουσιν.* Ubi esse *πάρισα* dicit hæc duo, *γραμμάτων* et *συνθημάτων*: at vero *πολλῶν* et *ὀλίγων*, *κοινῶν* et *ἰδίων*, esse *ἀντίθετα*. Est autem observandum et hic quod antea dixi, ubi antitheta vocat, ad ipsam quæ in rebus est antithesin respicere. Subjungit Dionysius: *ἔπειθ', ὥςπερ οὐδὲν εἰρηκὼς τοιοῦτον, ἀθρόαις ἐπικλύσει ταῖς παρισώσεσιν.* Respondet autem hoc futurum *ἐπικλύσει* præcedenti *ἀνήσει*: ubi scribit, *ἀλλ' οὐκ ἀνήσει*. Quo etiam in loco video hærere multos (ut de hoc quoque obiter moneam): ita enim scriptus est: *εἰ μέτριος ἦν μέχρι δεῦρο, ἀνεκτὸς, ἀλλ' οὐκ ἀνήσει.* at si interpunctionis sedem mutent, hærere desinent. Sic autem mutanda est illa sedes, ut quæ post *δεῦρο* est, post *ἦν* ponatur: hoc modo, *εἰ μέτριος ἦν, μέχρι δεῦρο ἀνεκτός*. Perinde ac si diceret: Si modum tenere sciret, nequaquam ulterius perrexisset, ac tolerari certe huc usque potuisset. Sed contra *οὐκ ἀνήσει*; quin potius, *ἀθρόαις ἐπικλύσει ταῖς παρισώσεσιν*. Videamus autem illum *ἐπικλυσμόν*. is huic loco subest (si fidem illi habemus): *τὰ τῶν ἄλλων διῴκουν θεραπεύοντες, ἀλλ' οὐχ ὑβρίζοντες τοὺς Ἕλληνας· καὶ στρατηγεῖν οἰόμενοι δεῖν αὐτῶν, ἀλλὰ μὴ τυραννεῖν αὐτῶν· καὶ μᾶλλον ἐπιθυμοῦντες ἡγεμόνες ἢ δεσπόται προσαγορεύεσθαι, καὶ σωτῆρες ἀλλὰ μὴ λυμεῶνες ἀποκαλεῖσθαι· τῷ ποιεῖν εὖ προσαγόμενοι τὰς πόλεις, ἀλλ' οὐ βίᾳ προσκαταστρεφόμενοι· πιστοτέροις μὲν τοῖς λόγοις ἢ νῦν τοῖς ὅρκοις χρώμενοι· ταῖς δὲ συνθήκαις, ὥςπερ ἀνάγκαις, ἐμμένειν ἀξιοῦντες.* Tandemque exclamat: *καὶ τί δεῖ τὰ καθ' ἕκαστα διεξιόντα μηκύνειν; ὀλίγου γὰρ ἅπας ὁ λόγος ὑπὸ τῶν τοιούτων αὐτῷ κεκόμψευται σχημάτων.* Leguntur autem hi omnes loci Panegyrici Isocratis §. *κα'*. *κβ'*. sed quod habemus hic

προσκαταστρεφόμενοι, valde mirum et ineptum etiam visum est, id est, ineptæ cujusdam affectationis: atque adeo magis, quam aliud quidquam eorum quæ a Dionysio reprehenduntur, reprehensione dignum. Inepte enim, vel potius ineptissime, dictum esset *προσκαταστρεφόμενοι* pro *καταστρεφόμενοι*, ut duobus modis conveniret cum *προσαγόμενοι*, id est, ut non modo essent parisa, seu homœoteleuta (etiamsi quidam inter hæc discrimen constituunt), sed etiam ab eadem præpositione utrumque inciperet. Sed mea editio statim ostendit, fidem Dionysio, aut librario cujus manu exscriptus fuit hic ejus liber, minime habendam esse. Nam in ea *καταστρεφόμενοι* legi comperi. De hoc quidem certe ei assentior, ista, quæ alioqui ornamenta orationis essent, et aures mulcerent, contra ob nimiam frequentiam, eas posse offendere. Scimus enim esse ubique verum istud, Ne quid nimis: nec minus vere dici (allegorice etiam loquendo), Mel nimium in fel converti: juxta illum quoque versiculum Græcum:

Καὶ γὰρ τοῦ μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή.

Nec vero Dionysius tantum reprehendit eum hoc nomine, sed Fabius quoque reprehendi ait: Scribit enim: "in compositione adeo diligens, ut cura ejus reprehendatur." Ita ut in dubio nobis hic relinquat, an et ipse sit e numero reprehensorum. Quam nobis augere dubitationem hic ejusdem locus potest: "Magnæ veteribus curæ fuit, gratiam dicendi e paribus contrariis acquirere: Gorgias, in hoc immodicus, copiosus utique prima ætate Isocrates fuit." Neque enim immodicum, sicut et Gorgiam, fuisse scribit, sed tantum copiosum. Et quidem hoc ab eo restringi etiam, observandum est, quum addit, prima ætate. Quod optime convenit cum eo quod scribit Dionysius, orationes ab eo sub vitæ finem scriptas, minus esse *μειρακιώδεις*, utpote perfectam prudentiam a longa ætate adeptas. Fortasse autem illa, *ἧττον εἰσὶ μειρακιώδεις*, verti ex Horatio possent *minus juvenantur*. Cæterum, quamvis ita de Isocrate scribat, fateor tamen, eum, ubi, de junctura loquens, quædam exempla eorum quæ in illa animadvertenda sunt attulit, addere: "Nimiosque non immerito in hac cura putant omnes Isocratem secutos, præcipueque Theopompum." Idem scribit, plures eruditorum aliam esse dicendi rationem, aliam scribendi, putavisse: ac rursus, alios ad componendum optimos, actionibus idoneos non fuisse, ut Isocratem. Unde et Ciceronem dicentem audimus "eum forensi luce caruisse."

(3.) Inter illa autem quæ Dionysius Halicarnasseus ad vitam Isocratis pertinentia omisit, memorabilia sunt quæ de ejus senectute leguntur, cum apud alios, tum vero Ciceronem in libro De Senectute: "Est etiam (inquit) quiete et pure et eleganter actæ

ætatis placida ac lenis senectus. Qualem accepimus Platonis, qui uno et octogesimo anno scribens mortuus est: qualem Isocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto et nonagesimo anno scripsisse dicitur: vixitque quinquennium postea." Nisi potius scribendum est: 'vixisseque quinquennium postea.' Mentionem autem ipsemet Isocr. ætatis suæ facit circa principium hujus libri §. α'. ἡγοῦμαι γὰρ (inquit) οὐχ ἁρμόττειν οὔτε τοῖς ἔτεσι τοῖς ἐννενήκοντα καὶ τέσσαρσιν, ὧν ἐγὼ τυγχάνω γεγονὼς, οὔθ' ὅλως τοῖς ἤδη πολιὰς ἔχουσιν ἐκεῖνον τὸν τρόπον ἔτι λέγειν. Ac mirum est Ciceronem ita loqui: "quarto et nonagesimo anno scripsisse dicitur." quum ipsemet Isocrates de se hoc testetur. Nisi forte Ciceroni hoc in mentem non venisse putandum est. Prætereundum autem non est, eum, quamvis ita de sua ætate locutus hic sit Isocrates, tamen circa finem hujus ipsius orationis dicere se triennio tantum a centum annis abesse. Cæterum, si de senectute Isocratis verba fecisset Dionysius, deque iis quæ tam senex præstitit, mentio facienda simul fuisset ejus quod non semel illi usu venit, ut videlicet delirare putaretur. Legimus enim in oratione ad Philippum §. ζ'. οὕτως ἐξεπλάγησαν μὴ διὰ τὸ γῆρας ἐξέστηκα τοῦ φρονεῖν. Quæ interpres vertit: *Usque adeo veriti sunt ne senio delirarem.* Sed animadvertere debuit esse ellipsin ante particulam μή: ideoque, verbo ἐξεπλάγησαν significationem suam relinquens, ita locum hunc reddere: *Usque adeo obstupefacti sunt, verentes ne præ senio delirarem.* Vel; *ne præ senio mente motus essem.* Quinetiam alibi rei hujus mentionem facit, et quidem verbo magis proprio utens: id est, quod Latino delirare respondet. Locus est in Panathenaico §. θ'. ἄλλως τε ἂν καὶ φανῶ μηδὲ νῦν πω, τηλικοῦτος ὢν, μὴ παραληρῶν. Ubi tamen observandum scripsisse (si locus mendo caret) non ληρῶν, sed παραληρῶν. In quo aliquis fortasse vocabulo præpositionem extenuandi vim habere suspicetur. In illa autem ad Philippum oratione non dubitat suam in senectute etiam φιλοτιμίαν profiteri. Postquam enim dixit de Panegyrica oratione loquens, se non ignorasse hanc orationem ætati suæ minime convenientem esse, et aliud etiam incommodum prævidisse: tandem se adeo in ipsa etiam senectute fuisse φιλότιμον scribit, ut eorum quæ deterrere illum poterant, rationem minime habuerit. Ejus verba sunt: ἀλλ' ὅμως ἐγὼ, ἁπάσας ταύτας τὰς δυσχερείας ὑπεριδὼν, οὕτως ἐπὶ γήρως γέγονα φιλότιμος, ὥςτε βουληθῆναι ἅμα τοῖς πρός σε λεγομένοις καὶ τοῖς μετ' ἐμοῦ διατρίψασιν ὑποδεῖξαι, etc. Ubi minime placet, cum interprete φιλότιμος reddere *acer:* sed propriam ei significationem relinquendam censeo: quum hujusmodi φιλοτιμία maximum sit cujusdam in senectute permanentis μεγαλοφροσύνης indicium: quam alioqui et in aliis quodam loco laudantem eum audimus. Jam vero et circa principium Panathenaici multa de sua senectute verba facit:

sed ibi ejus incommoda nolle se dissimulare ostendit, quamvis alibi (quod sciam) minime de illa conqueratur. Incipit autem ab illis quæ senio tribui solent epithetis, scribens §. δ'. ἀλλ' οὕτω μοι τὸ γῆράς ἐστι δυσάρεστον καὶ μικρολόγον καὶ μεμψίμοιρον. et subjungit: ὥςτε πολλάκις ἤδη τὴν μὲν φύσιν τὴν ἐμαυτοῦ κατεμεμψάμην, ἧς οὐδεὶς ἄλλος καταπεφρόνηκε, καὶ τὴν τύχην ὠδυράμην. Alioqui certe multa de sua præterita vita commemorat, quæ felicem illam reddidisse dici poterant. *Ego enim* (inquit) *ea bona maxima consecutus, quibus se præditos esse, omnibus sit optabile, ac primum ut sanus et corpore et mente essem (nec utcunque, id quidem, sed ita ut cum illis certare possem qui ad summam circa horum utrumque felicitatem pervenerunt), deinde earum quas vita postulat facultatum tantum, ut nunquam ulla re caruerim ex iis quæ intra mediocritatem consistunt, neque quas ullus qui prudentia præditus sit concupiscat.* Cætera tibi apud eum legenda relinquo: quibus eam quam dixi de sua senectute querimoniam subjungit. Neque vero hæc tantum apud eum legas velim, et observes, cum hac in oratione tum in aliis. Inde enim multa de viri tanti vita, quæ cognitu dignissima sunt, iis quæ a Dionysio scripta sunt adjici poterunt.

DIATRIBE V.

(1.) Politica quædam Isocratis, quæ observatu præ aliis digna videntur. (2.) Ethica quædam ejusdem, quæ itidem observatu præ aliis digna videri possunt.

(1.) Maximam fuisse cognitionem Isocrati politicæ scientiæ (quam ipse nobis permitteret politicam philosophiam appellare) existimavit Dionysius Halicarnasseus, ut ex aliquot ejus locis colligere possumus. Inter illos autem præcipuus est ille, ubi auctor est iis qui dant operam ut eam scientiam seu facultatem (vocat enim πολιτικὴν δύναμιν) sibi comparent, et quidem non aliquam ejus partem, sed universam, hunc scriptorem semper in manibus habeant. Puto enim deesse ἀεὶ ante vel post ἔχειν. Scribit autem initio vitæ ipsius Isocratis fuisse primum qui se contulerit ad hanc scientiam, et τοὺς ἐριστικοὺς ac φυσικοὺς λόγους relinquens, τοὺς πολιτικοὺς amplexus sit. Ex hac autem scientia consequi aliquem (quemadmodum ipse Isocrates scribit) ut possit et deliberare et alloqui et agere quæ sunt utilia. Hoc autem et Periclem sibi apud Thucydidem tribuere scimus, quum dicit: ὃς οὐδενὸς οἴομαι ἥσσων εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα. ac perinde esse ac si se nulli in iis quæ ad politicam scientiam pertinent, cedere diceret. Vocat autem non solum τὴν πολιτικὴν ἐπιστήμην, sed etiam τὴν πολιτικὴν φιλοσο-

φίαν, cum alibi, tum vero in iis quæ de priscis oratoribus ad Ammæum scripsit. Nec dubito quin et Isocrates plerisque locis de sua philosophia loquens, hanc intelligat. Sic in Panathenaico, postquam dixit §. ε'. ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν, καὶ πονεῖν, καὶ γράφειν ἃ διανοηθείην, κατέφυγον. addit: οὐ περὶ μικρῶν τὴν προαίρεσιν αἰρούμενος, οὐδὲ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, οὐδὲ περὶ ὧν ἄλλοι τινὲς ληροῦσιν, ἀλλὰ περὶ τῶν Ἑλληνικῶν καὶ βασιλικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων. Eam certe doctrinam quocunque nomine appellet, ad eam pertinentia omnia tractari ab eo constat, si quis diligenter quæ ab eo dicuntur observet. Quemadmodum autem Aristoteles politicæ vitæ finem statuit honorem, sic apud hunc nostrum scriptorem legimus in oratione Areopagitica, de iis qui reipublicæ curam gessissent (dicit enim ἐπιμελεῖσθαι τῶν κοινῶν), si se in eo munere justos præbuissent, laudari solitos, eosque hoc fuisse honore contentos. Cæterum, quum in democratia viverit Isocrates, et hæc politeia illi præ quavis alia placeret, non mirum si suam politicam scientiam sive politicam philosophiam (ut etiam nominari dictum paulo ante fuit) ad eam potissimum contulerit. Atque aliis certe quamplurimis itidem placuisse mirum in modum democratiam præ oligarchia et aristocratia (nisi forte dicendum potius est eam solam placuisse) vel hinc colligimus, quod prisci oratores politeiam de democratia, tanquam κατ' ἐξοχὴν, dixerint: et ipse Isocrates eorum sit e numero, qui vocabulo illo ita usi sunt. Alioqui πολιτείαν et pro πολίτευμα, id est, pro certa administrandæ reipubl. forma, ab eo etiam dici videmus. Sic in Areopag. §. ε'. *Nihil aliud est anima civitatis quam ipsa politeia: quæ tantam vim habet quantam in corpore prudentia.* Ac possit certe hic διοίκησις exponi: sicut proxime præcedit: ἀλλὰ τοῖς ἄριστα καὶ σωφρονέστατα τὴν αὐτῶν διοικοῦσιν. Immo et διοίκησιν paulo ante dixerat: sicut et in Panath. §. ν'. legimus. Quum autem tres sint διοικήσεως formæ, id est, administrationis reipublicæ, sive regiminis reipubl. tres formæ, unaquæque earum vocatur interdum κατάστασις (ut si quis Latine hunc vel illum reip. statum esse dicat) ab hoc etiam scriptore: exstatque exemplum in Areopag. §. κδ'. Sed cum κατάστασις subaudiendus genitivus πολιτείας, aut πόλεως. Atque ita dici queant esse tres καταστάσεις πολιτείας: sicut tres ἰδέαι πολιτείας ab ipso etiam Isocrate nominantur (dicente alioqui et πολετεῖαι pro hoc ipso), eodemque modo tres διοικήσεως ἰδέας appellare non dubito quin nobis liceat: quemadmodum paulo ante dixi tres διοικήσεως formæ. Nec vero dubitandum est quin et reliquæ πολιτείας ἰδέαι, ut ab ipso quoque Isocrate vocari modo dixi, illi optime notæ fuerint: ideoque tanto potuerit de sua illa democratia prudentius loqui. Sed hoc sciendum est, illum, in Panathenaica oratione, non cum aliis tres has ideas constituere, oligarchiam, democratiam, et aristocratiam: sed oli-

garchiæ et democratiæ addere monarchiam, facta alioqui paulo ante democratiæ mentione quæ aristocratia uteretur: et ita quidem ut neget se hanc cum vulgo inter politeias velle numerare. Aliquot autem in locis oligarchiæ longe præferendam esse democratiam ostendit: quorum unus est in Areop. §. κε'. Politicum igitur ita se ostendit noster Isocrates in iis quæ de optima democratia passim his in orationibus disseruit, ut vix meliorem quis eo magistrum nancisci possit. Politicum autem quum dico, politicæ scientiæ seu philosophiæ (ut etiam vocari docui) peritum intelligo. Ideoque aliquot in locis quæ sit vera democratia (ut in Panath. §. νη'.), quæ sit omnium æquissima et firmissima (ut in Areop. §. θ'.), doctissime disserit. Inter illas autem quibus democraticum statum afficit laudes, hæc minime est postrema, in Areop. §. κδ'. Lacedæmonios ideo pulcherrimam politeiam habere, quod omnium maxime democratia utuntur. Hæc enim verba: καὶ Λακεδαιμονίους διὰ τοῦτο κάλλιστα πολιτευομένους ὅτι μάλιστα δημοκρατούμενοι τυγχάνουσιν. ita malo vertere, quam ut ab interprete versa habes: quoniam, ut ille vertit, non agnoscitur comparatio unius politeiæ cum cæteris. Ac, quum ἰσότης, id est, æquabilitas (vel juris æquabilitas, ut ab aliis vocatur), ad democratici status conservationem multum valeat, eam sæpe commendat: atque ubi illa ἰσότης locum habet, res se habere ὁμαλῶς ait: ut contra ἀνωμάλως, ubi ei locus non est. Huc autem pertinentem locum habes contra Lochit. §. ιγ'. ubi pauperum et divitum fit mentio. Adeo autem hanc ἰσότητος observationem veris democratiis asserit, ut ἰσότητας et democratias, et contra πλεονεξίας et oligarchias, copulet in Areop. orat. §. κδ'. Ac ibidem, postquam illud de Lacedæmoniis dixit quod paulo ante mememoravi, rationem affert quod tum circa electionem magistratuum, tum vero circa ea quæ ad quotidianam vitæ consuetudinem spectant, ἰσότητες necnon ὁμοιότητες plus quam apud alios valeant. De bonis etiam legibus, quod bonæ democratiæ sint fundamentum, sæpe disserit, et quomodo sua eis auctoritas conservanda sit, ostendit: adeo quidem ut alicubi judices ταῖς ἐπιεικείαις καταχρωμένους (quod uno verbo majores nostri *epicaïzer* dicebant, pro *epieikizer*, verbo ex illo nomine ἐπιείκεια deducto) opponat iis qui legibus parent. Videtur autem legum multitudinem in Paneg. reprehendere §. κβ'. Denique, ut hodie pragmatici suas cautiones habent, quas vulgo cautelas juris appellant (nec mirum ex tot cautelariis libris tot cautelarios viros emergere: liceat enim nobis voce hac utrobique uti), sic nostro isti politico suæ fuerunt: quarum unam in Areopag. tibi videndam relinquo §. η'. Quinetiam ut democratiæ suas corruptelas haberent (maxime autem adversus corruptelas cautionibus esse opus scimus, et quidem præcautionibus etiam, ut ab illis caveatur) cum ex aliis locis, tum ex quodam §. λ'. discimus.

(2.) Ethica tamen an minus huic nostro Isocrati quam politica cognita fuerint, in dubium fortasse quispiam vocet: at mihi, non minorem illorum quam horum cognitionem adeptum esse eum persuasissimum est. Sed circa hanc philosophiam aliquid sibi peculiare vel potius aliqua sibi peculiaria habuisse videtur: adeo quidem ut improborum etiam nonnullis suam quandam virtutem tribuat. Quod multo magis videri non solum *παράδοξον*, sed etiam *ἄτοπον*, potest, quam quod alibi apud eum legimus, aliquam esse *ψευδολογίαν*, minime reprehensione sed excusatione dignam. Immo vero istud quod de pseudologia scribit, excusatione digna, omnino excusabile, nec prorsus novum est: at illud alterum de improborum virtute, non dubium est, quin multi tale sibi videri dicturi sint quale ego dixi. Sed erunt fortasse qui, huic dictio patrocinari volentes, latrones seu prædones in exemplum afferant, qui in partienda inter se præda justitiam servare dicti a nonnullis fuerunt. Verum illis respondendum erit,

"Nil agit exemplum quod litem lite resolvit."

Ac, quoniam justitiæ mentio incidit, hoc addam, ejus præcipue mentionem ab eo passim fieri, ac interdum hanc et *σωφροσύνην* copulari. ut in Nicocle §. *ι'*. *ἅπαντα γὰρ ταῦτα σωφροσύνης ἔργα καὶ δικαιοσύνης ἐστίν*. Quinetiam duas hasce virtutes maximi inter cæteras pretii esse in eodem opusculo scribit §. *η'*. *οἶμαι γὰρ ἔγωγε πάντας ἂν ὁμολογῆσαι, πλείστου τῶν ἀρετῶν ἀξίας εἶναι τήν τε σωφροσύνην καὶ τὴν δικαιοσύνην*. Quinetiam in libello ad Demonicum copulari has videmus. Ac scio quidem ab aliquo hic quæstionem moveri posse, an facere nobis satis illa exempla debeant, quod an nostri Isocratis sint illa opuscula dubitetur (immo vero de priore nulla relinquatur dubitatio, quin alius Isocratis sit), verum ego eandem copulationem et in quibusdam locis quos esse nostri scriptoris constat, me observare memini: et aliquod fortasse exemplum, antequam de justitia dicendi finem faciam, sum allaturus. Ista quidem duo *καρτερίαν* et *σωφροσύνην* in Panathenaico conjungi videmus §. *οθ'*. Verum, ad *δικαιοσύνην* ut revertar, mirum quidem nemini videri possit, illam cum *σωφροσύνῃ* conjungi: sed *ἀπὸ τῆς ἀρετῆς* separari, id vero vix ulli mirum non futurum arbitror. Legimus tamen De Pace in fin. *προτρέψουσιν ἐπ' ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην*. Quod autem in Panath. §. *μθ'*. exstat, *ἀρετῆς καὶ φρονήσεως*, non itidem videri mirum debere dixerim, quod nonnullos (quorum Aristoteles) *φρόνησιν*, id est, prudentiam, in virtutum numero scimus haud posuisse. Si autem bene memini, etiam *ἀρετὴν καὶ ἀνδρείαν* alicubi ita dicit, quasi hæc separans. Verum ne hic quidem mihi desit quod respondeam, quum in Panath. §. *οθ'*. legamus: *ἑώρων γὰρ ἅπαντες τὴν μὲν εὐψυχίαν τὴν πολεμικὴν* (dixerat autem antea *ἀνδρείαν*) *πολ-*

λοὺς ἔχοντας καὶ τῶν ταῖς κακίαις ὑπερβαλλόντων, τῆς δὲ χρησίμης ἐπὶ πᾶσι καὶ πάντας δυναμένης ὠφελεῖν οὐ κοινωνοῦντας τοὺς πονηρούς. Ne tamen omni patrocinio destitutum et primum illum relinquam locum, *ἐπ' ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην* (monstrosa enim hæc separatio fuerit justitiæ a virtute), videndum esse aio, annon ita intelligi possint illa verba ut si dictum esset: *ἐπὶ τήν τε ἄλλην ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην*. Nisi forte et scriptum ita ab Isocrate fuisse suspicandum sit. Sed novum multis (sat scio) videbitur, ita loqui Isocratem, *ἐπὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν*, pro his, *ἐπὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς*. Ego hunc illi scrupulum eximam, alium locum proferens ex De Pace §. *κ'*. ubi ita loquitur. ibi enim legimus: *τήν τ' εὐσέβειαν, καὶ τὴν σωφροσύνην, καὶ τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετήν*. Alioqui *καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς*, magis usitato sermone, alibi ab eo dici confiteor. Facit autem pro mea conjectura hic locus, modis duobus. nam et *τὴν ἄλλην ἀρετὴν* ita dictum videmus, ut in altero illo intelligi deberet loco: et de injuria quam *δικαιοσύνῃ* fieri questus sum, mihi assentitur, quum illi contra suum inter virtutes locum tribuat. Sed antequam ab hoc ipso loco discedam, aliud est de quo te monebo: Isocratis philosophiam ethicam peculiare aliquid et in eo habere, quod quum ii, qui felicitatem humanam in virtute constituunt, minime pietatem illi, vel potius pietati illam, minime adjungant; contra ille veluti ducem illam constituat. Is enim e quo proxime præcedentia deprompsi locus, ita totus legitur: *ἃ μὲν οὖν ὑπάρχειν δεῖ τοῖς μέλλουσιν εὐδαιμονήσειν, τήν τ' εὐσέβειαν καὶ τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν δικαιοσύνην* (simul autem observa, *σωφροσύνην* et *δικαιοσύνην*, sicut in iis quos attuli antea locis, copulari, ideoque me jam meo promisso satisfecisse memineris quod non longo intervallo præcessit) *καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, ὀλίγῳ πρότερον εἰρήκαμεν*. Est autem et alius locus, ubi eum hujus erga deos pietatis mentionem facere videmus, et quidem eam itidem velut ducem virtutibus constituentem: non tamen iisdem quibus illic virtutibus, temperantiæ et justitiæ, sed justitiæ et prudentiæ. Ejus verba sunt: *οὐδεὶς γὰρ ὅςτις οὐχὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων προκρίνει τὴν εὐσέβειαν τὴν περὶ τοὺς θεοὺς, καὶ τὴν δικαιοσύνην τὴν περὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὴν φρόνησιν τὴν περὶ τὰς ἄλλας πράξεις*. Sciendum est autem, hunc nostrum Isocratem præ quovis alio magni illos facere quos *καλῶς γεγονότας* vocat (bene natos Latine nos posse interpretari puto), tanquam aliquod ad virtutem adipiscendam *προτέρημα* habentes: atque hoc multis in locis, a me admonitus, observare poteris. Sed hoc quoque animadvertendum est, alicubi bonæ etiam educationis et institutionis mentionem facere. ut Panath. §. *οθ'*. *ἀλλὰ μόνοις ἐγγινομένην* (sed muto in *ἐγγινομένης*) *τοῖς καλῶς γεγονόσι καὶ τεθραμμένοις καὶ πεπαιδευμένοις*. Ubi tamen potuisse videtur contentus esse adjectione participii *τεθραμμένοις*, quum eo comprehendi et *πεπαιδευμένοις* queat: sicut et apud Latinos edu-

catio institutionem complectitur. Ac pro meo facere quidam videtur locus, ubi ἐλευθέρως τεθραμμένους et μεγαλοφρονεῖν εἰθισμένους dicit: quum antea τοῦ παιδευθῆναι mentione facta, eadem de re loqui velle videatur. Alia sunt quamplurima per hujus nostri Isocratis orationes sparsa, quæ ad ethicam philosophiam pertinent: ea autem observanda tibi relinquo, te velut in viam hujus observationis induxisse contentus. Sed quum finem huic Diatribæ imponere hic statuissem, recordatus sum illius loci Isocratici, cujus in principio mentionem feci, ubi videlicet ille improbis nonnullis suam quandam virtutem tribuit: ac puduit lectorem omnino suspensum de eo relinquere, ac non hoc saltem addere, annon et ipse aliquo meo patrocinio adjuvari posset: ac mihi in mentem venit tandem, id me officium illi in uno ex meis Schediasmatis præstitisse.

DIATRIBE VI.

(1.) De aliquot locis communibus, quorum nonnulli haud semel tractantur. (2.) De quibusdam acute et fere paradoxe ab eo dictis. (3.) Hunc Oratorem simul et Virum bonum ubique videri: quod veteres in uno quoque oratore requisiverunt.

(1.) Communes etiam loci hunc apud scriptorem sunt pulcherrimi, et pulcherrime tractati. De iis autem loquor communibus locis quorum a Quintiliano non semel fit mentio: et quidem ita ut libri secundi cap. primo, thesewn simul mentionem faciat, ubi scribit: "antiquis hoc fuisse ad augendam eloquentiam genus exercitationis, ut theses dicerent (nisi forte *discerent* potius quam *dicerent* scripsit), et communes locos, et cætera, citra complexum rerum personarumque, quibus veræ fictæque controversiæ continentur." Et aliquanto post, de locis communibus loquitur: "sive qui sunt in vitia directi, quales leguntur a Cicerone compositi; seu quibus quæstiones generaliter tractantur, quales sunt editi a Quinto quoque Hortensio: ut, Sitne parvis argumentis credendum: et pro testibus, et in testes, in mediis litium medullis versantur." Quibus subjungit: "arma hæc esse quodammodo præparanda semper, ut aliquis, quum res poscet, his utatur." Non dubito autem quin tales locos valde apte ex nostro Isocrate ἐπαμφοτερίζειν dicere possimus. Fit autem eorundem ab eodem mentio cum alibi tum hic, ubi librarii fidem suspectam habeo (lib. xii. cap. 8.) "Nam, ut taceam (inquit) de negligentibus, quorum nihil refert ubi litium cardo vertatur, dum sint, quæ vel extra causam ex personis ac communi tractatu locorum occasionem clamandi largiantur: aliquos et ambitio pervertit etc." Neque enim dubito quin pro his, *communi tractatu*

locorum, scribendum sit, *communium tractatu locorum*: immo ne de hoc quidem dubitandum puto, quin mihi de hac emendatione omnes sint assensuri; præsertim quum et alibi hoc loquendi genere utatur: "Tractare locos communes." Verum sunt apud hunc oratorem nonnullæ etiam dissertationes, quæ quum et ipsæ pro locis communibus haberi possint (ut postea latius locorum communium appellatio extenta fuit), tamen in illis vel potius de illis λόγοι ἐπαμφοτερίζοντες locum itidem non habent. Exemplum insigne in principio Nicoclis habemus §. β'. ἀλλὰ γὰρ οὐ δίκαιον, οὐδ' εἴ τινες τοὺς ἀπαντῶντας τύπτοιεν, τῆς ῥώμης κατηγορεῖν, οὐδὲ τοὺς ἀποκτιννύντας τὴν ἀνδρείαν λοιδορεῖν· οὔθ' ὅλως τὴν τῶν ἀνθρώπων πονηρίαν ἐπὶ τὰ πράγματα μεταφέρειν. Huc autem pertinet iste etiam Panathenaici locus: *Existimo enim neminem esse, qui non fassurus sit, pessimos gravissimo supplicio dignos esse qui rebus quæ ad hominum utilitatem inventæ sunt, ad eorum perniciem utuntur.* Sic Aristot. Rhetor. lib. i. εἰ δὲ ὅτι μεγάλα βλάψειεν ἂν ὁ χρώμενος ἀδίκως τῇ τοιαύτῃ δυνάμει τῶν λόγων, τοῦτό γε κοινόν ἐστι κατὰ πάντων τῶν ἀγαθῶν, πλὴν ἀρετῆς· καὶ μάλιστα κατὰ τῶν χρησιμωτάτων, οἷον, ἰσχύος, ὑγιείας, πλούτου, στρατηγίας. τούτοις γὰρ ἄν τις ὠφελήσειε τὰ μέγιστα, χρώμενος δικαίως, καὶ βλάψειεν, ἀδίκως. Quamvis autem hic virtutem excipiat, tamen si admitteretur illud quod antea ex hoc nostro oratore attuli, eam in improbis quoque locum habere, nullo modo ne ipsa quidem excipi posset. Atque adeo audivimus jam illum, inter alia exempla etiam τὸ τῆς ἀνδρείας afferentem. Et vero his de rebus liceret ἐπαμφοτερίζειν, non minus quam de illis quæ tractantur per locos illos qui proprie communes appellantur, si Carneadem imitari quis vellet. Is enim (ut Fabius refert) Romæ audiente censorio Catone non minoribus viribus contra justitiam dicitur disseruisse quam pridie pro justitia dixerat. Est autem hic locus ex eorum numero quos poetæ quoque interdum tractandos sibi sumunt; et quem pulcre ab Ovidio tractatum esse videmus Tristium libro ii. 266. his versibus: ibi enim, ut thesin hanc probet,

"Nil prodest quod non lædere possit idem,"

his exemplis utitur,

"Igne quid utilius? siquis tamen urere tecta
Apparat, audaces instruit igne manus.
Eripit interdum, modo dat medicina salutem:
Quæque juvet monstrat, quæque sit herba nocens.
Et latro et cautus præcingitur ense viator:
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.
Discitur innocuas ut agat facundia causas:
Protegit hæc sontes immeritosque premit."

(2.) Nunc mihi ad ea transeundum est quæ apud nostrum oratorem, acute et fere paradoxe dicta, leguntur, id est, ad pauca

eorum exempla. Vide igitur annon poni hoc in numero possint ista, quæ habes in Paneg. §. λγ'. *διὰ δὲ τὴν πυκνότητα τῶν μεταβολῶν, ἀθυμότερον διάγουσιν οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες, τῶν ταῖς φυγαῖς ἐζημιωμένων· οἱ μὲν γὰρ τὸ μέλλον δεδίασιν, οἱ δὲ ἀεὶ κατιέναι προσδοκῶσι.* Ubi etiam voluisse videtur alludere ad proverbium illud: 'Spes alit exsules.' Subjungam quod affinitatis multum cum isto habet, quum in eo quoque mentio spei fiat. Exstat autem in Panathenaico §. δ'. fin. *ἀτιμότεροι γίνονται, πρὸς τῷ μὴ δοκεῖν ἄξιοί τινος εἶναι, τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ· τοῖς μὲν γὰρ ἐκτίσειν τὸ καταγνωσθὲν ἐλπίδες ὕπεισιν, οἱ δ' οὐδέποτ' ἂν τὴν φύσιν μεταβάλοιεν.* Hoc in numero (mea quidem sententia) poni queunt nonnulla quæ in Panegyrico leguntur in fine paginæ 63. ed. Steph. et principio sequentis. Sed aptiora etiam multa lector a me admonitus observare poterit.

(3.) In tertii etiam capitis Diatribes hujus ratione reddenda brevis ero: et a Fabii verbis initium summam: quibus scribit, "perfectum illum oratorem quem instituit, nonnisi virum bonum esse posse. ideoque se non dicendi modo eximiam in eo facultatem sed omnes animi virtutes exigere. Neque enim hoc concesserim (inquit) rationem rectæ honestæque vitæ, ut quidam putaverunt, ad philosophos relegandam: quum vir ille vere civilis, et publicarum privatarumque rerum administrationi accommodatus, qui regere consiliis urbes, fundare legibus, emendare judiciis possit, non alius sit profecto quam orator." Hæc ille, plura quidem certe ab eo quem instituit oratore exigens quam fortasse exigi necesse foret: verum quod ad illud attinet, ut orator sit vir bonus, si, quod Demosthenes in proœmio cujusdam orationis et quidem in prima ipsius proœmii periodo dicit, locum haberet, quemvis oratorem virum esse bonum necesse foret. Ita enim ille: *Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν, μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν.* Quis enim orator, nisi idem sit vir bonus, poterit nec odii nec amicitiæ in dicendo rationem habere? Sed quum non facile hæ duæ dotes in unum eundemque coeant, ut nimirum bonus orator virque bonus sit, hic esse debere videtur *πλοῦς δεύτερος*, ut vir bonus habeatur. In promptu enim ratio est,

Τρόπος ἔσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος.

At de nostro Isocrate quid dicemus, in cujus orationibus omnes *καλοκἀγαθίας* notæ elucescunt? Neque vero eum verisimile est ita de se loqui ausurum fuisse: *πειρώμενος γὰρ ἀναμαρτήτως ζῆν καὶ τοῖς ἄλλοις ἀλύπως.* nisi se haberi saltem pro tali scivisset. Sed tamen si quis locum hunc et alios quosdam ejus de seipso loquentis suspectos habet, saltem Dionysium Halicarnasseum audiat, de consilio quod ille Lacedæmoniis dat in Archidamo, hæc scribentem (ut dixi

Diatribe quarta). Hæc enim non Lacedæmoniis solum, sed aliis quoque Græcis, atque adeo omnibus hominibus suadere illum dixerim, multo melius quam omnes philosophos, qui virtutem et honestatem finem vitæ constituunt. Quod si hoc contentus eulogio non est, audiat et alterum, quod in Isæo de ejus et Lysiæ orationibus pronuntiat.

DIATRIBE VII.

(1.) De nonnullis vocabulis et loquendi generibus ab Harpocratione et Suida apud Isocratem observatis. (2.) De iis quæ illis adjici posse videntur. (3.) De artificio quod Isocrates sermoni suo adhibuit, præsertimque de eo quod minus animadvertitur.

(1.) Harpocrationis Lexicon quoddam ab Aldo Manutio editum olim fuit, anno MDIII. cui titulus est LEXICON DECEM ORATORUM (vix enim hic potest exprimi vis articuli *τῶν*, genitivo *ῥητόρων* præfixi), et orationibus Demosthenis ab eo subjunctum. Postea vero idem ex eodem Harpocrationis Lexico, necnon e Suida, excerpsit aut excerpenda curavit Isocratica quædam vocabula: atque huic eclogæ titulum fecit, ΑΡΠΟΚΡΑΤΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΣΟΥΙΔΑ ΠΕΡΙ ΤΙΝΩΝ ΠΑΡ' ΙΣΟΚΡΑΤΕΙ ΛΕΞΕΩΝ. eamque ipsius Isocratis orationibus a se excusis subjunxit: quum alioqui titulus fronti libri illius præfixus, Harpocrationem, non aliquam tantum ejus partem polliceretur. Ego vero, quum toto Harpocrationis Lexico a multis jam annis attente considerato animadvertissem, eum quæ titulo sui libri promiserat, fideliter præstitisse, ac eos etiam qui alioqui in Græca lingua non parum exercitati essent, partim *ἀγνοεῖν* nonnulla quæ ab illo docerentur, partim *ἀμφιγνοεῖν* quædam de quibus omnem ipsis auctoritate sua (quam haud parvam existimo) dubitationem tolleret; et scirem ipsum cum ex aliorum multorum librorum ac libellorum, tum vero ex hujus editione, gratiam a Græcæ linguæ studiosis iniisse: tantum abest ut quod ille ipsis sua editione dederat, mea denegare voluerim, ut contra meo paternoque simul more, id illis *πολλῷ τῷ μέτρῳ* et *λώϊον* reddere statuerim. Quomodo autem id effecerim quid attinet hic commemorare, quum oculis tuis sim subjecturus? Prius tamen quam id faciam, de eo quod Harpocration et Suidas hac in parte præstiterunt, præfari quædam libet. Te igitur nescium esse nolo, eos, præsertimque Harpocrationem, ea quæ Isocrati vel peculiaria vel cum aliis communia paucis essent, in his paucis quæ ex illo excerptæ sunt paginis, non proponere solum, sed etiam exponere. Alicubi igitur Isocratis

tantum fit mentio, tanquam hoc vel illo vocabulo usi: et alicubi dicitur Isocrates in more habere ita eo uti (veluti ubi legimus, *Ἤπειρον, σύνηθές ἐστι τῷ Ἰσοκράτει τὴν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν γῆν οὕτω καλεῖν*); alicubi additur et quidam alius qui eo itidem usus fuerit, aut quidam alii adjiciuntur. Suidam autem sciendum est non harum tantum vocum quæ ad Isocratis sed aliarum etiam quæ ad aliorum oratorum lectionem faciunt, plerasque habere, ac non immerito existimari eum ex Harpocrationis libro eas descripsisse: quum Harpocration et prior eo fuerit, et multos scriptores testes citet, quorum alibi nulla fit a Suida mentio. Alioqui ex uno eodemque hausisse fonte videri possent: quamvis apud Suidam alicubi plura, alicubi contra pauciora legantur: et alicubi emendatior ejus sit lectio, alicubi mendosior: alicubi eadem omnino menda, nominatimque eædem alicujus vocis aut aliquarum vocum *ἐλλείψεις*, habeantur. Exempli gratia, in vocabulo *σκαφηφόροι*, legitur apud Harpocrationem pariter et Suidam: *οὐχ ἡμῖν ἔχοντες χάριν τῆς πολιτείας, ἀλλὰ τῷ ἀργυρίῳ, οὗτοι γὰρ εσκαφηφόρουν Ἀθήνησι.* Hunc locum sive apud Harpocrationem sive apud Suidam quis legat, multum illi negotii facesset particula *γὰρ*, quoniam nihil videre poterit cujus rationem illa reddat, adeoque nec quomodo hæc *οὗτοι γὰρ ἐσκαφηφόρουν Ἀθήνησι*, cum præcedentibus cohæreant. Nec mirum si hoc in loco apud utrumque lexicographum hærebit: quum apud utrumque inter *ἀργυρίῳ* et *οὗτοι* desint hæ tres voces, *ἀντὶ τοῦ μέτοικοι.* optime enim (his insertis) cohærere illa videbis, *οὗτοι γὰρ ἐσκαφηφόρουν Ἀθήνησι.* Nam apud illos quum post *σκαφηφόροι* sequi deberet *ἀντὶ τοῦ μέτοικοι*, deinde afferri locus Dinarchi ubi sic usus est illo vocabulo: contra continuo post *σκαφηφόροι* ponitur, *Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ἀγασικλέους φησὶν*, et his subjunguntur ejus verba: istis vero illa, *οὗτοι γὰρ ἐσκαφηφόρουν Ἀθήνησι*, omissis illis quæ interjicienda sunt (uti dixi) et quidem e veteris libri auctoritate. Libuit enim, ut tibi magis in hac parte Harpocrationis edenda gratificarer, etiam unum e meis in quosdam illius locos Schediasmatis, quod alioqui cum cæteris dilatum fortasse diu fuisset, tibi repræsentare: simulque de ista Harpocrationis in quibusdam locis consuetudine te monere, expositionem vocabuli talem in locum reservandi, id est, non ponendi nisi post ipsius auctoris verba. Ne hoc quidem ignorare te velim, Suidam plerumque Isocratis nomen tacere, etiamsi aliquod vocabulum quo is usus est, exponat: interdum in fine tantum ponere, post alia multa, ad ipsum Isocratem, licet ejusdem vocis et ibi fiat mentio, non pertinentia. ut videre est in *Παραγραφή*. Cum hoc autem, tum alia, in causa fuerunt cur alicubi ad ipsum remittere, quam totum afferre locum maluerim. Quod alioqui et apud Harpocrationem quibusdam in vocabulis feci. Quum vero et aliquot propria nomina tum virorum tum locorum ex utro-

que cæteris vocabulis interjecta essent, ea omittenda censui: præsertim quum eo in numero nonnulla sint ex iis etiam quæ cuique satis esse nota possunt. Nam et Agesilaus unum eorum est, *Ἀγησίλαος* (inquit) *οὗτος ἦν, ὡς ὁ Ξενοφῶν δηλοῖ, βασιλεὺς Λακ.* etc. Id est, Agesilaus. Hic, ut Xenophon declarat, Lacedæmoniorum rex erat, clarus et strenuus: et multa Asiæ loca in suam potestatem redegit, usus eorum militum qui cum Cyro adscenderant opera. Hæc fere sunt de quibus te, antequam tibi ad Harpocrationem et Suidam aditum patefacerem, præmonendum putavi.

ΑΓΕΛΑΙΩΝ. *Ἰσοκράτης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ. ὡς ἂν εἰ ἔλεγε, τῶν πολλῶν σοφιστῶν καὶ πλανητῶν. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἀγελαίων ζώων, ἃ βόσκεται εἰς ἃ τύχοι χωρία· ἢ ἀπὸ τῶν ἰχθύων, οὓς διαβόσκεσθαι φασὶ ῥύδην, καὶ ἀγεληδόν. ἡ εὐθεῖα, ὁ ἀγελαῖος.* HARPOCRAT.

ΑΓΕΛΑΙΩΝ, *apud Isocratem in Panathenaica oratione. Perinde ac si diceret, vulgarium sophistarum et erronum.* Locus autem Isocratis in Panathen. §. *η'*. est hic: *ἀπαντήσαντες γάρ μοί τινες τῶν ἐπιτηδείων, ἔλεγον ὡς ἐν τῷ Λυκείῳ συγκαθεζόμενοι τρεῖς ἢ τέτταρες τῶν ἀγελαίων σοφιστῶν, καὶ πάντα φασκόντων εἰδέναι, καὶ ταχέως πανταχοῦ γιγνομένων, διαλ.* etc. Ubi quod additur, *καὶ ταχέως πανταχοῦ γιγνομένων* occasionem fortasse præbuit Harpocrationi addendi illud *πλανητῶν*: quum alioqui sufficere posset *τῶν πολλῶν.* Alioqui non minus placeret eodem alioqui sensu, exponere *τῶν τυχόντων, τῶν ἀπερῥιμμένων*, vel *τῶν καταβεβλημένων καὶ κατημελημένων*: ut hæc duo participia copulantur ab Isocrate hac in ipsa oratione. Gregarios sophistas interpretando, vocem quidem voci respondentem habebimus, sed tamen ita ut alia in Latino quam in Græco vocabulo futura esse videatur. Cæterum non *διαβόσκεσθαι* sed *βόσκεσθαι* apud Suidam legitur: quod et malo.

ΑΓΩΝΙΑΙΝ, *τὸ ἀγωνίζεσθαι, Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως. Ἀγωνιῶντες ἀντὶ τοῦ ἀγωνιζόμενοι, παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν τῷ Πανηγυρικῷ.* HARPOCRAT.

ΑΓΩΝΙΑΙΝ, *in significatione verbi ἀγωνίζεσθαι, apud Isocratem in oratione De antidosi. Itidemque* Ἀγωνιῶντες, *significans ἀγωνίζεσθαι, apud eundem in Paneg.* Hæc Harpocration: sed omittere non debuit, poni itidem nomen *ἀγωνία* (unde factum est verbum *ἀγωνιᾷν*) pro *ἀγὼν*, et quidem apud eundem oratorem in Evagoræ encomio. Nam ibi plurale *ἀγωνίας* legimus, pro *ἀγῶνας*, id est, *certamina*, §. *α'*. *οἱ δὲ περὶ τὴν μουσικὴν καὶ τὰς ἄλλας ἀγωνίας ὄντες.* Digna autem fuerunt *ἀγωνία* et *ἀγωνιᾷν* quorum hæc significatio notaretur, quum jam hæc obsolevisset, et aliam accepissent.

ΑΔΕΛΦΙΖΕΙΝ, *ἀντὶ τοῦ ἀδελφὸν καλεῖν, παρ' Ἰσοκράτει, ἐν Αἰγινητικῷ.* HARPOCRAT.

ΑΔΕΛΦΙΖΕΙΝ, *fratrem appellare, apud Isocratem in Æginetica oratione.* Habes autem §. *ιε'*. *εἶτα νῦν ἀδελφίζειν αὐτὸν ἐπιχειρήσουσιν.*

Sic autem πατρίζειν a quodam invenio annotatum pro *patrem appellare*, non solum pro *patrem imitari:* sed neutrius significationis exemplum affertur. Hanc autem posteriorem significationem et πατριάζειν et πατρώζειν habere constat. Nominat alioqui Harpocration et alios qui verbo ἀδελφίζειν ita usi sint.

ΑΝΑΙΡΕΘΕΙΣ, ἀντὶ τοῦ ἀναληφθεὶς καὶ στραφεὶς, παρ' Ἰσοκράτει Φιλίππῳ. HARPOCRAT.

ΑΝΑΙΡΕΘΕΙΣ, *sublatus et educatus, apud Isocr. ad Philippum.* Intelligendum autem istud participium *sublatus*, sequendo eum verbi *tollere* usum quo dicitur a Terentio,

"Quicquid peperisset, decreverunt tollere."

Educatus autem addo, quod pro στραφεὶς reponam τραφείς. Locus est §. κζ'. ἐκτεθεὶς μὲν ὑπὸ τῆς μητρὸς εἰς τὴν ὁδὸν, ἀναιρεθεὶς δὲ ὑπὸ Περσίδος γυναικός. Ad hanc autem accedit significationem illud ἀναιρεθεὶς, quod de eo dicitur cujus cadaver sublatum fuit ad sepulturam. Cujus significationis ignoratio multos interpretes in errorem impulit.

ΑΝΤΙΘΕΣΙΣ, Ἰσοκράτης Παναθηναϊκῷ. Σχῆμα λέξεως ἐστὶν ἡ ἀντίθεσις, καθ' ἣν ἀντιτιθέασιν ἀλλήλοις τὰ ἐναντία, ἤτοι κατὰ μέρος, ἢ ἀθρόα. HARPOCRAT.

ANTITHESIS, *apud Isocr. in Panath. Figura orationis est Antithesis, per quam inter se opponunt contraria, vel singulatim, vel confertim.* Nisi quis pro ἀθρόα dicere malit *multa simul.* Dicit autem Harpocr. σχῆμα λέξεως, ad differentiam eorum quæ vocantur σχήματα διανοίας. In principio illius orationis occurrit locus ille; ibi enim legitur §. α'. καὶ πολλῶν μὲν ἐνθυμημάτων γέμοντας, οὐκ ὀλίγων δ' ἀντιθέσεων καὶ παρισώσεων, καὶ τῶν ἄλλων ἰδεῶν τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις διαλαμπουσῶν. videlicet λόγους. Ut autem ἀντιθέσεων et παρισώσεων ab Isocrate mentio hic fit simul, ita etiam a Dionysio Halicarnasseo ea conjungi videmus, earum usum, et quidem nimium, apud hunc oratorem esse dicentem. Sed παρισώσεσιν addit παρομοιώσεις. Quod si quis utriusque generis antithesewn ab Harpocratione propositi exempla videri cupit, plura apud Harpocrationem legat. Idem ἀντίθετον quoque ab Æschine vocari hoc schema scribit.

ΑΠΑΡΙΘΜΩΝ, ἀντὶ τοῦ ἀποπληρῶν ἀριθμόν. Ἰσοκράτης Φιλίππῳ. HARPOCRAT.

ΑΠΑΡΙΘΜΩΝ, *id est, explens numerum. Isocrates ad Philippum.* Videndum an significatio hæc satis isti loco conveniat §. ι'. ἀναγινώσκῃ δέ τις αὐτὸν ἀπιθάνως, καὶ μηδὲν ἦθος ἐνσημαινόμενος, ἀλλ' ὥςπερ ἀπαριθμῶν.

ΑΠΙΣΤΕΙΝ, ἀντὶ τοῦ ἀπειθεῖν, Ἀντιφῶν κατὰ Λαισποδίου, Ἰσοκράτης ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Φίλιππον. HARPOCRAT.

ΑΠΙΣΤΕΙΝ *pro* ἀπειθεῖν, *Antiphon adversus Læspodiam, Isocrates in sua ad Philippum epistola.* Addit vero et ἀπιστίαν eodem modo pro ἀπείθειαν dixisse Demosthenem, et alios plerosque. Ita quidem Harpocration: sed exemplaria ut nec in istis duobus nominibus, nec in illis duobis verbis sibi assentiri sciendum est. Interim autem observa hic vocare epistolam ad Philippum, non autem orationem: quum alioqui dicat alibi passim Ἰσοκράτης Φιλίππῳ.

ΑΠΟΛΕΛΟΙΠΟΤΕΣ, ἀντὶ τοῦ νενικηκότες. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν δρομέων. οἱ γὰρ νικῶντες ἀπολείπουσι τοὺς ἡττημένους. Ἰσοκράτης Παναθ. καὶ Πανηγ. HARPOCRAT.

ΑΠΟΛΕΛΟΙΠΟΤΕΣ, *id est, qui vicerunt. Metaphora a cursoribus. qui enim vincunt, relinquunt eos qui victi sunt. Isocr. Panath. et Panegyr.* Latini, eadem metaphora utentes, non simpliciter dicunt *relinquere*, id est, ἀπολείπειν, sed *a tergo relinquere.* Quum autem valde usitata sit hæc metaphora in voce passiva ἀπολείπεσθαι (unde et ἀπελείφθη habes in Panegyr. §. ιβ'. pro *victa fuit*, vel *inferior fuit*, aut *postremas tulit:* habes ἀπολειφθέντες dictum itidem in Panath. §. ξε'.), contra rara est in activa ἀπολείπειν. ideoque non mirum est si Harpocration dignam judicavit quam annotaret.

ΑΠΟΠΟΜΠΑΣ, ἀποτροπὰς, Ἰσοκράτης Φιλίππῳ. HARPOCRAT.

ΑΠΟΠΟΜΠΑΣ, *aversationes, Isocr. ad Philippum.* Haud commode tamen Latine possit quis dicere *aversationes horum facere*, pro *aversari hos*, sicut Græce dicitur ἀποτροπὰς ποιεῖσθαι, et frequentius ἀποτροπὴν ποιεῖσθαι. Locus autem est §. μϐ'. τοὺς δὲ οὔτ' ἐν ταῖς εὐχαῖς, οὔτ' ἐν ταῖς θυσίαις τιμωμένους, ἀλλ' ἀποπομπὰς αὐτῶν ἡμᾶς ποιουμένους. Id est, *sed illos aversantes*, aut etiam *detestantes.* At vero ἀποπομπαῖοι θεοὶ aliter dicuntur, minimeque ἀναλόγως huic significationi: sed ita vocantur tanquam depulsores (videlicet malorum), et aversores, seu propulsatores. Dies tamen quibus illis sacrificabatur, ἀποπομπαὶ vocabantur.

ΑΡΧΑΙΩΣ, Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ. Τά τε παλαιὰ καινῶς διελθεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γενομένων ἀρχαίως εἰπεῖν. ἔνιοι μὲν φασὶ σημαίνειν ἀρχαιοτρόπως, τουτέστιν, ἀρχαιοτέροις ὀνόμασι χρῆσθαι. HARPOCRAT.

ΑΡΧΑΙΩΣ, *apud Isocr. Panegyr.* pro ἀρχαιοτρόπως. Legitur autem §. α'. is quem affert locus, non procul a principio Panegyrici: sed pro διελθεῖν ibi est διεξελθεῖν: quod magis probo. Sonare autem dici posset ἀρχαιοτρόπως, *antiquo more*, vel, *modo quodam qui suam antiquitatem sapiat* aut *redoleat.* Sed ipsummet Harpocrationem audimus exponentem, ἀρχαιοτέροις ὀνόμασι: sic tamen ut ambiguum sit an ex suo an ex aliorum judicio ita exponat ἀρχαιοτρόπως: sequens nimirum judicium eorum qui pro ἀρχαιοτρόπως accipi censuerunt. Quare videndum an recte interpres verterit hunc locum ita: *tum iis quæ recens acta sunt, quædam vetustatis opinio conci-*

liari queat." Cæterum suspicor scripsisse Harpocrationem, Θουκυδίδης δ' ἐν τῇ πρώτῃ. ut videlicet particula δὲ præcedenti μὲν respondeat, per oppositionem. Sed emendatione opus habere videtur ille locus Thucydidis.

ΑΥΘΕΝΤΗΣ, ὁ αὐτόχειρ, ἢ ὁ αὐτὸν ἀναιρῶν. διὸ παρ' Ἰσοκράτει, αὐθέντης. HARPOCRAT.

Harpocrationis locus hic donec suæ integritati restitutus fuerit, haud facile fuerit illius mentem ex eo eruere. Quorsum enim hic διὸ ante παρ' Ἰσοκράτει αὐθέντης ponitur? Sed eadem tamen apud Suidam scriptura exstat. Illud quidem αὐθέντης nondum mihi apud Isocratem occurrit, quod quidem meminerim: sed αὐτόχειρες legimus in Panegyr. §. λβ'. μᾶλλον δὲ ἐτίμων τοὺς αὐτόχειρας καὶ φονέας τῶν πολιτῶν ἢ τοὺς γονέας τοὺς ἑαυτῶν. Sed hanc loci istius scripturam vix puto ab Harpocratione potuisse agnosci. quid enim attinebat, post αὐτόχειρας illud φονέας adjicere?

ΔΕΚΑΖΩΝ, Ἰσοκράτης περὶ τῆς εἰρήνης. ὅ,τι ποτὲ τοῦτ' ἐστὶ, δῆλον ἅπασιν. Ἐρατοσθένης δὲ ἐν τοῖς περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, πόθεν τὸ πρᾶγμα εἴρηται δηλοῖ, οὕτω λέγων, Λύκος ἐστὶν ἥρως πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις, τοῦ θηρίου μορφὴν ἔχων, πρὸς ὃν οἱ δωροδοκοῦντες κατὰ δέκα γιγνόμενοι συνεστρέφοντο. ὅθεν εἴρηται Λύκου δεκάς. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, Ἄνυτον φησὶ καταδεῖξαι τὸ δεκάζειν τὰ δικαστήρια. HARPOCRAT.

ΔΕΚΑΖΩΝ, *apud Isocratem De pace. Quid autem sit istud, notum est omnibus. Eratosthenes autem in iis quæ de antiqua comœdia scripsit, unde res hæc dicta sit, declarat.* Interpretor autem, *haud notum est omnibus:* quoniam præfixa particula οὐ, lego οὐ δῆλον ἅπασιν. Cætera quæ adjungit, conferenda cum iis quæ a Zenodoto, Suida et Hesychio, scribuntur. et videndus Erasmus in proverbio, Lupi decas. Quod autem ad Isocratis locum attinet, is exstat in illa oratione §. ιζ'. Cæterum sequendo quam habemus lectionem, ὅ,τι ποτὲ τοῦτ' ἐστὶ δῆλον ἅπασιν, intelligendum erit: Notum esse quidem omnibus verbi hujus usum, sed non item hujus usus originem, verum ab Eratosthene eam declarari. Alioqui videri posset scribendum, οὐ δῆλον ἅπασι. tunc autem ὅ,τι ποτὲ τοῦτ' ἐστὶ dicendum esset significare: Unde data sit isti vocabulo hæc significatio. Sed aliter locuturus fuisse videtur, si hoc dicere voluisset.

ΔΕΚΑ καὶ ΔΕΚΑΔΟΥΧΟΣ, Ἰσοκράτης ἐν τῇ πρὸς Καλλίμαχον παραγραφῇ. ἦρχον μὲν γὰρ οἱ δέκα, οἱ μετὰ τοὺς τριάκοντα καταστάντες. περὶ τῶν κατὰ τὴν κατάλυσιν τῶν τριάκοντα Ἀθήνησι χειροτονηθέντων ἀνδρῶν δέκα, καὶ τῶν ἑξῆς, εἴρηκεν Ἀνδροτίων ἐν τῇ τρίτῃ. ἐκαλεῖτο μέντοι τούτων ἕκαστος τῶν ἀρχόντων δεκαδοῦχος, ὡς δῆλον ποιεῖ Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Διογένους κλήρου. HARPOCRAT.

ΔΕΚΑ *et* ΔΕΚΑΔΟΥΧΟΣ, *apud Isocratem in Exceptione adversus Callimachum. Rerum enim potiebantur viri decem, qui post eos qui Triginta vocabantur constituti fuerant. Cæterum de viris decem qui Athenis creati fuerunt quum abrogatum viris triginta esset imperium, et de illis quæ secuta sunt, dixit Androtion libro tertio. Horum autem decem magistratuum quisque Decaduchus vocabatur, ut Lysias declarat, in oratione quæ inscribitur* περὶ τοῦ Διογένους κλήρου. Sed videtur scribendum, περὶ δὲ τῶν κατὰ κατάλυσιν. Immo nec κατὰ satis placet, verum malim μετά. Quinetiam in principio hujus observationis, non δέκα, sed οἱ δέκα (pro eo quod Latini dicerent *Decemviri*), scriptum ab Harpocratione fuisse verisimile est: quum omnino requiratur articulus (ut etiam legimus circa principium illius παραγραφῆς adversus Callimachum: ἦρχον μὲν γὰρ οἱ δέκα, οἱ μετὰ τοὺς τριάκοντα καταστάντες), ac verisimile sit, quum hunc auctor præfixisset, a quopiam fuisse sublatum, quod ordinem alphabeticum interrumperet. At in Panath. ubi non δέκα simpliciter, sed δέκα μόνους ἄνδρας dixit, merito articulum omisit. Fortasse autem pro δεκαδοῦχος suspicetur quispiam scribendum δεκάδαρχος. De qua suspicione vide quæ dicentur in observatione proxime sequente nominis δεκαδαρχία.

ΔΕΚΑΔΑΡΧΙΑ, Ἰσοκράτης. τὰς μὲν ὑπὸ Λακεδαιμονίων κατασταθείσας πόλεσι δεκαδαρχίας συνεχῶς ὀνομάζουσιν οἱ ἱστορικοί· ὁ μέντοι Ἰσοκράτης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ τρόπον τινὰ ἐξηγήσατο τοὔνομα. φησὶ γὰρ ὅτι Λακεδαιμόνιοι δέκα μόνον ἄνδρας, κυρίους ἑκάστης πόλεως ἐποίησαν. Φίλιππος μέντοι παρὰ Θετταλοῖς δεκαδαρχίας οὐ κατέστησεν, ὡς γέγραπται ἐν τῷ ἕκτῳ Φιλιππικῶν Δημοσθένους, ἀλλὰ τετραρχίαν. HARPOCRAT.

ΔΕΚΑΔΑΡΧΙΑ, *apud Isocratem. Historici subinde vocant Decadarchias quæ a Lacedæmoniis constitutæ sunt in urbibus: Isocrates vero in Panathen. vocabulum hoc quodammodo exposuit. scribit enim Lacedæmonios unamquanque urbem in potestatem virorum decem tradidisse. Philippus tamen apud Thessalos non constituit decadarchias (ut scriptum est in Philipp. VI. Demosthenis), sed tetrarchiam.* Nisi forte τετραρχίαν in τετραρχίας mutandum quis censet. Scripsisse porro Harpocrationem δεκαδαρχίαι, non δεκαδαρχία, existimo, initio hujus suæ observationis. Sic certe apud Isocratem in oratione ad Philippum pluralem numerum habemus §. μ'. διὰ τὰς δεκαδαρχίας τὰς ἐπὶ Λακεδαιμονίων. Nec dubito quin Harpocration locum hunc significare voluerit, atque adeo hujus etiam ipsius orationis nomen addiderit: qui omissus a librario fuerit. Quod vero attinet ad illum Panathenaici locum, in quo scribit Isocratem quodammodo vocabulum illud δεκαδαρχίας ἐξηγήσασθαι, id est, *exposuisse*, pulcherrimam ejus emendationem una eademque opera nobis suppeditat. Quum enim non in hac mea tantum editione sed in aliis quoque scriptum sit, ἀλλὰ δέκα μόνους ἄνδρας ἑκάστης πόλεως ἐποίησαν, quis hærere hic non cogatur? At

ecce, jam hærere desinemus, quum *κυρίους* genitivo illi adjiciendum ex isto Lexicographo didicerimus. Ne hoc quidem omittendum, apud Suidam legi *δεκάρχαι*, non *δεκαδάρχαι*: et *ἀναλόγως* ibidem scriptum esse *δεκαρχίας*, non *δεκαδαρχίας*. (Simul autem animadvertendum, scriptum esse apud eum *κατασταθείσας ἐν ταῖς πόλεσι.*) Atqui *δεκαδάρχαι*, iidem et *δεκάδαρχοι* dicuntur. Adeo ut suspectum cuipiam esse possit illud *δεκαδοῦχος*, quod in præcedente Harpocrationis observatione legitur: etiamsi apud Suidam eadem scriptura exstet. Respondendum fuerit alioqui, dictum esse *δεκαδοῦχος*, tanquam *δεκάδα ἔχων*, ea forma qua alia quædam ex verbo *ἔχω* composita.

ΔΗΜΟΚΟΙΝΟΣ, *ὁ δημόσιος βασανιστής. Ἰσοκράτης ἐν τῷ Τραπεζιτικῷ σχεδὸν ἐξηγήσατο τοὔνομα.* HARPOCRAT.

ΔΗΜΟΚΟΙΝΟΣ, ***publicus tortor. Isocrates in oratione quæ Trapezitica vocatur, propemodum exposuit hoc vocabulum.*** Locus in quo Isocratem propemodum exposuisse hoc vocabulum scribit, est hic §. θ'. *καὶ ἐγὼ μὲν ἠξίουν αὐτοὺς μαστιγοῦν τὸν ἐκδοθέντα καὶ στρεβλοῦν, ἕως ἂν τἀληθῆ δόξειεν αὐτοῖς λέγειν· οὗτος δ' οὐ δημοκοίνους ἔφασκεν ἑλέσθαι αὐτοὺς, ἀλλ' ἐκέλευε λόγῳ πυνθάνεσθαι παρὰ τοῦ παιδὸς εἴ τι βούλοιτο.* Ideo autem puto dici ab illo eum propemodum exposuisse hanc vocem, quod præcedat, *μαστιγοῦν τὸν ἐκδοθέντα καὶ στρεβλοῦν.* perinde videlicet ac si *δημόκοινος* esset *ὁ μαστιγῶν καὶ στρεβλῶν.*

ΔΙΑΘΕΣΙΣ, *ἀντὶ τοῦ πρᾶσις, Ἰσοκράτης Βουσίριδι.* HARPOCRAT.

ΔΙΑΘΕΣΙΣ, ***pro venditione, apud Isocratem Busiride.*** Quamvis autem rarus sit hic verbi *διατίθεσθαι* usus, non tamen Isocrati peculiaris: sicut nec is activæ vocis usus quem habet apud eum adverbio juncta in Paneg. Nam illic legimus §. λβ.' *εἶτα οὐκ αἰσχύνονται τὰς μὲν ἑαυτῶν πόλεις οὕτως ἀνόμως διαθέντες, τῆς δ' ἡμετέρας ἀδίκως κατηγοροῦντες*, id est, ***quum suas civitates tot injuriis contra leges affecerint.*** At vero §. λγ'. *οὓς ἡμεῖς οὕτω διέθεμεν, ὥςτε μὴ μόνον παύσασθαι στρατείας ἐφ' ἡμᾶς ποιουμένους*, id est, ***quos ita tractavimus***, vel ***quos in eum statum redegimus.*** Non enim assentiri possum interpreti, vertenti: ***quos ita compescuimus.*** Libuit autem, facta mentione illius usus vocis passivæ, et de hoc activæ usu istud annotare, præsertim quum Isocrati multo sit magis quam aliis vetustis scriptoribus familiaris. Sed addam alium paulum diversum ex Panath. §. νς'. ibi enim dicens, *καὶ διατιθέντας οὕτω πρὸς ἡμᾶς*, intelligit: ***qui hunc illis erga nos affectum indunt***, sive ***qui eos sic affectos erga nos reddunt***, vel ***animatos.***

ΔΙΕΣΚΑΡΙΦΗΣΑΜΕΘΑ, *ἀντὶ τοῦ διελύσαμεν. σκάριφον γάρ ἐστι τὸ κάρφος, καὶ φρύγανον. ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα εὐδιάλυτα καὶ εὐφύσητα. Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ. Περὶ ἐγγύης δὲ διεσκαριφησάμεθα. Σκαριφήσασθαι γὰρ ἐστὶ, τὸ ἐπισεσυρμένως τι ποιεῖν, καὶ μὴ κατὰ τὴν προσήκουσαν ἀκρίβειαν.* HARPOCRAT.

ΔΙΕΣΚΑΡΙΦΗΣΑΜΕΘΑ, ***id est, dissolvimus. Nam*** *σκάριφον* ***est idem quod*** *κάρφος* ***et*** *φρύγανον.* ***hæc autem sunt ejusmodi ut facile dissolvantur et flatu excutiantur. Isocr. in orat. Areopagitica:*** *περὶ ἐγγύης δὲ διεσκαριφησάμεθα.* ***Nam*** *σκαριφήσασθαι* ***est aliquid raptim facere, et non tam accurate quam par est.*** Apud Suidam eadem leguntur: nisi quod ipse Isocratis locus non affertur: sed hæc verba, *οὕτως Ἰσοκράτης*, sequitur, *σκαριφήσασθαι ἐστὶ τὸ ἐπισεσυρμ.* etc. Non abs re autem quis in hac Harpocrationis observatione quædam miretur: primum, unde sint illæ duæ voces *περὶ ἐγγύης*, quas verbo *διεσκαριφησάμεθα* præfigit: deinde, quomodo exponat verbo *διελύσαμεν*, quum hoc ipsum ab Isocrate verbum subjungatur (apud eum enim legimus, illa in oratione §. ε'. *οὐδένα χρόνον τὰς εὐτυχίας κατασχεῖν ἠδυνήθημεν, ἀλλὰ ταχέως διεσκαριφησάμεθα καὶ διελύσαμεν αὐτάς*): postremo, quomodo cum præcedentibus cohæreant ista quæ Aristophanis locum sequuntur: *σκαριφήσασθαι γὰρ ἐστὶ, τὸ ἐπισεσυρμ.* etc. Cujus enim rei rationem hic particula *γὰρ* reddit, quum alia sit omnino expositio, ac minime cum præcedente conveniens? Sed duo sunt eorum quæ proposui in quibus nos aliquantum Suidas juvat. Ac primum ad hanc posteriorem expositionem quod attinet, apud eum vocula *γὰρ* illi non adhibetur, sed legitur, *σκαριφήσασθαι ἐστὶ τὸ ἐπισ.* ut antea dixi. Nec dubito quin omissa fuerit particula disjunctiva ante verbum *σκαριφήσασθαι*, et Harpocr. scriptum reliquerit, *ἢ σκαριφ.* ut ea uti mos est quum diversa expositio proponitur. Alioqui dicitur etiam, *κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους*, vel aliquid tale. Præterea videmus Harpocrationis lectionem, in iis quæ profert tanquam ex Isocrate, et minime tamen cum nostris conveniunt (nisi et in alio hujus orationis loco ita verbo *διεσκαριφησάμεθα* utitur), a Suida non confirmari. Quod si quis eum ipsum esse locum sibi persuadet, sed ab hoc Lexicographo aliud quam *περὶ ἐγγύης* scriptum fuisse, manet interim illa dubitatio quam movi primam, quomodo illud vocabulum *διεσκαριφησάμεθα* exponatur voce *διελύσαμεν*, quæ ab ipso Isocrate cum altera illa velut copulatur. Ac mihi certe fit verisimile illum non verbo *διελύσαμεν*, sed aliquo alio usum esse. Aliud autem aptius in mentem mihi non venit quam *διεῤῥίψαμεν.* Cæterum alia quædam hoc de verbo (quo nullum in toto Isocratis opere magis aliis inusitatum esse arbitror) in meo Thesauro Græcæ linguæ legere poteris.

ΕΙΛΩΤΕΥΕΙΝ, *τὸ δουλεύειν. Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ. εἵλωτες γὰρ οἱ μὴ γόνῳ δοῦλοι Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οἱ πρῶτοι χειρωθέντες τῶν Ἕλος τὴν πόλιν οἰκούντων· ὡς ἄλλοι τε πολλοὶ μαρτυροῦσι καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῇ πρώτῃ.* HARPOCRAT.

ΕΙΛΩΤΕΥΕΙΝ, *servire, Isocr. Paneg. nam* εἵλωτες *vocabantur qui Lacedæmoniorum servi erant, non ab ipso ortu, sed capti primi ex illis qui urbem dictam Helos incolebant: ut cum alii multi testantur, tum Hellanicus libro* 1. Isocratis de Lacedæmoniis verba in illa oratione sunt §. λϛ′. τῇ αὐτῶν πόλει τοὺς ὁμόρους εἱλωτεύειν ἀναγκάζουσι. Sed εἱλωτεύειν non exponerem simpliciter δουλεύειν, cum Harpocratione, verum δουλεύειν ὥςπερ εἵλωτα. et illo in loco δουλεύειν ὥςπερ εἵλωτας, vel ὥςπερ εἵλωτας ὄντας, sive δουλεύειν εἱλωτικὸν τινὰ τρόπον, aut etiam δουλεύειν εἱλωτικῶς, si hoc uti adverbio liceret. Latine autem dici posset: *Heloticam quandam servitutem servire.* Valde autem duram hanc fuisse, ex alio ejusdem oratoris loco discimus. Cæterum hyperbole quadam utens, eos e servis dominos suos a nonnullis Græcis factos scribit §. λβ′.

ΕΠΑΚΤΟΣ ὅρκος, ὃν αὐτός τις ἑκὼν αὑτῷ ἐπάγεται, τουτέστιν αἱρεῖται. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Χαιρέστρατον καὶ Ἰσοκράτης Ἀπολλωνιάτης ἐν ταῖς πρὸς Δημόνικον παραινέσεσιν. ἔστι δὲ ὅρκου τρία εἴδη, ἀπώμοτος καὶ κατώμοτος, καὶ ὁ καλούμενος ἐπακτός. εἶναι δὲ τοῦτον οὐχ ἁπλοῦν. δεῖ γὰρ τὸν προτεινόμενον ὑπὸ τοῦ ὁρκίζοντος αὐτοῖς ὀνόμασιν ἀντιφωνεῖν τὸν ὁρκιζόμενον.

Ἐν τοῖς καιροῖς] Scil. αὐτῶν, i. e. ἐν ταῖς δυστυχίαις. Sic Cicero quoque "sua tempora" dicit Clodianum illud exsilium. Si quis tamen καιροῖς αὐτοῖς pro *in ipso temporis articulo* accipere velit, non obsto. Wolf. Καιροὺς λέγει τὰς τῶν συμφορῶν περιστάσεις. Cor.

Τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι] Publius Syrus in mimis n. 950. "Veterem ferendo injuriam, invites novam." Ex moribus scribit ætatis et gentis suæ. Nam apud Ethnicos justitiæ munus geminum erat, nec aliis injuriam facere nocendo, nec sibi tolerando. Itaque Corinthii apud Thucydidem l. II. Lacedæmonos reprehendunt tanquam minus justos, 'quod ipsi quidem alios non læderent, sed tamen lædi se socorditer paterentur.' Et Isocrates senior in Evagora eum laudat, tanquam virum religiosum, 'quod acceptas injurias ulcisceretur, non ipse prior faceret.' Facc.

Μὴ φθονοῦντας] Rogatus Cleobulus, ut est apud Stobæum p. 409. ed Wechel. quid vitandum esset maxime, respondit: τῶν μὲν φίλων τὸν φθόνον, τῶν δὲ ἐχθρῶν τὴν ἐπιβουλήν. Hinc Pyblius Syrus in mimis: "Mage cavenda est amicorum invidia, quam insidiæ hostium." Idem.

Τούτων ἀπόντων] Τούτων ponitur pro αὐτῶν, et ἀπόντων hypotheticῶs pro ἐὰν ἀπῶσι, *cum abfuerint*. Wolf. Sed dubium est, utrum hoc αὐτῶν ad ἀπόντων φίλων, an ad τοὺς παρόντας retulerit, quod in sensu h. l. constituendo diligenter definiendum est. Accuratiorem interpretationem præbere videtur Melissa, cujus lectionem Wolf. h. l. citat, nempe τῶν παρόντων. Quæ quidem Melissæ lectio nihil nisi interpretamentum est, quo monere voluit, τούτων ad παρόντας, non ad ἀπόντων φίλων referendum esse, tanquam scripsisset auctor: ἵνα δοκῇς μηδὲ τῶν παρόντων φίλων, ἀπόντων (i. e. ἐὰν ἀπῶσι) ὀλιγωρεῖν. sed nos tamen, quomodo locum intellexerit, melius docet et ad veram illius explicationem ducit. Locum igitur hac explicatione admissa sic vertas: *ne ipsos nunc præsentes, quando absint, negligere videaris.* Lang.

Τῶν ἀπόντων φίλων κ. τ. λ.] Itaque eos amamus, a quibus videmus amari amicos absentes, ut scribit Aristoteles Rhet. l. I. c. 9. Facc. Egregium quoque Thaletis dictum, quod jure celebratur: φίλων παρόντων καὶ ἀπόντων μεμνῆσθαι φησί. apud Diog. Laert. l. I. segm. 37. Vid. Erasmi adag. II. 52. Frick.

Τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα] Pro κατὰ τὴν ἐσθῆτα. Verte: *sis in vestitu munditiæ studiosus, sed quæ non odiosa sit et quæsita nimis.* Lang.

Φιλόκαλος] Seneca ep. XCII. "Mun-

κάλου μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς, καλλωπιστοῦ δὲ τὸ περίεργον.
e Ἀγάπα τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν μὴ τὴν ὑπερβάλλουσαν
κτῆσιν, ἀλλὰ τὴν μετρίαν ἀπόλαυσιν. Καταφρόνει τῶν
περὶ τὸν πλοῦτον σπουδαζόντων [1] μὲν, χρῆσθαι δὲ τοῖς
ὑπάρχουσι μὴ δυναμένων· παραπλήσιον γὰρ οἱ τοιοῦτοι
8 πάσχουσιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππον κτήσαιτο καλὸν, κακῶς
ἱππεύειν ἐπιστάμενος. Πειρῶ τὸν πλοῦτον χρήματα καὶ
κτήματα κατασκευάζειν. ἔστι δὲ χρήματα μὲν τοῖς ἀπο-
λαύειν ἐπισταμένοις, κτήματα δὲ τοῖς [2] κτᾶσθαι δυναμέ-

[1] μὲν om. A. C. L. [2] χρῆσθαι L.

dæ vestis electio appetenda est homini. Natura enim homo mundum et elegans animal est." Huic ipsi munditiæ modum præscribit Cicero l. I. offic. c. 36. "Adhibenda est munditia non odiosa; neque exquisita nimis, tantum quæ fugiat agrestem et inhumanam negligentiam. Eadem ratio est adhibenda vestitus, in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est." Facc. Homerus odyss. ζ. 29. Ἐκ γάρ τοι τούτων φάτις ἀνθρώποις ἀναβαίνει Ἐσθλή. Ad quem versum jam Cælii Rhodigini, item Erasmi indicio respicit Quintilianus, dicens: "cultus concessus atque magnificus addit hominibus, ut Græco versu testatum est auctoritatem." Instit. orat. l. VIII. procem. Frick.

Ἀγάπα τῶν ὑπαρχ. κ. τ. λ.] In Publii Syri mimis n. 745. "quicquid est plus, quam necesse, possidentes premit." Apuleius in Apol. p. 436. in usum Delph. "In omnibus ad vitæ munia utendis quicquid aptam moderationem supergreditur, oneri potius, quam usui exuberat." Sumpsit opinor, ab Aristotele, qui l. VII. polit. c. 1. scribit: 'ea, quæ in usu posita sunt, et bona utilia dicuntur, talia esse, ut excessu noceant habenti.' Facc.

Κτῆσιν] Ut apud Aristotelem hic commode intelligi potest *quærendi studium* seu *actum*. Wolf.

Καταφρόνει κ. τ. λ.] In Publii Syri mimis n. 762. 638. "Quid tibi pecunia opus est, si ea uti non potes?" "Pecunia est ancilla, si scis uti: si nescis, domina est." Itaque Socrates, cuidam de suis divitiis glorianti, οὐ πρότερον αὐτὸν θαυμάσειν ἔφη, πρὶν ἂν καὶ ὅτι κεχρῆσθαι τούτοις ἐπίσταται πειρασθῆναι. Refert Basilius in paræn. ad adolesc. Adde Aristidem socrat. dial. II. n. 17. Facc.

Πειρῶ τὸν πλοῦτον] I. e. πλουτεῖν. Wolf.

Πειρῶ τὸν πλοῦτον etc.] Sententia vult: et utendum et fruendum esse divitiis, h. e. eam rationem ineundam rei familiaris, ut et sarta tecta conservetur et fructus ex ea percipiatur; vel, pecuniam conferendam esse in usus necessarios et liberales, prædia vero excolenda, tuenda et conservanda esse. Idem. Interpreteris: *Fac, ut divitiis non tantum utaris, sed et serves illas: utuntur iis, qui frui sciunt; servant seu retinent, qui uti illis possunt.* Qui enim caput ipsum, non usuras, consumit, is utitur quidem divitiis, sed modo tamdiu, quoad consumptæ sunt, nec ulterius iis uti potest. Quod sine dubio subtilis auctor exquisitis his verbis indicare voluit, uti quisque mecum sentiet, qui morem illius penitius noverit. Auger. vero in alia prorsus abiit locumque paullo immutatum sic perperam est interpretatus: *Fac, ut divitiæ non ad necessitatem tantum, sed ad commoditates vitæ inserviant, iisque utare non ad vivendum duntaxat, sed ad vivendum cum splendore convenienti.* Lang. Coraes cum Augero pro χρῆσθαι dedit κτᾶσθαι, et sic sententiam effert: πειρῶ τὰ κτήματα ποιεῖν χρήματα, τουτέστι χρήσιμα· παρὰ τὸ χρῆσθαι γὰρ τὰ χρήματα, ὥσπερ παρὰ τὸ κτᾶσθαι τὰ κτήματα, ὧν ἡ περιουσία πλοῦτος καλεῖται. καὶ τὸ ἀπολαύειν τῶν κτημάτων οὐδέν ἐστιν ἕτερον ἢ ἐλευθερίως χρῆσθαι αὐτοῖς. Cf. Aristot. Rhet. I. 5.

Πειρῶ τὸν πλοῦτον κ. τ. λ.] Monitum hoc ortum puto ex verbis margini adscriptis ab interprete aliquo, ut intelligeretur, qua de re agat hoc loco Isocrates. Ipsa quoque constructio verborum minus recte habet. Cæterum ad artem recte fruendi pertinet illud Horatii l. I. ep. 4. v. 7. "Di tibi divitias dederant artemque fruendi." Sallustius in Catilin. c. 2. dixit "vivere et frui anima," quo ferme sensu Seneca ep. 60. "vivit is, qui se utitur." Facc.

Ἀπολαύειν — χρῆσθαι] Ἡ ἀπόλαυσις finis est et divitiarum et laborum qui propter eas capiuntur omnium: χρῆσις vero τοῦ πλούτου est ea administratio rei familiaris, ut sors incolumis sit. Wolf.

νοις. Τίμα τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν δυοῖν ἕνεκα, τοῦ τε
ζημίαν μεγάλην ἐκτῖσαι [1] δύνασθαι, καὶ τοῦ φίλῳ σπου- b
δαίῳ δυστυχοῦντι βοηθῆσαι· πρὸς δὲ τὸν ἄλλον βίον μηδὲν
ὑπερβαλλόντως ἀλλὰ μετρίως αὐτὴν ἀγάπα. Στέργε μὲν
τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω. Μηδενὶ συμφορὰν ὀνει-
δίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη, καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον. Τοὺς
ἀγαθοὺς εὖ ποίει· καλὸς γὰρ θησαυρὸς παρ' ἀνδρὶ σπου-
δαίῳ χάρις ὀφειλομένη. τοὺς κακοὺς [2] δ' εὖ ποιῶν ὅμοια
πείσῃ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας κύνας σιτίζουσιν· ἐκεῖναί τε γὰρ c
τοὺς διδόντας ὥσπερ τοὺς τυχόντας ὑλακτοῦσιν, οἵ τε
κακοὶ τοὺς ὠφελοῦντας ὥσπερ τοὺς βλάπτοντας ἀδικοῦσι.
Μίσει τοὺς κολακεύοντας, ὥσπερ τοὺς ἐξαπατῶντας·

[1] δύνασθαι om. A. L.

[2] δ' om. A. L.

Ζημίαν] Vox ζημία fortasse referenda est ad mulctas et pœnas judiciarias. Facc. Nisi integram phrasin de quocunque damno rei familiaris resarciendo interpretari malis. Frick.

Βοηθῆσαι] Cicero offic. l. I. c. 20. "Nihil honestius magnificentiusque, quam pecuniam contemnere, si non habeas: si habeas, ad beneficentiam liberalitatemque conferre." Nepos in vita Attici c. 12. "Tantum abfuit a cupiditate pecuniæ, ut nulla in re usus sit ea, nisi in deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis. Facc.

Αὐτὴν] Scil. οὐσίαν. — Med. αὐτὸν, scil. βίον, qua posteriore lectione admissa βίος h. l. idem erit, quod οὐσία, locusque ita fere transferendus: *quod vero ad reliquas divitias attinet, tu ne non immoderate illas, sed mediocriter æstimes.* At non video, quid sibi velint *aliæ divitiæ*, nec quid aliud mihi displiceat, addo. Hinc πρὸς τὸν ἄλλον βίον explico: *ad reliquos in vita usus.* præsertim quum οὐσίαν jam præcesserit, et αὐτὴν, quod ad οὐσίαν commode refertur, a Codd. firmetur. Lang.

Στέργε μὲν τὰ παρόντα] *sorte tua contentus esto.* Wolf.

Στέργε μὲν τὰ παρόντα] Id dicitur in eos, qui *sua parvi pendunt*, ut loquitur Sallustius in Catilin. c. IX. Phædrus l. I. fab. 4. ita docet meliora quærenda esse, ut tamen præsentia non amittamus. Idem docuit Æsopus et ex eo G. Faernus fab. LIII. et Avianus fab. XX. Horat. l. I. ep. 17. v. 23. "Omnis Aristippum decuit color et status et res, Tentantem majora, fere præsentibus æquum. Facc.

Ζήτει δὲ τὰ βελτίω] Cicero *res meliores quærere* hoc dicit. Wolf.

Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς] Sumptum est ex Pittaco apud Diog. Laert. l. I. segm. 78. Ἀτυχίαν μὴ ὀνειδίζειν. Hinc Publius Syrus in mimis n. 148. "Crudelis est in re adversa objurgatio." Idem ibid. n. 586. "objurgari in calamitate gravius est, quam calamitas." Ex proverb. Catonian. cujuscunque sint auctoris: "Irridens miserum, dubium sciat omne futurum." Facc.

Σπουδαίῳ] Post σπουδαίῳ supplendum ἀπόκειται. *præclarus thesaurus repositus est apud virum bonum debita gratia.* Sententia est: Beneficium in bonum virum collocatum non aliud est, quam thesaurum aliquem asservandum illi dedisse, quem is tibi quovis tempore bona fide sit redditurus. Wolf.

Τοὺς κακοὺς εὖ ποιῶν] Phædrus l. IV. fab. 18. "Qui fert auxilium malis, post tempus dolet." Est etiam in rem hanc Theognidis sententia v. 105. Δειλοὺς εὖ ἔρδοντι ματαιοτάτη χάρις ἐστί. Item Plauti in Pœnul. act. III. sc. 3. "Malo benefacere tantundem est periculum, quantum bono malefacere." Facc.

Ἐκεῖναι] Pro αὗται, et refertur ad propinquius nomen. Wolf.

Τυχόντας] Budæus in suo codice annotarat τύπτοντας, ut τύπτειν et διδόναι inter se opponerentur: lectio bona est, etsi τυπόντας melius quadraret ad τυχόντας. Idem. Egregie. Lang. Ἀλλ' οὐ χρὴ μετακινεῖν τὴν γραφήν· οἱ γὰρ κύνες, οὐκ ἐπὶ μόνους τοὺς τύπτοντας ὁρμῶσιν, ἀλλὰ "πρὶν σκέψασθαι εἰ φίλος, ἂν μόνον ψοφήσῃ, ὑλακτοῦσιν," ὥς φησιν ὁ φιλόσοφος Ἠθ. Νικομ. Ζ. ζ'. Cor.

Ὠφελοῦντας] Scil. αὐτούς. Wolf.

Μίσει τοὺς κολακεύοντας] Huc facit illud Phædri l. I. fab. 13. "qui se laudari gaudent verbis subdolis, Seræ dant pœnas turpes pœnitentiæ." Hinc Cato: "Noli homines blando nimium sermone probare. fistula dulce canit, volucrem dum decipit auceps." Vid. Senec. p. 123. Facc. Exstat in Plutarchi moralibus opusculum *de discrimine adulatoris et amici*, ubi primo τραπεζέας *mensarios* nominat; deinde vero ad quæstionem: 'a quonam adulatorum maxime cavendum sit?' respondet: τὸν μὴ δοκοῦντα, μηδ' ὁμολογοῦντα κολακεύειν, ὃν οὐκ ἔστι λαβεῖν περὶ τοὐπτανεῖον, οὐδὲ ἁλίσκεται σκιὰν καταμετρῶν ἐπὶ δεῖπνον, οὐδ' ἔῤῥιπται μεθυσθεὶς ὅπως ἔτυχεν, ἀλλὰ νήφει τὰ πολλὰ, καὶ πολυπραγμονεῖ, καὶ πράξεων μετέχειν οἴεται δεῖν, καὶ λόγων ἀποῤῥήτων βούλεται κοινωνὸς εἶναι. Frick.

ἀμφότεροι γὰρ πιστευθέντες τοὺς [1] πιστεύσαντας ἀδικοῦ-
σιν. Ἐὰν ἀποδέχῃ τῶν φίλων τοὺς πρὸς τὸ φαυλότατόν σοι
χαριζομένους, οὐχ ἕξεις ἐν τῷ βίῳ τοὺς πρὸς τὸ βέλτιστον 7
d ἀπεχθανομένους. Γίγνου πρὸς τοὺς πλησιάζοντας ὁμιλη-
τικὸς, ἀλλὰ μὴ σεμνός· τὸν μὲν γὰρ τῶν ὑπεροπτικῶν ὄγκον
μόλις ἂν οἱ δοῦλοι καρτερήσειαν, τὸν δὲ τῶν ὁμιλητικῶν
τρόπον ἅπαντες ἡδέως ὑποφέρουσιν. ὁμιλητικὸς δ' ἔσῃ, μὴ
δύσερις ὢν μηδὲ δυσάρεστος μηδὲ πρὸς [2] πάντας φιλόνικος,
μηδὲ πρὸς τὰς τῶν πλησιαζόντων ὀργὰς τραχέως ἀπαντῶν,
e μηδ' ἂν ἀδίκως ὀργιζόμενοι τυγχάνωσιν, ἀλλὰ θυμουμένοις
μὲν αὐτοῖς εἴκων, πεπαυμένοις δὲ τῆς ὀργῆς ἐπιπλήττων·
μηδὲ περὶ τὰ γελοῖα σπουδάζων, μηδὲ περὶ τὰ σπουδαῖα

[1] πιστεύοντας A. C. L.

[2] πάντα A. C. L.

Πιστευθέντες] I. e. Ἐάν τις πιστεύῃ αὐτοῖς. Wolf.

Πρὸς τὸ φαυλότατον] Idem est quod ἐν τοῖς φαυλοτάτοις πράγμασι. Wolf. *ad maximum tuum incommodum.* Lang.

Ἐν τῷ βίῳ] Videtur subintelligi ὅλῳ, *quoad vixeris.* Wolf.

Πρὸς τὸ βέλτιστον] I. e. ἕνεκα τοῦ βελτίστου. Idem. *ad maximam tuam utilitatem.* Idem est ac quod Epist. 4. occurrit: περὶ τοῦ συμφέρειν ἀντιλέγειν τολμῶντας, et ibid. ἐπὶ τῷ βελτίστῳ παῤῥησιαζομένους. Lang.

Ἀπεχθανομένους σοι] I. e. οἵτινες ἂν βούλοιντο ἀπεχθάνεσθαί σοι. *qui propter admonitionum severitatem odium tuum suscipere non recusent.* Rodolphus fortasse legit παριστανομένους, vertit enim *qui tibi ad ea quæ sunt optima sequendum assistant.* Wolf.

Γίνου π. τ. πλ. ὁμιλητικὸς] Phædrus l. III. fab. 16. "Humanitati qui se non accommodat, Plerumque pœnas oppetit superbiæ." Facc. Cicero l. II. offic. c. 14. Conciliat animos hominum comitas affabilitasque sermonis." Idem de amic. c. 18. "Suavitas quædam sermonum atque morum haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ." Frick.

Πάντα] Subintelligi potest vel ἄνθρωποι vel πράγματα. Rodolphus: *cum omnibus.* ergo aut legit πάντας, aut πάντα genere masculino accepit. Wolf.

Πρὸς πάντα φιλόνεικος] *omnibus in rebus adversator*, uti H. Wolfius interpretatur. Præstantior autem est lectio, quæ Facciolato quoque placuit: πρὸς πάντας φιλόνεικος. *cum omnibus certandi, omnibus præstandi cupidus*, scilicet ut Isocrates ταυτολογίας culpa liberetur. Frick.

Τραχέως] Rodolphus: *celeriter.* legit ταχέως. quod cum iis quæ sequuntur, non male convenit. Wolf.

Τραχέως] Libenter legissem ταχέως, *continuo.* Seneca de ira l. III. c. 39. "Primam iram non audebis oratione mulcere, surda est et amens. Remedia in remissionibus prosunt." Vide ibi plura. Huc pertinet Pythagoricum dictum apud Plutarchum de lib. educ. c. XVII. πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν. Facc. Quod cum reliquis Pythagoræ symbolis erudite explicavit Erasmus adag. I. 2. Frick.

Ἀπαντῶν] I. e. ἀποκρινόμενος, vel μηδὲ λόγοις μηδ' ἔργοις ἀμειβόμενος. Wolf.

Περὶ τὰ γελοῖα — περὶ τὰ σπ.] Antitheta sunt. *seriam rem in nugis agere*, h. e. severitate ludicris in rebus uti; et *in re seria nugas agere*, idem quod παίζειν. Idem. Pro περὶ utroque loco Cod. August. legit παρὰ, quod in significatione *inter*, v. c. παρὰ τὴν πόσιν (*inter potandum*), huic loco apprime convenit. Accedit, quod hæ præpositiones a librariis

τοῖς γελοίοις χαίρων — τὸ γὰρ ἄκαιρον πανταχοῦ λυπη-
ρόν —· μηδὲ τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαριζόμενος, ὅπερ
πάσχουσιν οἱ πολλοὶ, ποιοῦντες [1] μὲν, ἀηδῶς δὲ τοῖς φίλοις
ὑπουργοῦντες· μηδὲ φιλαίτιος ὢν, βαρὺ γὰρ, μηδὲ φιλεπιτι- 9
μητὴς, παροξυντικὸν γάρ. Μάλιστα μὲν εὐλαβοῦ τὰς ἐν
τοῖς πότοις συνουσίας· [2] ἐὰν δέ ποτέ σοι συμπέσῃ καιρὸς,
ἐξανίστασο πρὸ μέθης. ὅταν γὰρ ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθαρῇ,
ταὐτὰ πάσχει τοῖς ἅρμασι τοῖς τοὺς ἡνιόχους [3] ἀποβα-
λοῦσιν· ἐκεῖνά τε γὰρ ἀτάκτως φέρεται [4] διαμαρτόντα τῶν
εὐθυνούντων, ἥ τε ψυχὴ πολλὰ σφάλλεται διαφθαρείσης b

[1] μὲν εὖ A. C. [2] ἂν A. C. L. [3] ἀποβάλλουσιν A. C. L.
[4] διαμαρτάνοντα τῶν εὐθυνόντων A. L.

quam sæpissime inter se sunt confusæ, ut docet Fischer. ad Weller. Gr. spec. 3. part. 2. p. 225 et 271. Ceterum γελοῖα e præcepto Mœridis scribendum est γέλοια. Lang.

Μὴ περὶ τὰ γελοῖα] Horatius l. I. ep. 18. v. 89. "Oderunt hilarem tristes tristemque jocosi." Hinc Aristoteles scribit Rhet. l. II. c. 7. "nos irasci illis, qui ironia utuntur, quum ipsi serio agimus." Hac ipsa de causa Socrates invidia laboravit, quod perpetua ironia uteretur. Facc.

Τοῖς γελοίοις χαίρων] Pro τοῖς γελοίοις χαίρων exspectamus γελοιάζων vel tale quid. Lang.

Τὸ ἄκαιρον] Scilicet id vult Isocrates, ut quæ suo tempore suoque loco fieri, convenit, illa faciamus; ne lætemur aliis dolentibus, quum iis condolere sit æquum, quod in Theognidis sententiis v. 1217. seq. sic exprimitur: Μήποτε πὰρ κλαίουσι καθιζόμενοι γελάσωμεν, Τοῖς αὐτῶν ἀγαθοῖς, Κύρν᾽, ἐπιτερπόμενοι. Frick.

Μηδὲ τὰς χάριτας κ. τ. λ.] Seneca de benefic. l. II. c. 4. "Sunt, qui beneficia asperitate verborum et supercilio in odium adducunt, eo sermone usi, ea superbia, ut impetrasse, pœniteat." Et c. 7. "Fabius verrucosus beneficium ab homine duro aspere datum, panem lapidosum vocabat." Vid. ibi plura in hanc rem. Facc.

Ποιοῦντες μὲν] Scil. ὧνπερ δέονται οἱ φίλοι. Budæus legit: ποιοῦντες μὲν εὖ. Wolf. Et textui inseruit Wolfius; etsi ἐλλειπτικῶς, inquit, potest accipi. Citat Coraes Lycurg. c. Leocrat. §. κδ᾽.

Τὰς χάριτας ὅστις εὐγενῶς χαρίζεται,
Ἥδιον ἐν βροτοῖσιν· οἳ δὲ δρῶσι μὲν,
Χρόνῳ δὲ δρῶσι, δρῶσι δυσγενέστερον.

Φιλαίτιος] Contra querulos in malis humanis est Senecæ epist. 96. . Sed hic queruli notantur in amicitia colenda. Facc.

Φιλεπιτιμητὴς] Publius Syrus in mimis, n. 34. "Amicum lædere ne joco quidem licet." Idem.

Μάλιστα μὲν εὐλαβοῦ κ. τ. λ.] Anacharsis apud Diog. Laert. l. I. segm. 103. aiebat, vitem tres ferre fructus, primum *voluptatis*, secundum *ebrietatis*, tertium *mœroris*. Itaque idem philosophus mirabatur, cur Græci primum quidem parvis poculis in mensa uterentur; postea vero, quum saturi essent, majoribus. De hac Græcorum intemperantia loquitur Cicero Tusc. V. et in oratione pro Cluentio. Contra Plato, ut est apud Diog. Laert. l. III. segm. 39. p. 187. concedebat, ut in rebus festis ad ebrietatem potaretur. Et Xenocrates, vir cætera temperantissimus, corona aurea donatus est ob largiorem compotationem. Diog. Laert. l. IV. segm. 8. Idem. Græcorum veteres bibaces fuisse, ex Athenæo, Æliano aliisque facile demonstratur. Quin et potationum concertationes usitatas fuisse, vel unum πολυποσίας certamen, ab Alexandro Magno institutum, docet, in quo unus et quadraginta compotorum vini sumpti abundantia perierunt; victor autem Promachus, accepto talento, victoriæ præmio, tertio post conflictum die obiit, referente Plutarcho in Alexandro. Plura exempla percenset Ælianus var. hist. l. II. c. 41. Cum hoc Isocratis præcepto egregie quoque conspirat Theognidis V. 484. seqq. sententia: μὴ πῖν᾽ οἶνον ὑπερβολάδην, Ἀλλ᾽ ἢ πρὶν μεθύειν ὑπανίστασο, μὴ σὲ βιάσθω Γαστὴρ, ὥστε κακὸν λάτριν ἐφημέριον· Ἢ παρεὼν μὴ πῖνε. Frick.

Διαμαρτάνοντα] I. e. μὴ ἔχοντα. Wolf.

Εὐθυνόντων] Cod. August. et ed. Mediolan. εὐθυνοῦντων (scr. εὐθυνούντων). Vid. epist. 9. p. 758. Vertas: *illi (currus) enim temere feruntur, quum rectoribus destituti sunt.* Lang.

τῆς διανοίας. Ἀθάνατα μὲν φρόνει τῷ μεγαλόψυχος εἶναι,
θνητὰ δὲ τῷ συμμέτρως τῶν ὑπαρχόντων ἀπολαύειν. Ἡγοῦ
τὴν παιδείαν τοσούτῳ μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι τῆς ἀπαιδευσίας,
ὅσῳ τὰ μὲν ἄλλα μοχθηρὰ πάντες κερδαίνοντες πράττου-
σιν, αὕτη δὲ μόνη καὶ προσεζημίωσε τοὺς ἔχοντας· πολ-
λάκις γὰρ, [1] ὧν τοῖς λόγοις ἐλύπησαν, [2] τούτων τοῖς ἔργοις
c τὴν τιμωρίαν ἔδοσαν. Οὓς ἂν βούλῃ ποιήσασθαι φίλους,
ἀγαθόν τι λέγε περὶ αὐτῶν πρὸς τοὺς [3] ἀπαγγέλλοντας·
ἀρχὴ [4] γὰρ φιλίας μὲν ἔπαινος, ἔχθρας δὲ ψόγος. Βουλευό-
μενος παραδείγματα ποιοῦ τὰ παρεληλυθότα τῶν μελ-
λόντων· τὸ γὰρ ἀφανὲς ἐκ τοῦ φανεροῦ ταχίστην ἔχει τὴν
διάγνωσιν. Βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ
δόξαντα. Ἡγοῦ κράτιστον εἶναι παρὰ μὲν [5] τῶν θεῶν

[1] ὃν A. C. L. [2] τούτῳ A. C. L. [3] ἀπαγγελοῦντας C.
[4] μὲν γὰρ φιλίας A. C. L. [5] θεοῦ A.

Ἀθάνατα μὲν φρόνει etc.] Verba hæc vertenda esse videntur, ac si Græce scriptum esset: μεγαλόψυχος ἔσο, ὡς ἀθάνατος, καταφρονῶν τῆς ὑπερβαλλούσης κτήσεως τῶν χρημάτων· συμμέτρως δὲ τῶν ὑπαρχόντων ἀπόλαυε, ὡς θνητός. Wolf. Quæ in Hipponico supra (p. 3. e. ed. Steph.) laudavit auctor, ea h. l. in præcepti forma recurrunt, unde apparet μεγαλόψυχον h. l. esse *liberalem*. Lang. Ἐλευθέριος. Cor.

Τὴν παιδείαν] De παιδείᾳ et ἀπαιδευσίᾳ, quæ non modo in tractatione artium, sed in omni vita locum habet, vide Scioppium de pædia politices. Quem hic Isocrates vocat ἀπαίδευτον, Ital. *incolto, incivile*, Plutarchus de legend. poet. dicit ἀμαθῆ, eumque ait in rebus omnibus peccare. Huic opponit τὸν ἀστεῖον, quem ait omnia recte agere. Facc. Βαρὺ ἀπαιδευσία, inquit Pittacus apud Stobæum serm. XXVIII. p. 87. ed. Wechel. Frick.

Πάντες] Fortasse πάντα legendum. Wolf. Perperam. Lang.

Κερδαίνοντες] Construe hæc verba ita, ut κερδαίνοντες ultimum locum occupet, vertens: *lucrum inde facientes.* Idem.

Αὕτη δὲ μόνη etc.] *Illa autem* (eruditionis inopia) *tantum abest, ut lucrum faciat, ut etiam maxime noceat possessoribus suis.* Idem.

Τοὺς ἔχοντας] Scil. τὴν ἀπαιδευσίαν, h. e. τοὺς ἀπαιδεύτους. Wolf.

Ἀπαγγέλλοντας] Scil. ἐκείνοις. sed malim ἀπαγγελοῦντας. Idem. Uti Rodolp. Agricol. in suo Cod. reperisse videtur, quippe qui vertit: *qui renunciaturi sunt.* Lang.

Βουλευόμενος] I. e. ἐν τῷ βουλεύεσθαι, vel ἐὰν βουλεύῃ. Aliquid obscuritatis habent hæc verba, sed sententia perspicua est: Si quas res agendas suscepturus sis, considerandum esse, quomodo eædem aliis successerint, ut eas vel urgeas, si felix eventus fuerit, vel omittas, si adversus. Wolf.

Ταχίστην ἔχει διάγνωσιν] *facillime vel celerrime perspicitur.* Lang.

Βουλεύου μὲν βραδέως κ. τ. λ.] Primam partem hujus moniti expressit Publius Syrus in mimis n. 170. "Deliberandum est diu, quod statuendum est semel:" alteram Velleius l. II. c. 79. a quo M. Agrippa dicitur "extra dilationes positus consultisque facta conjungens:" utramque Sallustius de bello catilin. c. 1. "Priusquam incipias, consulto et, ubi consulueris, mature facto opus est." Id totum refertur ab Aristotele inter proverbia l. VI. ethic. c. 10. Δεῖ βουλεύεσθαι μὲν ἐφ᾽ ἡσυχίας, ποιεῖν δὲ τὰ δόξαντα μετὰ σπουδῆς. Facc. Livius l. V. c. 19. "Omnia summa ratione consilioque acta fortuna etiam sequitur." Frick.

Δόξαντα] Scil. σοί. Wolf.

Ἡγοῦ κράτιστον κ. τ. λ.] Horatius l. I. ep. 18. v. ult. "Satis est orare Jovem, quæ donat et aufert: Det vitam, det opes, æquum mi animum ipse parabo." Et Cicero de nat. deor. l. III. c. 36. "Judicium hoc omnium mortalium est, fortunam a deo petendam, a se ipso sumendam esse sapientiam." Vide tamen, ne homini plus tribuas, quam deceat. Facc.

Παρὰ τῶν θεῶν] H. e. τῶν διδομένων ὑπὸ τῶν θεῶν καὶ μὴ τῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεως ὄντων. Wolf.

εὐτυχίαν, παρὰ δὲ ἡμῶν αὐτῶν εὐβουλίαν. Περὶ ὧν ἂν d
αἰσχύνῃ παῤῥησιάσασθαι, [1] βούλῃ δέ τισι τῶν φίλων
8 ἀνακοινώσασθαι, χρῶ τοῖς λόγοις ὡς περὶ ἀλλοτρίου τοῦ πράγματος· οὕτω γὰρ τὴν ἐκείνων τε γνώμην αἰσθήσῃ, καὶ σεαυτὸν οὐ καταφανῆ ποιήσεις. Ὅταν [2] ὑπὲρ τῶν σεαυτοῦ μέλλῃς τινὶ [3] συμβούλῳ [4] χρῆσθαι, σκόπει πρῶτον πῶς [5] τὰ ἑαυτοῦ διῴκησεν· ὁ γὰρ κακῶς διανοηθεὶς περὶ τῶν ἰδίων, οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων. e
οὕτω δ' ἂν [6] μάλιστα βουλεύεσθαι παροξυνθείης, εἰ τὰς συμφορὰς τὰς ἐκ τῆς ἀβουλίας ἐπιβλέψειας· καὶ γὰρ τῆς ὑγιείας πλείστην ἐπιμέλειαν ἔχομεν, ὅταν τὰς λύπας τὰς ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας ἀναμνησθῶμεν. Μιμοῦ τὰ τῶν βασιλέων 10
ἤθη, καὶ δίωκε τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα· δόξεις γὰρ αὐτοὺς ἀποδέχεσθαι καὶ ζηλοῦν· ὥστε σοι συμβήσεται παρά τε τῷ πλήθει μᾶλλον εὐδοκιμεῖν καὶ τὴν παρ' ἐκείνων εὔνοιαν

[1] βούλει A. C. L. [2] δὲ ὑπὲρ τῶν A. C. L. [3] συμβουλεύεσθαι A. C. L. [4] χρῆσθαι om. A. C. L. [5] ὑπὲρ τῶν αὐτοῦ A. [6] κάλλιστα A.

Παρ' ἡμῶν αὐτῶν] I. e. ὅσα ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐστί. Idem.

Ἀνακοινώσασθαι] Scil. περὶ αὐτῶν. Idem.

Ὅταν δὲ ὑπὲρ τῶν σεαυτοῦ κ. τ. λ.] Itaque Isocrates senior in orat. de regno monet Nicoclem, ut sibi caveat ab iis, qui τοῖς μὲν ἄλλοις εὐδαιμονίαν ὑπισχνοῦνται, αὐτοὶ δὲ ἐν πολλαῖς ἀπορίαις εἰσί. Facc.

Μέλλῃς τινὶ συμβουλεύεσθαι] I. e. συμβουλήν τινος ζητήσῃς. Wolf. Auct. ad Herenn., 4. 18: "Qui suis rationibus inimicus fuerit semper, eum quomodo alienis rebus amicum fore speres." Plura loca laudat Kuhn ad Æl. V. H. 1. 33. ed. Perizon. p. 64. Cæterum συμβουλεύεσθαι cum dativo constructum est: *consulere aliquem* seu *commentari cum aliquo de re agenda*. Lang.

Μάλιστα] Conf. infra p. 110. 8. seq. Idem.

Ἀβουλίας] Scil. γιγνομένας. Wolf.

Μιμοῦ τὰ τῶν βασιλέων ἤθη] Memorandum videtur hoc præceptum et locis illis, quorum plures in hac oratione deprehendisse mihi videor, annumerandum, e quibus demonstrari possit, Isocratem Atheniensem vix posse esse opusculi hujus auctorem, quidquid alii, in quorum numero etiam Angerius est, contra clamitent. Nam tum in verbis dicendique formis, tum in sententiis et nimio imitandi studio, quo haud raro obscuritas oritur non levis, denique in toto scribendi genere tot, ut mihi quidem videtur, argumentorum copia operis subditivi parata est, ut Wolf., qui Isocratem ejusque dicendi morem penitius novit, valde mirer, quod huic libello, etsi per se haud contemnendo, Isocratis Atheniensis nomen tam simpliciter præponere non dubitarit. Lang.

Μιμοῦ τὰ τῶν βασ. ἤθη] Plinius paneg. c. XLV. "Flexibiles quamcunque in partem ducimur a principe atque, ut ita dicam, sequaces sumus. Huic enim cari, huic probati esse cupimus, quod frustra speraverint dissimiles, eoque obsequii continuatione pervenimus, ut prope omnes homines unius moribus vivamus." Facc. Pergit interjectis paucis Plinius: "vita principis censura est eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur; nec tam imperio nobis opus est, quam exemplo," quasi diceret: recta vitæ principis exempla idem præstant, quod munus censoris perpetui. Disserit enim de principe optimo, Trajano suo. Josephus antiqu. judaic. 3. circa finem hæc habet: οἱ ἀρχόμενοι οὐκ ἀποδέχεσθαι δοκοῦσι τὰ τῶν βασιλέων ἔργα, μὴ ταῦτα πράττοντες. Frick.

Δίωκε] Διώκειν hic idem est quod ἐφίεσθαι καὶ ἐπιτηδεύειν. Wolf.

Δόξεις] Sive αὐτοῖς τοῖς βασιλεῦσι sive ἑτέροις τισί. Idem.

Αὐτοὺς ἀποδέχεσθαι] I. e. ἀρέσκεσθαι τοῖς τρόποις αὐτῶν. Idem.

Ζηλοῦν] Licet fortassis accipere hic ἀντὶ τοῦ μακαρίζειν, h. e. *fortunatum judicare*. Idem.

βεβαιοτέραν ἔχειν. Πείθου μὲν καὶ τοῖς νόμοις τοῖς ὑπὸ τῶν βασιλέων κειμένοις· ἰσχυρότατον μέντοι νόμον ἡγοῦ τὸν ἐκείνων τρόπον. ὥσπερ γὰρ τὸν ἐν δημοκρατίᾳ πολιτευό-
b μενον τὸ πλῆθος δεῖ θεραπεύειν, οὕτω καὶ τὸν ἐν μοναρχίᾳ κατοικοῦντα τὸν βασιλέα προσήκει θαυμάζειν. Εἰς ἀρχὴν κατασταθεὶς, μηδενὶ χρῶ πονηρῷ πρὸς τὰς διοικήσεις· ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνον [1] ἁμάρτῃ, σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσιν. Ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττου μὴ πλουσιώτερος ἀλλ' ἐνδοξότερος· πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ
c τοῦ πλήθους ἔπαινος. Μηδενὶ πονηρῷ πράγματι μήτε παρίστασο μήτε συνηγόρει· δόξεις γὰρ καὶ αὐτὸς τοιαῦτα πράττειν, οἷάπερ ἂν τοῖς ἄλλοις πράττουσι βοηθῇς. Παρασκεύαζε σεαυτὸν πλεονεκτεῖν μὲν [2] δύνασθαι, ἀνέχου δὲ τὸ ἴσον [3] ἔχων, ἵνα δοκῇς ὀρέγεσθαι τῆς δικαιοσύνης μὴ δι' ἀσθένειαν ἀλλὰ δι' ἐπιείκειαν. Μᾶλλον ἀποδέχου δικαίαν πενίαν
d ἢ πλοῦτον ἄδικον· τοσούτῳ γὰρ κρείττων δικαιοσύνη χρημάτων, ὅσῳ τὰ μὲν ζῶντας μόνον ὠφελεῖ, ἡ δὲ καὶ τελευτήσασι δόξαν παρασκευάζει, κἀκείνων μὲν [4] τοῖς φαύλοις μέτεστι, ταύτης δὲ τοῖς μοχθηροῖς ἀδύνατον μεταλαβεῖν. Μηδένα ζήλου

[1] ἁμάρτοι A. L. [2] δυνάμενον A. L. [3] ἔχειν A. C. L. [4] καὶ τοῖς C.

Τὴν παρ' ἐκείνων] H. e. τὴν τῶν βασιλέων. Idem.

Κειμένοις] Pro τεθειμένοις. Idem.

Τὸν ἐκείνων τρόπον] I. e. ὅπερ ἂν αὐτοῖς βουλομένοις ᾖ. Idem.

Θαυμάζειν] I. e. περὶ πλείστου ποιεῖσθαι ἢ τιμᾶν. Idem.

Κατασταθεὶς] Scil. ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἢ τῶν κρατούντων. Idem.

Διοικήσεις] Cum Wolfio suppleas τῶν περὶ τὴν ἀρχὴν πραγμάτων. Lang.

Τοῦ πλήθους ἔπαινος] Hinc Publius Syrus in mimis n. 96. "Bona opinio hominum tutior pecunia est." Facc. Pindarus Isthm. hymn. VII. ὁ δ' ὄλβιος, ὃν φάμαι κατέχοντ' ἀγαθαί. Frick.

Μηδενὶ πονηρῷ κ. τ. λ.] Publius Syrus in mimis n. 88. "Bis peccas, quum peccanti obsequium accommodas." Theognis v. 411. Μηδενὸς ἀνθρώπων κακίας δόκει εἶναι ἑταῖρος. Facc.

Παρίστασο] Ad advocatos pertinet, qui etiam tacentes sua præsentia reo patrocinantur, quod Latini dicunt *stare ab aliquo*: συνηγόρει ad oratores et causidicos, qui oratione defendunt reum. Wolf.

Ἀνέχου τὸ ἴσον ἔχειν] I. e. στέργε ἢ ἀγάπα τὴν ἰσότητα, μὴ δυσφόρει τὰ ἴσα ἔχων. Pro ἔχειν quid si participium ἔχων legatur? quod videtur Ἑλληνικώτερόν. Etsi in Paragr. οὐκ ἀγαπᾷ τῶν ἴσων τυγχάνειν τοῖς ἄλλοις. Idem.

Δικαίαν πενίαν] I. e. πενίαν μετὰ δικαιοσύνης. Quanquam si ad alios refertur, res pro persona posita est, ut sit: τοὺς δικαίους πένητας ἢ τοὺς πλουσίους ἀδίκους ὄντας. Idem.

Μᾶλλον ἀποδέχου δικαίαν κ. τ. λ.] Theognis v. 144. Βούλεο δ' εὐσεβέως ὀλίγοις σὺν χρήμασιν οἰκεῖν, Ἢ πλουτεῖν ἀδίκως χρήματα πασσάμενος. Facc. Huc pertinet et illud Pindari Isthm. hymn. VII. τὸ δὲ πὰρ δίκαν γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά. Frick.

Κἀκείνων] Theognis v. 149. Χρήματα μὲν δαίμων καὶ παγκάκῳ ἀνδρὶ δίδωσιν. Facc. Idem v. 681. Πολλοὶ πλοῦτον ἔχουσιν ἀΐδρεες, οἱ δὲ τὰ καλὰ Ζητοῦσιν χαλεπῇ τειρόμενοι πενίῃ. Frick.

Κἀκείνων μὲν τ. φ. μέτεστι] I. e. καὶ εἰ φαῦλοι πλουτεῖν δύνανται. Wolf.

Ταύτης] Τῆς δόξης τῆς ὑπὸ τῆς δικαιοσύνης παρασκευαζομένης. Cor.

Μηδένα ζήλου κ. τ. λ.] Ex Chilone apud Diog. Laert. l. I. segm. 70. Ζημίαν αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἢ κέρδος αἰσχρόν. Facc. Celebratum quoque Hesiodi dictum Ἐργ. 350. Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσα ἄτῃσιν. Frick.

τῶν ἐξ ἀδικίας κερδαινόντων, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποδέχου τοὺς
μετὰ δικαιοσύνης ζημιωθέντας· οἱ γὰρ δίκαιοι τῶν ἀδίκων εἰ c
9 μηδὲν ἄλλο πλεονεκτοῦσιν, ἀλλ᾽ οὖν ἐλπίσι γε σπουδαίαις
ὑπερέχουσι. Πάντων μὲν ἐπιμελοῦ τῶν περὶ τὸν βίον,
μάλιστα δὲ τὴν σαυτοῦ φρόνησιν ἄσκει· μέγιστον γὰρ ἐν
ἐλαχίστῳ νοῦς ἀγαθὸς ἐν ἀνθρώπου σώματι. Πειρῶ [1] τῷ μὲν 11
σώματι εἶναι φιλόπονος, [2] τῇ δὲ ψυχῇ φιλόσοφος· ἵνα τῷ
μὲν ἐπιτελεῖν δύνῃ τὰ δόξαντα, τῇ δὲ προορᾷν ἐπίστῃ τὰ
συμφέροντα. Πᾶν ὅ τι ἂν μέλλῃς λέγειν, πρότερον ἐπισκόπει
τῇ γνώμῃ· πολλοῖς γὰρ ἡ γλῶττα προτρέχει τῆς διανοίας.
[3] Δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶσθα σαφῶς, ἢ περὶ
ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς
κρείττων, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾷν ἢ λέγειν. Νόμιζε
μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον· οὕτω γὰρ οὔτ᾽ εὐτυχῶν
ἔσῃ περιχαρὴς, οὔτε δυστυχῶν περίλυπος. Χαῖρε μὲν ἐπὶ

[1] τὸ μὲν σῶμα A. C. L. [2] τὴν δὲ ψυχὴν A. C. L. [3] δύω C.

Μηδὲν ἄλλο πλεονεκτοῦσιν] I. e. ἐν μηδενὶ ἄλλῳ πράγματι πλέον ἔχουσι τῶν ἀδίκων ἢ ὑπερέχουσιν. Wolf.

Ἐλπίσι γε σπουδαίαις] Isocrates moniti hujus rationem videtur ab eodem Chilone sumpsisse apud Diog. Laert. l. I. segm. 69. Ἐρωτηθεὶς, τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, ἔφη, ἐλπίσιν ἀγαθαῖς. Facc.

Τῶν περὶ τὸν βίον] Quicquid ad vitam degendam attinet, intelligendum. Wolf.

Νοῦς ἀγαθὸς] Quid sit *mens bona*, vide apud Senecam epist. XXIII. XLI. et LXXVI. Late funditur ad omne recte cogitandi, loquendi et agendi consilium. Vid. et Persii sat. II. quæ inscribi solet de *bona mente*. Facc.

Φιλόπονος] Seneca de provid. c. V. "Labor optimos citat. Senatus per totum diem consulitur, quum illo tempore vilissimus quisque aut in campo otium suum oblectet, aut in popina lateat cæt." Facc.

Πολλοῖς γὰρ ἡ γλῶττα τ. λ.] Ex Chilone, ut est apud Diog. Laert. I. segm. 70. γλῶτταν μὴ προτρέχειν τοῦ νοῦ. Idem significat Homerus, quum ait, "Ulyssem non ex ore vocem mittere, sed ex pectore." ut est apud Gellium l. I. c. 15. Facc.

Δύο ποιοῦ κ. τ. λ.] In vulgata præceptum hoc sequenti est propositum, quam transpositionem Augerius, Wolfii auctoritate recepit. Lang.

Τῆς σιγῆς] Epictetus enchir. c. XLI. σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι᾽ ὀλίγων. Simonides autem aiebat: μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις. Ex distich. Catonian. l. I. "Virtutem primam esse puta compescere linguam: Proximus ille deo, qui scit ratione tacere." Facc.

Εὐτυχῶν ἔσῃ περιχαρὴς] Ex Periandro ut est apud Diog. Laert. l. I. segm. 97. Εὐτυχῶν μὲν μέτριος ἴσθι, δυστυχῶν δὲ φρόνιμος. Ita Phædrus l. IV. fab. 16. "Parce gaudere oportet et sensim queri." Facc. Ceterum de fortuna utraque, æquo animo ferenda, ut multa egregia habet Plutarchus; ita et hanc commendat sententiam: Εὐλόγιστος ὁ τὸν οἰκεῖον ὅρον ἔχων καὶ δυνάμενος φέρειν δεξιῶς τά τε προσηνῆ καὶ τὰ λυπηρὰ τῶν ἐν τῷ βίῳ συμβαινόντων. Paucis interjectis pergit: τῶν καλῶς λεγομένων ἐστὶν ἐν ὑποθήκης μέρει καὶ τοῦτο·

μηδ᾽ εὐτύχημα μηδὲν ὧδ᾽ ἔστω μέγα,
ὅ σ᾽ ἐξεπαίρῃ μεῖζον, ἢ χρεὼν, φρονεῖν·
μηδ᾽, ἄν τι συμβῇ δυσχερὲς, δουλοῦ
πάλιν,
ἀλλ᾽ αὐτὸς αἰεὶ μίμνε τὴν σαυτοῦ φύσιν
σώζων βεβαίως, ὥστε χρυσὸς ἐν πυρί.

πεπαιδευμένων γάρ ἐστι καὶ σωφρόνων ἀνδρῶν, πρός τε τὰς δοκούσας εὐτυχίας τὸν αὐτὸν εἶναι, καὶ πρὸς τὰς ἀτυχίας γενναίως φυλάξαι τὸ πρέπον. Orat. consol. ad Apollon. vol. vii. p. 318. ed. Hutten. Frick.

τοῖς συμβαίνουσι τῶν ἀγαθῶν, [1] λυποῦ δὲ μετρίως ἐπὶ τοῖς
γιγνομένοις τῶν κακῶν, γίγνου δὲ τοῖς ἄλλοις [2] μηδ᾽ ἐν
ἑτέροις ὢν κατάδηλος· ἄτοπον γὰρ τὴν μὲν οὐσίαν ἐν ταῖς
οἰκίαις ἀποκρύπτειν, τὴν δὲ διάνοιαν φανερὰν ἔχοντα πε-
c ριπατεῖν. Μᾶλλον εὐλαβοῦ ψόγον ἢ κίνδυνον· δεῖ γὰρ εἶναι
φοβερὰν τοῖς μὲν φαύλοις τὴν τοῦ βίου τελευτὴν, τοῖς δὲ
σπουδαίοις τὴν ἐν τῷ ζῆν ἀδοξίαν. Μάλιστα μὲν πειρῶ
ζῆν κατὰ τὴν ἀσφάλειαν· ἐὰν δέ ποτέ σοι συμβῇ κινδυνεύ-
ειν, ζήτει τὴν ἐκ τοῦ πολέμου σωτηρίαν μετὰ καλῆς δόξης,
ἀλλὰ μὴ μετ᾽ αἰσχρᾶς φήμης· τὸ μὲν γὰρ τελευτῆσαι
πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκρινε, τὸ δὲ καλῶς ἀποθανεῖν
d ἴδιον τοῖς σπουδαίοις ἡ φύσις ἀπένειμε.

έ. Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ πολλὰ τῶν εἰρημένων οὐ πρέ-
πει σοι πρὸς τὴν νῦν παροῦσαν ἡλικίαν. οὐδὲ γὰρ ἐμὲ τοῦτο
διέλαθεν· ἀλλὰ προειλόμην διὰ τῆς αὐτῆς πραγματείας
ἅμα τοῦ τε παρόντος βίου συμβουλίαν ἐξενεγκεῖν, καὶ τοῦ
μέλλοντος χρόνου παράγγελμα καταλιπεῖν. τὴν μὲν γὰρ
τούτων χρείαν ῥᾳδίως εἰδήσεις, τὸν δὲ συμβουλεύοντα μετ᾽
e εὐνοίας χαλεπῶς εὑρήσεις. ὅπως οὖν τὰ λοιπὰ μὴ παρ᾽
ἑτέρου ζητῇς, ἀλλ᾽ ἐντεῦθεν ὥσπερ ἐκ ταμιείου προφέρῃς,
ᾠήθην δεῖν μηδὲν παραλιπεῖν ὧν [3] ἔχω σοι συμβουλεύειν.
πολλὴν δ᾽ ἂν [4] τοῖς θεοῖς χάριν σχοίην, εἰ μὴ διαμάρτοιμι 10
12 τῆς δόξης [5] ἧς ἔχων περὶ σοῦ τυγχάνω. τῶν μὲν γὰρ ἄλ-

[1] καὶ λυποῦ μετρ. A. C. L. [2] ἐν μηδετέροις L. [3] ἂν ἔχω A. C. L. [4] τῷ θεῷ A. [5] ἣν A. L.

Τῶν ἀγαθῶν] Pro ἀγαθοῖς positum est, sicuti τῶν κακῶν pro κακοῖς. Wolf.

Μετρίως] Mihi videtur referendum ad χαῖρε, sicut ad λυποῦ. Auger.

Λυποῦ μετρίως] Theognis v. 1159. ὁ μὲν ἐσθλὸς Τολμᾷ ἔχων τὸ κακὸν, οὐκ ἐπίδηλος ὅμως. Facc.

Ἐν μηδετέροις] Verte: *neque gaudens neque dolens aliis hominibus* (ἄλλοις) *manifestus sis.* Lang. Et sic Coraes.

Μᾶλλον εὐλαβοῦ ψόγον κ. τ. λ.] In Publii Syri mimis n. 923. "Tolerabilior, qui mori jubet, quam qui male vivere." Hinc C. Marius apud Sallustium de bello Jugurth. c. XC. "Nemo ignavia immortalis factus; neque quisquam parens liberis, ut æterni forent, optavit, magis ut boni honestique vitam exigerent." Facc.

Κατὰ τὴν ἀσφάλειαν] Pro ἀσφαλῶς καὶ ἐν ἀσφαλεῖ, ἐν εἰρήνῃ. Wolf.

Ἐκ τοῦ πολέμου] *ex certamine.* Si quis ita vertat, *ex bello*, non repugnarim. Nam et Livius l. II. c. 7. videtur sumere *bellum* pro certamine. Et apertius Varro de lingua Lat. l. VI. c. 3. Facc.

Τὸ δὲ καλῶς ἀποθ.] Cicero pro P. Quinct. c. 15. "Mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat." Idem.

Ἡ φύσις ἀπένειμε] Quæ salvo sensu omitti possunt, a Cod. August. absunt. Lang.

Προειλόμην] Pro ἐβουλόμην. Wolf.

Διὰ τῆς αὐτῆς πραγματείας] *una eademque opera.* Lang.

Τοῦ παρόντος βίου συμβουλίαν ἐξενεγκεῖν] I. e. συμβουλεύειν, ὅπως νῦν χρὴ διάγειν τὸν βίον etc. Wolf.

Τὴν μὲν γὰρ τούτων χρείαν] I. e. πῶς καὶ πότε χρὴ τούτοις χρῆσθαι. Idem.

Προφέρῃς] Ἴσ. προφέρῃ. ἡ γὰρ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐδωδίμων, ἅ τις προαιρεῖται καὶ προφέρεται, ἤγουν ἐξάγει ἰδίας ἕνεκα χρήσεως. Cor.

λων τοὺς πλείστους εὑρήσομεν, ὥσπερ τῶν σιτίων τοῖς ἡδί-
στοις μᾶλλον ἢ τοῖς ὑγιεινοτάτοις χαίροντας, οὕτω καὶ τῶν
φίλων τοῖς συνεξαμαρτάνουσι πλησιάζοντας, ἀλλ᾽ οὐ τοῖς
νουθετοῦσι. σὲ δὲ νομίζω τοὐναντίον τούτων ἐγνωκέναι,
τεκμηρίῳ χρώμενος τῇ περὶ τὴν ἄλλην σου παιδείαν φιλο-
πονίᾳ· τὸν γὰρ αὑτῷ τὰ βέλιστα πράττειν ἐπιτάττοντα,
τοῦτον εἰκὸς καὶ τῶν ἄλλων τοὺς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν παρακα- b
λοῦντας ἀποδέχεσθαι. μάλιστα δ᾽ ἂν παροξυνθείης ὀρε-
χθῆναι τῶν καλῶν ἔργων, εἰ καταμάθοις, ὅτι καὶ τὰς ἡδο-
νὰς [1] ἐκ τούτων μάλιστα [2] γνησίως ἔχομεν. ἐν μὲν γὰρ τῷ
ῥαθυμεῖν καὶ τὰς πλησμονὰς ἀγαπᾷν εὐθὺς αἱ λῦπαι ταῖς
ἡδοναῖς παραπεπήγασι, τὸ δὲ περὶ τὴν ἀρετὴν φιλοπονεῖν
καὶ σωφρόνως τὸν αὑτοῦ βίον οἰκονομεῖν ἀεὶ τὰς τέρψεις
εἰλικρινεῖς καὶ βεβαιοτέρας ἀποδίδωσι· κἀκεῖ μὲν [3] πρότερον c
ἡσθέντες ὕστερον ἐλυπήθημεν, ἐνταῦθα δὲ μετὰ τὰς λύπας
τὰς ἡδονὰς ἔχομεν. ἐν [4] πᾶσι δὲ τοῖς ἔργοις οὐχ οὕτω τῆς
ἀρχῆς μνημονεύομεν, ὡς τῆς τελευτῆς αἴσθησιν λαμβάνο-
μεν· τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν περὶ τὸν βίον οὐ δι᾽ αὐτὰ πρά-
γματα ποιοῦμεν, ἀλλὰ τῶν ἀποβαινόντων ἕνεκα διαπο-
νοῦμεν.

ϛ΄. Ἐνθυμοῦ δὲ [5] ὅτι τοῖς μὲν φαύλοις ἐνδέχεται τὰ τυ-
χόντα πράττειν — εὐθὺς γὰρ τοῦ βίου τοιαύτην πεποίην-
ται τὴν ὑπόθεσιν —, τοῖς δὲ σπουδαίοις οὐχ οἷόν τε τῆς d
ἀρετῆς ἀμελεῖν [6] διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν τοὺς ἐπιπλήττοντας.

[1] τὰς ἐκ A. C. L. [2] γνησίας C. [3] πρῶτον A. C. L.
[4] ἅπασι A. C. L. [5] διότι A. L. [6] ἢ πολλοὺς A. C. L.

Τούτων] Scil. τῶν πλησιαζόντων τοῖς συνεξαμαρτάνουσι. Wolf.

Φιλοπονίᾳ] Conjungenda sunt φιλοπονίᾳ σοῦ. Idem.

Πράττειν] Scil. τῆς φήμης ἕνεκα. Idem.

Γνησίως] F. γνησίας. Idem.

Παραπέπηγασι] Γειτνιάζουσι καὶ πλησίον ἀλλήλαις κεῖνται. Cor.

Φαύλοις] De significatione φαῦλος et σπουδαῖος vid. Ind. Lang.

Εὐθὺς] Ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀρχῆς. Cor. Cf. Schol. Aristoph. Nub. 1043.

Τοιαύτην πεποίηνται τὴν ὑπόθεσιν] *tale fundamentum vitæ illorum jactum est*, scil. a fortuna, h. e. cum fortuna obscuros eos fecerit, nemo magnopere curat, sive honeste sive turpiter vivant. Wolf.

Ἢ πολλοὺς] Post ἢ videtur deesse aliquid, et legendum ἢ αὐτοὺς μὴ πολλοὺς, subaudiendo οὐχ οἷόν τε. Auger. Post ἢ intelligi etiam potest ἀναγκαῖον. vel constructio ita resolvenda: τοῖς δὲ σπουδαίοις οὐχ οἷόν τε τῆς ἀρετῆς ἀμελεῖν ἢ τοιόνδε ὥςτε ἔχειν. Wolf. οἷόν τε repeti commode posse negat, hinc aut ἀνάγκη post ἔχειν repetit, aut ἔχειν pro ἕξουσι positum esse putat. Ego vero vix dubito, Græcos ita locutos esse, quum, ut Fr. A. Wolf. ait ad Reizii libell. de prosodiæ Græcæ accentus inclinatione, p. 80: 'vulgus, penes quod norma est et arbitrium loquendi, adeo ducitur analogiæ sensu, ut ea, quæ in uno aliquo genere satis causæ habent, eadem in aliis aut minore ratione aut nulla ad imitationem trahat. *Inde fit, ut non raro constructio aliqua auctores habeat optimos, cujus difficile sit probabilem solutionem afferre.*' Mihi displicet porro τοὺς post ἔχειν. Lang. ἢ per εἰ δὲ exponit Coraes, subaudiendo ἀμελήσουσι ἀνάγκη.

πάντες γὰρ μισοῦσιν οὐχ οὕτω τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, ὡς
τοὺς ἐπιεικεῖς μὲν φάσκοντας εἶναι, μηδὲν δὲ τῶν τυχόντων
διαφέροντας· εἰκότως· ὅπου γὰρ τοὺς τῷ λόγῳ [1] μόνον ψευ-
δομένους ἀποδοκιμάζομεν, ἦ πού [2] γε τοὺς τῷ βίῳ παντὶ
e ἐλαττουμένους, οὐ φαύλους εἶναι φήσομεν; δικαίως δ᾽ ἂν
τοὺς τοιούτους ὑπολάβοιμεν μὴ μόνον εἰς ἑαυτοὺς ἁμαρτά-
νειν, ἀλλὰ καὶ τῆς τύχης εἶναι προδότας· ἡ μὲν γὰρ αὐτοῖς
χρήματα καὶ δόξαν καὶ φίλους ἐνεχείρισεν, οἱ δὲ σφᾶς αὐ-
τοὺς ἀναξίους τῆς ὑπαρχούσης εὐδαιμονίας κατέστησαν. εἰ
δὲ δεῖ θνητὸν ὄντα τῆς τῶν θεῶν στοχάσασθαι διανοίας,
13 ἡγοῦμαι κἀκείνους ἐπὶ τοῖς οἰκειοτάτοις μάλιστα δηλῶσαι 11
πῶς ἔχουσι πρὸς τοὺς φαύλους καὶ τοὺς σπουδαίους τῶν
ἀνθρώπων. Ζεὺς γὰρ Ἡρακλέα καὶ Τάνταλον γεννήσας —
ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι, καὶ πάντες πιστεύουσι —, τὸν μὲν διὰ
τὴν ἀρετὴν ἀθάνατον ἐποίησε, τὸν δὲ διὰ τὴν κακίαν ταῖς
μεγίσταις τιμωρίαις ἐκόλασεν. οἷς [3] δεῖ παραδείγμασι χρω-
μένους ὀρέγεσθαι τῆς καλοκαγαθίας, καὶ μὴ μόνον τοῖς
b ὑφ᾽ ἡμῶν εἰρημένοις ἐμμένειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ποιητῶν τὰ
βέλτιστα μανθάνειν, καὶ τῶν ἄλλων σοφιστῶν, εἴ τι χρή-
σιμον εἰρήκασιν, ἀναγιγνώσκειν. ὥσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν
ὁρῶμεν ἐφ᾽ ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν,
ἀφ᾽ ἑκάστου δὲ τὰ [4] βέλτιστα λαμβάνουσαν, οὕτω χρὴ
καὶ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους, μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν,
πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. μόλις γὰρ ἄν τις
ἐκ ταύτης τῆς ἐπιμελείας τὰς τῆς φύσεως ἁμαρτίας ἐπι-
κρατήσειεν.

[1] μόνῳ A. C. L. [2] γε om. A. C. L. [3] χρὴ A. C. L. [4] χρήσιμα A. C. L.

Ἦπου] Πόσῳ μᾶλλον. Cor.

Ἐλαττουμένους] Scil. τῆς δόξης καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων προσδοκίας τῆς περὶ αὐτῶν ὑπαρχούσης. Wolf. *factos inferiores*, sc. ea quam de se dederant opinione, vel ea quam professi erant virtute. Auger. Cæterum ut intelligas, qua fiat, ut φαύλοις universis h. l. tribuantur, quæ nonnullis tantum eorum conveniant, i. e. magna de se hominum opinio, res familiaris, amici, peculiarem h. l. vocis φαῦλος et σπουδαῖος vim observes, quam in Indice indicavi. Lang.

Τύχης] Rodolphus: ψυχῆς. Sed nostra lectio haud dubie verior est. Wolf.

Προδότας] Vid. Ind. Lang.

Καὶ τῶν ἄλλων] F. καὶ τὰ τῶν ἄλλων. Verbum enim ἀναγινώσκειν alioqui commode satis construi non potest, etiamsi ad εἴ τι χρήσιμον εἰρήκασιν referre velis. Wolf.

Σοφιστῶν] Τῶν μὴ ἐμμέτρως, ἀλλὰ καταλογάδην γραψάντων. Cor. Cf. Schol. Aristoph. Nub. 330.

Μόλις] *et vix tamen*. Lang.

Ἐκ ταύτης] I. e. διὰ ταύτης. Wolf.

B.

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΡΟΣ ΝΙΚΟΚΛΕΑ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΥΕΙΝ Η ΠΕΡΙ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ.

Pag. ed. Cor. | Pag. ed. H. Steph.

12 α'. ΟΙ μὲν εἰωθότες, ὦ Νικόκλεις, ὑμῖν τοῖς βασιλεῦσιν 14
ἐσθῆτας ἄγειν ἢ χρυσὸν εἰργασμένον ἢ [1] τῶν ἄλλων τι τῶν
τοιούτων κτημάτων, ὧν αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς εἰσίν, ὑμεῖς δὲ

[1] ἄλλο τι A. C. L.

SUMMARIUM. (α'.) *Proœmium.* Muneris hujus præ aliis quæ regibus offerri soleant indoles ac præstantia, cujus finis sit de regum officiis præcipiendi. Hominibus nimirum privatis multam esse officia sua discendi occasionem, regibus, qui difficillimam artem exerceant, nullam. Hinc tyrannorum, qui beatissimi esse possint, miserabilem vitam, multorumque hominum de conditione illorum perversum judicium. Quid regibus sequendum sit, quid fugiendum, in universum docere per se laudabile esse, licet expositio instituto non respondeat. (γ'.) *Præcepta.* Primarius regum finis, ex quo veluti e fonte omnia eorum officia effluant inque quem recurrant. (δ'.) Quem si quis consequi velit, sapientiorem aliis fieri oportere ingenio excolendo et prudentiorum hominum consuetudine. (ε'.) Reges debere populum amore complecti, multitudinem tueri et continere, optimos honorare, omnes ab injuria defendere. (ϛ'.) Edicta, instituta, leges, negotiationes, lites, judicia. Quomodo civitas administranda sit. In quo magnificentia sit ostendenda. Qua ratione dii sint colendi. (ζ'.) Quibus honores tribuendi. Quæ sit tutissima corporis custodia. Privatorum opes tuendæ. Veritatis studium. Qua ratione peregrini habendi sint. Erga cives clementia. Quomodo et quando bellum sit gerendum. Moderatio et abstinentia. (η'.) De amicis, familiaribus, præfectis, ministris eligendis. Quid alii de aliis dicant, audiendum. Calumniatores puniendos. Sibi ipsi imperandum esse. (θ'.) Quibus studiis delectandum sit, et de quibus rebus certandum. Quales honores ambiendi. Quæ studia occultanda, quæ ostendenda. Regum temperantia exemplum civibus. Optimi regni indicium. Liberis gloria potius quam opes relinquenda. In vestibus splendor, in vita severitas, in dictis factisque consideratio. Modus in rebus servandus. (ι'.) Urbanitas cum gravitate conjuncta. Cui studiorum generi præ cæteris opera danda sit regibus. Qua ratione optime inclarescant. (ια'.) Præstantia animi præ corporis effigie. Ipsis faciendum esse quod probent, quod æmulentur, quod liberis præcipiant. Qui sapientes sint habendi. — (ιβ'.) *Epilogus.* In ejusmodi præceptis non id agi ut nova sint, quæ doceantur, sed ut quam plurima undique collecta jucunde tradantur. Ea utilia quidem esse, sed lectoribus haud jucunda. (ιγ'.) In causa esse hominum perversitatem. Cupiunt pessima, aversantur optima. Hinc qui vulgo hominum placere velit, eum Homerico more fabulas narrare easdemque Tragicorum exemplo in actiones redigere oportere. (ιδ'.) Regi vero aliter esse judicandum, neque homines factaque voluptate, sed utilitate esse metiendos. Homines autem inprimis e prudentibus et tempestivis consiliis æstimandos esse. Bonum consiliatorem omnibus bonis esse præponendum. (ιε'.) Hoc donum quoque in hac re ab aliis differre, quod usu non deterius, sed pretiosius etiam fiat. LANG. Videtur scripta hæc oratio fuisse non multo tempore postquam Nicocles ad regnum pervenit anno ante Christum 373. et Isocratis ætatis 63. AUGER.

Νικόκλεις] Fuit hic Nicocles Evagoræ filius, rex Cypriæ Salaminis. WOLF.

Ὑμῖν τοῖς βασιλεῦσιν] Scil. τοῖς ἡμιθέοις εἶναι δοκοῦσι. IDEM.

Ἄγειν] Scil. διὰ γῆς ἢ θαλάσσης, ἢ ἐξ ἀλλοδαπῆς χώρας. IDEM.

Κτημάτων] Prætuli eam maxime ob causam, quod pretium rerum, quas possidemus modo, ut possideamus, non, ut illis utamur (κτημάτων), leve est et fere nullum, et contextus postulat, ut rerum, quarum h. l. auctor mentionem facit, pretium quam maxime extenuetur. LANG.

15 πλουτεῖτε, λίαν ἔδοξαν εἶναί μοι καταφανεῖς, οὐ δόσιν ἀλλ'
ἐμπορίαν ποιούμενοι, καὶ πολὺ τεχνικώτερον αὐτὰ πωλοῦντες τῶν ὁμολογούντων καπηλεύειν. ἐγὼ δ' [1] ἡγησάμην ἂν [2] γενέσθαι ταύτην καλλίστην δωρεὰν καὶ χρησιμωτάτην καὶ μάλιστα πρέπουσαν ἐμοί τε δοῦναι καὶ σοὶ λαβεῖν, εἰ δυνηθείην ὁρίσαι, ποίων ἐπιτηδευμάτων ὀρεγόμενος καὶ τίνων ἔργων ἀπεχόμενος ἄριστ' ἂν καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν βασι-
b λείαν διοικοίης. τοὺς μὲν γὰρ ἰδιώτας ἔστι πολλὰ τὰ παιδεύοντα, [3] μάλιστα μὲν τὸ μὴ τρυφᾶν ἀλλ' ἀναγκάζεσθαι περὶ τοῦ βίου καθ' [4] ἑκάστην τὴν ἡμέραν βουλεύεσθαι, ἔπειθ' οἱ νόμοι καθ' οὓς ἕκαστοι πολιτευόμενοι τυγχάνουσιν, ἔτι δ' ἡ παῤῥησία καὶ τὸ φανερῶς ἐξεῖναι τοῖς τε φίλοις ἐπιπλῆξαι, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι ταῖς ἀλλήλων ἁμαρτίαις, πρὸς δὲ τούτοις [5] καὶ τῶν ποιητῶν τινὲς τῶν προγεγενημένων ὑποθήκας ὡς χρὴ ζῆν καταλελοίπασιν·
c ὥστ' ἐξ ἁπάντων τούτων εἰκὸς αὐτοὺς βελτίους γίγνεσθαι. τοῖς δὲ τυράννοις οὐδὲν ὑπάρχει τοιοῦτον, ἀλλ' [6] οὓς ἔδει παιδεύεσθαι μᾶλλον τῶν ἄλλων, ἐπειδὰν εἰς τὴν ἀρχὴν [7] καταστῶσιν, ἀνουθέτητοι διατελοῦσιν· οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων αὐτοῖς οὐ πλησιάζουσιν, οἱ δὲ συνόντες 13
πρὸς χάριν ὁμιλοῦσι. καὶ γάρ τοι κύριοι [8] γιγνόμενοι καὶ
d χρημάτων πλείστων καὶ πραγμάτων μεγίστων, διὰ τὸ μὴ καλῶς χρῆσθαι ταύταις ταῖς ἀφορμαῖς πεποιήκασιν ὥστε πολλοὺς ἀμφισβητεῖν, πότερόν ἐστιν ἄξιον ἑλέσθαι τὸν βίον τὸν τῶν ἰδιωτευόντων μέν, ἐπιεικῶς δὲ πραττόντων, ἢ

[1] ἡγησαίμην A. L. [2] καλλίστην γενέσθαι ταύτην A. C. L. [3] καὶ μάλιστα A. C. L. [4] ἑκ. ἀγωνίζεσθαι τὴν ἡμέραν, ἔπειθ' A. C. L. [5] τινὲς καὶ τῶν ποιητῶν A. C. L. [6] οὓς μᾶλλον ἔδει τῶν ἄλλων παιδεύεσθαι A. C. L. [7] κατασταθῶσιν A. C. L. [8] γενόμενοι A. L.

Ὁρίσαι] Martinus Phileticus: *definitione quadam explicare.* WOLF.

Τὴν πόλιν] Scil. Salaminem, præcipuam Nicoclis urbem. IDEM.

Τὸ ἐξεῖναι] I. e. ἡ ἐξουσία. Observetur obiter etiam constructio: ἐξεῖναι τοῖς φίλοις ἐπιπλῆξαι, scil. τοῖς φίλοις. IDEM.

Ἐξ ἁπάντων κ. τ. λ.] Conjungo: γίνεσθαι βελτίους ἐξ ἁπάντων τούτων, i. e. ὅταν ταῦτα πάντα συζευχθῇ. IDEM.

Μὴ καλῶς] Phileticus: *perperam atque immodice.* Ἤγουν ἐπὶ βλάβῃ ἑαυτῶν τε καὶ ἑτέρων, ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ αὐτούς τε εὐδαιμονεῖν καὶ τοὺς ἄλλους εὐεργετεῖν. IDEM.

Πολλοὺς] Scilicet τῶν εὖ φρονούντων. IDEM.

Ἐπιεικῶς δὲ πραττόντων] Referri hoc potest vel ad morum modestiam, vel ad fortunarum mediocritatem, id quod magis probo. IDEM. *mediocri sorte* vel *conditione utentium.* AUGER. Et sic quoque Coraes.

τὸν τῶν τυραννευόντων. ὅταν μὲν γὰρ ἀποβλέψωσιν εἰς τὰς
τιμὰς καὶ τοὺς πλούτους καὶ τὰς δυναστείας, ἰσοθέους
[1]ἅπαντες νομίζουσι τοὺς ἐν ταῖς μοναρχίαις ὄντας· ἐπει-
δὰν δὲ ἐνθυμηθῶσι τοὺς φόβους καὶ τοὺς κινδύνους, καὶ
διεξιόντες [2]ὁρῶσι τοὺς μὲν ὑφ' ὧν ἥκιστα [3]χρῆν διεφθαρμέ- e
νους, τοὺς δὲ εἰς τοὺς οἰκειοτάτους ἐξαμαρτεῖν ἠναγκασμέ-
νους, τοῖς δὲ ἀμφότερα ταῦτα συμβεβηκότα, πάλιν ὁπωσ-
οῦν ζῆν ἡγοῦνται λυσιτελεῖν μᾶλλον ἢ μετὰ τοιούτων συμ-
φορῶν ἁπάσης τῆς Ἀσίας βασιλεύειν. ταύτης δὲ τῆς ἀνω- 16
μαλίας καὶ τῆς ταραχῆς αἴτιόν ἐστιν, ὅτι τὴν βασιλείαν
ὥσπερ ἱερωσύνην παντὸς ἀνδρὸς εἶναι νομίζουσιν, ὃ [4]τῶν
ἀνθρωπίνων πραγμάτων μέγιστόν ἐστι καὶ πλείστης προ-
νοίας δεόμενον.

β'. Καθ' ἑκάστην μὲν οὖν [5]τὴν πρᾶξιν, ἐξ ὧν ἄν τις μάλιστα δύναιτο κατὰ τρόπον διοικεῖν, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ διαφυλάττειν τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγειν, τῶν ἀεὶ παρόν-

[1] ἅπαντας A. C. L. [2] εὕρωσι A. C. L. [3] ἐχρῆν A. C. L. [4] πάντων τῶν C. [5] τὴν om. A. C. L.

Ἐνθυμηθῶσι] Ἐν νῷ βάλωνται καὶ λογίσωνται. COR.

Τοὺς κινδύνους] Scil. τοὺς ἐπηρτημένους τοῖς τυράννοις. WOLF.

Διεξιόντες] Scil. παρ' ἑαυτοῖς, h. e. λογιζόμενοι ἢ ἐνθυμούμενοι. Nisi quis malit subintelligere τὰς ἱστορίας, ut sit τὸ διεξιέναι idem quod τὸ ἀναγινώσκειν. IDEM.

Ὑφ' ὧν ἥκιστα ἐχρῆν] Scil. ὑπὸ τῶν οἰκειοτάτων. IDEM. Vid. de Pace §. λϛ'. LANG.

Ὁπωσοῦν] Quasi dicat: *vel in extrema paupertate.* WOLF.

Ἀνωμαλίας καὶ τῆς ταραχῆς] Prius ad regum cædes præternaturales (v. 5.), posterius ad turbulentam eorum vitam referendum est, neutrum ad aliorum hominum de regum vita ambiguum judicium, de quo antea sermo est. Wolfius contra ἀνωμαλίας utroque modo explicari posse contendit, ut post ἀνωμαλίας vel suppleri possit τῆς ὑπολήψεως περὶ τοῦ τυραννικοῦ βίου, vel ἀνωμαλίαν accipias pro διαστροφήν, i. e. perversitatem, qua a naturæ præscripto et officii regula disceditur. Nam cognati et conjuges et confines non perdere, sed mutuo sese tueri debebant. Uter nostrum hac de re rectius existimet, sequentia statim docebunt. LANG. τῆς ἐν τοῖς βασιλείοις συμβαινούσης. COR.

Ὅτι τὴν βασιλείαν, ὥσπερ ἱερωσύνην] Videtur hoc intelligendum, non tam de illis sacerdotibus qui sacra per omnem ætatem curabant, quam de iis qui sorte apud Athenienses reges sacrificuli et pontifices designabantur, neque quicquam fere præstabant aliud, quam quod in pompa sacrorum illustri ornatu se spectandos præbebant. Cf. Demosth. contra Neær. WOLF. In oratione de Antidosi, §. κϛ'. hæc leguntur: παραινῶ τῷ Νικοκλεῖ, μὴ ῥαθυμεῖν, μηδ' ὥσπερ ἱερωσύνην εἰληφότα τὴν βασιλείαν, ἀμελῶς οὕτω τὴν γνώμην ἔχειν. e quo loco apparet, auctorem ipsum docuisse, quo verbum νομίζουσιν (v. 11.), quod Wolf. et ad alios homines de regum vita judicantes referri posse contendit, pertineat, nempe ad ipsos reges. Quo concesso, etiam ἀνωμαλία illuc trahendum erit. Conf. Epist. ϛ. §. δ'. LANG.

Πλείστης] Ab Augero seductus, dedi pro πλείονος, quod bene cum antecedenti superlativo conjungi posse, docuit Fischerus in Animadv. ad Welleri Gramm. ed. 2. III. a. 330. IDEM.

Καθ' ἑκάστην πρᾶξιν] I. e. ἐν ἑκάστῃ πράξει, scil. ἐκεῖνα ἢ ταῦτα ἐξ ὧν ἢ δι' ἄν. WOLF. Intellige adverbialiter *singulatim.* AUGER.

Ἐξ ὧν] Pro ὅπως vel τίνα τρόπον. WOLF. *quomodo, quo pacto.* AUGER.

Διοικεῖν] Scil. τὴν πόλιν καὶ τὴν βασιλείαν. WOLF.

Τῶν ἀεὶ παρόντων] I. e. τῶν ἐφεστώτων τῇ διοικήσει τῶν πραγμάτων, τῶν συμβούλων, τῶν μεγιστάνων. IDEM.

των ἔργον ἐστὶ συμβουλεύειν· [1]καθ' ὅλων δὲ τῶν ἐπιτηδευ-
b μάτων ὧν χρὴ στοχάζεσθαι, καὶ περὶ ἃ δεῖ διατρίβειν,
ἐγὼ πειράσομαι διελθεῖν. εἰ μὲν οὖν ἔσται τὸ δῶρον ἐξερ-
γασθὲν ἄξιον τῆς ὑποθέσεως, χαλεπὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς
συνιδεῖν· πολλὰ γὰρ καὶ τῶν [2]μετὰ μέτρου ποιημάτων καὶ
τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων ἔτι μὲν ἐν ταῖς διανοίαις
ὄντα τῶν συντιθέντων μεγάλας τὰς προσδοκίας παρέσχεν,
ἐπιτελεσθέντα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις [3]ἐπιδειχθέντα πολὺ
c καταδεεστέραν τὴν δόξαν τῆς ἐλπίδος ἔλαβεν. οὐ μὴν ἀλλὰ
[4]τό γε [5]ἐπιχείρημα καλῶς ἔχει, τὸ ζητεῖν τὰ παραλε-
λειμμένα καὶ νομοθετεῖν ταῖς μοναρχίαις. οἱ μὲν γὰρ τοὺς
ἰδιώτας παιδεύοντες ἐκείνους μόνους ὠφελοῦσιν· εἰ δέ τις
τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ' ἀρετὴν προτρέψειεν, ἀμ-
φοτέρους ἂν [6]ὀνήσειε, καὶ τοὺς τὰς δυναστείας ἔχοντας καὶ
τοὺς ὑπ' [7]αὐτοῖς ὄντας· τοῖς μὲν γὰρ ἂν τὰς ἀρχὰς ἀσφα- 14
λεστέρας, τοῖς δὲ τὰς πολιτείας πρᾳοτέρας ποιήσειεν.

d γ'. Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον, τί τῶν βασιλευόντων
ἔργον ἐστίν· ἐὰν γὰρ [8]ἐν κεφαλαίοις τὴν δύναμιν ὅλου τοῦ
πράγματος καλῶς [9]περιλάβωμεν, ἐνταῦθα ἀποβλέποντες
ἄμεινον καὶ περὶ τῶν [10]μερῶν ἐροῦμεν. οἶμαι δὴ πάντας ἂν

[1] καθόλου A. C. L. [2] ἐμμέτρων A. C. L. [3] ὑποδειχθέντα A. L. [4] καὶ τό A. C. L. [5] ἐγχείρημα A. C. L. [6] ὠφελήσειε A. C. L. [7] αὐταῖς A. C. L. [8] τὸ κεφάλαιον καὶ τὴν A. C. [9] παραλάβωμεν A. [10] ἄλλων μερῶν A. C. L.

Καθόλου δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων] Observetur constructio. Auger genitivum ἐπιτηδευμάτων a καθόλου regi putat, Wolf. vero genitivum esse positum pro accusativo. Conf. p. 133. v. 12. (καθόλου τῶν πραγμάτων λέγοντας), quo posteriore loco non dubium est, quin πραγμάτων a καθόλου regatur, quum priori loco genitivus a διελθεῖν pendere possit. Constructio vero καθόλου cum genitivo ita resolvenda videtur, ut hoc adverbium in suas partes dividatur, καθ' ὅλου. ὅλον autem, omnesque illius casus, quum substantivi vim habeat, sequentis substantivi genitivum secum habere quis miretur? Præcipi ergo posse videtur, καθόλου, propter ipsius substantivam naturam, nonnunquam cum genitivo construi. LANG. Ὑπερβιβασμὸς est juxta Coraem pro καθόλου ὧν ἐπιτηδευμάτων χρὴ στοχ. ut Panath. §. ξα'. καὶ τὸν χρόνον, ὅσον αὐτῇ χρώμενοι διετ. pro καὶ ὅσον χρόνον αὐτῇ χρώμενοι διετ. et Aristoph. Vesp. 601. Σκέψαι δ' ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν οἵων ἀποκλείεις pro Σκέψαι δ' ἀφ' οἵων ἀγαθῶν ἀποκλείεις.

Τῶν ἐπιτηδευμάτων] Regitur a καθόλου. *quantum ad studia generatim quæ etc.* AUGER.

Ἔσται τὸ δῶρον ἐξεργασθὲν] Εἰ τὸ δῶρον, ἐπειδὰν ἐξεργασθῇ, ἔσται ἄξιον τῆς ὑποθ. Cave conjungas ἔσται ἐξεργασθὲν ἀντὶ τοῦ ἐξεργασθήσεται. WOLF.

Προσδοκίας] Scil. διὰ τὴν δόξαν τῶν συντιθέντων. IDEM.

Παραλελειμμένα] Scil. ὑπὸ τῶν ἄλλων. IDEM. I.e. ea quæ nondum tractata sunt. AUGER.

Ἀσφαλεστέρας] Διὰ τὴν τῶν ὑπηκόων εὔνοιαν. WOLF.

Πρᾳοτέρας] Διὰ τὴν τῶν ἀρχόντων παιδείαν καὶ φρόνησιν. IDEM.

Ἐν κεφαλαίοις] Lectio a me recepta e Cod. Auger. R. deprompta est. Verte: *si enim regnandi vim summatim comprehenderimus.* quanquam non nego, et vulgatam ad idem fere redire: *si artis regnandi vim et summam* etc. modo obscurius paullo dictum videtur. LANG.

ὁμολογῆσαι, προσήκειν αὐτοῖς πόλιν τε δυστυχοῦσαν παῦ-
σαι καὶ καλῶς πράττουσαν διαφυλάξαι καὶ μεγάλην ἐκ
μικρᾶς ποιῆσαι· τὰ γὰρ ἄλλα τὰ καθ᾽ ἑκάστην [1] τὴν
ἡμέραν συμπίπτοντα τούτων ἕνεκα πρακτέον ἐστί. καὶ μὴν e
ἐκεῖνό γε φανερὸν, ὅτι δεῖ τοὺς ταῦτα δυνησομένους καὶ περὶ
[2] τηλικούτων βουλευσομένους μὴ ῥαθυμεῖν [3] μηδ᾽ ἀμελεῖν,
ἀλλὰ σκοπεῖν ὅπως φρονιμώτερον [4] διακείσονται τῶν ἄλλων.
δέδεικται γὰρ, ὅτι τοιαύτας [5] τὰς βασιλείας ἕξουσι, οἵας 17
περ ἂν τὰς αὐτῶν γνώμας παρασκευάσωσιν. ὥστε οὐδενὶ
τῶν [6] ἀσκητῶν οὕτω προσήκει τὸ σῶμα γυμνάζειν, ὡς τοῖς
βασιλεῦσι τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτῶν· ἅπασαι γὰρ αἱ πανη-
γύρεις [7] οὐδὲν μέρος τιθέασι τούτων τῶν ἄθλων, [8] περὶ ὧν
ὑμεῖς καθ᾽ ἑκάστην [9] τὴν ἡμέραν ἀγωνίζεσθε.

δ΄. Ὧν ἐνθυμούμενον χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν, ὅπως ὅσον
περ ταῖς τιμαῖς τῶν ἄλλων προέχεις, τοσοῦτον καὶ ταῖς
ἀρεταῖς αὐτῶν διοίσεις. καὶ μὴ νόμιζε τὴν ἐπιμέλειαν ἐν μὲν b
τοῖς ἄλλοις πράγμασι χρησίμην εἶναι, πρὸς δὲ τὸ βελτίους
ἡμᾶς καὶ φρονιμωτέρους γίγνεσθαι μηδεμίαν ἔχειν δύναμιν·
μηδὲ καταγνῷς τῶν ἀνθρώπων τοσαύτην δυστυχίαν, ὥς
περὶ μὲν τὰ θηρία τέχνας εὑρήκαμεν, αἷς αὐτῶν τὰς ψυ-

[1] τὴν om. A. C. L. [2] τούτων A. [3] μηδ᾽ ἀμελεῖν om. A. L.
[4] διακείσωνται A. [5] ἕξουσι τὰς βασιλείας A. C. L. [6] ἀθλητῶν A. C. L.
[7] οὐθὲν A. L. [8] ὑπὲρ A. C. L. [9] ἀγωνίζεσθε τὴν ἡμέραν A. C. L.

Αὐτοῖς] Np. τοῖς βασιλεῦσι. AUGER.

Μεγάλην ἐκ μικρᾶς ποιῆσαι] Ita in orat. ad Philipp. ait, ejus esse, τὴν Ἑλλάδα μεγάλην ἐκ μικρᾶς ποιεῖν. Huc pertinet dictum Themistoclis, qui (ut est apud Plutarchum in ejus vita) aiebat, 'se lyræ quidem et psalterii rudem esse; civitatem autem, quam parvam et obscuram accepisset, magnam et claram fecisse.' Quomodo civitas ex parva fiat magna, et quænam sit vere magna, docet Aristoteles l. VII. polit. c. 4. FACC.

Ῥᾳθυμεῖν] Quam Isocrates vocat ῥᾳθυμίαν, Xenophon appellat ῥᾳδιουργίαν in epilogo orat. de Agesil. τῇ βασιλείᾳ προσήκειν ἐνόμισεν οὐ ῥᾳδιουργίαν. IDEM.

Φρονιμώτερον] Qua signaficatione dixit Aristoteles l. IV. ethic. c. 5. 'prudentem esse, qui, quæ sibi et aliis hominibus bona sint, cernere potest.' IDEM.

Δέδεικται] *demonstratum est*, i. e. id pro demonstrato, pro certo, tenetur. AUGER.

Ἅπασαι γὰρ — ἄθλων] *omnes enim ludorum celebritates nullam partem constituunt eorum præmiorum*, i. e. nulla pars sunt eorum præmiorum, nihil sunt in comparatione eorum præmiorum. IDEM. Male. LANG. Τουτέστιν, Αἱ πανηγύρεις (cf. Paneg. in init.) τοὺς μὲν ἀθλητὰς μεγάλων δωρεῶν ἠξίωσαν, καίπερ οὐδὲν ἕτερον σκοποῦντας ἢ ὅπως εὐεκτήσουσι τοῖς σώμασι· τοῖς δ᾽ ὑπὲρ τῶν κοινῶν πονοῦσι, καὶ τὰς αὑτῶν ψυχὰς οὕτω παρασκευάσασιν ὥστε καὶ τοὺς ἄλλους ὠφελεῖν δύνασθαι, οὐδεμίαν τιμὴν ἀπένειμαν. COR.

Ὧν ἐνθυμούμενον] Scil. σε. Observetur constructio verbi cum genitivo; usitate enim dicitur: ἃ ἐνθυμ. WOLF.

Ὅπως ὅσονπερ κ. τ. λ.] Eandem sententiam repetit in oratione, quam habuit Nicocles. Cyrus autem aiebat, ut est apud Xenophontem in pæd. l. VIII. et apud Plutarchum in apophth. reg. et imp. ἄρχειν μηδενὶ προσήκειν, ὃς οὐ κρείττων ἐστὶ τῶν ἀρχομένων. Plinius de Trajano in paneg. c. XXI. "Hoc ceteris major, quo melior." FACC. Recte hinc Aristoteles ὅσον τῇ τύχῃ διαφέρεις, τοσοῦτον καὶ ταῖς ἀρεταῖς πρωτεύειν σε δεῖ. FRICK.

χὰς ἡμεροῦμεν καὶ πλείονος ἀξίας ποιοῦμεν, ἡμᾶς δ᾽ αὐτοὺς
c οὐδὲν ἂν πρὸς ἀρετὴν ὠφελήσαιμεν, [1] ἀλλ᾽ ὡς καὶ τῆς παι-
δεύσεως καὶ τῆς ἐπιμελείας δυναμένης τὴν ἡμετέραν [2] φύσιν
εὐεργετεῖν, οὕτω διάκεισο τὴν γνώμην, καὶ τῶν τε παρόν-
των τοῖς φρονιμωτάτοις πλησίαζε, καὶ τῶν [3] ἄλλων οὓς
ἂν δύνῃ μεταπέμπου, καὶ μήτε τῶν ποιητῶν τῶν εὐδοκι-
μούντων μήτε τῶν σοφιστῶν μηδενὸς οἴου δεῖν ἀπείρως
ἔχειν, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀκροατὴς γίγνου, τῶν δὲ μαθητὴς,
καὶ παρασκεύαζε σεαυτὸν τῶν μὲν [4] ἐλαττόνων κριτὴν,
τῶν δὲ μειζόνων [5] ἀγωνιστήν· διὰ γὰρ τούτων τῶν γυμνα- 15
d σίων, τάχιστ᾽ ἂν γένοιο τοιοῦτος, οἷον ὑπεθέμεθα δεῖν εἶναι
τὸν ὀρθῶς βασιλεύσοντα καὶ τὴν πόλιν ὡς χρὴ διοικήσοντα.
μάλιστα δ᾽ ἂν αὐτὸς ὑπὸ σαυτοῦ παρακληθείης, εἰ δεινὸν

[1] ἄλλως τε καὶ L. [2] ψυχὴν A. [3] ἀπόντων C. [4] ἐλασσόνων A. C. L.
[5] ἀνταγωνιστήν A. C. L.

Ἄλλως τε] Wolf. conjecit ἀλλ᾽ ὥς γε vel ἀλλ᾽ ὡς τῆς τε. Idem adjicit: 'Ordo verborum est: ἀλλ᾽ οὕτω διάκεισο τὴν γνώμην, ὡς τῆς παιδεύσεως etc.' Cui loco simillimus est, qui in epist. 6. ad fin. occurrit, item in Xenoph. Anabasi, 1. 3. 6. ed. Zeun. ὡς ἐμοῦ οὖν ἰόντος ὅπῃ ἂν καὶ ὑμεῖς, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε. et in Cyrop. 1. 6. 11. ὡς οὖν ἐμοῦ μηδέποτε ἀμελήσοντος — οὕτως ἔχε τὴν γνώμην. Conf. ibid. 8. 4. 27. et 8. 7. 10. Constructio ita credo, resolvi potest: *sed quemadmodum* seu *ac si possit institutio et opera naturæ nostræ benefacere, ita existimate.* Quocirca Wolfii conjecturam non recepisse me nunc pœnitet. Adjicit Wolf.: ὁ νοῦς, ὅτι ταῖς μελέταις αὔξεσθαι πέφυκεν ἡ ἀρετή. Commodius videretur legi: ἀλλ᾽ ὡς τῆς τε παιδεύσεως καὶ etc. Fieri etiam potest, ut in archetypo scriptum fuerit: ἀλλ᾽ ὥς γε, librarius vero conjunxit, et τε pro γε scripsit. LANG. Οὕτω διάκεισο τὴν γνώμην περὶ τῆς παιδεύσεως καὶ τῆς ἐπιμελείας, ὡς δυναμένων ἀμφοτέρων εὐεργετεῖν τὴν ἡμετέραν φύσιν. COR.

Τῶν τε παρόντων] H. e. τῶν ἐγχωρίων τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τοῖς βασιλείοις σου διατριβόντων. WOLF.

Τοῖς φρονιμωτάτοις] Ita in fine orationis Nicoclem monet, ut sibi adjungat τοὺς νοῦν ἔχοντας, καὶ δυναμένους ὁρᾷν πλέον τι τῶν ἄλλων. Vetus poeta apud Themistium orat. XVI. Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ. FACC.

Καὶ τῶν ἄλλων οὓς ἂν δύνῃ μεταπέμπου] Hæc verba lucem accipiunt, redduntque iis vicissim, a verbis, quæ p. 122. v. 2. leguntur. LANG.

Μήτε τῶν ποιητῶν κ. τ. λ.] Horatius l. I. ep. 18. v. 96. "Inter cuncta leges et percontabere doctos." Aristoteles Ethic. l. X. c. 9. Τὰ πολιτικὰ ἐπαγγέλλονται μὲν διδάσκειν οἱ σοφισταί. Porro Sophistæ nomen ea tempestate honestissimum erat. Poetas autem quum dicit, Theognidem intelligit, Phocylidem, Solonem, Homerum, Hesiodum, et alios, qui morum et sapientiæ magistri habebantur. Vide Plutarchum de poet. legend. FACC.

Τῶν μὲν ἀκροατὴς] Ἀνάφερε τὸ τῶν μὲν πρὸς τοὺς σοφιστὰς, τὸ δὲ τῶν δὲ πρὸς τοὺς ποιητάς. COR.

Τῶν μὲν ἐλασσόνων — τῶν δὲ μειζόνων] Wolf. recte interpretatus est: *minorum* (scil. τὴν φρόνησιν καὶ τὴν παιδείαν) *sis judex, majorum* (i. e. τῶν φρονιμωτέρων) *æmulator.* Auger. vero, perperam, ut contextus docet: *in minoribus rebus, — in majoribus* etc. LANG.

Τῶν μειζόνων ἀνταγωνιστὴν] Cicero de se: "ego (inquit) omnium meorum consiliorum atque factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censui petenda." Orat. de provinc. consul. c. VIII. FRICK.

Εἰ δεινὸν ἡγήσαιο κ. τ. λ.] Qui unus in civitate aliis imperare vult (ut scribit Aristoteles l. III. polit. c. 9.), ita debet virtute excellere, ut ne comparari quidem cum aliis possit; sed sit "veluti Deus quidam inter homines. Nemo enim ausit Jovem gubernare; aut se illi socium in gubernando adjungere." Publius Syrus in mimis n. 599. "Omnes æquo animo parent, ubi

ἡγήσαιο τοὺς χείρους τῶν βελτιόνων ἄρχειν καὶ τοὺς ἀνοη-
τοτέρους τοῖς φρονιμωτέροις προστάττειν· ὅσῳ γὰρ ἂν ἐῤῥω-
μενεστέρως τὴν τῶν ἄλλων ἄνοιαν ἀτιμάσῃς, τοσούτῳ μᾶλ-
λον τὴν σαυτοῦ διάνοιαν ἀσκήσεις.

ε΄. Ἄρχεσθαι μὲν οὖν ἐντεῦθεν χρὴ τοὺς μέλλοντάς τι c
τῶν δεόντων [1] ποιήσειν, πρὸς δὲ τούτοις φιλάνθρωπον εἶναι δεῖ
καὶ φιλόπολιν· οὔτε γὰρ ἵππων οὔτε κυνῶν οὔτε ἀνδρῶν
οὔτε ἄλλου πράγματος οὐδενὸς οἷόν τε καλῶς ἄρχειν, ἢν μή
τις χαίρῃ τούτοις ὧν αὐτὸν δεῖ ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν.
μελέτω σοι τοῦ πλήθους, καὶ περὶ παντὸς ποιοῦ κεχαρι-
σμένως αὐτοῖς ἄρχειν, γιγνώσκων ὅτι καὶ τῶν ὀλιγαρχιῶν 18
καὶ τῶν ἄλλων πολιτειῶν αὗται πλεῖστον χρόνον διαμέ-
νουσιν, αἵ τινες ἂν ἄριστα τὸ πλῆθος [2] θεραπεύωσι. καλῶς
δὲ δημαγωγήσεις, ἐὰν [3] μήθ' ὑβρίζειν τὸν ὄχλον ἐᾷς μήθ'
ὑβριζόμενον περιορᾷς, ἀλλὰ [4] σκοπῇς ὅπως οἱ βέλτιστοι
μὲν τὰς τιμὰς ἕξουσιν, οἱ δ' ἄλλοι μηδὲν [5] ἀδικήσονται·
ταῦτα γὰρ στοιχεῖα πρῶτα καὶ μέγιστα χρηστῆς πολι-
τείας ἐστί.

ς΄. Τῶν προσταγμάτων καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων κίνει b

[1] ποιήσειν τῶν δεόντων A. C. L. [2] θεραπεύσωσι A. C. L. [3] μήτε τὸν ὄχλον ὑβρίζειν A. C. L. [4] σκοπεῖς A. [5] ἀδικηθήσονται A. C. L.

digni imperant." Facc.

Δεινὸν] H. l. ἄδικον, ἄτοπον, παρὰ φύσιν. Wolf.

Ἄνοιαν] Propter oppositum διάνοιαν vers. seq., lectioni quorundam Codd. ἄγνοιαν præferendam esse, Wolf. jure censet. Lang.

Τοὺς μέλλοντας] Idem quod τοὺς βουλομένους ἢ ἐπιθυμοῦντας. Wolf.

Φιλάνθρωπον] Rex dicitur φιλάνθρωπος et φιλόπολις, quia nisi suos amet, ne Rex quidem dici potest, siquidem, ut est apud Xenophontem in pædia, sub initium l. VIII. ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ. Hujus amoris in patriam et cives præclarum exemplum habes in vita Agesilai, quam scripsit idem Xenophon. Id porro, quod monet Isocrates, eo maxime spectat, ut, qui civitatem regit, habeat φιλίαν πρὸς τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν, ut est apud Aristotelem l. V. polit. c. 9. Facc. In primis prædicat hunc civium amorem in Trajano Plinius Paneg. c. 21. "Ut cum civibus tuis, quasi cum liberis parens, vivis! hoc tantum ceteris major, quo melior." Frick.

Εἶναι] Subaudi σὲ, vel τινὰ, si intelligas de omni homine regnum habente. Auger.

Μελέτω σοι τοῦ πλήθους κ. τ. λ.] Hac ratione Evagoras dicitur ab Isocrate δημοτικὸς ὢν τῇ τοῦ πλήθους θεραπείᾳ. Cura porro multitudinis commendatur ab Aristotele polit. l. V. præsertim c. 8. et 10. ubi ostendit, potissimas causas tum conservandæ tum corrumpendæ dominationis inde oriri. Facc.

Κεχαρισμένως ἄρχειν, est ita imperare, ut carus gratusque sis ipsis civibus, hoc est, lenitate et clementia iis se commendare, quippe qua Principes animos civium facile sibi conciliant simulque firmissimum illud præsidium, amorem scilicet et fidem, comparant adeoque rem publicam validissimis munimentis stabiliunt. Nam teste Claudiano de IV. Consul. Honor. v. 281. seq. "Non sic excubiæ, nec circumstantia pila, Quam tutatur amor." Corn. Nep. x. 5. "Nec ullum imperium tutum, nisi benevolentia munitum." Confer omnino Senecam de clementia. Frick.

Αὐτοῖς] Regitur a κεχαρισμένως, non ab ἄρχειν, quod regit genitivum. Auger.

Καλῶς δημαγωγήσεις] Principem decet "mitis severitas, non dissoluta clementia," ut ait Plinius in panegyr. c. LXXX. Frick.

Τῶν προσταγμάτων κ. τ. λ.] Velleius

καὶ μετατίθει τὰ μὴ καλῶς καθεστῶτα· καὶ μάλιστα μὲν
εὑρετὴς γίγνου τῶν βελτίστων, εἰ δὲ μή, μιμοῦ τὰ παρὰ
τοῖς ἄλλοις [1] ὀρθῶς ἔχοντα. Ζήτει νόμους τὸ μὲν σύμπαν
δικαίους καὶ συμφέροντας καὶ σφίσιν αὐτοῖς ὁμολογουμένους,
πρὸς δὲ τούτοις οἵ τινες τὰς μὲν ἀμφισβητήσεις ὡς ἐλαχί-
στας, τὰς δὲ διαλύσεις ὡς οἷόν τε ταχίστας, τοῖς πολίταις
[2] ποιοῦσι· ταῦτα γὰρ ἅπαντα προσεῖναι δεῖ τοῖς καλῶς
c κειμένοις νόμοις. Τὰς μὲν ἐργασίας αὐτοῖς καθίστη κερδα-
λέας, τὰς δὲ πραγματείας ἐπιζημίους, ἵνα τὰς μὲν φεύ-
γωσι, πρὸς δὲ τὰς [3] προθυμότερον ἔχωσι. Τὰς κρίσεις
ποιοῦ, περὶ ὧν ἂν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, μὴ πρὸς
χάριν μηδὲ ἐναντίας ἀλλήλαις, ἀλλ' ἀεὶ ταὐτὰ [4] περὶ τῶν 16
αὐτῶν γίγνωσκε· καὶ γὰρ πρέπει καὶ συμφέρει τὴν τῶν
βασιλέων γνώμην [5] ἀκινήτως ἔχειν περὶ τῶν δικαίων, ὥσπερ
d τοὺς νόμους τοὺς καλῶς κειμένους. [6] Οἴκει τὴν πόλιν ὁμοίως
ὥσπερ τὸν πατρῷον οἶκον, ταῖς μὲν κατασκευαῖς λαμπρῶς
καὶ βασιλικῶς, ταῖς δὲ πράξεσιν ἀκριβῶς, ἵν' εὐδοκιμῇς

[1] καλῶς A. C. L. [2] ποιήσουσι A. C. L. [3] προθύμως A. C. L. [4] περί γε A. C. L. [5] ἀμετακινήτως A. C. L. [6] διοίκει A. C. L.

l. II. c. 89. laudat Augustum cum ob alias causas, tum præsertim, "quod leges emendarit utiliter." Aristoteles famen polit. l. II. c. 6. monet, 'ne facile leges mutentur; sed errata potius quædam legislatorum ferantur. Non enim (inquit) tantum proderit correctio et mutatio, quantum nocebit exemplum non parendi.' Facc. Livius: "Ex legibus, quæ non in tempus aliquod, sed perpetuæ utilitatis causa in æternum latæ sunt, nullam abrogari debere, fateor, nisi quam aut usus coarguit aut status aliquis reipublicæ inutilem fecit." histor. l. XXXIV. 6. Idem.

Εἰ δὲ μὴ] Scil. δύναιο εὑρίσκειν αὐτός. Wolf.

Μιμοῦ τὰ παρὰ κ. τ. λ.] Non ille solum laudabilis est, qui ipse per se sapit et per se invenit; sed etiam qui scit uti aliorum sapientia, ut est apud Hesiodum in syntagmate, quod inscribitur Opera et dies v. 293. et apud Aristotelem Ethic. l. I. c. 4. Facc.

Ἀμφισβητήσεις] Intelligo, et incertas interpretationes legum, et lites ac controversias forenses: διαλύσεις, tum arbitrorum tum judicum sententias. Wolf.

Ἐργασίας] Non tantum opus et laborem, sed etiam quæstum, sive ex agricultura, sive ex artibus, sive ex mercatura significare, nemini est ignotum. Πραγματεῖαι autem, quum omnia callida aucupia et inhonesta, tum vero causidicorum messem continent, quæ ita a Græcis appellantur. Vult agricolas, opifices, mercatores meliori esse conditione, et regi gratiores, quam homines callidis aucupiis deditos. Idem.

Καθίστη] Wolf. mutare vult in καθίστα a καθιστάω. Conf. p. 126. v. 4. Lang.

Πραγματείας ἐπιζημίους] Tacitus annal. l. XI. c. 6. "Quo modo vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam advocatis fert." Facc.

Διοίκει τὴν πόλιν — διαρκῇς] Sensus expeditus videtur: Sumptus civitatis tuæ sicuti domus ne superent reditus. quo regibus h. l. idem præciperetur, quod supra p. 101. antep. universis hominibus præceptum est. Quocirca κατασκευὴ explicarem *apparatus* seu *res unicuique civitati necessarias*, πράξεις autem *rationes accepti expensi*. Lang. Langio assentitur Coraes, et ἀκριβῶς per φειδομένως exponit.

Διοίκει τ. π. ὁμοίως] Scilicet, quod scribit Tacitus annal. l. XIII. c. 50. "ut ratio quæstuum et necessitas erogationum inter se congruant." Facc.

Ταῖς πράξεσιν] Intelligi potest vel de

ἅμα καὶ διαρκῆς. Τὴν μεγαλοπρέπειαν ἐνδείκνυσο [1] μηδ'
ἐν μιᾷ τῶν πολυτελειῶν τῶν εὐθὺς ἀφανιζομένων, ἀλλ' ἔν
τε τοῖς προειρημένοις καὶ τῷ κάλλει τῶν κτημάτων, καὶ
ταῖς τῶν φίλων εὐεργεσίαις· τὰ γὰρ τοιαῦτα τῶν ἀναλω-
μάτων αὐτῷ τε σοὶ [2] παραμενεῖ, καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις
[3] πλείονος ἄξια τῶν δεδαπανημένων καταλείψεις. Τὰ c
[4] πρὸς τοὺς θεοὺς ποίει μὲν, ὡς οἱ πρόγονοι κατέδειξαν, ἡγοῦ
δὲ [5] θῦμα τοῦτο κάλλιστον εἶναι καὶ θεραπείαν μεγίστην,
ἐὰν ὡς βέλτιστον καὶ δικαιότατον σεαυτὸν παρέχῃς· μᾶλ-
λον γὰρ ἐλπὶς τοὺς τοιούτους ἢ τοὺς ἱερεῖα πολλὰ καταβάλ- 19
λοντας πράξειν τι παρὰ τῶν θεῶν ἀγαθόν.

ζ'. Τίμα ταῖς μὲν ἀρχαῖς τῶν [6] φίλων τοὺς οἰκειοτάτους,

[1] ἐν μηδεμιᾷ A. C. L. [2] παραμένει L. [3] πλέονος A. [4] περὶ A. C. L. [5] τοῦτο εἶναι θῦμα κάλλιστον A. C. L. [6] τιμῶν A. C. L.

vectigalium, vel de privatæ vitæ, rationibus; utrumque sensum ego admisi. AUGER.

Τὴν μεγαλοπρέπειαν κ. τ. λ.] De re hac tota vide Ciceronem offic. l. II. c. 16. et 17. Martialis l. V. epigr. 43. ostendit, opes omnes tandem perire easque duntaxat manere et in ære nostro esse, per quas benigni sumus erga amicos. M. Antonius apud Senecam l. VI. de benefic. c. 3. "Hoc habeo, quodcunque dedi." FACC.

Ἐν τοῖς προειρημένοις] Videlicet τῇ τε φρονήσει καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ταῖς λαμπραῖς καὶ βασιλικαῖς παρασκευαῖς, καὶ πράξεσιν ἀκριβέσιν. Etsi fortasse præstat τὰ προειρημένα intelligere τὴν φρόνησιν καὶ δικαιοσύνην. WOLF.

Τῶν κτημάτων] Αἱ κατασκευαὶ potissimum ad ædificia referri videntur: τὰ κτήματα vero significare instrumentum domesticum et supellectilem omnemque ædium apparatum. IDEM.

Ταῖς τῶν φίλων εὐεργεσίαις] H. e. ταῖς εἰς τοὺς φίλους γιγνομέναις, ἐὰν εὐεργετήσῃς τοὺς φίλους. IDEM.

Παραμένει] F. παραμενεῖ. IDEM.

Ὡς οἱ πρόγονοι κατέδειξαν] Idem curavit Numa, ut est apud Livium l. I. c. 20. "ne quid divini juris, negligendo patrios ritus peregrinosque adsciscendo, turbaretur." Cicero de leg. l. II. c. 16. "Quum consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimum religiones tenerent; oraculum editum est, eas, quæ essent in more majorum." Mæcenas autem, quum idem suaderet Augusto, addidit rationem, ut est apud Dionem l. LII. sub fin. "Quia, qui nova numina introducunt, ad usum peregrinarum legum cives pelliciunt." FACC.

Θῦμα κάλλιστον] Ad partem hanc moniti hujus secundam pertinet, quod Persius scribit adversus illos, qui magna sacrificia faciebant mente improba, Sat. II. v. 71. "Quin damus id Superis, de magna quod dare lance Non possit magni Messallæ lippa propago, Compositum jus fasque animo, sanctosque recessus Mentis, et incoctum generoso pectus honesto?" IDEM.

Καταβάλλοντας] Κτείνοντας, σφάζοντας. et πράξειν· λαβεῖν ex Hesych. COR.

Τίμα ταῖς μὲν ἀρχαῖς τῶν τιμῶν τοὺς οἰκειοτάτους] Pro ἀρχαῖς sensus videtur requirere λαμπροτάταις, ut opponatur ἀληθεστάταις, et ita sum interpretatus. AUGER. Locus, uti nunc est, inter difficiles numerandus, quum propter singula verba, tum ob eorum structuram lectionisque varietatem. Erasmus transtulit: *Primos honores tribue conjunctissimis, verissimos amicissimis.* Wolfius pro ἀρχαῖς conjecit ἀρίσταις sive ἀρχικωτάταις. At vero neque hæc Wolfii conjectura neque nostra quam dedimus in Notis explicatio [scil. *capitibus honorum*, i. e. primariis honoribus] attento, credo, lectori satisfaciet. Restat igitur, ut locum alio modo curandi periculum faciamus. Quid si pro ἀρχαῖς levissima mutatione, legamus ἀργαῖς (*inanibus*)? quod τῷ ἀληθεστάταις optime responderet: *inanibus — veris*, præsertim si alteram Cod. Auger. lectionem admitteremus, ἀληθείαις αὐταῖς (vel, si mavis, αὐτῶν), ut gradus quoque convenirent, quanquam posterius propter crebram graduum diversorum compositionem ne po-

ταῖς δὲ [1] ἀληθείαις αὐταῖς τοὺς εὐνουστάτους. Φυλακὴν
ἀσφαλεστάτην ἡγοῦ τοῦ σώματος εἶναι τήν τε τῶν φίλων
ἀρετὴν καὶ τὴν τῶν πολιτῶν εὔνοιαν καὶ τὴν σαυτοῦ φρόνη-
σιν· διὰ γὰρ τούτων καὶ κτᾶσθαι καὶ [2] σώζειν τὰς τυραν-
νίδας μάλιστ' ἄν τις δύναιτο. Κήδου τῶν οἴκων τῶν [3] πο-
b λιτικῶν, καὶ νόμιζε τοὺς [4] δαπανῶντας ἀπὸ τῶν σῶν ἀνα-
λίσκειν καὶ τοὺς ἐργαζομένους τὰ σὰ πλείω ποιεῖν· ἅπαντα
γὰρ τὰ τῶν οἰκούντων τὴν πόλιν οἰκεῖα τῶν καλῶς βασι-
λευόντων ἐστί. Διὰ παντὸς τοῦ χρόνου τὴν ἀλήθειαν
οὕτω φαίνου προτιμῶν, ὥστε πιστοτέρους εἶναι τοὺς σοὺς
λόγους [5] ἢ τοὺς τῶν ἄλλων ὅρκους. Ἅπασι μὲν τοῖς ξένοις
ἀσφαλῆ τὴν πόλιν πάρεχε καὶ πρὸς τὰ συμβόλαια νόμι-

[1] ἀληθεστάταις τοὺς A. C. L. [2] διασώζειν A. C. L. [3] ἰδιωτῶν A. C. L. [4] δαπανωμένους A. C. L. [5] μᾶλλον ἢ C.

stularetur quidem. (Vid. Fischeri Animadvv. ad Welleri Gr. spec. 3. part. 1. p. 330.) Quid vero sint τιμαὶ ἀληθέσταται, explicatum invenies p. 125. antep. unde apparet, esse *reverentiæ* signa. Ex hac conjectura locus sic esset vertendus: *inanibus reverentiæ signis honora propinquissimos viros* (qui pluribus de causis raro amicissimi sunt et prudentissimi), *verissimis amicissimos.* Aliis verbis: *amicissimis viris benevolentiam et fiduciam, propinquissimis vero civilitatem tribuas.* Alteram Cod. lectionem φίλων pro τιμῶν negligendam prorsus ideo duxi, quod tantum abest, ut loco subveniat, ut etiam impeditiorem illum reddat. Nam ἀληθεστάταις in sequentibus necessario requirit substantivum, quo ullo modo referri possit. LANG. Ἐνδέχεται μέντοι τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ὑπάρξαι, ταῖς ἀρχικαῖς τῶν τιμῶν, τουτέστι, ταῖς τιμαῖς, αἷς ἀρχή τις καὶ δυναστεία συνῆπται, τίμα τοὺς προσήκοντάς σοι τῷ γένει μάλιστα, ταῖς δὲ ἀληθεστάταις τιμαῖς, οἷόν ἐστι τὸ ἐπὶ συμβουλίαν παρακαλεῖν τινὰ, τὸ στεφανοῦν, ἢ δωρεαῖς τιμᾷν, τῶν καλῶς πεπραγμένων ἕνεκα, καὶ τὰ τοιαῦτα, τοὺς εὐνουστάτους. COR.

Φυλακὴν ἀσφαλεστάτην κ. τ. λ.] Apud eundem Isocratem in Helenæ encomio laudatur Theseus, οὐδὲ ἐπεισάκτῳ δυνάμει τὴν ἀρχὴν διαφυλάττων, ἀλλὰ τῇ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ δορυφορούμενος. Sallustius in bell. Jugurth. c. X. "Non exercitus, neque thesauri præsidia regni sunt; verum amici." Tacitus hist. l. IV. c. 7. "Nullum majus boni imperii instrumentum, quam boni amici." FACC.

Κήδου τῶν οἴκων κ. τ. λ.] Idem in Panegyr. Ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἡγεμονίας εὑρήσομεν τοὺς οἴκους τοὺς ἰδίους πρὸς εὐδαιμονίαν πλεῖστον ἐπιδόντας. Mæcenas apud Dionem V. p. 485. ed. Vechel. monet Augustum, 'ne sinat, cives suos ædificiis uti pluribus, aut majoribus, quam deceat.' Hoc autem pertinet ad tollendas impensas supervacuas, quibus civitatis vires exhauriuntur. FACC.

Τοὺς δαπανωμένους] I. e. τοὺς ἐλαττοῦντας τὴν οὐσίαν, εἴτε δι' ἀμέλειαν εἴτε ἐξ ἀσωτίας. WOLF.

Ἀπὸ τῶν σῶν] Post ἀπὸ Codd. Auger. inserunt τῶν ἰδίων, non male: *et crede, illos, qui sua ipsorum consumunt, consumere tua.* LANG. Εἰκὸς τὴν γνησίαν Ἰσοκράτους γραφὴν, τοιαύτην ὑπάρξαι πάλαι· κήδου τῶν πολιτικῶν οἴκων οὐχ ἧττον ἢ τῶν ἰδίων, καὶ νομίζε — τοὺς δ' ἐργαζομένους πλείω ποιεῖν τὰ σά. Οἴκους δὲ πολιτικοὺς δηλονότι λέγει τοὺς τῶν πολιτῶν. COR.

Πιστοτέρους εἶναι τοὺς σοὺς λόγους] Huc pertinet illud Scytharum ad Alexandrum, apud Curtium l. VII. c. 8. "Jurando gratiam Scythas sancire ne credideris: colendo fidem jurant." Isocrates noster in Panegyrico laudat antiquos Athenienses, tanquam πιστοτέροις χρωμένους τοῖς λόγοις, ἢ νῦν τοῖς ὅρκοις. FACC.

Τοῖς ξένοις] "Male etiam (inquit Cicero l. III. offic. c. II). qui peregrinos urbibus uti prohibent eosque exterminant. Nam esse pro cive, qui civis non sit, rectum est non licere; usu vero urbis prohibere peregrinos, sane inhumanum est." Id porro monet Isocrates, quia in Græcia civitates erant hospitibus iniquiores. Vide Livium l. XLI. c. 23. IDEM.

Ἀσφαλῆ] Ὥστε μήτ' αὐτὴν βλάπτεσθαι ὑπὸ τῶν ξένων μήτε βλάπτειν τούτους. WOLF.

μον, περὶ πλείστου δὲ ποιοῦ τῶν ἀφικνουμένων μὴ τοὺς
σοὶ [1] δωρεὰς [2] ἄγοντας, ἀλλὰ τοὺς παρὰ σοῦ λαμβάνειν c
ἀξιοῦντας· τιμῶν γὰρ τοὺς τοιούτους μᾶλλον παρὰ τοῖς
ἄλλοις εὐδοκιμήσεις. Τοὺς [3] πολλοὺς φόβους [4] ἐξαίρει τῶν
πολιτῶν, καὶ μὴ βούλου [5] περιδεεῖς εἶναι τοὺς μηδὲν ἀδικοῦν-
17 τας· ὅπως γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους πρὸς σαυτὸν διαθῇς, οὕτω
καὶ σὺ πρὸς ἐκείνους ἕξεις. Ποίει μὲν μηδὲν μετ' ὀργῆς,
δόκει δὲ τοῖς ἄλλοις, ὅταν σοι καιρὸς [6] ᾖ. Δεινὸς μὲν φαίνου
τῷ μηδέν σε λανθάνειν τῶν γιγνομένων, πρᾶος δὲ τῷ τὰς d
τιμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων. Ἀρχικὸς
εἶναι βούλου μὴ χαλεπότητι μηδὲ τῷ σφόδρα κολάζειν,
ἀλλὰ τῷ πάντας ἡττᾶσθαι τῆς σῆς διανοίας, καὶ νομίζειν
ὑπὲρ τῆς [7] αὐτῶν σωτηρίας ἄμεινον [8] αὐτῶν σε βουλεύεσθαι.

[1] δῶρα A. [2] εἰσάγοντας A. L. [3] πολλοὺς om. A. C. L. [4] ἐξαιροῦ A. C. L. [5] περιδεὴς εἶναι τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσι A. C. L. [6] ᾖ· καὶ δεινὸς C. [7] ἑαυτῶν A. C. L. [8] αὐτῶν om. A. C. L.

Δωρεὰς εἰσάγον.] Sallustius in Catilin. c. VI. laudat vetustissimos Romanorum, quod "magis dandis, quam accipiendis beneficiis amicitias pararent." Ceterum de iis, qui dona Regibus ferebant, ut majora quædam ab iis auferrent, loquitur Isocrates initio hujus orationis. Regibus quidem Persarum, dum regiones suas obirent, nemo accedebat sine donis, ut est apud Ælianum de var. hist. c. XXXI. et XXXII. Facc.

Ἀλλὰ τοὺς παρὰ σοῦ λαμβάνειν ἀξιοῦντας] Tales sunt homines eruditi, philosophi, poetæ, oratores, musici etc. Wolf. Conf. p. 117. 5. Lang.

Τοὺς φόβους ἐξαιροῦ] Cicero offic. l. II. c. 7. "Omnium rerum nec aptius est quidquam ad opes tuendas ac tenendas, quam diligi; nec alienius, quam timeri." Et paullo post: "qui se metui volunt, a quibus metuuntur, eosdem metuant ipsi, necesse est." In eandem sententiam Auctor ep. I. ad Cæsar. de ordin. rep. c. 3. "Nec quemquam arbitror multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat." Similia habet Seneca de ira l. II. c. 11. et de clementia l. I. c. 19. Itaque recte Statius Theb. l. I. 127. "Parens odii metus." Facc. Idem confirmat Lucanus Pharsal. l. V. 257. "Quisque pavet, quibus ipse timori est." et quod habet Josephus antiq. judaic. l. VIII. c. 4. Εὐνούστεροι ἔσεσθαι πρὸς αὐτὸν καὶ ἀγαπήσειν τὴν δουλείαν διὰ τὴν ἐπιείκειαν, ἢ διὰ τὸν φόβον. Frick.

Μετ' ὀργῆς] "Cum ira (inquit Cicero offic. l. I. c. 38.) nihil recte fieri, nihil considerate potest." Nam iratus videre nequit mediocritatem illam, quæ est inter nimium et parum. Idcirco autem videre nequit, quia, ut scribit Plutarchus de ira, ὡς δι' ὁμίχλης τὰ σώματα, καὶ δι' ὀργῆς τὰ πράγματα μείζονα φαίνεται. Decet igitur, ut ait idem Cicero offic. l. I. c. 25. "eos, qui præsunt reipublicæ, esse legum similes, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur." Multa sunt exempla sapientum virorum, qui noluerunt castigare eos, quibus essent irati, ob id ipsum quod essent irati. Vide Plutarchum de liber. educ. Facc. Quo spectat et Senecæ illud de ira l. I. c. 16. "procedam in tribunal, non furens, nec infestus; sed vultu legis," quæ non excandescit, sed omnibus est æqualis. Verissima item Thucydidis sententia l. III. ἐναντιωτάτη τῇ εὐβουλίᾳ ὀργή. quam sic expressit Sallustius in bel. Jugurth. c. LXIV. "cupido atque ira consultores pessimi." Frick.

Δοκεῖ δὲ τοῖς ἄλλοις] Scil. ποιεῖν μετ' ὀργῆς, ἢ ὀργίζεσθαι. Wolf.

Ὅταν σοι] Σοι non incommode videretur omitti, et tamen ferri potest, ut prudentiæ Nicoclis hoc permittat. Idem. Quod velim et ego abesse, nisi in or. ad Demon. legerem: ἂν δέ ποτέ σοι συμπέσῃ καιρός. Auger.

Δεινὸς μὲν φαίνου] Mæcenas ad Augustum apud Dionem l. LII. sub fin. Τὸν δὴ τῶν ἄλλων βίον ἐπισκόπει μὲν, μὴ μέντοι καὶ χαλεπῶς ἐξέταζε. Facc.

Μὴ χαλεπότητι] Ita Evagoras ab eodem Isocrate laudatur, φοβερὸς ὢν, οὐ τῷ

Πολεμικὸς [1] μὲν ἴσθι ταῖς ἐπιστήμαις καὶ ταῖς παρα-
σκευαῖς, εἰρηνικὸς δὲ τῷ μηδὲν παρὰ τὸ δίκαιον πλεονεκτεῖν.
e Οὕτως ὁμίλει τῶν πόλεων πρὸς τὰς ἥττους, ὥσπερ ἂν τὰς
κρείττους πρὸς σεαυτὸν ἀξιώσειας. Φιλονείκει μὴ περὶ
[2] πάντων, ἀλλὰ περὶ ὧν ἂν κρατήσαντί σοι μέλλῃ συνοί-
σειν. Φαύλους ἡγοῦ μὴ τοὺς συμφερόντως ἡττωμένους, ἀλλὰ
τοὺς μετὰ βλάβης περιγιγνομένους. Μεγαλόφρονας εἶναι
20 νόμιζε μὴ τοὺς μείζω περιβαλλομένους ὧν οἷοί τέ εἰσι κατα-
σχεῖν, ἀλλὰ τοὺς [3] καλῶν μὲν ἐφιεμένους, ἐξεργάζεσθαι δὲ
δυναμένους οἷς ἂν ἐπιχειρῶσι. Ζήλου μὴ τοὺς μεγίστην
ἀρχὴν κτησαμένους, ἀλλὰ τοὺς ἄριστα τῇ παρούσῃ χρη-
σαμένους· καὶ νόμιζε τελέως εὐδαιμονήσειν, οὐκ ἐὰν [2] πάν-
των ἀνθρώπων μετὰ φόβων καὶ κινδύνων [4] ἄρξῃς, ἀλλ' ἐὰν,
b τοιοῦτος ὢν οἷον χρὴ καὶ πράττων ὥσπερ ἐν τῷ παρόντι,
μετρίων ἐπιθυμῇς καὶ μηδενὸς τούτων [5] ἀτυχῇς.

[1] γίγνου ταῖς A. C. L. [2] ἁπάντων A. C. L. [3] μετρίων A. C. L. [4] ἄρχῃς A. C. L. [5] ἀπορῇς A. C. L.

πολλοῖς χαλεπαίνειν, ἀλλὰ τῷ πολὺ τὴν φύσιν τῶν ἄλλων ὑπερβάλλειν. Eadem fere sententia repetitur in orat. de pace. Plinius ad Trajanum in paneg. c. XLVI. "Quis terror valuisset efficere, quod reverentia tui efficit?" Idem.

Πολεμικὸς γίνου] In orat. de pace vult Athenienses suos πολεμικοὺς μὲν εἶναι ταῖς παρασκευαῖς καὶ ταῖς μελέταις, εἰρηνικοὺς δὲ τῷ μηδένα μηδὲν ἀδικεῖν. Plinius ad Trajanum in Paneg. c. XVI. "Nec times bella, nec provocas." Idem. Ante dixit Plinius excit. loc. "Innutritus bellicis laudibus pacem amas." Frick.

Πολεμικὸς γίνου ταῖς ἐπιστήμαις etc.] Conf. de Pace §. μς'. Lang.

Πρὸς τὰς ἥττους] Ita in Panegyrico ait, antiquos Athenienses magna fide et modestia se gessisse erga reliquos Græciæ populos. Τὴν αὐτὴν ἀξιοῦντες γνώμην ἔχειν πρὸς τοὺς ἥττους, ἥνπερ τοὺς κρείττους πρὸς σφᾶς αὐτούς. Vide monitum ultimum orationis tertiæ. Facc.

Φιλονείκει] Contra eos, qui inutiles pugnas conserunt, est Senecæ epistola XLV. Aristippus autem ad disputatorem, a quo fuerat in tali quadam contentione per fallacias victus: 'Ego (inquit) victus abeo, jucundius, quam tu victor, dormiturus.' Idem.

Τοὺς συμφ. ἡττωμένους] Plutarchus de lib. educ. Οὐ τὸ νικᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι ἐπίστασθαι καλὸν, ἐν οἷς τὸ νικᾶν βλαβερόν. Idem.

Τοὺς συμφερόντως ἡττωμένους] Ii sunt intelligendi qui in potestate habent suos affectus et cedunt cum possent vincere, ut post majorem fructum capiant suæ moderationis; aut qui commodius tempus vincendi exspectant. Wolf.

Τοὺς μείζω περιβαλλομένους] Seneca de consol. ad Helv. c. X. "Nonne furor et ultimus mentium error est, quum exiguum capias, cupere multum?" Theognis v. 461. Μή ποτ' ἐπ' ἀπρήκτοισι νόον ἔχε, μηδὲ μενοίνα Χρήμασι, τῶν ἄνυσις γίγνεται οὐδεμία. Facc. Sapienter quoque Pindarus Pyth. Od. 3. Χρὴ δὲ καθ' αὐτὸν αἰεὶ παντὸς ὁρᾶν μέτρον. Frick.

Μεγίστην ἀρχὴν] Sallustius in Catil. c. II. inter vitia priscorum regum, qui Cyrum secuti sunt, refert, quod "maximam gloriam in maximo imperio putarent." Apuleius autem in apolog. p. 436. fortunam tunicæ comparat, quæ "magis concinna, quam longa probatur:" et paullo infra gubernaculis navium, quæ si "ingentia et enormia sint, facilius mergunt, quam regunt." Seneca ep. CXIII. "O quam magnis homines erroribus tenentur, qui jus dominandi trans maria cupiunt permittere, felicissimosque se judicant, si multas per milites provincias obtinent et novas veteribus adjungunt!" Facc.

Μετρίων ἐπιθυμῇς] Phocylides in sentent. Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίη δ' ἀλεγεινή. Sumpta est sententia ex dicto sive Solonis sive Cleobuli, ut est apud Clementem Alexandr. l. I. Strom. p. 300. ed. Col. 1688. Idem. Idem præceptum

η΄. Φίλους κτῶ μὴ πάντας τοὺς βουλομένους, ἀλλὰ τοὺς τῆς σῆς φύσεως ἀξίους ὄντας· μηδὲ μεθ᾽ ὧν ἥδιστα συνδιατρίψεις, ἀλλὰ μεθ᾽ ὧν ἄριστα τὴν πόλιν διοικήσεις. Ἀκριβεῖς ποιοῦ τὰς δοκιμασίας τῶν συνόντων, εἰδὼς ὅτι πάντες οἱ μή σοι [1] πλησιάσαντες ὁμοιόν σε τοῖς χρωμένοις [2] εἶναι νομιοῦσι. Τοιούτους ἐφίστη τοῖς πράγμασι τοῖς μὴ διὰ σοῦ γιγνομένοις, ὡς αὐτὸς τὰς αἰτίας ἕξων ὧν ἂν ἐκεῖνοι πράξωσι. Πιστοὺς ἡγοῦ μὴ τοὺς [3] ἅπαν, ὅ τι ἂν c
λέγῃς ἢ ποιῇς, ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ τοὺς τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιτιμῶντας. Δίδου παῤῥησίαν τοῖς εὖ φρονοῦσιν, ἵνα, περὶ ὧν ἂν ἀμφιγνοῇς, ἔχῃς τοὺς συνδοκιμάσοντας. Διόρα
18 καὶ τοὺς τέχνῃ κολακεύοντας καὶ τοὺς μετ᾽ εὐνοίας θερα-

[1] πλησιάζοντες A. C. L. [2] εἶναι om. A. L. [3] πᾶν A. C. L.

exstat apud Homerum et Hesiodum, quorum ille Od. O. 69. νεμεσσῶμαι δὲ καὶ ἄλλῳ Ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ, ὅς κ᾽ ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν, Ἔξοχα δ᾽ ἐχθαίρῃσιν, ἀμείνω δ᾽ αἴσιμα πάντα. Hic ἔργ. καὶ ἡμ. 692. Μέτρα φυλάσσεσθαι, καιρὸς δ᾽ ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος. Similia habet Euripides, Pindarus, alii. FRICK.

Φίλους κτῶ] In fine orationis explicat clarius, quinam sint amici Regi idonei, id est, σύμβουλοι ἀγαθοί. FACC. Bene de Principe Helvidius Priscus: "nullum majus (inquit) boni imperii instrumentum, quam boni amici," apud Tacitum hist. l. IV. c. 7. cum quo conspirat Plinii illud in Paneg. c. 45. "Quum plurimis amicitiis fortuna Principum indigeat, præcipuum est Principis opus, amicos parare." item Sallustii: "non exercitus, neque thesauri præsidia regni sunt, verum amici," hoc est, consiliarii, bell. Jugurth. c. X. FRICK.

Ἀκριβεῖς ποιοῦ κ. τ. λ.] Plinius ad Trajanum in Panegyr. c. LXXXIII. "Est magnificum, quod te ab omni contagione vitiorum reprimis ac revocas, sed magnificentius, quod tuos. Quanto enim magis arduum est alios præstare, quam se, tanto laudabilius, quod quum ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti." Itaque Mæcenas monet Augustum apud Dionem l. LII. sub fin. ne familiaribus suis nimium indulgeat. Πάντα γὰρ, ὅσα ἂν ἢ καλῶς ἢ κακῶς πράξωσι, σοὶ προστεθήσεται. FACC.

Τοιούτους ἐφίστη κ. τ. λ.] Cicero ad Quintum Fratrem, Prætorem Asiæ l. I. ep. 1. c. 3. "Circumspiciendum diligenter, ut in hac custodia provinciæ non te unum, sed omnes ministros imperii tui, sociis et civibus et reipublicæ præstare videare." Plutarchus in præcept. polit. scribit, Principem, qui utitur pravis administris, non differre ab opifice, qui utitur normis, regulis ac libellis parum idoneis. IDEM.

Πιστοὺς ἡγοῦ] Xenophon. in Cyrop. l. VIII. 2. 10. scribit, Cyrum habuisse familiares quosdam, qui *oculi et aures Regis* appellabantur, ut, quæcunque viderent aut audirent sibi opportuna, libere dicerent ac monerent. IDEM. De Nerone contra memoriæ proditum est, ejus auribus veritate nihil gravius exstitisse eumque, "ut faciendis sceleribus promptum, ita audiendi, quæ faceret, insolentem fuisse," ut scribit Tacitus annal. l. XV. c. 67. Adulatores detestatur bonus Princeps, quibus "omnia ejus, honesta atque inhonesta, laudare mos est." Idem annal. l. II. c. 38. FRICK.

Δίδου παῤῥησίαν] Hiero (inquit Plutarchus in apophth. reg. et imp.) dicere solebat: μηδένα τῶν παῤῥησιαζομένων πρὸς αὐτὸν ἄκαιρον εἶναι. Theopompus autem, ut est apud eundem Plutarchum in apophthegm. Lacon. interroganti cuidam, quomodo regnum tuto servare posset, respondit: 'Si justam loquendi libertatem amicis permittas.' Hanc in rem facit Senecæ querela de benefic. l. VI. c. 30. "Non vides, quomodo Principes in præceps agat exstincta libertas et fides in obsequium servile submissa? dum nemo ex animi sui sententia suadet dissuadetque; sed adulandi certamen est, et unum amicorum omnium officium, una contentio, quis blandissime fallat." FACC.

Τοὺς συνδοκιμάσοντας] Τοὺς συνεξετάσοντας, τί ποιητέον, τί ψηφιστέον, τί ἀποκριτέον, τί δικαστέον. WOLF.

Διόρα τοὺς τέχνῃ κολακ.] Celebre est Phocyonis dictum ad Antipatrum apud

πεύοντας, ἵνα μὴ πλέον οἱ πονηροὶ τῶν χρηστῶν ἔχωσιν. Ἄκουε τοὺς λόγους τοὺς περὶ ἀλλήλων, καὶ πειρῶ γνωρίζειν ἅμα τούς [1] τε λέγοντας, [2] ὁποῖοί τινές εἰσι, καὶ περὶ
d ὧν ἂν λέγωσι. Ταῖς αὐταῖς κόλαζε ζημίαις τοὺς ψευδῶς διαβάλλοντας, αἷσπερ [3] τοὺς ἐξαμαρτάνοντας. Ἄρχε σαυτοῦ μηδὲν ἧττον ἢ [4] τῶν ἄλλων, καὶ τοῦθ᾽ ἡγοῦ βασιλικώτατον, ἐὰν μηδεμιᾷ δουλεύῃς τῶν ἡδονῶν, ἀλλὰ κρατῇς τῶν ἐπιθυμιῶν μᾶλλον ἢ τῶν πολιτῶν. Μηδεμίαν συνουσίαν εἰκῇ προσδέχου μηδ᾽ ἀλογίστως, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἐκείναις ταῖς διατριβαῖς ἔθιζε σαυτὸν χαίρειν, ἐξ ὧν αὐτός τ᾽
e ἐπιδώσεις καὶ τοῖς ἄλλοις βελτίων εἶναι δόξεις.

θ΄. Μὴ φαίνου φιλοτιμούμενος ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἃ καὶ τοῖς κακοῖς διαπράξασθαι δυνατόν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἀρετῇ μέγα φρονῶν, ἧς οὐδὲν μέρος τοῖς πονηροῖς μέτεστι. Νόμιζε τῶν τιμῶν ἀληθεστάτας εἶναι, μὴ τὰς ἐν τῷ φανερῷ μετὰ
21 δέους γιγνομένας, ἀλλ᾽ ὅταν αὐτοὶ παρ᾽ αὐτοῖς ὄντες
μᾶλλόν σου τὴν γνώμην ἢ τὴν τύχην θαυμάζωσιν. Λάνθανε

[1] τε om. A. C. L. [2] ὁποῖοι καὶ τίνες A. L. [3] ἂν τοὺς C. L. [4] καὶ τῶν A. C. L.

Plutarchum in apophth. reg. et imp. Οὐ δύνασαι, Ἀντίπατρε, καὶ φίλῳ Φωκίωνι χρῆσθαι, καὶ κόλακι. Curtius autem l. VIII. c. 5. "Adulatio perpetuum malum regum, quorum opes sæpius assentatio quam hostis evertit." Plutarchus syntagma scripsit de distinguendo adulatore ab amico, quod legere juvabit. FACC.

Ἄκουε τοὺς λόγους κ. τ. λ.] Agesilaus, ut refert Xenophon sub fin. orationis, quam de illo scripsit, et Plutarchus in apophtegm. Laconicis, quum audiret laudatores aut vituperatores aliorum, aiebat: οὐχ ἧττον δεῖν μανθάνειν τοὺς τῶν λεγόντων τρόπους, ἢ περὶ ὧν λέγοιεν. Hanc in rem monet Horatius eos, qui cum viris principibus vivunt, l. I. ep. 18. v. 68. "Quid de quoque viro et cui dicas, sæpe videto." IDEM.

Ταῖς αὐταῖς κόλαζε κ. τ. λ.] Scite Julianus Imperator, ut est apud Ammianum initio l. XVIII. "Ecquis innocens esse poterit, si accusasse sufficiet?" Itaque Plinius in Paneg. c. XXXIV. et XXXV. Trajanum summopere laudat, quod delatores acerbissimis suppliciis coerceret. IDEM.

Αἷσπερ ἂν] Scil. ἐκόλαζες ἁλόντας ἢ ἐξελεγχθέντας τοὺς διαβαλλομένους. WOLF.

Ἄρχε σεαυτοῦ] Seneca ep. CXIII. "Imperare sibi maximum imperium est." Hinc servus Horatio exprobrat l. II. Sat. 7. v. 81. "Tu mihi, qui imperitas, aliis servis miser." Ab Isocrate nostro Evagoras laudatur, tanquam ἡγούμενος τῶν ἡδονῶν, ἀλλ᾽ οὐκ ἀγόμενος ὑπ᾽ αὐτῶν. FACC.

Μηδεμιάν συνουσίαν κ. τ. λ.] Advertenda vox συνουσία, et verbum ἐπιδίδωμι. Nam Plato eodem fere modo locutus est sub initium Hippiæ Majoris: ὥς σοι συνόντες πλέον ἂν εἰς ἀρετὴν ἐπιδιδοῖεν. Ad sententiam quod attinet, idem præcipit Theognis redditque rationem hanc v. 35. Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ᾽ ἐσθλὰ μαθήσεαι, ἢν δὲ κακοῖσι Συμμιχθῇς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον. IDEM. "Sumuntur (ait Seneca) a conversantibus mores," de ira l. III. c. 8. FRICK.

Μηδεμίαν — δόξεις] Post διοικήσεις p. 124. 3. de suo posuit Augerus.

Ἐπιδώσεις] Scil. πρὸς φρόνησιν καὶ ἀρετήν. WOLF.

Μέγα φρονῶν] Scil. φαίνου. IDEM.

Ἧς οὐδὲν μέρος] Ita Nicocles in oratione, quæ proxime sequitur, ait, se eas virtutes semper coluisse, ὧν μηδὲν μέρος τοῖς πονηροῖς μέτεστι. FACC.

Νόμιζε τῶν τιμῶν κ. τ. λ.] Totam hanc sententiam expressit Plinius in exordio panegyrici ad Trajanum. IDEM.

Αὐτοὶ] Np. πολῖται. AUGER.

Λάνθανε κ. τ. λ.] Ratio moniti est, quia Principibus, ut scribit Tacitus annal. l. IV.

μὲν, [1]ἢν ἐπί τῷ σοι συμβῇ τῶν φαύλων χαίρειν, ἐνδείκνυσο
δὲ περὶ τὰ μέγιστα σπουδάζων. Μὴ τοὺς μὲν ἄλλους ἀξίου
κοσμίως ζῆν, τοὺς δὲ βασιλέας ἀτάκτως· ἀλλὰ τὴν σαυ-
τοῦ σωφροσύνην παράδειγμα τοῖς ἄλλοις καθίστη, γιγνώ-
σκων ὅτι τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι.
Σημεῖον ἔστω σοι τοῦ καλῶς βασιλεύειν, ἐὰν τοὺς ἀρχομέ- b
νους ὁρᾷς εὐπορωτέρους καὶ σωφρονεστέρους γιγνομένους διὰ
τὴν σὴν ἐπιμέλειαν. Περὶ πλείονος ποιοῦ δόξαν καλὴν ἢ
πλοῦτον μέγαν τοῖς παισὶ καταλιπεῖν· ὁ μὲν γὰρ θνητὸς,
ἡ δὲ ἀθάνατος, καὶ δόξῃ μὲν χρήματα κτητὰ, δόξα δὲ χρη-
μάτων οὐκ ὠνητὴ, καὶ τὰ μὲν καὶ [2]φαύλοις [3]ἐνίοτε παρα-
γίγνεται, τὴν δὲ οὐχ οἷόν τε ἀλλ' ἢ τοὺς διενεγκόντας κτή-
σασθαι. Τρύφα μὲν [4]ἐν ταῖς ἐσθῆσι καὶ τοῖς περὶ τὸ σῶμα

[1] ἐὰν A. C. L. [2] τοῖς φαύλαις A. C. L. [3] ἐνίοτε om. A. L. [4] ἐν om. A. L.

c. 40. "præcipua rerum ad famam dirigenda sunt." Facc.

Παράδειγμα τοῖς ἄλλοις] Eandem sententiam Isocrates expressit in orat. Areopagitica, ubi loquitur de Solone et Clisthene. In bonum exemplum Velleius l. II. c. 126. "Facere recte cives suos Princeps optimus faciendo docet, quumque sit imperio maximus, exemplo major est." In malum Cicero de leg. l. III. c. 14. "Vitiosi principes vitia infundunt in civitatem; neque solum obsunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusque exemplo, quam peccato nocent." Plutarchus in Syntagmate ad Princip. imper. comparat eum, qui imperat, regulæ, quæ, nisi recta sit, non potest ea, quibus applicatur, recta facere. Porro de iis, quæ Princeps facere debet, ut civibus suis ad virtutem exemplo sit, vide Xenophontem in Cyri Pædia sub initium lib. VIII. Idem. Cicero alibi ex Platonis l. IV. de legibus hoc dictum refert: "quales in republica Principes essent, tales reliquos solere esse cives." famil. l. I. ep. 9. Confirmant idem Livius: "ipsi se homines in Regis, velut unici exempli, mores formant." l. I. c. 21. Plinius: "ut in corporibus, sic in imperio gravissimus est morbus, qui a capite diffunditur." l. IV. ep. 22. Claudianus: "componitur orbis Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus Humanos edicta valent, ut vita regentis." de IV. consul. Honor. v. 299. Valerius Maximus, qui, dum Ptolomæum, Ægyptiorum regem luxuriæ se tradidisse memorat, tum pergit, "regis mores omnem secutam regiam; nec amicos tantum præfectosque, verum etiam omnem exercitum, depositis militiæ studiis, otio ac desidia corruptos fuisse." l. XXX. c. i. Frick.

Σημεῖον ἔστω κ. τ. λ.] Cicero ad Atticum l. VIII. ep. 11. "Moderatori reipublicæ beata civium vita proposita est, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit." Et Mæcenas apud Dionem l. LII. p. 481. *Τὸν ἄρχοντα τὸν ἄριστον οὐ δεῖ μὴ μόνον αὐτὸν πάνθ' ἃ προσήκει ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ὅπως ὡς ὅτι βέλτιστοι γίγνωνται, προνοεῖν.* Facc.

Περὶ πλείονος ποιοῦ κ. τ. λ.] Auctor ep. 2. ad Cæs. de ordin. rep. c. 7. "Sæpe jam audivi, qui reges, quæ civitates et nationes per opulentiam magna imperia amiserint, quæ per virtutem inopes ceperint." Facc. Valerius Maximus l. IV. c. 3. "Ea civitas, id regnum æterno in gradu facile steterit, ubi minimum virium Veneris pecuniæque cupido sibi vindicaverit." Frick.

Δόξῃ] Stobæus p. 328. *δόξης*. Melius credo. Et mox post *φαύλοις* Cod. Auger. non male addit *ἐνίοτε*. Lang.

Τρύφα μὲν ταῖς ἐσθῆσι] Cyrus, ut est apud Xenophontem in Cyrop. l. VIII. 1. 40. tum ipse magnam vestis totiusque corporis ornatus curam suscipiebat, tum eos quoque suscipere volebat, quibus magistratus mandaret. Contra Livius sub init. l. XXI. laudat Annibalem, "quod vestitus ejus nihil inter æquales excelleret." Sed tunc quidem Annibal nondum erat cum imperio. Cæterum, ut scribit Plinius l. VI. ep 31. "Veste et comitatu non quidem augetur dignitas; ornatur tamen et instruitur." Facc.

c κόσμοις, καρτέρει δὲ ὡς χρὴ τοὺς [1]βασιλεύοντας ἐν τοῖς
ἄλλοις ἐπιτηδεύμασιν, ἵνα οἱ μὲν ὁρῶντες διὰ τὴν ὄψιν ἄξιόν
σε τῆς ἀρχῆς εἶναι νομίζωσιν, οἱ δὲ συνόντες διὰ τὴν τῆς
ψυχῆς ῥώμην τὴν αὐτὴν ἐκείνοις γνώμην ἔχωσιν. Ἐπισκόπει
τοὺς λόγους ἀεὶ τοὺς σαυτοῦ καὶ τὰς πράξεις, ἵν' ὡς ἐλα- 19
χίστοις [2]ἁμαρτήμασι περιπίπτῃς. Κράτιστον μὲν τῆς
ἀκμῆς τῶν καιρῶν τυγχάνειν, ἐπειδὴ δὲ δυσκαταμαθήτως
d ἔχουσιν, ἐλλείπειν αἱροῦ καὶ μὴ πλεονάζειν· αἱ γὰρ μετριό-
τητες μᾶλλον ἐν ταῖς ἐνδείαις ἢ ταῖς ὑπερβολαῖς [3]ἔνεισιν.
ι'. Ἀστεῖος εἶναι πειρῶ καὶ σεμνός· τὸ μὲν γὰρ τῇ τυραν-
νίδι πρέπει, τὸ δὲ πρὸς τὰς συνουσίας ἁρμόττει. χαλεπώ-
τατον δὲ τοῦτο πάντων ἐστὶ [4]τῶν προσταγμάτων· εὑρήσεις
γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τοὺς μὲν σεμνυνομένους ψυχροὺς
ὄντας, τοὺς δὲ βουλομένους ἀστείους εἶναι ταπεινοὺς φαινο-
μένους. δεῖ δὲ χρῆσθαι μὲν ἀμφοτέραις ταῖς ἰδέαις ταύταις,
e τὴν δὲ συμφορὰν τὴν [5]ἑκατέρᾳ προσοῦσαν διαφεύγειν. Ὅ
τι ἂν [6]ἀκριβῶσαι [7]βουληθῇς ὧν ἐπίστασθαι προσήκει τοὺς
βασιλέας, ἐμπειρίᾳ μέτιθι καὶ φιλοσοφίᾳ· τὸ μὲν γὰρ
φιλοσοφεῖν τὰς ὁδούς σοι δείξει, τὸ δὲ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων
22 γυμνάζεσθαι δύνασθαί σε χρῆσθαι τοῖς πράγμασι ποιήσει.

[1] βασιλέας A. C. L. [2] τοῖς ἁμαρτ. A. C. L [3] ἰσχύουσιν A. C. L
[4] πραγμάτων A. C. L. [5] ἑκατέραις A. C. L. [6] ἀκριβῶς εἰδέναι A. C. L.
[7] βούλει A. L. βούλῃ C.

Καρτέρει] Si, uti vult Wolfius per *laborum tolerantiam* reddatur *καρτέρει* et per *ἐπιτηδεύματα* intelligantur *deliberationes et præludia bellica*, quid demum per *συνόντες* in sequentibus velit non satis constat. Nec occurrit, quo pacto hæcce studia familiaribus potius, quam remotissimo cuique, animi indolem notam faciant: quum laborum tolerantia et præludia bellica non minus in conspectum veniunt, quam splendida vestitus ornamenta. Quod si per *καρτέρει* *temperantia* intelligatur, et per *ἐπιτηδεύματα* *alia studia quæ cum voluptate conjuncta sunt*, tum familiares eundem merito admiraturi sunt ob virtutes privatas, quarum ipsi sunt conscii, quem ob vestitus splendorem admirantur vulgus. Battie.

Ἐλλείπειν αἱροῦ] Cicero in Orat. c. XXII. "Etsi suus cuique rei modus est; tamen magis offendit nimium, quam parum." Facc.

Ἀστεῖος εἶναι πειρῶ] Lampridius in Alexandr. c. 1. narrat, *nimiam civilitatem* Alexandro objectam fuisse, quæ imperii potestatem contemptibiliorem faciebat. Modum egregie tenuit Trajanus, de quo Plinius in panegyr. c. IV. "Nihil severitati ejus hilaritate, nihil gravitati simplicitate, nihil majestati humanitate detrahitur." Vide Nepotem in Attico c. XV. Idem.

Σεμνὸς] *Σεμνότητα* cum Justo Lipsio in privato *auctoritatem*, in principe *majestatem* dixeris, polit. l. II. c. 16. Frick.

Ἀμφοτέραις] I. e. gravitate et urbanitate. Lang.

Ἀκριβῶς] *Ὁλοκλήρως*, h. e. *θεωρητικῶς τε καὶ πραγματικῶς*. Mox *μέτιθι παρὰ τὸ μετιέναι, τὸ ἐπιχειρεῖν*. Wolf.

Φιλοσοφίᾳ] De conjunctione philosophiæ cum experientia ad recte gubernandum agit Aristoteles Ethic. l. X. c. ult. Crudelem Neronis dominationem matri quidam imputant, ut est apud Suetonium c. LII. "quod eum a philosophia avertit, monens imperaturo contrariam esse." Facc.

Θεώρει τὰ γιγνόμενα καὶ τὰ συμπίπτοντα καὶ τοῖς ἰδιώταις καὶ τοῖς τυράννοις· ἐὰν γὰρ τὰ παρεληλυθότα μνημονεύῃς, ἄμεινον [1] περὶ τῶν μελλόντων βουλεύσῃ. Δεινὸν ἡγοῦ τῶν μὲν ἰδιωτῶν τινὰς [2] ἐθέλειν ἀποθνήσκειν, ἵνα τελευτήσαντες ἐπαινεθῶσι, τοὺς δὲ βασιλέας μὴ τολμᾶν χρῆσθαι τοῖς ἐπιτηδεύμασι τούτοις, ἐξ ὧν ζῶντες εὐδοκιμήσουσιν. Βούλου τὰς εἰκόνας τῆς ἀρετῆς ὑπόμνημα μᾶλλον ἢ τοῦ b
σώματος καταλιπεῖν. Μάλιστα μὲν πειρῶ τὴν ἀσφάλειαν σαυτῷ καὶ τῇ πόλει διαφυλάττειν· [3] ἐὰν δ' ἀναγκασθῇς κινδυνεύειν, αἱροῦ καλῶς τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν αἰσχρῶς. Ἐν [4] πᾶσι τοῖς ἔργοις μέμνησο τῆς βασιλείας, καὶ φρόντιζε ὅπως μηδὲν ἀνάξιον τῆς τιμῆς ταύτης [5] πράξεις.

[1] καὶ περὶ A. C. L. [2] ἐθέλειν τινὰς A. C. L. [3] ἣν A. C. L. [4] ἅπασι A. C. L. [5] ποιήσεις A. C. L.

Ἐὰν γὰρ τὰ παρεληλ. μνημονεύῃς] Plutarchus scribit: Ἡ τῶν γεγενημένων πράξεων μνήμη τῆς περὶ τῶν μελλόντων εὐβουλίας γίνεται παράδειγμα. de lib. educ. c. XIII. Ex proverbiis Catonian. in I. A. Fabricii bibl. med. et inf. Latinit. vol. v. p. 53. "Quid cantus caveas, aliena exempla docebunt." Dionysius Halicarn. βουλεύονταί τε ἄριστα περὶ τῶν μελλόντων οἱ παράδειγμα ποιούμενοι τὰ γεγονότα τῶν ἐσομένων. antiq. l. X. p. 471. Andocides: χρὴ τεκμηρίοις χρῆσθαι τοῖς πρότερον γενομένοις περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. Frick.

Βούλου τὰς εἰκόνας] Agesilaus moriens, ut narrat Plutarchus in apophthegm. vetuit sibi imagines poni. Εἴ τι καλὸν ἔργον πεποίηκα, τοῦτό μου μνημεῖόν ἐστιν. Sumpsit, opinor, Plutarchus ex oratione Xenophontis de Agesilao, ubi eadem fere sententia est, prope finem. Mæcenas quoque monuit Augustum, ne statuas aureas aut argenteas sibi fieri pateretur, sed potius recte agendo memoriam sui propagaret, ut est apud Dionem l. II. sub fin. Tiberius apud Tacitum annal. l. IV. c. 38. "Hæc mihi in animis vestris templa, hæ pulcherrimæ effigies et mansuræ." Loquitur de suis virtutibus. Facc. Adde Plinium, qui "fama (inquit) Principis non imaginibus et statuis, sed virtute ac meritis prorogatur." in paneg. c. LV. 10. Frick.

Καλῶς τεθνάναι] Cicero offic. l. I. c. 23. "Quum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est, et mors servituti turpitudinique anteponenda." Sallustius de T. Turpilio Silano Præfecto Vaccæ in Numidia, in bell. Jugurth. c. LXVII. "Quia illi in tanto malo turpis vita fama integra potior, improbus intestabilisque videtur." Facc. Alibi Cicero: "mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat; vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit." orat. pro Quinctio c. XV. Philo: ψυχὴ φιλότιμος ζωῆς ἀδόξου τὸν σὺν εὐκλείᾳ θάνατον προκρίνουσα. de fortitud. p. 741. ed. Franc. Frick.

Μέμνησο τῆς βασιλ.] Rationem rei hujus reddit Plutarchus in præcept. polit. Διὰ δόξαν, ἣν οἱ πολλοὶ περὶ ἀρχῆς καὶ πολιτείας ἔχουσιν, ὡς πράγματος μεγάλου, καὶ καθαρεύειν ἀξίου πάσης ἀτοπίας καὶ πλημμελείας. Itaque, ut idem ait Plutarchus non solum in publica dicta et facta Principis inquiritur, sed et in cœnam ejus, et in cubile, et in matrimonium, et in seria, et in ludicra omnia. Facc. Huc pertinet illud Senecæ: "humili loco positis exserere manum, litigare, in rixam procurrere ac morem iræ suæ gerere, liberius est, leves inter paria ictus sunt; Regi vociferatio quoque verborumque intemperantia non ex majestate est." qui paucis interjectis pergit: "alia conditio est eorum, qui in turba, quam non excedunt, latent, quorum et virtutes ut appareant diu luctantur et vitia tenebras habent. Vestra, o Nero, facta dictaque rumor excipit, et ideo nullis magis curandum est, qualem famam habeant, quam qui qualemcunque meruerint, magnam habituri sunt." de clementia l. I. c. 7. 8. item Plinii: "habet hoc primum magna fortuna, quod nihil tectum nihil occultum esse patitur; principum vero non modo domos, sed cubicula ipsi intimosque secessus recludit, omniaque arcana noscenda famæ proponit atque explicat." in panegyr. c. LXXXIII. Frick.

ια'. Μὴ περιίδῃς τὴν σαυτοῦ φύσιν [1] ἅπασαν ἅμα διαλυθεῖσαν· ἀλλ' ἐπειδὴ θνητοῦ [2] [μὲν] σώματος ἔτυχες
c [3] [ἀθανάτου δὲ ψυχῆς], πειρῶ τῆς ψυχῆς ἀθάνατον [4] τὴν μνήμην καταλιπεῖν. Μελέτα περὶ καλῶν ἐπιτηδευμάτων λέγειν, ἵνα συνεθισθῇς ὅμοια τοῖς εἰρημένοις φρονεῖν. [5] Ἅττ' ἂν σοι λογιζομένῳ φαίνηται βέλτιστα, ταῦτα τοῖς ἔργοις ἐπιτέλει. Ὧν τὰς δόξας ζηλοῖς, μιμοῦ [6] τὰς πράξεις. Ἃ [7] τοῖς αὑτοῦ παισὶν ἂν συμβουλεύσειας, τούτοις αὐτὸς ἐμμένειν ἀξίου. Χρῶ τοῖς εἰρημένοις, ἢ ζήτει βελτίω τούτων.
d Σοφοὺς [8] νόμιζε μὴ τοὺς [9] περὶ μικρῶν ἀκριβῶς ἐρίζοντας, ἀλλὰ τοὺς εὖ περὶ τῶν μεγίστων λέγοντας, μηδὲ τοὺς τοῖς μὲν ἄλλοις εὐδαιμονίαν ὑπισχνουμένους, αὐτοὺς δὲ ἐν πολλαῖς ἀπορίαις ὄντας, ἀλλὰ τοὺς μέτρια μὲν περὶ αὑτῶν λέγοντας, ὁμιλεῖν δὲ καὶ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς ἀνθρώποις δυναμένους, καὶ μὴ διαταραττομένους ἐν ταῖς τοῦ βίου μεταβολαῖς, ἀλλὰ καλῶς καὶ μετρίως καὶ τὰς συμφορὰς καὶ τὰς εὐτυχίας φέρειν ἐπισταμένους.

e ιβ'. Καὶ μὴ θαύμαζε, εἰ πολλὰ τῶν εἰρημένων ἐστὶν, ἃ καὶ σὺ γιγνώσκεις· οὐδὲ γὰρ ἐμὲ τοῦτο [10] παρέλαθεν, ἀλλ' ἠπιστάμην, ὅτι τοσούτων ὄντων τὸ πλῆθος καὶ τῶν ἰδιωτῶν

[1] ἅμα πᾶσαν A. C. L. [2] uncos om. A. C. L. [3] uncos om. A. C. L. [4] τὴν om. A. C. L. [5] ἃ δ' ἂν A. L. [6] καὶ τὰς L. [7] τοῖς παισὶν τοῖς αὐτοῦ A. C. L. [8] δὲ νόμιζε A. [9] ἀκριβῶς περὶ μικρῶν A. C. L. [10] διέλαθεν A. C. L.

Οὐ τὰς ἐπὶ τοῖς ἔργοις μηδεμίαν τιμὴν ἐχούσας] In Summario interpretatus sum: *non istas* (voluptates), *quæ cum labore conjunctæ honore carent, sed quæ cum honore conjunctæ veluti ultro proveniunt.* Respondent sibi h. l. ἐπὶ τοῖς ἔργοις et ἐπὶ ταῖς δόξαις, μηδεμίαν τιμὴν ἐχούσας et δι' ἀνδραγαθίαν γιγνομένας, quam posteriorem lectionem alteri, quæ in textu remansit, præferendam puto. Sententia vero mihi hæc esse videtur : Voluptates, quæ e moderationis et justitiæ interno sensu nascuntur, et honorificæ sunt, et opera non egent, ultro potius omnia juste facta comitantur, e puro quippe bonæ conscientiæ fonte promanantes. Intelligit ergo Noster sapientum voluptates, sive, ut cum Epicuro loquar, voluptates stabiles, quæ nihil aliud sunt nisi animi nil mali sibi conscii hilaritas. Aliter Wolfius, qui τὰς ἐπὶ τοῖς ἔργοις μηδεμίαν τιμὴν ἐχούσας exponit ὧν τὰ ἔργα ἄτιμά ἐστιν, ἢ οὐκ ἔντιμά γε, οἷον αἱ συνουσίαι ταῖς γυναιξὶν, οἱ πότοι καὶ κῶμοι etc. sequentia vero, ἀλλὰ τὰς ἐπὶ ταῖς δόξαις, eas voluptates, quæ expetuntur propter gloriam, fortium facinorum comitem. Wolf. igitur ἐπὶ ante τοῖς ἔργοις alio sensu accipit, quam ἐπὶ ante ταῖς δόξαις, in quo falli videtur. Lang. Προειλόμην οὐκ ἐκείνας τὰς ἡδονὰς, αἵπερ οὐδεμίαν τιμὴν τῷ ἡδομένῳ παρέχουσι μεθ' ἃ ἔπραξεν ἔργα, ἀλλὰ τὰς ἡδονὰς τὰς ἑπομένας ταῖς δόξαις ταῖς γιγνομέναις δι' ἀνδραγαθίαν, ἤγουν τὰς ἡδονὰς, ἃς ἥδεταί τις ἐπαινούμενος δι' ἀνδραγαθίαν. Cor.

ταῖς δόξαις ταῖς δι' ἀνδραγαθίαν [1] γιγνομέναις. χρὴ δὲ δο-
κιμάζειν τὰς ἀρετὰς οὐκ ἐν ταῖς αὐταῖς ἰδέαις ἁπάσας,
ἀλλὰ τὴν μὲν δικαιοσύνην ἐν ταῖς ἀπορίαις, τὴν δὲ σωφρο-
σύνην ἐν ταῖς δυναστείαις, τὴν [2] δ' ἐγκράτειαν ἐν ταῖς τῶν
νεωτέρων ἡλικίαις. ἐγὼ τοίνυν ἐν [3] πᾶσι τοῖς καιροῖς τούτοις
φανήσομαι πεῖραν τῆς ἐμαυτοῦ φύσεως δεδωκώς. ἐνδεὴς μέν b
[4] γε χρημάτων καταλειφθεὶς οὕτω δίκαιον ἐμαυτὸν παρέ-
σχον, ὥςτε μηδένα λυπῆσαι τῶν πολιτῶν· λαβὼν δ' ἐξου-
σίαν ὥςτε ποιεῖν ὅ τι ἂν βούλωμαι, σωφρονέστερος τῶν ἰδιω-
τῶν ἐγενόμην· τούτων δ' ἀμφοτέρων ἐκράτησα, ταύτην ἔχων
τὴν ἡλικίαν ἐν ᾗ τοὺς πλείστους ἂν εὕροιμεν μάλιστα περὶ
33 τὰς πράξεις ἐξαμαρτάνοντας. καὶ [5] ταῦτ' ἐν ἑτέροις μὲν
ἴσως ὤκνουν εἰπεῖν, οὐχ ὡς οὐ φιλοτιμούμενος ἐπὶ τοῖς c
πεπραγμένοις, ἀλλ' ὡς οὐκ ἂν πιστευθεὶς ἐκ τῶν λεγομέ-
νων· ὑμεῖς δ' αὐτοί μοι μάρτυρές ἐστε πάντων τῶν εἰρημένων.
ἄξιον μὲν οὖν καὶ τοὺς φύσει κοσμίους ὄντας ἐπαινεῖν καὶ
θαυμάζειν, ἔτι δὲ μᾶλλον [6] καὶ τοὺς μετὰ λογισμοῦ τοιού-
τους ὄντας. οἱ μὲν γὰρ τύχῃ καὶ μὴ γνώμῃ σωφρονοῦντες
τυχὸν ἂν καὶ μεταπεισθεῖεν· οἱ δὲ πρὸς τῷ πεφυκέναι καὶ
διεγνωκότες ὅτι μέγιστόν ἐστι τῶν ἀγαθῶν ἀρετὴ, δῆλον
ὅτι πάντα τὸν βίον ἐν ταύτῃ τῇ τάξει [7] διαμενοῦσι. διὰ d
τοῦτο δὲ πλείους ἐποιησάμην τοὺς λόγους καὶ περὶ ἐμαυτοῦ
καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν προειρημένων, ἵνα μηδεμίαν ὑπο-
λίπω πρόφασιν, ὡς οὐ δεῖ ποιεῖν ὑμᾶς ἑκόντας καὶ προθύ-
μως, ἅττ' ἂν ἐγὼ προστάξω καὶ συμβουλεύσω.

ιβ'. Φημὶ [8] δὲ [9] χρῆναι πράττειν ἕκαστον ὑμῶν, ἐφ' οἷς
ἐφέστηκεν, ἐπιμελῶς καὶ δικαίως· καθ' ὁπότερον γὰρ ἂν
[10] ἐλλείπητε τούτων, ἀνάγκη ταύτῃ κακῶς [11] σχεῖν τὰς πρά- e
ξεις. μηδενὸς οὖν ὀλιγωρεῖτε μηδὲ καταφρονεῖτε τῶν προστε-

[1] γινομένας A. [2] δὲ καρτερίαν A. C. L. [3] ἅπασι A. C. L. [4] γὰρ A. C. L. [5] πάντα ταῦτα A. L. [6] τοὺς καὶ A. C. L. [7] διαμένουσι L. [8] δὴ A. C. L. [9] χρῆναι om. A. L. [δεῖν] C. [10] ἐλλίπητέ τι A. C. L. [11] ἔχειν A. C. L.

Γινομέναις] F. γινομένας. Wolf.

Ἰδέαις] I. e. περιστάσεσι, ut Wolfius recte explicat. Lang. Ἢ καιροῖς, ἢ ὑποθέσεσι. Cor.

Ἀμφοτέρων] Ἤγουν τῆς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης. Wolf.

Ἐκράτησα] Ἀμετακινήτως περὶ αὐτὰς ἐσπούδασα. Idem. *hæc utraque præstiti fortiter et meipsum vincens.* Auger.

Διαμένουσι] Malim διαμενοῦσι. Wolf.

Φημὶ] Hic ἀντὶ τοῦ κελεύω positum esse videtur. Idem. Lang.

Τούτων] Np. horum quibus vos præfecti estis. Auger.

ταγμένων, ὑπολαμβάνοντες ὡς οὐ παρὰ [1] τοῦτ' ἐστὶν, ἀλλ'
ὡς παρ' ἕκαστον τῶν μερῶν ἢ καλῶς ἢ κακῶς ἕξον τὸ
37 σύμπαν, οὕτω σπουδάζετε περὶ αὐτῶν. [2] Κήδεσθε μηδὲν
ἧττον τῶν ἐμῶν ἢ τῶν ὑμετέρων αὐτῶν, καὶ μὴ νομίζετε
μικρὸν ἀγαθὸν εἶναι τὰς τιμὰς ἃς ἔχουσιν οἱ καλῶς τῶν
ἡμετέρων ἐπιστατοῦντες. Ἀπέχεσθε τῶν ἀλλοτρίων, ἵν'
ἀσφαλέστερον τοὺς οἴκους τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν κεκτῆσθε.
Τοιούτους εἶναι χρὴ περὶ τοὺς ἄλλους ὑμᾶς, οἷόνπερ ἐμὲ
περὶ ὑμᾶς ἀξιοῦτε γίγνεσθαι. Μὴ σπεύδετε πλουτεῖν
μᾶλλον ἢ χρηστοὶ δοκεῖν εἶναι, γιγνώσκοντες ὅτι καὶ τῶν
b Ἑλλήνων καὶ τῶν Βαρβάρων οἱ μεγίστας ἐπ' ἀρετῇ δόξας
ἔχοντες πλείστων ἀγαθῶν δεσπόται καθίστανται. Τοὺς
χρηματισμοὺς τοὺς παρὰ τὸ δίκαιον γιγνομένους ἡγεῖσθε
μὴ πλοῦτον ἀλλὰ κίνδυνον ποιήσειν. Μὴ τὸ μὲν λαβεῖν
κέρδος εἶναι νομίζετε, τὸ δ' ἀναλῶσαι ζημίαν· οὐδέτερον γὰρ
τούτων ἀεὶ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, ἀλλ' ὁπότερον ἂν ἐν 34
c καιρῷ καὶ μετ' ἀρετῆς γίγνηται, τοῦτ' [3] ὠφελεῖ τοὺς ποι-
οῦντας. Μηδὲ πρὸς ἓν χαλεπῶς ἔχετε τῶν ὑπ' ἐμοῦ προσ-
ταττομένων· ὅσοι γὰρ ἂν ὑμῶν περὶ πλεῖστα τῶν ἐμῶν
χρησίμους αὑτοὺς παράσχωσιν, οὗτοι πλεῖστα τοὺς οἴκους
τοὺς αὑτῶν ὠφελήσουσιν. Ὅ τι ἂν ὑμῶν ἕκαστος αὑτὸς
αὑτῷ τύχῃ συνειδὼς, ἡγείσθω μηδὲ ἐμὲ λήσειν, [4] ἀλλὰ κἂν
τὸ σῶμα τοὐμὸν μὴ παρῇ, τήν γε διάνοιαν τὴν ἐμὴν οἰέσθω
τοῖς γιγνομένοις παρεστάναι· ταύτην γὰρ τὴν γνώμην

[1] ταῦτ' A. C. L. [2] καὶ κήδεσθε L. [3] ὠφελήσει A. C. L. [4] ἀλλὰ ἐὰν καὶ A. L.

Ὡς οὐ παρὰ ταῦτ' ἐστὶν] Multum obscuritatis est in verbis, sed hanc puto sententiam esse: Singula mandata esse diligenter exsequenda, non quod in ipsis per se tantum semper momenti sit; sed quod is, qui minima negligat, etiam graviora contemnere videatur; et qui semel contumax deprehendatur, de illius animo nunquam sit bene sperandum. Παρὰ cum accusativo sæpe causam denotat. Wolf. Subaudi τὸ κοινὸν vel τὸ σύμπαν. *quod ab his non pendet commune bonum.* Auger. *quod in eo res non sita est.* Lang. Μηδενὸς τῶν ὑπ' ἐμοῦ προσταττομένων καταφρονεῖτε, νομιζόντες ὅτι οὐ διὰ ταῦτα, τουτέστι, δι' τὴν ἐπιμέλειαν ἢ τὴν καταφρόνησιν αὐτῶν, καλῶς ἢ κακῶς ἕξει τὸ σύμπαν, ἀλλὰ σπουδάζετε περὶ αὐτῶν, νομίζοντες ὅτι καλῶς ἢ κακῶς ἕξει τὸ σύμπαν, καὶ δι' ἕκαστον τῶν μερῶν, τουτέστι, καὶ δι' ἑνὸς μόνου ἐπιμέλειαν, ἢ καταφρόνησιν, τῶν ὑπ' ἐμοῦ προσταττομένων. Cor. Cf. Aristot. Polit l. v. c. 8.

Ἀπέχεσθε κ. τ. λ.] Vide Ciceronem de offic. l. III. c. 5. et seq. Cæterum qui sibi licere vult aliena occupare, idem jus videtur aliis concedere in sua. Facc. Dio Cassius: ‘propria (inquit) diligenter asservanda, aliena neutiquam desideranda.’ hist. Rom. l. LIII. Justinus: “dum aliena affectat, propria amittit.” l. XXXIX. c. 1. Frick.

Μὴ τὸ μὲν λαβεῖν] Itaque aiebat Publius Syrus in mimis n. 645. “Perdidisse mallem, quam accipere turpiter.” Facc.

Μηδ' πρὸς ἓν] Ἀντὶ τοῦ, πρὸς μηδέν. Cor.

ἔχοντες σωφρονέστερον [1] βουλεύσεσθε περὶ ἁπάντων. Μηδὲν d ἀποκρύπτεσθε μήθ᾽ ὧν κέκτησθε μήθ᾽ ὧν μέλλετε πράττειν, εἰδότες ὅτι περὶ τὰ κεκρυμμένα τῶν πραγμάτων ἀναγκαῖόν ἐστι πολλοὺς φόβους γίγνεσθαι. Μὴ τεχνικῶς ζητεῖτε πολιτεύεσθαι μηδ᾽ ἀφανῶς, ἀλλ᾽ οὕτως ἁπλῶς καὶ φανερῶς ὥστε μηδ᾽ ἄν τις βούληται ῥᾴδιον εἶναι ὑμᾶς [2] διαβαλεῖν. Δοκιμάζετε τὰς πράξεις, καὶ νομίζετε πονηρὰς μὲν e ἃς [3] πράττοντες ἐμὲ [4] βούλεσθε λανθάνειν, χρηστὰς δὲ περὶ ὧν [5] ἐγὼ μέλλω πυθόμενος βελτίους ὑμᾶς νομιεῖν. Μὴ κατασιωπᾶτε, ἐάν τινας ὁρᾶτε περὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐμὴν πονηροὺς ὄντας, ἀλλ᾽ ἐξελέγχετε, καὶ νομίζετε τῆς αὐτῆς εἶναι ζημίας ἀξίους τοὺς συγκρύπτοντας τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν. [6] Εὐτυχεῖν [7] νομίζετε μὴ τοὺς λανθάνοντας, ἐάν τι κακὸν 38 ποιήσωσιν, ἀλλὰ τοὺς μηδὲν ἐξαμαρτάνοντας· τοὺς μὲν γὰρ εἰκὸς τοιαῦτα παθεῖν, οἷάπερ αὐτοὶ ποιοῦσι, τοὺς δὲ χάριν ἀπολαβεῖν, ἧς ἄξιοι τυγχάνουσιν ὄντες. [8] Ἑταιρείας μὴ [9] ποιεῖσθε μηδὲ συνόδους ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης· αἱ γὰρ τοιαῦται συστάσεις ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πολιτείαις πλεονεκτοῦσιν, ἐν δὲ ταῖς μοναρχίαις κινδυνεύουσιν. Μὴ μόνον ἀπέχεσθε τῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιτηδευ- b μάτων τῶν τοιούτων ἐν οἷς ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑποψίαν [10] ἐγγίγνεσθαι.

[1] ἂν βουλεύσησθε περὶ αὐτῶν. A. C. L. [2] διαβάλλειν A. C. L. [3] ἂν πράττοντες A. C. L. [4] βούλησθε A. C. L. [5] ἂν ἐγὼ A. C. L. [6] εὐτυχεῖς A. C. L. [7] δὲ νομίζετε L. [8] ἑταιρίας C. L. [9] ποιεῖτε μήτε A. C. L. [10] γίγνεσθαι A. C. L.

Μηδὲν ἀποκρύπτεσθε] Cicero offic. l. III. c. 9. "Honesta bonis viris, non occulta quæruntur." Proindeque ad vitandos terrores "hic murus aheneus esto, Nil conscire sibi," ut ait Horatius l. I. ep. 1. v. 70. Facc. Moris humani accuratissimus censor, Seneca vere scribit: "Quid prodest recondere se et oculos hominum auresque vitare? bona conscientia turbam advocat, mala etiam in solitudine anxia atque sollicita est. Si honesta sunt, quæ facis, omnes sciant: si turpia, quid refert, neminem scire, quum tu scias? O te miserum, si contemnis hunc testem!" ep. XLIII. Frick.

Εὐτυχεῖς νομίζετε] Cicero offic. l. III. c. 8. "satis nobis persuasum esse debet, si omnes deos hominesque celare possimus; nihil tamen avare, nihil injuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum." Facc.

Ἑταιρείας μὴ ποιεῖτε] Cato apud Livium l. XXXIV. c. 2. "Ab nullo genere non æque summum periculum est, si cœtus et concilia et secretas consultationes esse sinas." Facc. Ἑταιρείαι sunt conventus vel coitiones hominum unius corporis, vel collegii. Ejusmodi sodalitates, sine publica auctoritate factas, dudum prudentissimi imperatores, reges et principes suspectas habuerunt, ne sub eo nomine coeuntes hominum factiosorum cœtus res novarent ac rempublicam perturbarent. Ita Trajanus imperator eas in provincia Bithynia vel ideo vetuerat, quod "provinciam istam ab ejusmodi factionibus esse vexatum, meminerat," ut ipse ad Plinium suum scribit l. X. ep. XLIII. Fusius de his betæriis commentatur Rupertus in observ. ad Sallustii bell. Jugurth. p. 372. seq. Frick.

ιγ΄. Τὴν ἐμὴν φιλίαν ἀσφαλεστάτην καὶ βεβαιοτάτην εἶναι νομίζετε. [1] Διαφυλάττετε τὴν παροῦσαν κατάστασιν, καὶ μηδεμίας ἐπιθυμεῖτε μεταβολῆς, εἰδότες ὅτι διὰ τὰς [2] ταραχὰς ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὰς πόλεις ἀπόλλυσθαι καὶ τοὺς οἴκους τοὺς ἰδίους ἀναστάτους γίγνεσθαι. Μὴ μόνον 35
c τὰς φύσεις αἰτίας νομίζετε τοῦ χαλεποὺς ἢ πρᾴους εἶναι τοὺς τυράννους, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον [3] τὸν τῶν πολιτῶν· πολλοὶ γὰρ ἤδη διὰ τὴν τῶν ἀρχομένων κακίαν τραχύτερον ἢ κατὰ τὴν αὐτῶν γνώμην ἄρχειν ἠναγκάσθησαν. Θαῤῥεῖτε μὴ διὰ τὴν ἐμὴν μᾶλλον πρᾳότητα ἢ διὰ τὴν ὑμετέραν αὐτῶν ἀρετήν. Τὴν ἐμὴν ἀσφάλειαν ἄδειαν [4] ὑμῖν αὐτοῖς εἶναι νομίζετε· καλῶς γὰρ τῶν περὶ ἐμὲ καθεστώ-
d των, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ περὶ ὑμᾶς [5] ἕξει. Ταπεινοὺς μὲν εἶναι χρὴ πρὸς τὴν ἀρχὴν τὴν ἐμὴν, ἐμμένοντας τοῖς [6] ἔθεσι καὶ διαφυλάττοντας τοὺς νόμους τοὺς βασιλικοὺς, λαμπροὺς δ᾽ ἔν τε ταῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως λειτουργίαις καὶ [7] τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπ᾽ ἐμοῦ προσταττομένοις. Προτρέπετε τοὺς νεωτέρους ἐπ᾽ ἀρετὴν, μὴ μόνον παραινοῦντες, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς πράξεις ὑποδεικνύντες αὐτοῖς [8] οἵους εἶναι χρὴ
e τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθούς. Διδάσκετε τοὺς παῖδας τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν βασιλεύεσθαι, καὶ περὶ τὴν παίδευσιν

[1] καὶ διαφυλάττετε A. C. L. [2] τοιαύτας ταραχὰς A. C. L. [3] τὸν om. A. C. L. [4] ἑαυτοῖς A. C. L. [5] αὐτοὺς ἕξει A. C. L. [6] ἤθεσι A. C. L. [7] τοῖς ἄλλοις om. A. L. [8] ὁποίους A. C. L.

Διαφυλάττετε κ. τ. λ.] Petrarcha de rep. administr. "Augusti est notissimum illud: Quisquis præsentem statum civitatis commutari non vult, et civis et vir bonus est." Facc. Exstat hoc inter alios Augusti sermones in Macrobii saturnal. l. II. c. 4. Xenophon Hellen. l. II. πᾶσαι μεταβολαὶ πολιτειῶν εἰσὶ θανατηφόροι. Ejusdem sententiæ est illud Taciti: "quæ convertuntur, in deterius mutantur." annal. l. XIV. c. 43. Ita Lycurgus, constituta pœna gravissima, prohibuit, ne quis civis, peregre profectus, vagari, neve in ædes suas advenas recipere, auderet. Cui legi ferendæ hæc ratio suberat, ne vel peregrini externas in civium domos res importarent, vel ipsi, exteras regiones perlustrantes, novos mores adsciscerent. Referunt hoc Plutarchus tum in apophthegm. Lacon. tum in vita Lycurgi et Xenophon de republ. Laced. p. 689. seq. Conferendi quoque N. Cragius de republ. Laced. l. III. p. 314. et I. Meursius miscell. Laconic. l. II. c. 9. p. 142. Frick.

Θαῤῥεῖτε κ. τ. λ.] Huc referri potest; quod est in Publii Syri mimis n. 593. "Oportet, ut bonum peccandi odio, non metu, facias." Facc.

Τὴν ἐμὴν ἀσφάλειαν κ. τ. λ.] Plinius ad Trajanum in panegyr. c. LXXII. "Deos obsecramus, ut omnia prospere cedant tibi, reipublicæ, nobis; vel, si brevius sit optandum, ut uni tibi, in quo et respublica et nos sumus." Facc. Idem ad eundem: "Precati deos, ut te generi humano, cujus tutela et securitas saluti tuæ innisa est, incolumem florentemque præstarent," l. X. ep. 60. Seneca: "Quid pulcrius est, quam - - - nihil esse cuiquam tam pretiosum, quod non salute Præsidis commutatum velit? Omne, quod illi contingit, sibi quoque evenire deputet." de clement. l. I. c. 19. Frick.

Παίδευσιν τῆς τοιαύτης ἀρετῆς] F. παίδευσιν ταύτης τῆς ἀρετῆς. Wolf.

[1]τὴν τοιαύτην ἐθίζετε αὐτοὺς ὡς μάλιστα διατρίβειν· [2]ἢν γὰρ [3]καλῶς ἄρχεσθαι μάθωσι, [4]πολλῶν ἄρχειν δυνήσονται, καὶ πιστοὶ μὲν ὄντες καὶ δίκαιοι μεθέξουσι τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν, κακοὶ δὲ γενόμενοι κινδυνεύσουσι περὶ τῶν ὑπαρχόντων. Μέγιστον ἡγεῖσθε τοῖς παισὶ καὶ βεβαιότατον 39
πλοῦτον παραδώσειν, ἢν αὐτοῖς δύνησθε τὴν ἡμετέραν εὔνοιαν [5]καταλείπειν. Ἀθλιωτάτους ἡγεῖσθε καὶ δυστυχεστάτους, ὅσοι περὶ τοὺς πιστεύσαντας ἄπιστοι γεγόνασιν· ἀνάγκη γὰρ τοὺς τοιούτους ἀθύμως ἔχοντας καὶ φοβουμένους [6]ἅπαντα, καὶ μηδὲν μᾶλλον πιστεύοντας τοῖς φίλοις ἢ τοῖς ἐχθροῖς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον διάγειν. Ζηλοῦτε μὴ τοὺς πλεῖστα κεκτημένους, ἀλλὰ τοὺς μηδὲν κακὸν σφίσιν b
αὑτοῖς συνειδότας· μετὰ γὰρ τοιαύτης ψυχῆς [7]ἥδιστ' ἄν τις τὸν βίον δύναιτο [8]διαγαγεῖν. Μὴ τὴν κακίαν δύνασθαι μὲν [9]πλείω τῆς ἀρετῆς ὠφελεῖν νομίζετε, τὸ δ' ὄνομα δυσχερέστερον ἔχειν· ἀλλ' οἵωνπερ ὀνομάτων [10]ἕκαστον τῶν πραγμάτων τετύχηκε, τοιαύτας ἡγεῖσθε καὶ τὰς δυνάμεις αὐτῶν εἶναι. Μὴ φθονεῖτε τοῖς παρ' [11]ἐμοὶ πρωτεύουσιν,
36 ἀλλ' ἁμιλλᾶσθε, καὶ πειρᾶσθε χρηστοὺς ὑμᾶς αὐτοὺς [12]παρέχοντες ἐξισοῦσθαι τοῖς προέχουσι. Φιλεῖν οἴεσθε δεῖν c
καὶ τιμᾶν οὕςπερ ἂν καὶ ὁ βασιλεύς, ἵνα καὶ παρ' ἐμοῦ τυγχάνητε τῶν αὐτῶν τούτων. Οἷά περ παρόντος ἐμοῦ λέγετε, τοιαῦτα καὶ [13]περὶ ἀπόντος φρονεῖτε. Τὴν εὔνοιαν τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐν τοῖς ἔργοις ἐνδείκνυσθε μᾶλλον ἢ [14]ἐν τοῖς

[1] τῆς τοιαύτης ἀρετῆς ἐθίζ. Δ. [2] ἐὰν A. C. L. [3] καλῶς om. A. C. L. [4] πολλῷ μᾶλλον ἄρχειν A. C. L. [5] καταλιπεῖν A. C. L. [6] ἅπαντας A. C. L. [7] ἥδιον A. C. L. [8] διάγειν A. C. L. [9] πλέον A. C. L. [10] ἕκαστα A. C. L. [11] ἐμοῦ A. L. [12] παρέχοντας A. L. [13] περὶ om. A. C. L. [14] ἐν om. A. C. L.

Ἐὰν γὰρ ἄρχεσθαι μάθωσι] Cicero de leg. l. III. c. 2. "Qui modeste paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse." Facc.

Ἄπιστοι γεγόνασιν] Cicero: "perfidiosum et nefarium est, fidem frangere, quæ continet vitam." Orat. pro Q. Rosc. Com. c. VI. Frick.

Ζηλοῦτε μὴ τοὺς κ. τ. λ.] Horatius l. IV. Od. 9.

"Non possidentem multa vocaveris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus sapienter uti,
Duramque callet pauperiem pati,
Pejusque letho flagitium timet."

Facc.

Παρ' ἐμοῦ πρωτ.] F. παρ' ἐμοὶ πρωτ. Wolf.

Παρέχοντας] F. παρέχοντες. Idem.

Φιλεῖν οἴεσθε κ. τ. λ.] M. Terentius hac ipsa de causa excusat Tiberio amorem suum et obsequium erga Sejanum apud Tacitum annal. l. VI. c. 8. "Tuum, Cæsar, generum, tui consulatus socium, tua officia in republica capessentem colebamus. Non est nostrum æstimare, quem supra cæteros et quibus de causis extollas." Facc.

Οἷάπερ] Malim οἷα. Wolf.

λόγοις. Ἃ πάσχοντες ὑφ' ἑτέρων ὀργίζεσθε, ταῦτα [1]τοὺς ἄλλους μὴ ποιεῖτε. Περὶ ὧν ἂν ἐν τοῖς λόγοις κατηγορῆτε,
d μηδὲν τούτων ἐν τοῖς ἔργοις ἐπιτηδεύετε. Τοιαῦτα προσδοκᾶτε πράξειν, οἷ' ἂν περὶ ἡμῶν [2]διανοῆσθε. Μὴ μόνον ἐπαινεῖτε τοὺς ἀγαθούς, ἀλλὰ καὶ μιμεῖσθε. Τοὺς λόγους τοὺς ἐμοὺς νόμους εἶναι [3]νομίζοντες πειρᾶσθε τούτοις ἐμμένειν, εἰδότες ὅτι τοῖς μάλιστα ποιοῦσιν ὑμῶν [4]ἁγὼ βούλομαι, [5]τάχιστα τούτοις ἐξέσται ζῆν ὡς αὐτοὶ βούλονται.

ιδ'. Κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων, οἵους περ [6]τοὺς ὑφ'
e ὑμῶν ἀρχομένους [7]οἴεσθε δεῖν περὶ ὑμᾶς εἶναι, τοιούτους χρὴ [8]καὶ περὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐμὴν ὑμᾶς γίγνεσθαι· καὶ ταῦτ' ἐὰν ποιῆτε, τί δεῖ περὶ τῶν συμβησομένων μακρολογεῖν; ἢν γὰρ ἐγώ τε παρέχω τοιοῦτον ἐμαυτόν, οἷόν περ ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ὁμοίως ὑπηρετῆται,
40 ταχέως ὄψεσθε καὶ τὸν βίον τὸν ὑμέτερον αὐτῶν ἐπιδεδωκότα καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐμὴν ηὐξημένην καὶ τὴν πόλιν εὐδαίμονα γεγενημένην. ἄξιον μὲν οὖν τηλικούτων ἀγαθῶν ἕνεκα μηδὲν ἐλλείπειν, ἀλλὰ καὶ πόνους καὶ κινδύνους οὕςτινασοῦν ὑπενεγκεῖν· ὑμῖν δ' ἔξεστι μηδὲν ταλαιπωρηθεῖσιν, ἀλλὰ πιστοῖς μόνον καὶ δικαίοις οὖσιν, ἅπαντα ταῦτα διαπράξασθαι.

[1] τοῖς ἄλλοις A. L. [2] διανοεῖσθε A. L. [3] νομίζετε καὶ πειρ. A. C. L. [4] ἃ A. C. L. [5] τάχιστα om. A. C. L. [6] ἂν τοὺς A. C. L. [7] οἴησθε C. [8] καὶ om. A. C. L.

Ἃ πάσχοντες ὑφ' κ. τ. λ.] Hinc illud Publii Syri in mimis n. 4. "Ab alio exspectes, alteri quod feceris." Facc.

Τοῖς ἄλλοις] F. τοὺς ἄλλους. Wolf.

Περὶ ὧν] I. e. ὧνπερ. quæ accusatis. Malim περὶ ἅνπερ. Idem. F. ὧνπερ. Auger.

Περὶ ὧν ἂν ἐν τοῖς κ. τ. λ.] Inter apophthegmata, quæ Thaleti tribuuntur (num vero eum auctorem agnoscant, incertum est), et hoc exstat: Θαλῆς ἐρωτηθείς, πῶς ἂν ἄριστα καὶ δικαιότατα βιώσαιμεν, ἐάν, ἔφη, ἃ τοῖς ἄλλοις ἐπιτιμῶμεν αὐτοὶ μὴ δρῶμεν. Diog. Laert. l. I. segm. 36. Frick.

Πράξειν] I. e. εὐτυχήσειν, ἢ δυστυχήσειν. Wolf.

Οἷα ἂν] Malim οἷάπερ ἄν. Idem.

Μὴ μόνον ἐπαινεῖτε] Sapienter Plutarchus: τοῦτο προκοπῆς ἀληθοῦς ἴδιόν ἐστι πάθος, ὧν ζηλοῦμεν τὰ ἔργα, τὴν διάθεσιν φιλεῖν καὶ ἀγαπᾶν καὶ μετ' εὐνοίας ἀεὶ τιμὴν ἀποδιδούσης εὔφημον ἐξομιοῦσθαι. Frick.

Οἵουσπερ ἂν περὶ ὑμᾶς κ. τ. λ.] Ad illud pertinet id, quod Seneca scribit epist. XLVII. "Sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum superiorem velles vivere." Facc.

Τὰ παρ' ὑμῶν — ὑπηρετῆται] I. e. ἐὰν ὑμεῖς ὑπηρετῆτε. Wolf.

CONJECTURA

DE TEMPORE

QUO EDITUS VIDETUR PANEGYRICUS

AUCTORE S. F. N. MORO.

Locus classicus, e quo tempus hujus orationis definiri debet capite XXXIX. occurrit: *Βασιλεὺς, στρατεύσας ἐπ' Εὐαγόραν, — — οὐ δύναται περιγενέσθαι, ἀλλ' ἤδη ἓξ ἔτη διατέτριφεν*, unde necessario sequitur, Panegyricum editum esse sexto aut septimo anno belli, ab Artaxerxe Mnemone cum Evagora gesti, et, si Diodorus Siculus audiatur, per decennium gesti: etsi eum in hoc numero vix audiendum esse, ad Panegyrici c. 39. monui. Initia belli dupliciter constituta reperi. Diodorus Siculus,[1] Calvisius[2] et Dodwellus[3] ad annum secundum Olympiadis XCVII. retulerunt, ut adeo editio Panegyrici in annum tertium aut quartum Olymp. XCVIII. incidat. Chytræus,[4] quanquam ipsius anni numeros non expressit, eo tamen loco inseruit mentionem hujus belli, ut videatur Olympiadi XCVII. et XCVIII. attribuisse. Scaliger,[5] qui in versione Eusebiani Chronici ad Olymp. XCVIII. notatum repererat: ***Evagoras in furorem versus, quum regnaret Cypri:*** hæc Latina primum ex Eusebii Græcis, ubi *ἐξέστη* (i. e. *ἐξεχώρησε*) scriptum est, recte corrigenda censuit, et de deditione insulæ accepit, qua omni, præter Salamina, *cesserat Evagoras:* deinde anno quarto Olymp. XCVIII. finem belli posuit, secutus, ut videtur, eam rationem, quam sequendam esse ipse Isocrates suadet, ut ad c. 39. dixi. Nam si Diodori Siculi decennium esset verus numerus: efficeret aliquot annis antiquiorem Panegyricum, eumque anno quarto Olymp. XCVII. aut primo Olymp. XCVIII. assignari juberet: etiamsi tam exiguum discrimen in illa temporum vetustate eo minus attendi deberet, quo minus definiri plane potest, aliusque videtur tempus belli cœpti, alius consilii initi et primæ occultæque molitionis notasse. Quum ergo plurium sententiæ tamen satis propinqua rei gestæ tempora indicent, non temere statuemus, Panegyricum vel Olympiade XCVII. vel XCVIII. scriptum esse. Saltem hoc, nisi chronologis, qui rem consulto tractarunt, nimium

[1] L. 14. p. 716. ed. Wessel. Cf. Usserii Annales p. 136.
[2] In Opere Chronol. p. 272.
[3] Chronologia Xenophont. §. 20.
[4] Chronologia Xenoph. p. 192.
[5] Ad Euseb. Chron. an. 1630. p. 123.

detrahere velimus, temporum rationi multo melius convenit, quam quod Fabricius[6] et nuper doctissimus nobisque amicissimus Schirachius[7] judicarunt, innotuisse Panegyricum intra Olymp. XCII. et XCVI.

Nihilo minus duo videntur sententiæ nostræ opponi posse, quæ si tollere nequeamus, veremur, ut de tempore Panegyrici aliquid constituere liceat. Nam primum, quæ Isocrates cap. XXXV. de Olynthiis et Amynta narrat, ea Diodorus Siculus[8] in rebus anni secundi Olymp. XCIX. commemoravit, consentiente Dodwello:[9] quæ Isocrates ibidem contra Phliasios jam facta dicit, ea idem Diodorus eodem loco et de eodem tempore, quo superiora, tradit; quanquam Dodwellus,[1] probante ad illum Diodori locum Wesselingio, post Olynthi expugnationem sub initia Olymp. C. Phliasios subactos putat. Similiter expugnatio Cadmeæ recentior Panegyrico est.[2] Tum in Calvisiano opere chronologico, et illa Scaligeriana *ἱστοριῶν συναγωγῇ*, quæ est in Thesauro temporum,[3] nihil horum ante Olymp. XCIX. aut C. ponitur. Secunda difficultas hæc est. Isocrates c. XXXIX. bellum Artaxerxis contra Ægyptios, jam finitum, notandis ducum nominibus et exitu sic describit, ut illud, de quo Diodorus[4] accurate egit, intelligi debeat. Atqui hoc magno chronologorum consensu ex Diodori auctoritate finem habuit Olymp. CI. anno tertio. Et quis tandem hæc expediat? Panegyricum sexto vel septimo anno belli, a Persis contra Evagoram gesti, prodiise, hoc est, Olymp. XCVII. vel XCVIII. nihilo minus in eo tradi, quæ in Olymp. XCIX. C. et CI. incidant. Nam ille locus Isocratis, quem classicum diximus, ita certus est et perspicuus, ut, si quis de vitio cogitet, ne reperiri quidem possit probabili conjectura, cur alicui in mentem venerit illud *ἤδη ἓξ ἔτη* ponere. Diodorum autem, consentientem fere chronologiæ Xenophonteæ, tamque studiosum in notandis numeris, et cum eo recentiores chronologos, negligentiæ errorisque in omni illa serie numerorum arguere velle, temerarium fuerit. Relinquitur ergo, ut vel negemus, nobis de tota re constare, quæ ut est sæpe honesta excusatio, ita videri potest interdum occultare tædium quærendi et cogitandi; vel Isocratem duobus locis interpolatum suspicemur. Id autem sic intelligendum est, ex c. XXXV. tollendam esse hanc particulam: *Καὶ τὴν Θηβαίων Καδμείαν κατέλαβον — — τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ*, ex c. XXXIX. totum hunc locum: *Οὐκ ἐκεῖνος μὲν ἐπὶ τὸν πόλεμον — — τῶν ὁμόρων ζητεῖν ἐπάρχειν*. Nempe attentus ad historiam Græcam lector hæc Isocraticæ narrationi addidit, quæ sciret postea evenisse. Verum simul ac cogito, in loco de

[6] Bibl. Gr. Lib. II. c. 26.
[7] Disput. de Isocrate, §. 7. p. 23.
[8] L. XV. p. 17.
[9] Chronol. Xenoph. §. 29.
[1] Ibid. §. 31.
[2] Vid. Dodwell. l. c. §. 29.
[3] Pag. 324.
[4] Lib. XV. p. 33.

Olyntho νῦν et πολεμοῦσι tempore præsenti legi, et de Amynta συμπράττουσι, omnem hanc conjecturam repudio; saltem vehementer dubito: namque vivo Isocrate, vixit autem ultra hæc tempora, nemo interpolare orationem ausus est: cur ergo, qui interpolavit, quum res jam gestæ essent, non perfectum usurpavit? Certius mendum alterius loci de defectione Ægypti demonstrare possum. Ter igitur reperi Ægyptum ab Artaxerxe Mnemone descivisse. Primum Lacedæmoniis, a Conone bello petitis,[5] Nephereus, Ægypti rex, frumenta misit, quæ est ἀποστασία, defectionis a rege Persiæ professio. Secundo Acoris, rex Ægypti, Evagoram contra Persas juvit, habuitque adjutorem Gaon, præfectum classis Persicæ.[6] Jam hæ quidem defectiones cum eo tempore Panegyrici, quod ab initio constituere conati sumus, conveniunt: sed nec Artaxerxes vel Nephereo bellum intulisse usquam traditur, vel Acoridi (contra quem sine dubio ultionis studio, finito demum bello contra Evagoram, expeditionem paravit,[7] quanquam ipsum bellum serius cum Nectanebi gestum est), nec talis fuit eventus, potuitve esse, bello non gesto, qualis in loco Isocratico describitur. Igitur narratio oratoris a rei gestæ veritate abhorret. Tertiæ Ægypti defectio plane sic narrata est a Diodoro,[8] tum quoad ducis Pharnabazi nomen, tum quoad eventum seu discessum Persarum ex Ægypto, ut ab Isocrate. Atqui hoc bellum, ut ante diximus, recentius est tempore Panegyrici: quapropter totum hoc, quod agit de bello contra Nectanebin, ducibus Persicis et eventu, resecandum videtur a Panegyrico: ita enim relinquitur defectio vel Nepherei, vel Acoridis, illa antiquior Panegyrico, hæc æqualis: esse vero utramque intelligendam, inde fit credibile, quod apud Isocratem hæc leguntur: τί διαπέπρακται πρὸς τοὺς ἔχοντας αὐτὴν, hoc est, contra duos reges, diverso tempore imperium obtinentes. Accedit aliud, quod additamentum ejici jubet. Quomodo, si hic de bello contra Nectanebin ageretur, potuisset Isocrates scribere: Μετὰ ταῦτα ἐπ' Εὐαγόραν στρατεύσας, quum bellum Evagoræ jam antea confectum fuerit? E contrario hæc bene cohærent, si πρῶτον μὲν ad alterutram priorum defectionum, vel utramque adeo referatur: ita enim μετὰ ταῦτα significat rem, quæ profecto post illas defectiones accidit, id quod de Nephereo exploratum est, de Acoride hinc apparet, quod Evagoram in initiis belli et molitione adjuvit, ideoque ante ipsum bellum descivit a Persis. Atque sic Isocraticum τί διαπέπρακται magnum contemptum exprimit, quoniam expeditio Persarum contra defectores ne suscepta quidem est.

Si cui forte in mentem veniat opinari, bis potuisse Panegyricum

[5] Isocr. Paneg. c. 41. Diod. Sic. l. XIV. p. 703. ad quem locum Wesselingius nomen Hercynionis apud Justinum, VI. 2. VI. 6. 3. corruptum judicat.

[6] Diod. Sic. l. XV. p. 5, 6. 9, 10.

[7] Diod. Sic. ibid. p. 23.

[8] Lib. XV. p. 33.

ab ipso Isocrate edi, ac posteriori recensioni adjici, quæ post priorem editionem facta essent: is diligenter cogitet, argui hoc modo Isocratem incredibilis negligentiæ, qui, cum temporis spatia voluisset extendere, e priori editione ἤδη ἓξ ἔτη servarit, quasi non protulisset temporis fines, et res confuderit. Neque hanc conjecturam de duplici editione adjuverit locus, de quo ad cap. 14. not. nonnulla scripsi.

COROLLARIUM.

Hæc igitur de ætate definienda Morus censuit; quum antea excitaverit tantum, quæ secum pugnent, neque vero eadem reconciliaverit, in iis acquiescere nemo potest. C. M. Wielandus, qui in Musei Attici volumine I. part. I. 1796. versionem hujus orationis dedit, in præfatione hanc etiam quæstionem de anno, quo editus sit Panegyricus p. X. — XVII. tetigit. Quæ ibi disputavit eo redeunt, ut, quum duo argumenta paribus sibi adversentur viribus, quorum hoc comprobet orationem *haud serius* esse editam, quam ineunte Olympiade XCVIII. illud autem doceat *haud prius* esse editam, quam exeunte XCIX. sumat Isocratem tam diu versatum esse in Panegyrico elaborando et perpoliendo, ut interea bellum Cyprium finitum, et expeditio Lacedæmoniorum adversus Olynthios suscepta fuerit. Recensionem duplicem necessariam esse negat, et verba ἤδη ἓξ ἔτη de industria non mutata remansisse, neque vero ob incuriam relicta esse affirmat, quum orationibus ex ipsa Isocratis sententia et ad ejusdem exemplum liceat interdum a fide et veritate historica recedere, cfr. Panathen. c. 71. hanc vero fidem tanto facilius ab illo negligi potuisse censet, quanto major fuerit Atheniensium, longe alia curantium, levitas.

Quum post has Wielandi curas, qui hanc rem tractaverit, neminem noverim (Langius enim in versione vernacula Panegyrici, quæ 1797. prodiit p. 14. pæne idem dicit, his verbis: quidni sumamus eum tam diu hanc orationem retinuisse, ut de rebus gestis et prioribus et posterioribus tanquam de præsentibus posset loqui?), equidem hic sententiam apponam Io. Aug. Godofredi Rostii, juvenis docti et in literis Græcis optime versati. Dederat hic eam Godofr. Henr. Schaefero, viro probitate, doctrina et eruditione pariter eximio, ut, si qua data fuerit occasio, publice proponeret, qui ubi novæ editionis parandæ curam mihi traditam esse compererat, quæ est ejus, qua me ornat, benevolentia, mecum eam communicavit. Habet se ita:

DE ISOCRATIS PANEGYRICO.

" Neque Moro neque Wielando in iis, quæ de Panegyrico scripserunt, assentior. Morus enim, cujus solius dissertationem editioni Panegyrici ab ipso curatæ præmissam hæc scribens ob oculos habe-

bam, in capite 39. delere voluit verba *οὐκ ἐκεῖνος ζητεῖν ἐπάρχειν*, quia, quæ hic narrentur, post evenerint, quam Panegyricus editus fuerit, quippe qui prodierit sexto aut septimo anno belli ab Artaxerxe Mnemone cum Evagora gesti. At quidni statuamus, Isocratem bis edidisse Panegyricum aliaque in priori, alia in posteriori editionibus narrasse? Judico igitur, eum, cum primum publici juris faceret Panegyricum, dixisse, regem Persarum cum Ægypto, quæ defecisset, bellantem infelicem fuisse, et huic calamitati subjunxisse expeditionem adversus Evagoram post malum hoc susceptam, quam, quoniam Evagoras tandem victas manus dedit, in posteriori editione cum Panegyricus promulgaretur, tertia Ægypti defectio acciderat. Suppressa vero narratione, cujus initium est *Μετὰ ταῦτα*, non licuit superius scribere *Καὶ πρῶτον μὲν ἀποστάσης Αἰγύπτου*, sed simpliciter *Καὶ ἀποστάσης Αἰγύπτου*, aut *'Αποστάσης γὰρ Αἰγύπτου*. Scriba vero, cui Panegyricus qui nunc habetur maximam certe partem debetur, quod utriusque editionis manuscriptis utebatur, se nihil eorum, quæ in alterutra editione legerentur, omittentem optimum opus conditurum esse putavit. Quid mirum, si diligentia nimia protulit ea, quæ negligentiam spirant? Sed cur non eandem sententiam de capitis 35. particula *καὶ τὴν Θηβαίων — τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ* feramus? cur dubitemus eam ab Isocrate in editione panegyrici posteriore scriptam esse? Scripsi Eisenbergæ urbe principatus Altenburgensis Ioannes Augustus Godofredus Rost Candidatus Theologiæ."

Equidem, ut jam quid ipse sentiam de hac re proponam, nihil horum probo, quanquam acumen et sagacitatem virorum, qui has sententias tulerunt, uti decet, laudo. Demonstratum est a Moro *ante* Olympiadem XCVIII. Panegyricum edi non potuisse; patet hoc ex iis, quæ de Thimbrone et Dercyllida c. 40, Agesilao c. 41, Cytheris c. 33. cfr. Xenoph. hist. Gr. IV. 8. Diodor. Sicul. XIV. 84. Cyri expeditione c. 40. prœlio ad Cnidum commisso c. 39. 43. Cononis obitu c. 41. pace Antalcidæ c. 33. 34. 47. et præter alia de Evagoræ bello cum Artaxerxe Mnemone narrantur. Sed his missis ad ea progrediar, de quibus non convenit.

Primum loquar de Ægypti defectione, quæ c. 39. commemoratur. Morus hanc eandem esse putavit, quam Diodorus l. XV. enarret, et quam secutum sit bellum gravissimum, in quo dux erat Pharnabazus. Sed quum hoc gestum sit Olympiadis CI. anno tertio, Panegyricum autem Ol. XCVIII. a. 4. editum esse putet, omnem hunc locum spurium, ab aliena manu insertum, ideoque rescindendum censet, in qua re adstipulantem habet Langium.[1] Wielandus et Rostius eandem expeditionem cum Moro sumunt, diverso autem modo, de quo supra, explicare student.

[1] L. commemor. p. 14. "Mit der andern (Stelle c. 39.) aber hat es weniger Schwierigkeit, daher auch Morus die letztere mit Klammern, jene aber nicht damit versehn hat."

Sed hoc bellum intelligi nequit. Solum Pharnabazi nomen nihil probare non est, quod pluribus verbis doceam; illud autem bellum, quod Olympiadis CI. anno III. assignatur, quanquam plures annos parando belli apparatu insumpserat Pharnabazus, per *unius* anni spatium ita gestum est, ut Pharnabazus et Iphicrates ex Ægypto recedere deberent. Navibus enim accesserunt Diodor. Sic. l. XIV. c. 41. 42. Polyæn. strat. III. 38. militibus expositis castellum oppugnarunt Diodor. Sic. l. 1. c. 42. et Nilo omnem regionem inundante ex Ægypto discesserunt ib. c. 43. Isocrates autem c. 35. diserte dicit: *καὶ πρῶτον μὲν ἀποστάσης Αἰγύπτου, τί διαπέπρακται πρὸς τοὺς ἔχοντας αὐτήν; Οὐκ ἐκεῖνος (ὁ βασιλεὺς) μὲν ἐπὶ τὸν πόλεμον τοῦτον κατέπεμψε τοὺς εὐδοκιμωτάτους Περσῶν 'Ακροκόμαν, καὶ Τιθραύστην, καὶ Φαρνάβαζον; Οὗτοι δὲ τρία ἔτη μείναντες, καὶ πλείω κακὰ παθόντες, ἢ ποιήσαντες, τελευτῶντες οὕτως αἰσχρῶς ἀπηλλάγησαν, ὥςτε κ.τ.λ.* Sed præterea, quod hoc bellum, quod Isocrates innuit, per *tres annos* gestum est, illud autem, quod illi volunt, intra *unius anni* spatium continetur, alia accedunt, quæ doceant, de illo non esse cogitandum. Patet enim ex verbis, *Καὶ πρῶτον μὲν ἀποστάσης Αἰγύπτου, — μετὰ δὲ ταῦτα ἐπ' Εὐαγόραν στρατεύσας*, defectionem Ægypti et secutam expeditionem Artaxerxis priorem esse, et antecessisse bello adversus Evagoram. Morus et Rostius, qui hoc bene senserunt, ut aptum redderent locum sententiæ, vario modo de his verbis statuerunt. Sed hunc locum optime sese habere, nullo modo sollicitandum esse et magna cura servatum in eo esse ordinem temporis, statim apparebit. Eadem serie Isocrates alio loco repetiit, de quo ne cogitarunt quidem, qui de Panegyrici editi anno scripserunt. Capite XLIII. hæc leguntur: *οὐκ Αἴγυπτος μὲν αὐτοῦ καὶ Κύπρος ἀφέστηκε; Φοινίκη δὲ καὶ Συρία — ἀνάστατοι γεγόνασι; Τύρος δ' — ὑπὸ τῶν ἐκείνου κατείληπται;* (postquam Ægyptus defecerat, Evagoras descivit; post defectionem Evagoras Phœniciam et alias regiones in suam potestatem redegerat) *'Εκάτομνος δ' ὁ Καρίας ἐπίσταθμος τῇ μὲν ἀληθείᾳ πολὺν ἤδη χρόνον ἀφέστηκε.* postquam bellum inceperat Evagoras, clam eum adjuvit Hecatomnus Diod. Sic. XV. 2. Elucet inde servato ordine in priore loco Isocratem dixisse *καὶ πρῶτον μὲν — Μετὰ δὲ ταῦτα*, et aliam expeditionem, quæ triennium expleverit, neque vero istam uno finitam anno hic ab Isocrate esse indicatam. Quænam vero fuerit, atque utrum ex iis sit rebus gestis, quas ex historicis, quos superstites habemus, non comperimus, an quas ex oratoribus discimus, quarum historici vero nullam fecerunt mentionem, non definiam. Videtur autem, si probabilibus datur locus, rex Persarum adversus Nephereum aut Aco-

ridem expeditionem suscepisse, quam Diodorus non commemoraverit.

Hæc igitur ante expeditionem Artaxerxis contra Evagoram evenerant, neque possunt Olympiadis CI. anno tertio assignari.

Jam vero de Amynta, Olynthiis, Phliasiis et expugnata Cadmea videamus. Olymp. XCVIII. anno quarto Lacedæmonii Mantineam oppugnabant; cives per æstatem fortiter restiterunt, sed sub finem anni se dediderunt Lacedæmoniis, qui eos in vicos denuo abire jusserunt (διῴκισαν). Olymp. XCIX. a. II. Lacedæmonii cum Amynta, Olynthiis et Phliasiis bellum inferre cœperunt; quod varia fortuna cum Amynta continuarunt usque ad finem anni I. Olympiadis C. quo Olynthii se Lacedæmoniis submiserunt Diodor. Sic. l. XV. c. 19 — 23. res Phliasiorum non uti e Diodoro XV. 19. videri possit Olymp. XCIX. a. II. sed post Agesipolidis adversus Olynthios expeditionem, h. e. *post finem anni IV.* ejusdem Olymp. compositas esse jam Wesselingius Tom. II. p. 17. ad Diodorum et Dodwellus, cfr. Conjectur. Mori, docuerunt. Cadmeam vero Thebanorum arcem duce Phœbida Lacedæmonii occuparunt a. III. Olymp. XCIX. Diodor. Sic. XV. 20. Hæc quum c. 35. commemorentur, neque concinere videantur cum loco c. 39. varia ratione, quam repetere nolo, sollicitata sunt.

Restat igitur, ut de illo loco, qui bellum Evagoræ tangit, et omni hoc bello nonnulla moneam. Initium expeditionis Persicæ adversus Evagoram constituunt anno secundo Olympiadis XCVII. cfr. Mor. Conject. init.; quum sexto hujus belli anno Panegyricum editum esse putent, credunt hoc anno IV. Olymp. XCVIII. factum esse, atque eadem de causa illa, de quibus modo locutus sum, exagitarunt. Vidit quidem Morus hic latere difficultatem et vix audiendum esse Diodorum, qui per decennium hoc bellum dicat esse gestum, cfr. Conject. in.; sed tantum abest, ut solverit, ut novis offuderit tenebris ad c. 39. ubi putat non decimo aut nono demum anno finitum esse hoc bellum, sed jam septimo. At vero ut hoc missum faciam, veram enim non esse hanc opinionem mox sponte apparebit, Diodorus egregie secum pugnat, neque ita quidem potest ab errore defendi, ut sumamus eum, quæ serius acciderint addidisse prioribus, ut statim declaret quemnam hæc res habuerit finem, priusquam ad alia transierit, qua ratione fortassis quæ de Phliasiis monui possent excusari. Narrat enim Diodorus l. XV. c. 9. ὁ μὲν οὖν Κυπριακὸς πόλεμος, δεκαετὴς σχεδὸν γεγενημένος, καὶ τὸ πλέον τοῦ χρόνου περὶ παρασκευὰς ἀσχοληθεὶς, διετῆ χρόνον τὸν ἐπὶ πᾶσι συνεχῶς πολεμηθεὶς, τοῦτον τὸν τρόπον κατελύθη, Olympiadis XCVIII. a. IV. libri XIV. autem capite 98. initia hujus belli Olympiadis XCVII. anno secundo assignat: hoc modo igitur post decem, illo post sex, annos bellum finitum esse dicit, et

duobus postremis potissimum annis pugnatum esse. Ad hunc locum Wesselingius: "at Isocrates Panegyr. p. 101. sextum ejus belli annum, cum orationem eam scriberet; verti, jamque Evagoram maritimo certamine superatum rebus angustis esse, significat: cui eadem tempestate viventi cur tandem non accessero?" Tum quidem decem annorum numerum confirmat ipse Isocrates Evagor. c. 23. Εὐαγόρᾳ δὲ πολεμήσας (βασιλεὺς) ἔτη δέκα, τῶν αὐτῶν κύριον κατέλιπεν, ὧνπερ ἦν καὶ πρὶν εἰς τὸν πόλεμον εἰσελθεῖν, sed reliqua facile illustrari non possunt. Quæ Diodorus l. l. narrat per ἐπανάληψιν historicam eorum, quæ aliquot annis ante facta fuerant, ita ut ea adjunxerit et repetierit, quo facilius origines atque causæ belli perspici possent jam recte explicuit Verpoortennius in Dissertat. de regno Salaminio in Cypro cur. Ioh. Fr. Fischer. Lips. 1779. 8. jam enim Olymp. XCV. a. II. rex erat. Olymp. XCVII. a. II. quum solam Salaminem teneret, reliquis Cypri urbibus bellum parasse videtur, et deinde iis intulisse, quarum aliis persuasit, alias armis coegit, ut imperio suo se subjicerent; expeditio autem Artaxerxis adversus ipsum serius initium cepit, atque bellum usque ad mediam Olympiadem centesimam gestum est. Potest quidem hoc ex Isocrate et aliunde jam sentiri, sed ut demonstrem, locum historici adhibeam, qui erat huic ætati proximus, de qua quæcunque traduntur et obscura sunt et secum pugnant.

Ex iis scriptoribus, qui si eorum opera ætatem tulissent optime tenebras dissipare possent, quæ etiamnum permultas historiæ Græcæ ætates obtegunt, pæne primum locum obtinet Theopompus Chius. Etiamsi enim interdum paullo cupidius in notatione morum versaretur, et rhetorico artificio scripta exornaret, Isocratis disciplinam prodens; tamen eum gravissimis et fide dignis auctoribus annumerandum esse, ejusque testimonia maximi esse ponderis, nam de Θαυμασίοις hic sermo non est, atque ab eo multos historiæ scriptores, inter eos etiam Diodorum pendere constat. Quapropter quum collectione eorum, qua ex ejus scriptis hic illic ab antiquioribus commemorantur etiamnum ægre careamus, maxime optandum est, ut ne diutius retineant, qui ea collecta servant. Theopompi libros legit Photius cod. CLXXVI., et nobiscum nonnulla communicat, quorum quædam hic proferam. P. 389. ed. Hoeschel. 1653. Ἀνεγνώσθησαν Θεοπόμπου λόγοι ἱστορικοί. Πεντήκοντα δὲ καὶ τρεῖς εἰσὶν οἱ σωζόμενοι αὐτοῦ τῶν ἱστορικῶν λόγοι, διαπεπτωκέναι δὲ καὶ τῶν παλαιῶν τινὲς ἔφησαν τήν τε ἕκτην καὶ ἑβδόμην, καὶ δὴ καὶ τὴν ἐννάτην καὶ εἰκοστὴν, καὶ τὴν τριακοστήν. Ἀλλὰ ταύτας μὲν οὐδ' ἡμεῖς εἴδομεν· Μηνοφάνης δέ τις τὰ περὶ Θεόπομπον διεξιὼν (ἀρχαῖος δὲ καὶ εὐκαταφρόνητος ὁ ἀνὴρ), καὶ τὴν δωδεκάτην συνδιαπεπτωκέναι λέγει. Καίτοι αὐτὴν ἡμεῖς ταῖς ἄλλαις συνανέγνωμεν κ. τ. λ. Scripsit Theopompus σύνταξιν Ἑλληνικῶν libris XII. contentam, in

qua ubi desierat Thucydides inde exorsus est et septendecim annorum historiam enarravit, Diodor. Sic. XIII. 42. XIV. 85. usque ad Olymp. XCVI. a. 2. ex hoc libro esse nequeunt, quæ Photius affert, indicat enim opus trium et quinquaginta librorum et alia inscriptione insignitum. Intelligendus igitur est liber duodecimus eorum, quos Theopompus præterea conscripsit, ejus operis, quod ipse *ἱστορικοὺς λόγους* inscripsisse videtur, quod vero seriores, quum præcipue res Philippi in eo persequeretur, *φιλιππικὸν* vel *φιλιππικὰ* dixerunt. Sed præterquam quod de numero librorum diversæ sunt sententiæ, his quoque difficultatibus hic impliciti sumus, primum quod in hoc opere Theopompum ab Olympiadis *quintæ et centesimæ* anno secundo exorsum esse dicit Diodorus Sic. XVII. 3. deinde quod Menophanes, cfr. Photii loc., librum duodecimum periisse dixerat, quod Wesselingium permovit, ut ad Diodor. Sic. T. I. p. 573. n. 37. diceret: "Ego vero haud scio an Photius libri titulo sit deceptus. Theopompus XII. Græc. Historicæ librum absolvit navali pugna ad Cnidum, quæ ex Nostri calculis anno secundo Olymp. XCVI. commissa est. Quæ vero illo L. XII., quem Patriarcha excerpsit Cod. CLXXVI., continebantur, omnia Olympiadem eam exceperunt, veluti res Acoridis in Ægypto gestæ, Evagoræ illatum ab Artaxerxe bellum, pax Antalcidæ et motus pacis ejus causa per Græciam orti et reliqua. Hæc Callisthenes libris Rer. Græcarum, ut Auctor extremo L. XIV. significat, complexus erat, non Theopompus." Dolendum est Frid. Kochium promissis nondum stetisse in Proleg. ad Theopompum Chium Sedini 1803. datis, nam has *ἀπορίας* solvere voluit, cfr. p. 51. Sed ut ut est, sive Callisthenes hæc scripserit, cujus historica Græca bene distinguenda sunt ob virtutem a reliquis ejus scriptis, sive ipse Theopompus fortassis ea ratione, qua a libro XLI. ad XLIII. historiam Siculam rebus Olymp. CIX. gestis inseruit, ab initio tyrannidis Dionysiacæ Ol. XCIII. exorsus; tamen ab auctore profecta sunt, illi ætati propius viventi, quam Diodorus erat, et permagnum iis nullo modo poterit denagari momentum.

Pergit Photius: *καὶ περιέχει ὁ δωδέκατος λόγος περί τε Πακώριος* (*'Ακώριος*) *τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως, ὡς πρός τε τοὺς Βαρκαίους ἐσπείσατο, καὶ ὑπὲρ Εὐαγόρου ἔπραττε τοῦ Κυπρίου, ἐναντία πράττων τῷ Πέρσῃ* (Olymp. XCVII. exeunt. et Ol. XCVIII. in.)· *ὅν τε τρόπον παράδοξον* (*παρὰ δόξαν*) *Εὐαγόρας τῶν Κυπρίων ἀρχῆς ἐπέβη, Αὐδήμωνα* (*Diod.* *'Αβδήμονα*) *κατασχὼν τὸν Κιτιέα, ταύτης ἐπάρχοντα· τίνα δέ τρόπον Ἕλληνες, οἱ σὺν 'Αγαμέμνονι, τὴν Κύπρον κατέσχον, ἀπελάσαντες τοὺς μετὰ Κιννύρου, ὧν εἰσὶν ὑπολιπεῖς 'Αμαθαύσιοι* (hæc omnino per *ἐπανάληψιν* historicam)· *ὅπως τε ὁ βασιλεὺς* (rex Persarum) *Εὐαγόρᾳ συνεπείσθη πολεμῆσαι,*

στρατηγὸν ἐπιστήσας Αὐτοφραδάτην τὸν Λυδίας σατράπην, ναύαρχον δὲ 'Εκατόμνων (Olymp. XCVIII. in. ad hoc enim tempus et finem prægressæ Ol. referenda videntur, quæ Diodor. Sic. XV. 2. de Evagora, *ἐκυρίευε κατὰ τὴν Φοινίκην Τύρου καὶ τινῶν ἑτέρων*, et Isocrates dicunt, Evag. c. 23. *μικροῦ μὲν ἐδέησε Κύπρον ἅπασαν κατασχεῖν, Φοινίκην δὲ ἐπόρθησε, Τύρον δὲ κατὰ κράτος εἷλε, Κιλικίαν δὲ βασιλέως ἀπέστησε*). Tunc igitur Hecatomno mandatum est, ut Evagoram subigeret; paullo post ubi ille plus profuerat, quam nocuerat Evagoræ, Artaxerxes, expeditionem majorem suscepit. Persequamur verba Photii: *καὶ περὶ τῆς εἰρήνης, ἣν αὐτὸς τοῖς Ἕλλησιν ἐβράβευσεν.* Patet, hic intelligendam esse pacem Antalcidæ, Ol. XCIII. a. II. hac facta *ὁ μὲν βασιλεὺς*, ut utar Diodori verbis XIV. 110. *διαλυθεὶς τῆς πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαφορᾶς, παρεσκευάζετο τὰς δυνάμεις εἰς τὸν Κυπριακὸν πόλεμον. ὁ γὰρ Εὐαγόρας σχεδὸν ὅλην τὴν Κύπρον ἦν ἐκκεκλημένος, καὶ δυνάμεις ἁδρὰς συνηθροίκει διὰ τὸ τὸν 'Αρταξέρξην ἐν τῷ πρὸς τοὺς Ἕλληνας πολέμῳ διεσπάσθαι.*

Hanc expeditionem Photius indicat ita: *ὅπως τε πρὸς Εὐαγόραν ἐπικρατέστερον ἐπολέμει*; et ab ea (Olymp. XCVIII. a. II. ex. et III. in. sese exordium libri XV. fecisse declarat ipse Diodorus XV. c. I. extremo. Proxime sequuntur apud Photium: *καὶ περὶ τῆς ἐν Κύπρῳ ναυμαχίας* (Diod. l. I. c. 3. constat, hanc pugnam commissam esse a. III. ejusdem Olymp.) *καὶ ὡς 'Αθηναίων ἡ πόλις ταῖς πρὸς βασιλέα συνθήκαις ἐπειρᾶτο ἐμμένειν, Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑπέρογκα φρονοῦντες παρέβαινον τὰς συνθήκας.* Hæc postrema indicant civium Mantineæ *διοικισμὸν*, anno IV. ejusd. Olymp. et quæ deinde Olynthiis, Phliasiiis, Thebanis fecerunt. Quum jam ad Lacedæmonios transiisset auctor, quem excerpsit Photius, et injuriarum fecisset mentionem et *ὑπερβασιῶν*, pacem iterum commemoravit Antalcidæ Lacedæmonii; quam enim ante in Persarum rebus enarrandis ex horum rationibus enarraverat, eandem ad Lacedæmonios progressus ex alterius hujus partis rationibus exposuit, ut ab utraque parte eam explanaret et illustraret.

Inde redit: *καὶ ὡς Τιρίβαζος ἐπολέμησεν·* (Diodor. XV. 8. Ol. XCVIII. anno IV. ex. et seqq.) *ὅπως τε Εὐαγόρᾳ ἐπεβούλευσεν· ὅπως τε αὐτὸν Εὐαγόρας πρὸς βασιλέα διαβαλὼν συνέβαλε μετ' 'Ορόντου.*

Hæc omnia tempore *post finem* Olympiadis XCVIII. proximo et deinceps (h. e. Ol. XCIX.) facta esse ordo docet; mirum esse nequit, quod recedunt hi numeri et anni ab iis Diodori, quum omnis narratio diversa sit, et, uti supra monui, hic a se ipse dissentiat.

Audiamus Photium: *καὶ ὡς Νεκτενβίιος παρειληφότος τῶν Αἰγυπτίων βασιλείαν, πρὸς Λακεδαιμονίους πρεσ-*

βεις ἀπέστειλεν Εὐαγόρας (rex autem factus est Nectenibis vel Nectanebis ineunte Olympiade C.[1])· τίνα τε τρόπον ὁ περὶ Κύπρον αὐτῷ πόλεμος διελύθη. Ita incideret finis belli hujus Cyprii in annum II. vel III. Olympiadis centesimæ. Consentiunt cum hac ratione, quæ ab Isocrate narrantur. Nam, uti supra monitum est, bellum Cyprium decem explevit annos, dicit autem c. 39. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπ' Εὐαγόραν στρατεύσας (Olymp. XCVIII. 2.), ὃς ἄρχει μὲν μιᾶς πόλεως (Salaminem intelligas) τῶν ἐν Κύπρῳ, ἐν δὲ ταῖς συνθήκαις ἔκδοτός ἐστιν (pace Antalcidæ Ol. XCVIII. 2. facta), οἰκῶν δὲ τὴν νῆσον κατὰ μὲν θάλατταν προδεδυστύχηκεν (Ol. XCVIII. 3.), ὑπὲρ τῆς χώρας τρισχιλίους εἶχε μόνον πελταστάς· ἀλλ' ὅμως οὕτω ταπεινῆς δυνάμεως οὐ δύναται περιγενέσθαι βασιλεὺς πολεμῶν, ἀλλ' ἤδη μὲν ἓξ ἔτη διατέτριφεν· εἰ δὲ δεῖ τὰ μέλλοντα κ. τ. λ.

Hæc ita sunt explicanda: ex quo victus est Evagoras prœlio navali, nonnisi tria millia militum habebat, sola Salamine se continere debet, jam *sextus* agitur annus; tanto exercitu, quo Evagoram Ol. XCVIII. 2. aggressus est ipse βασιλεὺς eum subigere nequit, sed ex quo cum eo post prœlium navale pugnat, et Evagoras, qui antea ingentem exercitum coegerat (vide supra et Diod. XV. 2.), quum defecissent socii, periissent aut descivissent milites, tria modo εἶχε militum millia, Artaxerxes οὕτω ταπεινῆς δυνάμεως περιγενέσθαι nequit, sed adversus eam bellum gerens jam sextum annum attigit. Elucet hinc sextum hunc annum, ex quo Artaxerxes frustra οὕτω ταπεινὴν δύναμιν oppugnet, esse annum quartum Olympiadis nonagesimæ.

Finis hujus belli (σχεδὸν vid. Diod. supr.) per decennium gesti, et Ol. XCVIII. 2. incepti, incidit in eundem annum, qui ex excerptis historici antiqui modo erutus est Ol. C. 2. Post ejus finem a Photio hæc commemorantur: καὶ περὶ Νικοκρέοντος ὡς ἐπεβούλευσεν, ὡς παραδόξως ἐφωράθη, ὡς ἔφυγε· καὶ ὡς τῇ ἐκείνου παιδὶ καταλειφθείσῃ κόρῃ Εὐαγόρας τε καὶ ὁ τούτου παῖς Πνυταγόρας (var. Πρυταγόρας, Isocrat. et Diodor. Πρωταγόρας, vid. Wesseling. ad Diodor. XV. 4.), λανθάνοντες ἀλλήλους, συνεκάθευδον· Θρασυδαίου δὲ ἡμάῤῥενος (ὃς ἦν Ἠλεῖος τὸ γένος) αὐτοῖς παρὰ μέρος ὑπηρετουμένου τῇ πρὸς τὴν κόρην ἀκολασίᾳ· καὶ ὡς τοῦτο αὐτοῖς αἴτιον ὀλέθρου γέγονε, Θρασυδαίου τὴν ἐκείνων ἀναίρεσιν κατεργασαμένου. Interemptus autem est Evagoras Ol. CI. 3. cfr. Verpoortenn. l. I. p. 28. Meurs.

[1] Olymp. C. a. II. Cfr. Allgemeine Welthistorie, Tom. I. Hal. 1746, p. 566, §. 692. atque §. ant. coll. p. 486. §. 598, Eusebius anno I. Olympiadis XCVIII. assignat, et ejusdem a. II. Evagoræ deditionem: nam rectissime Scaliger dedit ἐξέστη, hoc vero non potest intelligi de fuga Evagoræ ad Acoridem hoc anno a Diodoro enarratam, sed ita: Cypri, pæne totius insulæ, imperium, quod antea sibi vindicaverat, amisit (et solam retinuit Salaminem). Hic prochronismum esse jam Morus sensit; est autem decem annorum. Simili modo in iis, quæ proxime notata sunt ab Eusebio prochronismum septem annorum esse jam Scaliger vidit, et in animadvers. p. 114 b. notavit.

Cypr. p. 114. Perizon. ad Ælian. Tom. II. p. 475. sqq. ed. Gron. 1731., neque diu post finem hujus belli vixit, ita, ut quanquam erat, si quis alius, audax et ad molitiones proclivis nihil perfecerit, quapropter etiam Isocrates in ejus laudatione post hoc tempus nihil commemorat.

Quæ quum ita sint editus est Panegyricus a. IV. Olymp. XCIX. et omnia optime consentiunt. Hoc anno dicere poterat Isocrates c. 45. Hecatomnus, τῇ μὲν ἀληθείᾳ πολὺν ἤδη χρόνον ἀφέστηκε (inde a med. Ol. XCVIII.). c. 35. Μαντινέων πόλιν — ἀνάστατον ἐποίησαν (Ol. XCVIII. 4.), τὴν δὲ Θηβαίων Καδμείαν κατέλαβον (Ol. XCIX. 3. in., de eadem re intelligo verba c. 33. πελτασταὶ δὲ τὰς πόλεις καταλαμβάνουσιν), καὶ νῦν Ὀλυνθίοις καὶ Φλιασίοις πολεμοῦσι. vid. sup. p. 160.

Etiamsi Isocrates decem aut adeo plures annos insumpserit Panegyrico elaborando; tamen eo usque dementiæ delabi non potuit, ut quæ in fine hujus decennii pariter atque quæ in initio gesta essent, tanquam præsentia conjungeret. Fac per plures annos eum magnam hujus orationis partem, fortassis a. c. 4—30. (cfr. Lang. vers. vernac. præf. p. 10.), perpolivisse; tamen cum C. M. Wielando l. l. sumi nullo modo potest, eum quamvis interea se subjecisset Evagoras, non mutata reliquisse verba: ἀλλ' ἤδη ἓξ ἔτη διατέτριφεν· εἰ δὲ δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς γεγενημένοις τεκμαίρεσθαι, πολὺ πλεῖον ἐλπίς ἐστιν, ἕτερον ἀποστῆναι, πρὶν ἐκεῖνον ἐκπολιορκηθῆναι. Quamvis enim in rebus antiquioribus orator non adstrictus sit ad fidem historicam: tamen tam miro modo de rebus paucis annis antea gestis, quam ederet hanc suasionem (Cic. Or. c. II.), non potuit hallucinari, ut argumentis in hortando et suadendo uteretur, quæ jam dudum evanuissent atque ad nihilum redacta et irrita essent.

Denique, si duplicem fecit recensionem Isocrates, nonnisi verba mutavit, et in tornanda et elimanda oratione versatus est. De ea Ægypti defectione, quam tertiam dixerunt Morus et Rostius cogitari non posse docui; sed etiamsi altera recensio post eam facta esset, Isocrates eam *post* Evagoræ bellum commemorasset, neque vero *ante*, quod non solum hoc, verum etiam alio loco c. 43. fecit, qui ita adversatur huic sententiæ, ut nihil clarius; cæterum idem valet hic, quod modo contra Wielandum monitum est.

Non modo restant, quæ jam aderant difficultates, neque possunt his rationibus moveri, uti Morus jam sensit; sed novæ etiam excitantur. Plane irrita fuisset tota oratio, Evagoras, Olynthii, Phliasii jam dudum subacti, Cyprus Persis subjecta, Lacedæmonii Thebis pulsi, Evagoras interemptus, Lacedæmonii adversum Martem sæpius experti fuissent, ut multa alia, partim gravissima taceam.

Editus igitur est et in vulgus innotuit Panegyricus anno quarto Olympiadis XCIX. SPOHN.

Δ.

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΣ.

Pag. ed. Cor. 37 α'. ΠΟΛΛΑΚΙΣ ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας καταστησάντων, Pag. ed. H. Steph. 41

SUMMARIUM. (α'.) Quanquam ingenii vires exercentibus nulla publice præmia destinata sunt, tamen gloriam ex hac oratione capiendam satis mihi magnum fore præmium ratus, consilium daturus adsum, de bello Barbaris inferendo ac de concordia inter nos ipsos restituenda. Multi quidem, qui oratoris nomen sibi vindicant, idem argumentum certatim arripuerunt, attamen ego, quum istis male successerit, et ejusmodi materia, quæ et auctorem ostendere et multis prodesse possit, inprimis mihi placeat, deinde tempus, quo eam tractare expediat, nondum præterierit, eademque denique res multam disserendi varietatem admittat, non fugiendum illud, sed melius tractandum esse existimavi. In hac nimirum, sicuti in alia quavis arte, non tam is laudari meretur, qui primo, quam qui optime laboravit. (β'.) Quum vero ii, qui nimiam in orationibus diligentiam, tanquam vulgi captu superiorem vituperant, quasi vero accuratio simplicitatem excludat, nostris orationibus judicandis impares sese ostendant, ego potius ejusmodi judices provoco, qui difficiles ac morosi, nil nisi quod frustra apud alios quærant, in meis orationibus exspectent. Tantum vero abest, ut auditorum benevolentiam excusando captem, ut etiam ad irridendum me eos invitem, nisi exspectationi talibus promissis excitatæ satisfecero. Deinde alii in hoc præcipue peccant, quod Græcos, missis erga se ipsos inimicitiis, ad bellum contra Persas excitant, antequam principes Græciæ civitates, facta imperii divisione, inter se conciliarunt. (γ'.) Quoniam igitur causa discordiæ inter Lacedæmonios Atheniensesque, ante omnia removenda, imperium terrestre et maritimum est, quod Lacedæmonii totum sibi vindicant, Atheniensibus dimidia parte contentis; Lacedæmonii fortasse obsecundabunt, si demonstratum ivero, imperium Græciæ multis de causis Atheniensium potius quam Lacedæmoniorum esse. (δ'. ε'.) Imperium Græciæ ab initio penes Athenienses fuisse eosque plurima maximaque beneficia in Græcos contulisse, quo isti (Lacedæmonii) jus suum potissimum evinci cupiunt, ex antiquitate, magnitudine ac celebritate Athenarum rebusque ab initio gestis facillime demonstrari potest. (ς'.) Quod ad beneficia attinet, Athenienses primum fruges et mysteria, quæ a Cerere ipsis donata maximam in hominum culturam vim habuerunt, cum omnibus, ab invidia alieni, communicarunt. (ζ'.) Quæ narratio, etsi ob id ipsum, quod antiquissima est, fidem meretur, tamen quum quibusdam suspecta videri possit, argumentis ex historia et ratione petitis confirmabitur. Plurimæ Græciæ civitates in veteris beneficii memoriam quotannis frumenti primitias Athenas mittunt, quod qui facere neglexerunt, iis Pythia sæpius patria observare imperavit. (η'.) Præterea meliorem bene vivendi rationem paullatim introductam verosimile est, aut primos maximeque pios homines a diis accepisse, aut quos constat ingeniosissimos invenisse. (θ'.) Deinde quum Athenienses viderent Græcos, ob arctum terræ quam incolerent spatium, fame et assiduis bellis premi, miserunt in urbes, qui egenorum duces facti barbaros fugarunt et sedibus positis fines Græciæ propagarunt. (ι'. ια'.) Reliqua denique omnia bona, quæ a diis non profecta sunt, Atheniensibus accepta referuntur. Prima leges tulit Atheniensium civitas, rempublicam constituit, multis Græcos malis liberavit, artes et ad necessaria vitæ et ad jucunditatem utiles invenit, hospitalem se omnibus præbet, atque in

ὅτι τὰς μὲν τῶν σωμάτων εὐεξίας οὕτω μεγάλων δωρεῶν ἠξίωσαν, τοῖς δὲ ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἰδίᾳ πονήσασι καὶ τὰς

media Græcia mercatum instituit, ubi universæ res facile comparari possunt. (ιβ'.) Quodsi magni conventus multis de causis laudari merentur, nostra civitas, in qua perpetuus est hominum undequaque confluentium conventus quæque ludos et celebritates maximas apud se instituendas curavit, nec hac quidem in re postremas tulit. (ιγ'.) In philosophia vero et eloquentia, quarum altera legum inventrix, morumque ac disciplinæ magistra fuit, altera homines a belluis, sapientes a stolidis, eruditos ab ineruditis distinxit, in tantum urbs nostra omnes homines superavit, ut ejus discipuli aliorum præceptores facti sint, nomenque Græci et ingeniosi hominis idem prorsus significent. (ιδ'.) At non solum in pace, verum etiam in bello Atheniensium beneficia laudari merentur, quippe qui et pro patria et libertate aliorum multa magna splendidaque pericula subierunt, imbecillioribusque opitulari, quam potentioribus injuriarum adjutores esse maluerunt. (ιε'. ις'.) Quem promptum eorum ad opem ferendam animum ac potentiam, supplices, antiquissimis jam temporibus Athenas, tanquam ad communem aram misericordiæ confugientes, satis declarant. Ut leviora omittam, Adrastus, Argivorum rex, adversus Thebanos, qui corpora ad Cadmeam cæsorum sepelienda sibi tradere recusarant, et Heraclidæ adversus Eurystheum opem urbis nostræ implorarunt tanto successu, ut Atheniensium auxilia adjuti alteros cadavera reddere cogerent et alterius ferociam prorsus compescerent. Adrastus, compos voti factus, a Thebis abiit, et Eurystheus, qui Herculem, Jove natum divinoque robore præditum, partim imperiis, partim injuriis, per totam vitam vexaverat, captus ab Heraclidis contumeliosa morte periit, qui quum Spartam postea conderent ejusque reges fierent, omnis posterioris Lacedæmoniorum felicitatis, Atheniensium beneficio, auctores fuerunt. (ιζ'.) Si vero antiquissimis illis temporibus civitas nostra Thebanos imperata facere coegit, Lacedæmonios servavit, Argivos vicit, atque hi tres populi potentissimi omnium inter Græcos fuerunt, nostros majores omnibus ab initio superiores fuisse liquet. (ιη'.) Atque idem fere de barbaris dicere licet, quorum antiquissimos et potentissimos civitas nostra vicit. (ιθ'.) Thracum et Amazonum incursiones, qui, Atheniensibus in potestatem redactis, omnes omnino Græcos subegisse opinabantur, tanto successu a majoribus nostris repulsæ sunt, ut alteri sedes suas Græcis relinquere cogerentur, alterarum nulla clade superstes esset. (κ'. κα'.) In bello autem contra Darium et Xerxem gesto, et virtus et opes majorum nostrorum tam insignes fuere, ut præmio fortitudinis statim ab initio honorati paullo post, omnium consensu, maris imperium obtinerent, non recusantibus Lacedæmoniis, de quorum et Atheniensium civitate paullo prolixius disserere conabor, etsi plures iique eloquentissimi cives easdem res jam olim occuparunt. (κβ'.) Atque hoc loco ii, qui ante hoc bellum in utraque civitate exstiterunt ac rem publicam administrarunt, propter egregia instituta moresque, quibus populum ad virtutem, in Persico bello probatam, præpararent, silentio non sunt prætereundi. Quemadmodum vero erga se, eodem modo et erga reliquas civitates affecti erant, quas beneficiis conciliare sibi, quam vi subigere satius duxerunt. (κγ'.) His igitur moribus posteri eorum imbuti et aucti, tales sese in bello Persico præstiterunt, ut, viribus totius Asiæ perbrevi tempore fractis, omnique laude superiores facti, neque poetarum neque oratorum quisquam eos digne satis extollere potuerit. (κδ'.) Fuit quidem semper inter Athenienses Lacedæmoniosque æmulatio quædam ac honoris contentio, sed tum de salute Græcorum, non de servitute certarunt, quod utrique in primis celeritate, qua primam Persarum in Græciam irruptionem represserunt, ubi alteri alteris priores esse voluerunt, affatim satis manifestarunt. (κε'.) Quæ utriusque civitatis æmulatio etiam ex eo palam fit, quod Athenienses in secunda Persarum in Græciam expeditione, cui Xerxes ipse præfuit, cum paucis navibus suis, veluti soli cum barbaris confligere cuperent, classi illorum ad Artemisium, Lacedæmonii autem, paucis adjuti sociis, Persarum pedestribus copiis innumerabilibus in Thermopylis occurrerunt. (κς'.) Verum enim vero varia utrique fortuna usi sunt. Lacedæmonii in Thermopylis ab hostibus circumventi perierunt; Athenienses, victis ad Artemisium barbaris, ubi Thermopylas expugnatas esse audiverunt, domum reversi omnibusque sociis destituti, proprio Marte immensam hostium multitudinem terra marique repellere conati sunt. (κζ'.) Muneribus Persarum, si bello desisterent, generoso animo repudiatis, nec Græcis, a quibus turpiter destituti erant, irati, solos se, tanquam Græciæ principes, pro patria mori decere existimarunt et urbe hostibus

αὐτῶν ψυχὰς οὕτω παρασκευάσασιν ὥςτε καὶ τοὺς ἄλλους ὠφελεῖν δύνασθαι, τούτοις [1] δ' οὐδεμίαν τιμὴν ἀπένειμαν, ὧν b

[1] δ' om. A. C. L.

ad diripiendum et diruendum relicta, soli naves conscenderunt. Victis vero hac classe ad Salaminem barbaris, Athenienses, qui plurimas ad hoc prœlium naves contulerant, salutis Græcorum auctores putandi sunt. (κη'.) Qui igitur in superioribus bellis maximam gloriam deportarunt, qui privata sæpius pro aliis pericula subierunt, qui in communibus prœliis fortitudinis præmia obtinuerunt, qui pro salute aliorum urbem suam reliquerunt, denique qui antiquis temporibus plurimas urbes condiderunt, easque maximis periculis liberarunt, nonne æquum est, eos in bello contra barbaros hegemoniam habere? (κθ'.) Sunt quidem, qui nos, suscepto maris imperio, maleficiorum in socios accusent, sed animadvertimus tantum in contumaces, quod in regundis tot civitatibus bonus ordo requirit, idque rarius etiam quam sub Lacedæmoniorum imperio factum est, bonarum autem civitatum concordiæ et incrementis, ad eandem normam omnes regundo, sicuti vera societas postulat, consuluimus. (λ'. λα'.) Introduximus nempe ubique democratiam, quæ justissima et, ut nostrum exemplum docet, saluberrima est reipublicæ forma, nec vituperari meremur, quod custodiæ locorum causa in desertas urbes colonias deduximus, non permoti, ut isti opinantur, injusta habendi cupiditate, a qua tam longe remoti sumus, ut ne Eubœam quidem, nobis percommode sitam, occupaverimus. Nonne Scionæorum agrum Platæensibus distribuimus? (λβ'.) Qua igitur fronte decemviri, per Græciæ civitates a Lacedæmoniis constituti, qui injustissima quæque nefandissimaque in cives committere non erubuerunt, cupiditatis aliena possidendi accusare nos audent? Quis a communi hac calamitate immunis fuit? Præterea judicia nostra illo tempore accusant, qui trium mensium spatio plures indicta causa interfecerunt, quam civitas nostra per totum imperii tempus vix in judicium adduxit. (λγ'.) Neque præsens status, in quo pax et libertas in scriptis sunt, desiderantur in factis, nostro principatui anteponendus est. Facta quippe hac pace bellum civile exortum est, libertas evanuit. Persæ autem, simulac imperium Græciæ a nobis ad Lacedæmonios transiit, maris imperium acceperunt, multasque Græciæ civitates expugnarunt et adorti sunt. (λδ'.) Quanta hæc fuerit imperii mutatio, e fœderibus maxime, nunc et illo tempore ictis, apparet; siquidem Persarum rex, sub nostro imperio intra fines suos repressus, imo tributa dare coactus, e Lacedæmoniorum pactis rerum Græcarum arbiter est, multasque Græciæ civitates in ditionem accepit, quarum conditionem servorum illa miserabiliorem esse Lacedæmonii patiuntur. (λε'.) Etenim tanta potentia præditi sunt Lacedæmonii, ut socios facile liberare possent, quod tantum abest ut faciant, ut, etiam servitute sociorum vires barbarorum augeant, cum Græcis quotidie bella gerant et cum barbaris societatem perpetuam ineant. (λς'.) Quæ asperius a me dicta sunt, non quo Lacedæmonios in odium adducam, sed quantum fieri possit, ab isto instituto abducam; quo animo illud etiam adjicio, quod finitimos civitati suæ servire cogunt, barbaros totius Græciæ servos non efficiunt, pauperes insulanos exactionibus vexant, Asianos in abundantia vivere sinunt. (λζ'.) Utrique autem valde dementes sumus in eo, quod omissis fructibus, quos ex Asia percipere liceret, agrum nostrum populamur, seditiones in Asia non modo non excitamus, sed etiam tumultus fortuito exortos componere studemus, atque dum de minutiis inter nos rixamur, regem Persarum, qui nos irridet, viribus nostris uti Asiamque illius esse concedimus, non viribus coacti, sed dementia nostra capti. (λη'.) Qui regem Persarum hoc tempore, quo turbis agitatus est, ob nimis magnam potentiam oppugnatu difficilem opinantur, bellum potius suadent quam dissuadent, et ratione virium illius vehementer errant. (λθ'.) Istæ enim non tam æstimandæ sunt ex eo, quod cum Atheniensibus vel Lacedæmoniis conjunctus, quam quod solus effecit, ubi imbecillimus, ut exempla docent, reperietur. Ægyptum, quæ defecerat, ad obsequium reducere per triennium frustra tentavit; Evagoram Salaminis in Cypro regem sexennium obsedit et nondum expugnavit; Lacedæmoniorum denique ad Cnidum classem, triennium obsessus, vix tandem vicit; quanquam hæc in splendidissimis ejus facinoribus numerantur, quæ de industria selegi, non ignarus illorum, quæ ignaviam satraparum Persiæ clarissime ostendunt. (μ'.) Nonne Dercyllidas, Lacedæmoniorum dux, cum mille cetratis Æoliam occupavit, Draco cum tribus millibus Mysiam vastavit, Thibro cum totidem fere Lydiam populatus est, Agesilaus denique reliquiis virium Cyri minoris usus, tota pæne Asia intra Halyn sita po-

εἰκὸς ἦν αὐτοὺς μᾶλλον ποιήσασθαι πρόνοιαν· τῶν μὲν γὰρ ἀθλητῶν δὶς τοσαύτην ῥώμην λαβόντων οὐδὲν ἂν πλέον

titus est? Neque meliores se exercitus circa ipsum regem interiorisque Asiæ incolæ præstiterunt, qui cum exigua ac deserta Cyri manu dimicare non ausi, insidias frustra struxerunt, eamque, quamvis regem ipsum aggressa esset, incolumem redire passi sunt. Ubique igitur ignaviam ostenderunt. (μα'.) Causa vero, quare et duces et milites neque fortitudinis neque alius cujuspiam virtutis participes sunt, in educatione ac civitatis forma quærenda est. Proceres eorum, in ipsa regia, humilitate ac superbia imbuti, hos mores in provinciis retinent, erga amicos infidi, adversus hostes effeminati sunt, partim abjecte, partim superbe vivunt, socios contemnunt, hostibus serviunt. Exemplo sunt Conon, Themistocles, Agesilaus etc. Nunquam Græcis insidiari destiterunt, omniaque nostra ita iis inimica fuerunt, ut neque deorum sedibus pepercerint. (μβ'.) Hinc Græci laudandi, qui, templa ab illis diruta non reficiendo Persasque a mysteriis arcendo, perpetuum veluti odii monumentum posteris relinquere voluerunt. Naturale quasi Græcorum in barbaros odium e hymnis, qui in bellum cum barbaris compositi sunt, delectationeque nostra, qua illorum clades audimus, elucet. Hinc etiam honor a majoribus nostris Homeri carminibus tributus, quæ in scholis legi et in quibus certari instituerunt, derivandus est. (μγ'.) In iis autem, quæ bellum adversus illos suscipiendum suadent, tempus maxime præsens est, quo nullum potest inveniri opportunius, ubi plurimæ Asiæ civitates aut defecerunt ab illo, aut vastatæ sunt, aut ab hostibus illius occupatæ. Qua opportunitate usi, si maritimas Asiæ civitates præoccupaverimus, reliquæ omnes, quæ invitæ regis imperio parent, in partes nostras transibunt, eumque conjunctis viribus adorti tota facile Asia fruemur. (μδ'.) Præterquam autem, quod fructuosior est hujus expeditionis maturatio, æquitas etiam postulat hac ipsa ætate illam suscipi, ut, qui maximarum calamitatum, quibus Græcia hucusque afflicta fuit, participes fuerunt, iidem prosperis ejusdem rebus fruantur. (με'. μς'.) Quo vero pusillioris animi civitatum principes sunt, qui, quæ ipsos curare in primis deceret, privatis hominibus relinquunt, tanto nos simus alacriores, ut hæ nostræ inimicitiæ finiantur, quod fiet, si communiter barbaris bellum intulerimus, quum ad concordiam et communis hostis et communis amicus nec non victus quotidiani copia requiratur. (μζ'.) Hanc ob causam festinandum est, ut bellum quam primum e Græcia in Asiam transferamus. Pax enim, facta nuper cum barbaris, nos retardare non potest, quum injustissima sit, nec ab illis servetur, jussui denique quam pacto sit similior. Hinc legati, per quos fœdus Antalcidæ factum est, jure accusandi sunt, quod Lacedæmoniis et Atheniensibus, qui bellum ob stabiliendas opes gesserunt, nihil prorsus concesserunt, immo ne definiverunt quidem, an utrique armis capta reddant, an retineant; barbarum vero, quasi bellum ejus causa gestum sit, ignominiose totius Asiæ dominum constituerunt. (μη'.) Deinde magno nobis est dedecori, injurias toti Græciæ illatas non ulcisci, quum majores nostri, ob mulierem uni ereptam, decem totos annos cum barbaris bellaverunt Trojamque diruerunt. (μθ'.) Suadent præterea hanc expeditionem commodum, justitia, invidia licita, pietas erga majores, hostium denique imbecillitas. (ν'.) Quoniam autem vindicta e barbaris, Asiæ imperium, laus denique æterna huic expeditioni, tanquam præmia, posita sunt, non deerunt sane, qui interesse illi velint. (να'.) *Epilogus.* Sed nunc demum me huic felicitati, quæ inde redundabit, adumbrandæ imparem sentio, meosque auditores hortor, ut, qui potentia instructi sunt, Athenienses et Lacedæmonios conciliare inter se studeant, oratores vero in ejusmodi potius argumento, quam quovis alio minus gravi atque utili, certare velint. LANG.

Πολλάκις ἐθαύμασα] Exordium, more Isocratis simplicitate conspicuum, transitum ad rem ipsam parat, §. α'. β'. Superbia quadam a reliquis differt, oratores, quicunque ea de re antea dixerant, spernens. Sed, uti jam Augerus rectissime monuit, ita comparatum esse debuit, si quidem Isocrates post tot et toties repetita aliorum tentamina, quæ nihil effecerant, animos auditorum sibi et orationi suæ statim in initio conciliare voluit. Cfr. quæ infra ad §. β'. extr. dicentur. MORUS.

Συναγαγόντων] Aristoteles Rhet. III. c. 9. ubi hunc locum laudat, habet *ἀγόντων*. Sed non est sermo de his, qui conventus agunt et celebrant; verum de iis, qui instituerunt, ut solerent esse conventus. IDEM.

Δωρεῶν] Et hæc repetiit Aristoteles Rhet. III. c. 14. sed sensum modo expressit. IDEM. Aristoteles comparat Isocratis a vituperio *τῶν τὰς πανηγύρεις*

γένοιτο τοῖς ἄλλοις, ἑνὸς δὲ ἀνδρὸς εὖ φρονήσαντος ἅπαντες
ἂν ἀπολαύσειαν οἱ βουλόμενοι κοινωνεῖν τῆς ἐκείνου διανοίας.
οὐ μὴν ἐπὶ τούτοις ἀθυμήσας εἱλόμην ῥαθυμεῖν, ἀλλ᾽
ἱκανὸν νομίσας ἆθλον ἔσεσθαί μοι τὴν δόξαν τὴν ἀπ᾽
αὐτοῦ τοῦ λόγου γενησομένην ἥκω συμβουλεύσων περί τε
τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους καὶ τῆς ὁμονοίας τῆς
πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, οὐκ ἀγνοῶν ὅτι πολλοὶ τῶν προσποιησα- c
μένων εἶναι σοφιστῶν ἐπὶ τοῦτον τὸν λόγον ὥρμησαν, ἀλλ᾽ 42
ἅμα μὲν ἐλπίζων τοσοῦτον [1]διοίσειν ὥστε τοῖς ἄλλοις μηδὲν
πώποτε δοκεῖν εἰρῆσθαι περὶ αὐτῶν, ἅμα δὲ προκρίνας
τούτους καλλίστους εἶναι τῶν λόγων, οἵτινες περὶ μεγίστων
τυγχάνουσιν ὄντες καὶ τούς τε λέγοντας μάλιστ᾽ ἐπιδει-
κνύουσι καὶ τοὺς ἀκούοντας πλεῖστ᾽ ὠφελοῦσιν, ὧν εἷς

[1] αὐτῶν διοίσειν A. C. L.

συναγαγόντων et Gorgiæ in oratione deperdita, quæ Ὀλυμπιακὸς λόγος inscribebatur, a laude eorundem incipientis exordia. Spohn.

Ἰδίᾳ πονήσασι] Non in omnium conspectu, non in conventu et panegyri; sed domi, privato studio, cogitando, discendo, seque ad facultatem ῥητορικὴν parando. Mor. Et docendo, quam vitæ rationem exemplo ipse comprobavit Isocrates. Vide Lucian. Parasit. tom. II. p. 257. Cic. Brut. c. 8. Valckenaer. ad Eurip. Hippol. p. 269. et Isocr. in orat. περὶ ἀντιδόσεως. Spohn.

Οὐδὲν ἂν πλέον γένοιτο] *nihil tamen hoc aliis profuerit.* Πλέον γίνεταί τινι ἔκ τινος, *nascitur alicui commodum ex aliquo.* Nam πλέον in quibusdam, ut πλέον ἔχειν, πλεονεκτεῖν, et inde deductis verbis, significat *præcipui quid, commodum,* etiam injuste partum. Mor. Cfr. Valckenaer. diatrib. in Euripid. fragm. c. 14. p. 151. Matthiæ Gramm. Gr. p. 514. sq. Spohn.

Σοφιστῶν] Sophistæ (quales ante Isocratem fuerunt Gorgias, Thrasymachus, Protagoras [Hippias], v. Isocr. Encom. Hel. init. Plutarch. et Dion. Halic. in Isocrate, in. [Cic. de Orat. III. c. 16.]) proprie ἀπὸ τοῦ σοφίζειν dicti sunt *magistri, doctores,* ut Isocr. contra Soph. §. α΄. οἱ παιδεύειν ἐπιχειροῦντες, et §. δ΄. τὴν σοφίαν διδάσκοντες. Imprimis ita nominati sunt, qui artem disserendi tradiderunt, eamque duplicem, vel de capite aliquo doctrinæ in scholis (Cic. Fin. II. 1.), vel de republica: quod discrimen apertum est ex oratione contra Soph. §. ι΄. Οὐ μόνον τούτοις, qui doctrinam omnem amplectuntur, ἀλλὰ καὶ τοῖς τοὺς πολιτικοὺς λόγους ὑπισχνουμένοις. Sed Isocrates, qui auctore Plutarcho et Dionysio Hal. in ejus vita (p. 94. ed. Sylb.) a præceptoribus acceperat ῥητορικὴν seu διαλεκτικὴν πεφυρμένην (mistam ex omnibus dicendi generibus, etiam his, quæ controversias et disputationes physicas tractarent), eam fecit tantum πολιτικὴν, h. e. eam, cujus usus esset in civitate, eo quod de moribus, regenda civitate, humanaque vita exponeret, et vivere in civitate, aut eam administrare doceret. Sunt ergo hoc loco, et §. κγ΄. item Thuc. III. 38. extr. σοφισταὶ, *oratores* [Cfr. Schol. Aristophan. ad Nub. v. 330. p. 323. ed. Hermann.] (σοφισταὶ λόγων dicuntur ap. Plutarch. in Lycurg. c. 9.), ut de Pac. fin. οἱ φιλόσοφοι sunt δημαγωγοὶ, aut saltem, qui dicunt de republica. Plutarchus in Isocrate et Longinus sect. 4. hunc ipsum Isocratem accensent Sophistis [Cic. Orat. c. 11. inquit: "qualem Isocrates fecit Panegyricum, multique alii, qui sunt nominati Sophistæ"]. Diod. Sic. l. XII. p. 514. Wessel. τὴν σοφιστείαν *eloquentiæ facultatem et laudem* dixit. V. Suidas in h. v. et Intt. Hesychii [s. h. v. et s. v. φιλόσοφος]. Mor.

Περὶ αὐτῶν] Vide, quæ infra ad §. β΄. med. dicentur. Idem.

Προκρίνας] Pro simplici κρίνας. Panath. §. μδ΄. πολὺ σπουδαιοτέραν τὴν ἀρχὴν προκρίναντες, ubi synonymum νομίζοντες, i. e. κρίνοντες. Xenoph. apol. Socr. §. 21. προκρίνομαι εἶναι βέλτιστος. Idem Cyrop. II. 3. 5. πᾶσι τοῦτο προκέκριται κάλλιστον εἶναι. Idem. Non pro simplici κρίνας ponitur, sed quando aliquid cum aliquo comparatur, et ei præfertur. Spohn.

οὗτός ἐστιν. ἔπειτ᾽ οὐδ᾽ οἱ καιροί πω παρεληλύθασιν, ὥστ᾽
ἤδη μάτην εἶναι τὸ μεμνῆσθαι περὶ [1]τούτων. τότε γὰρ χρὴ
b παύεσθαι [2]λέγοντας, ὅταν ἢ τὰ πράγματα λάβῃ τέλος
καὶ μηκέτι δέῃ βουλεύεσθαι περὶ αὐτῶν, ἢ τὸν λόγον ἴδῃ τις
ἔχοντα πέρας, ὥστε μηδεμίαν λελεῖφθαι τοῖς ἄλλοις ὑπερ- 38
βολήν. ἕως δ᾽ ἂν τὰ μὲν ὁμοίως ὥσπερ πρότερον φέρηται, τὰ
δ᾽ εἰρημένα φαύλως ἔχοντα τυγχάνῃ, πῶς οὐ χρὴ σκοπεῖν
καὶ φιλοσοφεῖν τοῦτον τὸν λόγον, ὃς ἢν κατορθωθῇ καὶ τοῦ
πολέμου τοῦ πρὸς ἀλλήλους καὶ τῆς ταραχῆς τῆς παρούσης
c καὶ τῶν μεγίστων κακῶν ἡμᾶς ἀπαλλάξει; πρὸς δὲ τού-
τοις, εἰ μὲν μηδαμῶς ἄλλως οἷόν τ᾽ ἦν δηλοῦν τὰς αὐτὰς
πράξεις ἀλλ᾽ ἢ διὰ μιᾶς ἰδέας, εἶχεν ἄν τις ὑπολαβεῖν, ὡς
περίεργόν ἐστι τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκείνοις λέγοντα πάλιν

[1] αὐτῶν A. C. L.

[2] λέγοντα C. L.

Λέγοντα] Malim λέγοντας, vitandi hiatus causa. Wolf.

Ἔχοντα πέρας] Orat. ad Philipp. §. ζ΄. ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι ταῦτα πέρας ἕξειν· οὐδένα γὰρ ἄλλον ποτὲ δυνήσεσθαι μείζω πρᾶξαι τούτων. Spohn.

Φέρηται] Emphaticum verbum est, quo significat, nihil ratione geri, sed cœco quodam impetu animorum Græcos inter se digladiari. Wolf.

Φαύλως ἔχοντα] *non idonea ad persuadendum,* ut Xen. Symp. III. 7. φαῦλος φανοῦμαι, parum idoneus ad emendandos homines: apud Thucyd. φαῦλον τείχισμα IV. 115. parum idoneum seu firmum ad defendendum. Mor. Xenoph. Memor. Socr. IV. 13. de Venat. III. 7. Thucyd. IV. 9. et multi alii loci addi possent, si necessarium esset. Φαῦλον enim non solum dicitur, quodcunque est parvi pretii, nullius momenti etc.; sed quodcunque non tali est conditione, qua esse debet. Vid. §. β΄. extr. Spohn.

Σκοπεῖν — λόγον] *de hujusmodi oratione cogitare eamque elaborare.* Lang.

Φιλοσοφεῖν] Est omnino in cogitatione et tractatione alicujus rei versari, præsertim subtilius et certa via. Isocr. de permut. §. ιη΄. φιλοσοφεῖν περὶ τοὺς ποιητὰς, tractare poetas, legendo, interpretando. Contra Soph. §. η΄. οἱ φιλοσοφήσαντες, qui literas, præsertim artem disserendi didicerunt; οἱ συγγενόμενοι τοῖς σοφισταῖς, Plutarchus in Isocr.; ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν (ad cogitandum) καὶ γράφειν ἐτράπετο, quod est e Panath. §. ε΄. Alio Panath. loco. ϛγ΄. est, *rem dijudicare,* examinare secundum præcepta. V. infra p. 173. not. Ergo est φιλοσοφεῖν λόγον, *versari in commentatione orationis,* tractare, scribere orationem. Sic infra §. ν΄. et de pace §. β΄. synonyma sunt σκοπεῖν, μελετᾷν, μεριμνᾷν, φροντίζειν, σκέπτεσθαι. V. Budæi Comm. L. Gr. p. 1072. Harpocratio φιλοσοφεῖν interpretatur πονεῖσθαι φάσκειν, *exerceri ad dicendum, se parare.* Mor. Symmach §. μη΄. φιλοσοφήσετε καὶ σκέψεσθε. Epistol. ad Timoth. ζητεῖν καὶ φιλοσοφεῖν, et Photii Lexic. p. 473. Spohn.

Διὰ μιᾶς ἰδέας] *uno eodemque modo.* Sequitur synonymum, τὸν αὐτὸν τρόπον, ut de permut. §. ν΄. αἱ ἰδέαι et οἱ τρόποι τῶν λόγων promiscue dicuntur: qui locus omnino conferendus est. Significat igitur ἡ ἰδέα τῶν λόγων, *modum, formam* (Cic. Orat. c. 11.), *habitum, genus orationum,* in modo et tractandi, et eloquendi. Encom. Helen. §. ϛ΄. διὰ πολλῶν ἰδεῶν, ita ut attendas varia genera scriptionum: ib. §. ζ΄. λόγος ἐκ τῶν αὐτῶν ἰδεῶν, oratio, scripta eodem modo, quo alii scripsere. Busir. §. ιγ΄. extr. ἡ ἰδέα ὅλη, δι᾽ ἧς εὐλογεῖν δεῖ, universa forma et modus orationis, quo quis in laudando uti debet. Contra Soph. §. θ΄. αἱ ἰδέαι, ἐξ ὧν τοὺς λόγους συντίθεμεν, varia genera dicendi, e quibus orationem componimus. De permut. §. ε΄. Epist. ad Iasonis liberos p. 742. ed. Lang. inventis argumentis et partibus, ζητητέον τὰς ἰδέας, quærendus est modus et forma orationis, elocutio et tractatio. Sed Panath. init. sunt *figuræ orationis,* ubi et exempla ponuntur. Cf. Longin. Sect. 11. αἱ ἰδέαι τῶν αὐξήσεων. Mor. Adde orat. ad Nicocl. §. ι΄. ιγ΄. Spohn.

ἐνοχλεῖν τοῖς ἀκούουσιν· ἐπειδὴ δ' οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν, ὥςθ' οἷόν τ' εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολλαχῶς ἐξηγήσασθαι, καὶ τά τε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος [1]περιθεῖναι, καὶ τὰ παλαιὰ καινῶς [2]διελθεῖν καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως εἰπεῖν, d
οὐκ ἔτι φευκτέον ταῦτ' ἐστὶ περὶ ὧν ἕτεροι πρότερον εἰρήκασιν, ἀλλ' ἄμεινον ἐκείνων εἰπεῖν πειρατέον. αἱ μὲν γὰρ πράξεις αἱ προγεγενημέναι κοιναὶ πᾶσιν ἡμῖν κατελείφθησαν, τὸ δ' ἐν καιρῷ ταύταις καταχρήσασθαι καὶ τὰ προσήκοντα περὶ ἑκάστης ἐνθυμηθῆναι καὶ τοῖς ὀνόμασιν εὖ διαθέσθαι τῶν εὖ φρονούντων ἴδιόν ἐστιν. ἡγοῦμαι δ' οὕτως ἂν μεγίστην ἐπίδοσιν λαμβάνειν καὶ τὰς ἄλλας τέχνας e

[1] προσθεῖναι A. C. L.

[2] διεξελθεῖν A. C. L.

Ἐπειδὴ — ἀρχαίως εἰπεῖν] Hunc locum cum aliqua varietate, sensum non immutante, omisso etiam integro membro, περὶ τῶν αὐτῶν πολλαχῶς ἐξηγήσασθαι, Longinus de Subl. sect. 38. §. 3. repetiit, judicavitque hanc vitiosam hyperbolen, quæ dicturo fidem non conciliaret. Et tamen Isocrates, auctore Plutarcho in ejus vita, in hac re vim eloquentiæ posuit. Cf. Schirachius disp. 2. de Isocrate, §. 15. Mor.

Καινῶς διελθεῖν] Quum καινῶς διελθεῖν haud dubie significet, *novo modo dicere, ut nemo antea*, οὕτως, ὡς οὐδεὶς ἂν ἄλλος δύναιτο (quod legitur capite hoc exeunte et Panath. initio), vel, ut non solent οἱ πρῶτοι τῶν λόγων ἀρχόμενοι, sequitur, ut ἀρχαίως εἰπεῖν explicari debeat, *antiquo modo dicere, ut ii, qui initium fecerunt et tentarunt*, non immutata in melius ratione tractandi, olim introducta. Si Harpocratio, ἀρχαίως explicans ἀρχαιοτρόπως, sic, ut dixi, intellexit: audio. Sin addito illo, ἀρχαιοτέροις ὀνόμασι, ad verba tantum et elocutionem retulit: non probem, quoniam hic non tantum de verbis, sed etiam de modo tractandi agitur. Cf. H. Stephani diatr. 7. in Isocr. p. 39. Mor. Locus ab aliis comprobatus. Cfr. Wyttenbachii Biblioth. Crit. VIII. 1. p. 38., Toupium ad Longinum c. XXXVIII. p. 437. Lips., Cresollium in Theatr. Soph. I. xi. p. 83. ed. Paris.; his, quæ Meier-Marx ad Ephori Cumæi fragm. p. 90. annotavit, adde Wielandii observat. in Mus. Attic. 1796. (tom. I. p. I.) p. 73. sq. Hunc locum ita explicandum esse puto: 'Quum autem orationis indoles et natura ea sit, ut eadem minime eodem modo repeti debeant, sed variis modis et formis possint proponi, et res magnæ minui et deprimi, contra parvæ efferri, augeri et amplificari; jam dudum gestæ, a multis igitur jam cognitæ et celebratæ, nova forma et recens gestarum colore ornari, recens gestæ, novæ necdum auditæ, quadam antiquitatis nota commendari queant, ut illæ specie novarum animos alliciant et oblectent, hæ vero, dum rebus priscis et rationibus prius usitatis componantur et conferantur, speciem conditionis haud insolitæ præ se ferentes in auditorum animos sese insinuent' et q. s. Spohn.

Εὖ διαθέσθαι] *ornate scribere*, omninoque elocutionis virtutes indicantur. Est enim εὖ seu καλῶς διατιθέναι in universum, rem aut hominem quocunque modo (i. e. rem quoad naturam, conditionem, usum etc. hominem quoad sententias, appetitiones, corpus, res externas) sic afficere, ut bonus sit, *reddere bonum*: ideoque hominem reddere sapientem, virtutis amantem, felicem: rem reddere pulcram, utilem, probabilem. Cf. §. λβ'. Oratio autem redditur καλὴ τοῖς ὀνόμασι, quæ ornate scribitur, elocutionisque virtutes habet. Præterea ut hic conjunxit προσήκοντα ἐνθυμηθῆναι, de sententiis aptis rei quæ tractatur, et ὀνόμασιν εὖ διαθέσθαι, ita contra Soph. §. θ'. conjunctim posuit, τὸν λόγον ἐνθυμήμασι πρεπόντως καταποικίλαι, et τοῖς ὀνόμασιν εὐρύθμως καὶ μουσικῶς εἰπεῖν, *oratione numerose cadente et concinna uti*. Cf. Panath. init. De permut. §. ιη'. Atqui hoc est τοῖς ὀνόμασιν εὖ διαθέσθαι, sive εἰπεῖν χαριέστερον, in Soph. l. c. vel ἐπιχαρίτως, ep. ad Ias. lib. §. β'. Mor. Cfr. Evag. §. γ'. Spohn.

Ἂν] Med. et Cod. Coll. N. ἐὰ. Recte.

καὶ τὴν περὶ τοὺς λόγους φιλοσοφίαν, εἴ τις τιμῴη καὶ θαυμάζοι μὴ τοὺς πρώτους τῶν [1]ἔργων ἀρχομένους, ἀλλὰ τοὺς ἄριστα αὐτῶν ἕκαστον ἐξεργαζομένους, μηδὲ τοὺς
43 περὶ τούτων ζητοῦντας [2]λέγειν περὶ ὧν μηδεὶς πρότερον εἴρηκεν, ἀλλὰ τοὺς οὕτως ἐπισταμένους εἰπεῖν ὡς οὐδεὶς ἂν ἄλλος δύναιτο.

β'. Καίτοι τινὲς ἐπιτιμῶσι τῶν λόγων τοῖς ὑπὲρ τοὺς ἰδιώτας ἔχουσι καὶ λίαν ἀπηκριβωμένοις· καὶ τοσοῦτον διημαρτήκασιν ὥςτε τοὺς πρὸς ὑπερβολὴν πεπονημένους πρὸς

[1] λόγων A. C. L.

[2] τι λέγειν A. C. L.

opinor. Mor. Minime; ἂν enim ad οὕτως et λαμβάνειν referendum est, uti in oratione de permutat. §. ιζ'. ἡγοῦμαι τάχιστ' ἂν ἀφεῖσθαι τῆς δόξης ταύτης. Vid. Dawes. Miscellan. crit. p. 64. ed. Lips., Matthiæ Gramm. p. 879., Schaefer. Meletem. crit. p. 60. L. 1. ἀφεῖσθαι retinendum est, Coraes contra codd. fidem ἀφέσθαι. Spohn.

Φιλοσοφίαν] Auctore Cicerone de Or. III. 16. ante Socratem "omnis rerum optimarum cognitio, atque in iis exercitatio, philosophia" nominata est: et docet tractatio veterum scriptorum, omnibus disciplinis hoc nomen commune fuisse. Sic enim Panath. §. η'. αἱ φιλοσοφίαι καὶ παιδεῖαι τῶν ἄλλων, *disciplinæ quas alii coluerunt*, doctrina aliorum cujusvis generis. Hesychius in φιλόσοφος etiam musicos sic appellatos esse tradit. V. Cel. Ruhnken. ad h. l. et S. V. Ernesti de philosophia vitæ. Ergo etiam hoc loco ἡ φιλοσοφία περὶ τοὺς λόγους erit *eloquentia*, eloquentiæ studium, aut ars disserendi, ut Evag. §. γ'. οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν, *oratores*, quos paullo post appellat τοὺς περὶ τοὺς λόγους. orat. ad Phil. §. λε'. οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατρίβοντες, *oratores*. ep. ad Ias. lib. §. γ'. οἱ διατρίβοντες περὶ τὴν φιλοσοφίαν τὴν ἡμετέραν, æmulantes studia mea, i. e. eloquentiam. In Soph. §. ϛ'. suam et rhetorum artem φιλοσοφίαν nominat, Panath. §. δ'. ἡ φιλοσοφία ἣν προειλόμην, *genus doctrinæ quod secutus sum*, cf. init. orat. de permut., Busir. in. et Dion. Hal. in Isocr. p. 94. οἱ χρηματιζόμενοι ἐκ τῆς φιλοσοφίας, *qui literis, præsertim eloquentia tradenda, victum quærunt*. Causa nominis est apud Dion. Hal. p. 98. ὅσοι φιλοσόφως τοῦ μαθήματος τούτου (loquitur de eloquentia) προέστησαν, qui eam subtiliter tractarunt, artem effecerunt: ut Isocrates de permut. §. ιη'. ἐκ φιλοσοφίας τὴν δύναμιν τῶν λόγων εἰλήφασι, cogitando discendoque, præceptis subtilius cognoscendis, θεωρητικῶς, facultatem dicendi sibi pararunt, non mero usu, πρακτικῶς. H. Stephanus diatr. 5. in Isocr. p. 27. ubicunque Isocrates φιλοσοφίαν memorat, intelligi putat τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν, hactenus, ut, qui eam teneat, possit et deliberare, et alloqui, et agere quæ sint utilia. Mor. Cfr. Wielandii observat. in Mus. Attic. Tom. I. P. I. p. 74. et adde init. orat. ad Demonic. Hanc ob causam recte comprobat Coraes lectionem var. in cap. 5. illius orationis, quæ pro v. φιλοπονίᾳ φιλοσοφίᾳ præbet; Isocrates enim §. δ'. dixerat: πειρῶ τὸ μὲν σῶμα εἶναι φιλόπονος, τὴν δὲ ψυχὴν φιλόσοφος. Lexicon rhetoricum in Bekkeri Anecdot. Græc. Vol. I. p. 314. φιλοσόφημα· ἐπινόημα, τεχνίτευμα. Spohn.

Τοῖς ὑπὲρ τ. ἰ. ἔχουσι] Sensus est, τοῖς ὑπερέχουσι τοὺς ἰδιώτας, *quæ superant intelligentiam et vires indoctorum, alienorum a facultate dicendi, quæ vulgi captum excedunt*. Rarior syntaxis, ὑπερέχειν accusativo jungens. V. H. Steph. Thes. L. G. Tmesis verbi ὑπερέχειν, in oratione Attici scriptoris metro soluta, defendi poterit exemplo Xenoph. Symp. VIII. 17. παρά τι ποιεῖσθαι. V. Bachium. Cf. ad Xen. Hellen. I. 4. 2. Mor. Exempla tmeseos in Herodoto satis frequentia sunt; apud Atticos scriptores non tam rara esse, quam Matthiæ Gr. gr. §. 594. censet, docent Schaeferus ad Long. p. 417. sqq., Koen. ad Gregor. Cor. p. 449. ed. Schaef., Boissonad., idem Schaefer. in Meletem. critic. p. 68. not. 7. et quos ibi laudat. Spohn.

Λίαν ἀπηκριβωμένοις] *diligentissime scriptæ orationes*. Panath. §. ι'. ἀπηκριβωμένοι ἐπὶ τοῖς μαθήμασι, qui literas summa cum cura tractarunt. Busir. §. α'. μᾶλλον ἀπηκριβωμένοι, diligentiores cæteris in re tractanda, ideoque doctiores. Mor.

Διημαρτήκασιν] Subaudi τῆς ἀληθείας. Auger.

Ὥστε — σκοποῦσιν] Sensus est: Orationes politicas, summo studio perpolitas,

τοὺς ἀγῶνας τοὺς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων σκοποῦσιν,
ὥςπερ ὁμοίως ἀμφοτέρους δέον ἔχειν, ἀλλ᾽ οὐ τοὺς μὲν ἀσφα-
λῶς τοὺς δὲ ἐπιδεικτικῶς, ἢ σφᾶς μὲν διορῶντας τὰς με- b
τριότητας, τὸν δὲ ἀκριβῶς ἐπιστάμενον λέγειν ἁπλῶς οὐκ
ἂν [1] δυνάμενον εἰπεῖν. οὗτοι μὲν οὖν οὐ λελήθασιν ὅτι τούτους
39 ἐπαινοῦσιν, ὧν ἐγγὺς αὐτοὶ τυγχάνουσιν ὄντες· ἐμοὶ δὲ
οὐδὲν πρὸς τοὺς τοιούτους ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους [2] ἐστὶ τοὺς
οὐδὲν ἀποδεξομένους τῶν [3] εἰκῆ λεγομένων, ἀλλὰ δυσχερα-
νοῦντας καὶ ζητήσοντας ἰδεῖν τι τοιοῦτον ἐν τοῖς ἐμοῖς λόγοις,
[4] οἷον παρὰ τοῖς ἄλλοις οὐχ εὑρήσουσι. πρὸς οὓς ἔτι μικρὸν c
ὑπὲρ ἐμαυτοῦ θρασυνάμενος, ἤδη περὶ τοῦ πράγματος ποιή-
σομαι τοὺς λόγους. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους ἐν τοῖς προοιμίοις
ὁρῶ καταπραΰνοντας τοὺς ἀκροατὰς, καὶ προφασιζομένους
ὑπὲρ τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι, καὶ λέγοντας τοὺς μὲν
ὡς ἐξ ὑπογυίου γέγονεν αὐτοῖς ἡ παρασκευὴ, τοὺς δὲ ὡς
χαλεπόν ἐστιν [5] ἴσους τοὺς λόγους τῷ μεγέθει τῶν ἔργων
ἐξευρεῖν. ἐγὼ δ᾽, ἢν μὴ καὶ τοῦ πράγματος ἀξίως εἴπω καὶ
τῆς δόξης τῆς ἐμαυτοῦ καὶ τοῦ χρόνου, μὴ μόνον τοῦ περὶ d
τὸν λόγον ἡμῖν διατριφθέντος ἀλλὰ καὶ σύμπαντος οὗ βε-
βίωκα, παρακελεύομαι μηδεμίαν μοι συγγνώμην ἔχειν,
ἀλλὰ καταγελᾶν καὶ καταφρονεῖν· οὐδὲν γὰρ ὅ τι τῶν

[1] μὴ δυνάμενον A. C. L. [2] ἐστὶ ante ἀλλὰ ponunt A. C. L. [3] εἰκῆ τῶν A. C. L. [4] ὃ A. C. L. [5] ἴσους τῷ μεγέθει λόγους A. C. L.

cum iis, quæ de causis privatis coram judicibus habentur, quarumque maxima virtus simplicitas est, temere confundunt. Lang.

Σκοποῦσιν] Σκοπεῖν τι πρὸς ἄλλο τι, aliquid ad alius rei rationes examinare, aliquid cum alia re comparare; ita Æginet. §. κβ΄. Cæterum cfr. or. de permutat. ιζ΄. Spohn.

Δέον] Ἀντὶ τοῦ δέοντος, et σφᾶς διορῶντας pro σφῶν διορώντων. Wolf.

Τὰς μετριότητας] Si quis medium teneat inter nimium orationis ornatum, qui objici solebat generi ἐπιδεικτικῷ, et nimiam tenuitatem. Thuc. II. 35. μετρίως εἰπεῖν, medium tenere dicendo, nec nimis, nec parum laudare, ut μετρίως ἐπαινεῖν, Panathen. §. ιδ΄. Mor.

Οὐ λελήθασιν] *non obscurum est, palam est, ab his eos laudari, quos assequi facile possunt et æquare.* Idem. Vel ad τούτους subaudiendum τοὺς λόγους, vel pro τούτους legendum ταῦτα, quod malim. Auger. Neutrum probo; sed ad oratores istius generis referendum est. Spohn.

Ἐκείνους] Servant Græci, secus ac Latina consuetudo patitur, demonstrativa pronomina ante participia. §. γ΄. Τούτους τιμᾶσθαι, τοὺς ὄντας. Panath. §. α΄. περὶ ἐκείνους ἐπραγματευόμην, τοὺς συμβουλεύοντας. §. θ΄. pronomen postponitur, εἰς τὴν χώραν ἀφορισθεῖσαν, εἰς ταύτην ἰέναι. §. μδ΄. ἵν᾽ οἱ κοινωνήσαντες οὗτοι ἀπολαύσωσι. de pace §. ιβ΄. τὸ ὠφελοῦν τοῦτο προαιρεῖσθαι χρή. Lycurg. in Leocr. §. ι΄. τὸν περιῃρημένον τοῦτον ἐᾶσαι. §. ιθ΄. τὴν εὔκλειαν συνειλεγμένην ταύτην περιορᾷν καταλυομένην. Mor.

Ὡς — παρασκευὴ] *se parum temporis tribuere commentandæ orationi potuisse.* Idem.

Τοῦ χρόνου] Sive decem sive quindecim annis hæc est composita oratio, ut scribit Plutarchus. Wolf.

Παρακελεύομαι] Cf. orat. ad Phil. §. λε΄. ubi hujus loci mentio fit. Mor.

τοιούτων οὐκ ἄξιός εἰμι [1] πάσχειν, εἴπερ μηδὲν τῶν ἄλλων
διαφέρων οὕτω μεγάλας τὰς ὑποσχέσεις ποιοῦμαι. περὶ
μὲν οὖν τῶν ἰδίων ταῦτά μοι προειρήσθω· περὶ δὲ τῶν
e κοινῶν, ὅσοι μὲν εὐθὺς ἐπελθόντες διδάσκουσιν ὡς χρὴ δια-
λυσαμένους τὰς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἔχθρας ἐπὶ τὸν βάρβαρον
τραπέσθαι, καὶ διεξέρχονται τάς τε συμφορὰς τὰς ἐκ τοῦ
πολέμου τοῦ πρὸς ἀλλήλους ἡμῖν γεγενημένας καὶ τὰς
ὠφελείας τὰς ἐκ τῆς στρατείας τῆς ἐπ᾽ ἐκεῖνον ἐσομένας,
44 ἀληθῆ μὲν λέγουσιν, οὐ μὴν ἐντεῦθέν γε ποιοῦνται τὴν
ἀρχὴν, ὅθεν ἂν μάλιστα συστῆσαι ταῦτα δυνηθεῖεν. τῶν
γὰρ Ἑλλήνων οἱ μὲν [2] ὑφ᾽ ἡμῖν, οἱ δ᾽ ὑπὸ Λακεδαιμονίοις
εἰσίν· αἱ γὰρ πολιτεῖαι, δι᾽ ὧν οἰκοῦσι τὰς πόλεις, οὕτω
τοὺς πλείστους αὐτῶν διειλήφασιν. ὅςτις οὖν οἴεται τοὺς

[1] μὴ πάσχειν L. [2] ἐφ᾽ L.

Εἰμι μὴ] Wolfius, quanquam geminatam negationem vehementius negare opinatur; tamen omisit, et post eum reliqui. Idem. Recte quidem; duæ enim voculæ negantes ad diversa verba referendæ sunt, quod non respexit Langius μὴ iterum recipiens. Sensus est: dignus sum, qui quodvis horum patiar. Spohn.

Περὶ τῶν ἰδίων] Quæ ad me unum pertinent: περὶ τῶν κοινῶν, quæ mihi cum cæteris oratoribus communia sunt, et ad constitutionem causæ referenda. Mor.

Ἔχθρας] Bellum Peloponnesiacum intelligit. Ὁ Βάρβαρος est rex Persiæ. Idem.

Συστῆσαι] *unde si ordirentur, hanc omnem causam constituere* (statum controversiæ definire) *poterant.* §. γ΄. ἐχρῆν ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι. Nam στάσις, cui conjunctum est συνίστημι, apud rhetores Græcos (v. argum. orationum Demosth. Lycurg. aliorumque) est ea, quam Cic. Inv. I. 8. *constitutionem causæ*, Quinctilianus III. 6. *statum* appellavit. Causa, quam Isocrates tractat, sic constituenda erat, ut primum quæreretur, utrum ad Lacedæmonios, an Athenienses principatus Græciæ pertineret: deinde, ut bellum contra Persas suaderetur. Idem. Coraes, nescio quam ὑπαλλαγὴν statuens, ad Ἕλληνας refert. Augerus: 'pro συστῆσαι in vulg. vellem legi συστῆναι, quod explicarem, *coagmentari, conflari, constare.*' Cfr. Orat. ad Philipp. §. ις΄. ubi hæc: ὥστ᾽ οὐδὲν ἄτοπον εἰ καὶ ταῦτα μόνος ἂν συστῆσαι δυνηθείης (perficere). ibidem §. κη΄. πῶς οὐ σέ γε χρὴ προσδοκᾷν —— ῥᾳδίως τὰ προειρημένα συστήσειν. Spohn.

Αἱ πολιτεῖαι] *forma civitatis, qua singulæ civitates utuntur*, vel democratica, vel oligarchica. §. ε΄. ἡ κατασκευὴ, ἐν ᾗ κατοικοῦμεν, καὶ δι᾽ ἧς πολιτευόμεθα. §. λα΄. μετὰ ταύτης τῆς πολιτείας οἰκοῦμεν. Areop. §. η΄. διὰ ταύτης τῆς πολιτείας ᾤκουν τὴν πόλιν. Est ergo πολιτεία, δι᾽ ἧς οἰκοῦμεν τὴν πόλιν, forma et institutio reipublicæ, secundum quam, tanquam normam, rempublicam administramus, inque ea vivimus: quod eleganti similitudine declaravit Isocr. Areop. §. η΄. Mor.

Διειλήφασιν] Thuc. I. 18. Victo Xerxe, Græci omnes διεκρίθησαν πρός τε Ἀθηναίους καὶ Λακεδαιμονίους. Cf. III. 82. Διαλαμβάνειν v. c. τόπον est, *occupare locum per intervalla*, disponendis præsidiis, ædificiis, arboribus, Dion. Hal. A. p. 253. et Diod. Sic. l. IV. p. 654. πύργοις διαλαβεῖν. Demosth. de Cor. c. 51. τοὺς ὅρους στήλαις διαλαβεῖν, *fines columnis dispositis constituere*: unde omnino Isocr. ad Phil. §. ν΄. διαλαβεῖν τὴν Ἀσίαν, *utrinque fines Asiæ ponere.* Aristid. Panath. p. 65. τροπαίοις διαλαβεῖν Ἑλλήσποντον, *per intervalla ponere tropæa.* Vid. Reiskii Animadv. ad Polyb. p. 135. Wessel. ad Diod. Sic. I. 33. Æl. V. H. IX. 3. Hoc est igitur *distinguere locum* v. c. arboribus, quo facto in intervalla dividitur: hinc omnino, ut nostro loco, *dividere. Græcorum* πολιτεῖαι *sic diviserunt* (*atque adeo comprehendunt*) *plerosque Græcos*, i. e. forma, qua quæque utuntur, vel δημοκρατικὴ vel μοναρχικὴ, coegit eos, vel Atheniensibus vel Lacedæmoniis se adjungere. Cf. or. ad Phil. §. ια΄. Ἅπασαι (πόλεις τῆς Ἑλλάδος) ὑπὸ ταῖς εἰρημέναις εἰσὶν (parent Athen. Spart.

ἄλλους κοινῇ τι πράξειν ἀγαθὸν, πρὶν ἂν τοὺς προεστῶτας αὐτῶν διαλλάξῃ, λίαν ἁπλῶς ἔχει καὶ πόῤῥω τῶν πραγμάτων ἐστίν. ἀλλὰ δεῖ [1] τὸν μὴ μόνον ἐπίδειξιν [2] ποιούμενον b ἀλλὰ καὶ διαπράξασθαί τι [3] βουλόμενον ἐκείνους τοὺς λόγους ζητεῖν, οἵ τινες [4] τὼ πόλη τούτω πείσουσιν ἰσομοιρῆσαι πρὸς ἀλλήλας καὶ τάς θ᾽ ἡγεμονίας διελέσθαι, καὶ τὰς πλεονεξίας ἃς νῦν παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἐπιθυμοῦσιν αὐταῖς γίνεσθαι, ταύτας παρὰ τῶν βαρβάρων ποιήσασθαι.

γʹ. Τὴν μὲν οὖν ἡμετέραν πόλιν ῥᾴδιον ἐπὶ ταῦτα [5] προαγαγεῖν, Λακεδαιμόνιοι δὲ νῦν μὲν ἔτι δυσπείστως ἔχουσι· c παρειλήφασι γὰρ ψευδῆ λόγον, ὡς ἔστιν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι πάτριον· ἢν δ᾽ ἐπιδείξῃ τις αὐτοῖς ταύτην τὴν τιμὴν ἡμετέραν οὖσαν μᾶλλον ἢ [6] ᾽κείνων, τάχ᾽ ἂν ἐάσαντες τὸ διακριβοῦσθαι περὶ τούτων ἐπὶ τὸ συμφέρον ἔλθοιεν. ἐχρῆν μὲν οὖν καὶ τοὺς ἄλλους ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι καὶ μὴ πρότερον περὶ τῶν ὁμολογουμένων συμβουλεύειν, πρὶν [7] περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἡμᾶς [8] ἐδίδαξαν· ἐμοὶ δ᾽ οὖν ἀμφοτέρων ἕνεκα προσήκει περὶ ταῦτα ποιήσασθαι τὴν πλείστην δια- d τριβὴν, μάλιστα μὲν ἵνα προὔργου τι γένηται καὶ παυσάμενοι τῆς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς φιλονεικίας κοινῇ τοῖς βαρβάροις πολεμήσωμεν, εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν ἀδύνατον, ἵνα δηλώσω τοὺς ἐμποδὼν ὄντας τῇ τῶν Ἑλλήνων εὐδαιμονίᾳ, καὶ πᾶσι γένηται φανερὸν ὅτι καὶ πρότερον ἡ πόλις ἡμῶν δικαίως τῆς θαλάττης ἦρξε καὶ νῦν οὐκ ἀδίκως ἀμφισβητεῖ περὶ τῆς

[1] τοὺς A. C. L. [2] ποιουμένους A. C. L. [3] βουλομένους A. C. L.
[4] τὰς πόλεις ταύτας A. C. L. [5] προσαγαγεῖν A. C. L. [6] ἐκείνων A. C. L.
[7] [περὶ] L. [8] ἀπαλλάξαι A. C. L.

Argiv. Thebanis), καὶ καταφεύγουσιν, ἐφ᾽ ἣν ἂν τούτων τύχωσιν, καὶ τὰς βοηθείας ἐντεῦθεν λαμβάνουσιν. Cf. Xen. Hellen. VI. 3. 6. Idem.

Ἡγεμονίας] Ἡγεμονία modo ita comparata erat, ut e pluribus civitatibus iisdemque sociis aliqua ἡγεμὼν esset Evag. §. ιʹ. prima inter pæne pares, προστάτις Paneg. §. λʹ. modo ita, ut imperio quodam esset conjuncta, quo illa ἡγεμὼν cum reliquis ageret, tanquam cum subditis et subjectis, hanc ob causam interdum cum δυναστείᾳ commutatur Paneg. §. γʹ. et ιζʹ. ad Philipp. §. ιεʹ. ιθʹ. Panath. §. κʹ. Συμμαχικῶς igitur et δεσποτικῶς ratio τῆς ἡγεμονίας sese habere potuit. Spohn.

Διελέσθαι] Antea maritimum imperium Atheniensium, terrestre Lacedæmoniorum fuerat. Thuc. I. 18. Quæ divisio quam justa sit et utilis, oratione explicatur apud Xenoph. Hellen. VII. 1. cf. 5. 34. Mor.

Καὶ τὰς πλεονεξίας — ποιήσασθαι] Hæc in Panegyrico se posuisse, ipse Isocrates or. ad Phil. §. δʹ. dicit. Idem.

Ἀμφοτέρων ἕνεκα] duplicem ob causam, quæ sequitur. Lang.

Προὔργου] Suidas s. v. προὔργου· — Ἰσοκράτης φησίν· Ἵνα προὔργου τι γένηται ἀντὶ τοῦ πλέον. Cfr. Zonar. Phot. ibidemque Schleusner. et interprr. Hesych. unde Coraes suam explicationem hausit. Spohn.

Τοὺς ἐμποδὼν ὄντας] Lacedæmonios. Aristot. rhet. III. c. 17. §. 17. Ἰσοκράτης συμβουλεύων κατηγορεῖ Λακεδαιμονίων ἐν τῷ Πανηγυρικῷ. Mor.

ἡγεμονίας. τοῦτο μὲν γὰρ, εἰ δεῖ τούτους ἐφ᾽ ἑκάστῳ τιμᾶ- e σθαι τῶν ἔργων τοὺς ἐμπειροτάτους ὄντας καὶ μεγίστην δύναμιν ἔχοντας, ἀναμφισβητήτως ἡμῖν προσήκει τὴν ἡγεμονίαν ἀπολαβεῖν, ἥν [1] περ πρότερον ἐτυγχάνομεν ἔχοντες· οὐδεὶς γὰρ ἂν ἑτέραν πόλιν ἐπιδείξειε τοσοῦτον ἐν τῷ πολέμῳ τῷ κατὰ γῆν ὑπερέχουσαν ὅσον τὴν ἡμετέραν ἐν τοῖς κινδύνοις τοῖς κατὰ θάλατταν διαφέρουσαν. τοῦτο δὲ, εἴ τινες ταύτην μὲν μὴ [2] νομίζουσι δικαίαν εἶναι τὴν κρίσιν, ἀλλὰ πολλὰς τὰς μεταβολὰς γίγνεσθαι — τὰς γὰρ δυναστείας οὐδέποτε τοῖς αὐτοῖς παραμένειν —, ἀξιοῦσι δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἔχειν ὥσπερ ἄλλο τι γέρας ἢ τοὺς πρώτους τυχόντας ταύτης τῆς τιμῆς ἢ τοὺς πλείστων ἀγαθῶν αἰτίους τοῖς Ἕλλησιν ὄντας, ἡγοῦμαι καὶ τούτους [3] εἶναι μεθ᾽ ἡμῶν· ὅσῳ b γὰρ ἄν τις [4] πορρωτέρωθεν σκοπῇ περὶ τούτων ἀμφοτέρων, τοσούτῳ [5] πλέον ἀπολείψομεν τοὺς [6] ἀμφισβητοῦντας.

δʹ. Ὁμολογεῖται μὲν γὰρ τὴν πόλιν ἡμῶν ἀρχαιοτάτην 41
εἶναι καὶ μεγίστην καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὀνομαστοτάτην· οὕτω δὲ [7] καλῆς τῆς ὑποθέσεως οὔσης, ἐπὶ τοῖς ἐχομένοις τούτων ἔτι μᾶλλον ἡμᾶς προσήκει τιμᾶσθαι. ταύτην γὰρ οἰκοῦμεν οὐχ ἑτέρους ἐκβαλόντες οὐδ᾽ ἐρήμην καταλα- c βόντες οὐδ᾽ ἐκ πολλῶν ἐθνῶν μιγάδες συλλεγέντες, ἀλλ᾽

[1] περ om. A. C. L. [2] νομίζωσι A. L. [3] γ᾽ εἶναι A. C. L.
[4] πορρωτέρω A. C. L. [5] πλεῖον A. C. L. [6] ἀμφισβ. περὶ αὐτῶν. A. C. L.
[7] καλλίστης ὑποθ. A. C. L.

Ἐφ᾽ ἑκάστῳ] Subaudi πράγματι. nisi mavis ἐφ᾽ ἑκάστῳ jungere cum τῶν ἔργων, disjungendo τῶν ἔργων ab ἐμπειροτάτους, quod ultimum malo. Auger.

Τοὺς πρώτους] Videtur Isocrates §. δʹ. hoc ex antiquitate gentis Atticæ per se demonstrare voluisse: quod ut vim habeat, vereor, nisi reliquæ narrationes de bellis §. θʹ. ιʹ. addantur; quum antiquitas ipsa non necessario cum principatu conjuncta sit. Cæterum sciendum est, hanc omnem antiquissimi temporis ἡγεμονίαν non fuisse ei similem, quæ per Salaminiam victoriam constituta (v. ad §. κʹ.) pacis et belli tempore aliquamdiu obtinuit: sed partim majorem in bellis auctoritatem propter opes majores (ut §. ιεʹ. de Atheniensibus ante tempora Trojani belli, ἡγεμονικῶς εἶχον, cum explicatione, μείζω δύναμιν εἶχον), partim munus ordinandi belli aliosque ducendi, unde §. θʹ. στρατηγοὶ καταστάντες αὐτῶν, et §. κβʹ. οἰόμενοι δεῖν στρατηγεῖν. Eodem sensu Thuc. p. 13. 59. 63. 64. ed. Steph. de Lacedæmoniis, ante victoriam Lysandri, quæ iis principatum κατ᾽ ἐξοχὴν acquisivit, ἡγεῖσθαι, et p. 263. μέγιστον ἀξίωμα τῶν Ἑλλήνων ἔχοντες. Et ita accipiendum est, ubicunque Lacedæmoniis tribuitur ἡγεμονία ante pugnam illam Lysandri. Quid quod ipso tempore Salaminiæ pugnæ visi sibi sunt ἡγεμόνες τῆς θαλάσσης, Diod. Sic. XI. 27. hoc est cæteris opulentiores et majores, digni jure belli constituendi. Mor.

Πορρωτέρω] *ulterius regrediendo ad prisca tempora.* Idem. Archidam. §. εʹ. διὰ τοῦτο δὲ προλήψομαι πόῤῥωθεν. ib. §. μγʹ. καὶ τί δεῖ τὰ πόῤῥω λέγειν; et imprimis §. ιςʹ. ἀρχαῖα καὶ πορρωτέρω — λέγειν. Spohn.

Μεγίστην] Cfr. Helen. Encom. §. ιζʹ. Panathen. §. μηʹ. Idem.

Οἰκοῦμεν] Justin. II. 6. Mor.

Μιγάδες] Τὸ ἐκ πολλῶν ἄθροισμα ξένων. Hesych. Dicuntur etiam σύγκλυδες Thuc. VII. 5. et Lat. *convenæ*. Sed fortasse μιγάδες h. l. glossema est, quo, ut notissimo

οὕτω καλῶς καὶ γνησίως γεγόναμεν, ὥςτ᾽ ἐξ ἧςπερ ἔφυμεν,
ταύτην ἔχοντες ἅπαντα τὸν χρόνον διατελοῦμεν, αὐτόχθονες
ὄντες καὶ [1] τῶν ὀνομάτων τοῖς αὐτοῖς [2] οἷςπερ τοὺς οἰκειοτά-
τους τὴν πόλιν ἔχοντες προσειπεῖν· μόνοις γὰρ ἡμῖν τῶν
Ἑλλήνων τὴν αὐτὴν τροφὸν καὶ πατρίδα καὶ μητέρα καλέ-
σαι προσήκει. καίτοι χρὴ τοὺς εὐλόγως μέγα φρονοῦντας
καὶ περὶ τῆς ἡγεμονίας δικαίως ἀμφισβητοῦντας καὶ τῶν d
[3] πατρίων πολλάκις μεμνημένους τοιαύτην τὴν ἀρχὴν τοῦ
γένους ἔχοντας φαίνεσθαι.

έ. Τὰ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ὑπάρξαντα καὶ παρὰ τῆς τύχης
δωρηθέντα τηλικαῦθ᾽ ἡμῖν τὸ μέγεθός ἐστιν· ὅσων δὲ τοῖς
ἄλλοις ἀγαθῶν αἴτιοι γεγόναμεν, οὕτως ἂν κάλλιστ᾽ ἐξετά-
σαιμεν, εἰ τόν τε χρόνον ἀπ᾽ ἀρχῆς καὶ τὰς πράξεις τὰς e
τῆς πόλεως ἐφεξῆς διέλθοιμεν· εὑρήσομεν γὰρ αὐτὴν οὐ
μόνον τῶν πρὸς τὸν πόλεμον κινδύνων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης
κατασκευῆς, ἐν ᾗ κατοικοῦμεν καὶ μεθ᾽ ἧς πολιτευόμεθα

[1] τοῖς ὀνόμασι A. C. L. [2] ὥςπερ L. [3] πατρῴων L.

verbo, aliquis interpretari voluit periphrasin Isocraticam, οἱ ἐκ πολλῶν ἐθνῶν συλλεγέντες. IDEM. Non ita videtur. SPOHN.

Γεγόναμεν] Nos, qui nunc vivimus, tam honestam et ingenuam originem habemus. MOR.

Αὐτόχθονες ὄντες] An est glossema periphraseos, ἐξ ἧσπερ ἔφυμεν? IDEM. Neque hoc ejiciendum esse censeo, tantam enim ea in re quæsiverunt gloriam Athenienses, ut vix credam Isocratem illud nomen omisisse. Cfr. Symmach. §. ιζ'. imprim. Panathen. §. μη'. ubi leguntur: ὄντας δὲ μήτε μιγάδας, μήτ᾽ ἐπήλυδας, ἀλλὰ μόνους αὐτόχθονας τῶν Ἑλλήνων, καὶ ταύτην ἔχοντας τὴν χώραν τροφὸν, ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν, καὶ στέργοντας αὐτὴν ὁμοίως, ὥςπερ οἱ βέλτιστοι τοὺς πατέρας καὶ τὰς μητέρας τὰς αὐτῶν. Vid. etiam Harpocrat. SPOHN.

Τὴν αὐτὴν κ. τ. λ.] Panath. §. μη'. Lys. Epitaph. §. ς'. τὴν αὐτὴν ἐκέκτηντο μητέρα καὶ πατρίδα. Demosth. Orat. Fun. §. β'. Platon. Menex. p. 865. ed. Bas., Aristid. Panath. p. 11. ed. Steph. sententiam immutavit. Cic. Flacc. 26. parens, altrix, patria. MOR.

Τῶν πατρίων] §. γ'. Λακεδαιμόνιοι δὲ — πάτριον. Ergo hi sunt ii, qui semper jactant, qua auctoritate majores fuerint, et quid ipsis inde a majoribus proprium fuerit, et propter majores etiamnum debeatur. Πατρῴων hoc loco non probo, (etsi in re simili Herodotus IX. 27. usurpavit), partim quia Isocrates videtur pluribus locis (§. γ'. θ'. ιε'. ις'. ιθ'.) eodem verbo de eadem re usus esse: partim, quia constat, πατρῷα plerumque dici, quæ ad *patrem* referuntur, πάτρια, quæ ad majores patriamque universam pertinent; quanquam libri scripti et editi sunt inconstantes, ipsique scriptores videntur variasse. De discrimine horum verborum e sententia grammaticorum veterum v. Intt. ad Lucian. Solœc. T. III. p. 561. et Fischerus ad Wellerum, p. 293. [Coraes ad Heliodor. p. 92.] Itaque conjecturam Wolfii πατρίων secutus sum. IDEM.

Διέλθοιμεν] Si res, et ab initio gestas, et ceteras deinceps percurramus. IDEM.

Πρὸς τὸν πόλεμ.] Quia belli, præsertim mari, gerendi rationem et modum demonstravit: sic enim historia duce debet intelligi, αἰτία τῶν πρὸς τὸν πόλεμον κινδύνων, *quæ docuit bella gerere.* De bellis egit c. θ'. ιε'. ιθ'. De re maritima Thuc. p. 13. Ἀθηναῖοι ναυτικοὶ ἐγένοντο, qui etiam p. 122. Athenas dixit πόλιν, καὶ ἐς πόλεμον, καὶ ἐς εἰρήνην αὐταρκεστάτην. IDEM. Np. αἰτίαν οὖσαν, *esse causam periculorum in bello*, i. e. belli gerendi rationem demonstravisse, vel, suo exemplo docuisse qua virtute belli pericula subeunda sint. AUGER.

καὶ δι᾽ ἣν ζῆν δυνάμεθα, σχεδὸν ἁπάσης αἰτίαν οὖσαν.
ἀνάγκη δὲ προαιρεῖσθαι τῶν εὐεργεσιῶν μὴ τὰς διὰ μικρό-
46 τητα διαλαθούσας καὶ κατασιωπηθείσας, ἀλλὰ τὰς διὰ
τὸ μέγεθος ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων καὶ πάλαι καὶ νῦν καὶ
πανταχοῦ καὶ λεγομένας καὶ μνημονευομένας.

ς'. Πρῶτον μὲν [1] τοίνυν, οὗ πρῶτον ἡ φύσις ἡμῶν ἐδεήθη,
διὰ τῆς πόλεως τῆς ἡμετέρας ἐπορίσθη· καὶ γὰρ εἰ μυθώ-
δης ὁ λόγος γέγονεν, ὅμως [2] αὐτῷ καὶ νῦν ῥηθῆναι προσήκει.
Δήμητρος γὰρ [3] ἀφικομένης εἰς τὴν χώραν [4] ὅτ᾽ ἐπλανήθη
b τῆς Κόρης ἁρπασθείσης, καὶ πρὸς τοὺς προγόνους [5] ἡμῶν
εὐμενῶς διατεθείσης ἐκ τῶν εὐεργεσιῶν ἃς οὐχ οἷόν τ᾽ ἄλ- 42
λοις ἢ τοῖς μεμυημένοις ἀκούειν, καὶ δούσης δωρεὰς [6] αἵπερ
μέγισται τυγχάνουσιν οὖσαι, τούς τε καρποὺς οἳ τοῦ μὴ
θηριωδῶς ζῆν ἡμᾶς αἴτιοι γεγόνασι, καὶ τὴν τελετὴν ἧς οἱ
[7] μετασχόντες περί τε τῆς τοῦ βίου τελευτῆς καὶ τοῦ σύμ-
De Exordio, quod §. ε'. prioribus continetur, vere utique judicavit Wolfius ad verba §. δ'. καὶ ταῦτ' εἰκότως καὶ ποιοῦμεν καὶ πάσχομεν. 'Quia (inquit) apud Areopagitas, neque exordiis uti, neque movere affectus licebat, in hoc principio non magnopere curantur præcepta exordiorum. Etsi enim loci benevolentiæ et attentionis passim in eo sparguntur: reprehensione tamen magna ex parte constat. Primum recensetur inanis fiducia Atheniensium (§. α'.). Deinde ostenditur, ut felices et potentes revera essent, fortunæ tamen non esse fidendum, exemplis adductis (§. α'. β'. γ'.). Tertio loco negat eos esse fortunatos: ac potius in periculo constitutos re male gesta demonstrat (§. δ'.). Nunc quarto loco αἰτιολογίαν subjicit calamitatum, eaque ratione commode ad propositionem accedit: corrigendam et ordinandam esse reipublicam, quod labefactata disciplina et superiorum calamitatum causa fuerit: et nisi ea in integrum restituatur, majores impendeant (§. ε'. ϛ'. ζ'.).'

Exordium et propositionem excipit ipsius Argumenti proprie ita dicta Pertractatio constans comparatione veteris Reipubl. formæ a Solone et Clisthene constitutæ cum ea, quæ ipsius ætate obtineret, inde a §. ζ' — κβ'. Primum de civitatis constitutione universe loquitur, §. η' — ι'. Deinde ad singulas ejus partes, et vitæ quotidianæ consuetudinem transit, agitque cum de cultu deorum §. ια'. tum de ditiorum pauperiorumque mutua necessitudine et concordia §. ιβ'. tum etiam, causam rei exponens §. ιγ'. de liberorum institutione et honestatis cura Areopagi Senatui mandata, de cujus Senatus laudibus, sapientissimoque ejus instituendi majorum consilio, et ad honestam vitæ rationem servandam, et ad scelera prævidenda et occupanda, et ad omne commodi genus civitati afferendum, deinceps usque ad §. κβ'. ita disserit, ut Solonis rempublicam oculis quasi cernere tibi videaris.

De hac autem utriusque Reipubl. formæ comparatione ante omnia hoc tenendum est, in ea ita versari Isocratem, ut in laudibus majorum reprehensio suæ ætatis, in hujus reprehensione laus majorum cernatur; sive, ut aliis verbis utar, plerumque eam constare commemoratione vitiorum, quibus illa careret, præsens premeretur, et prædicandis virtutibus bonisque, quibus illa abundaret et excelleret, hæc careret. Animadvertit hoc jam omnium interpretum primus, atque haud scio an princeps dicendus, Wolfius, Annot. ad initium §. η'. οἱ γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον κ. τ. λ. 'Descriptio (inquit) veteris laudatæque reipubl. κατ' ἀφαίρεσιν καὶ θέσιν tractata.

Nec enim id tantum dicit, quid fecerint illi, idest τὰ δέοντα, quod nunc non fiat: sed etiam, quid non fecerint, idest, τὰ γιγνόμενα, quod nunc fiat.' Et passim in Commentario hac de re monuit. Conferantur etiam Photii verba modo laudata: in primis quæ e Dionysio Hal. retulimus, quæ si quis contulerit cum locis Isocrateis, quæ ista scribens in animo habebat, videbit eum idem sensisse et illustrare voluisse. Nos quoque operam dabimus ut in præcipuorum locorum interpretatione idem ostendamus. Vid. Animadversiones nostræ ad §. η'. ιβ'. ιη'. ιθ'. Pertinet hæc observatio non solum ad artificii rhetorici, quo ad evitandam reprehensionis acerbitatem invidiamque depellendam orator usus est, intelligentiam, neque ad orationis tantum elegantiam pulcritudinemque sentiendam, ejusque consilium perspiciendum; sed etiam haud parum confert ad civitatis formam, mores, et vitæ consuetudinem Atheniensium cognoscendam; cum quæ Solonis eumque proxime secuta ætate fuerint; tum quantum de majorum virtute et severa disciplina desciverint, atque in ignaviam, gravissimarum rerum incuriam, luxuriam, morum corruptelam atque omni reprehensione dignam licentiam inciderint, et quousque jam Isocratis ætate prolapsi fuerint: quæ vitia in causa fuisse amissæ Græcorum libertatis, quæ, fusis Atheniensium sociorumque copiis ad Chæroneam a Philippo Macedone, Isocratis senectuti morte finem imposuit, non dubitandum est. Cf. Valckenaerius in orat. de Philippo Mac. p. 241. et 272. ibique annotationes.

Diximus de artificio rhetorico. Id in reliqua Orationis parte æque ac in superiore elucet. Inde a §. κγ' — κε'. occurrit Isocrates reprehensioni adversariorum, qui objicere poterant eum operam inanem ludere, et periculum esse ne novarum rerum studiosus videretur. Non nova se sed vetera atque omnibus nota suadere dicit, indeque maxime suam sententiam apparere, quod in plerisque orationibus paucorum cupiditates reprehendisset, æquam populi dominationem, τὰς δημοκρατίας, laudasset; quas sciret, vel tum, cum non essent optime constitutæ, tamen longe præstare ταῖς ὀλιγαρχίαις. Quod ut ostendat, atque odium, si quod forte sibi contraxisset, diluat, præsentis ab omnibus reprehensæ reip. formæ cum XXX. virorum tyrannide comparatæ laudationem (quanquam sese a proposito averti sentiebat) suscipit, §. κε' — κθ'. Quod cum fecisset, eique denuo objici posset, cur tandem eam civitatis administrationem, quam modo tantopere laudavisset, abrogandam, aliamque ejus loco substituendam censeret: ita dicenti sic occurrit §. λ'. ut contendat Athenienses non satis sibi ducere debere si paulo meliores essent pessimis civibus, XXX. tyrannis, sed graviter ferre quamdiu majoribus pejores essent. Inde ad pristinum argumentum redit, ac rursus incidit §. λβ'. in laudes fortitudinis et

ingenii, quibus majores excelluerant, sed a quibus §. λγ'. eorum posteri h. e. sui æquales turpiter degeneraverant, ita ut illæ ipsis dedecori essent: quod dum agit se ipsum eorum numero non excludit, sed invidiæ minuendæ causa per κοίνωσιν prima persona utitur ἡμεῖς. Mox tamen isti vituperationi, ne propositum plane desereret, fine imposito, perorandi initium facit §. λδ'. atque, utilis et noxii ratione inita, aggreditur brevem comparationem sive potius ἀνακεφαλαίωσιν præcipuorum commodorum, quæ prudens reip. forma majorumque disciplina civitati olim attulerant, calamitatumque et periculorum, quorum præsens perversa rerum administratio et ignavia civium causæ exstiterant §. λε' — λη'. Postremo consilii, quo ad dicendum prodierat, brevi facta significatione, et re judicio Areopagitarum commissa, qui quod optimum civitati ipsis videretur eligerent, dicendi finem facit §. λθ'.

Comparationes ejus generis, quod postremo loco diximus, apud Oratores non sunt infrequentes. Simili arte usus est Demosthenes Olynth. III. §. η'. sqq. et περὶ συντάξεως §. ι'. Lycurgus adv. Leocratem p. 126. et sqq. contulit veterum temporum felicitatem, cum infelici et servili civitatis Atheniensis totiusque Græciæ conditione, quæ pugnam Chæronensem est consecuta. Quæ loca cum argumento hujus orationis contulisse, operæ pretium fuerit.

Superest tertio loco difficilior quæstio de Tempore, sive, quo ætatis anno eam orationem scripserit Isocratis. Nihil hac de re veteres, pauca recentiores in medium attulerunt: ut ex ipso operis argumento aliisque indiciis responsio petenda sit. Non nisi Wolfius et, quem supra laudavimus, auctor Gallicus aliquid monuerunt. Ille Annot. ad verba e §. α'. ὧν ὑπαρχόντων κ. τ. λ. ita disputavit ut appareat illum in ea versatum esse sententia, scriptionem hujus orationis secutam esse victoriam navalem Cononis, antecessisse bellum sociale et scriptam Orationem de Pace: 'Ex hac (inquit) enumeratione copiarum Atheniensis Reipubl. colligitur orationem hanc scriptam esse post navalem Cononis victoriam, qui patriæ dignitatem pristinam restituit, quam filius ejus Timotheus, felicissimus imperator, et conservavit et amplificavit. Etsi autem in hac oratione mentio nulla fit Philippi: tamen urbium Thraciæ amissionem [Vid. §. δ'.] nullam ego quidem aliam novi, nisi eam, cum, Olyntho expugnata, etiam cæteræ in ejus potestatem ceciderunt. Nam Thraciæ quidem reges, quorum prima Olynthiaca mentionem facit Demosthenes, ἀκύρως ἄγαν πόλεις vocarentur. Sed utut et χρονολογία et ἱστορία se habeant, cum videret Isocrates honestam disciplinam labefactari, et multa temere geri ex fiducia virium: mature monuit, occurrendum esse his periculis, quæ temeritatem consequi soleant: ut vates potius, quam orator fuisse videatur. Nec enim ita multo post, propter Atheniensium tyrannidem Chii

et Rhodii et Coi et Byzantii, aliique eorum socii, bellum eis intulerunt, quod ὁ συμμαχικὸς πόλεμος dicitur: de quo agit in oratione περὶ εἰρήνης.' Fluctuavit Wolfius, et in Annot. ad locum §. δ'. de Thebanis aperte fassus est temporum rationes sibi non satis perspectas esse. Alter autem ille scriptor, quem diximus, annum scriptæ orationis accuratius definire tentavit. Censet Op. I. p. 87. cum propter mentionem Lacedæmoniorum contra Thebanos ab Atheniensibus auxilia petentium (Vid. §. κη'.) tum epistolarum recens a Persiæ Rege missarum, in quibus Athenienses parum honorifice tractaverat (§. λζ'. in f.); ratione temporum habita, scriptionem ejus ponendam esse in annum A. C. 368. (laudans ad h. a. Usserium), Isocratis LXVIII. Eamque sententiam secutus est in conficienda Tabula Chronologica Operum ejus, p. 124. Ex mea quidem sententia seriora sunt hujus libri tempora. Primum de eo nullum dubium est, quin §. κη'. uti et γ'. mentio fiat temporum, quæ Leuctricam pugnam, quæ fuit anno A. C. 371. proxime consecuta sunt, ut suo loco videbimus. Sed de epistolis Regis Persarum, quæ §. λζ'. memorantur, non æque expedita res est, et nescio an usquam apud historicos earumdem, quas Isocrates significavit, mentio occurrat: nam sæpius accidit ut literæ ab illo in Græciam perferrentur. Verum nequaquam hæc sunt unica indicia, quæ sequi in hac quæstione aut possimus, aut debeamus. Contra plura alia adsunt. Mentio fit §. α'. pacis, qua terra marique Atheniensium civitas utebatur; classis ducentarum amplius triremium, quam possidebant; sociorum multorum ad opem, ubi opus esset, ferendam paratissimorum, aliorum tributa pendentium. §. γ'. coll. §. λζ'. renovati odii contemptusque Græcorum et inimicitiæ cum Rege Persarum. §. δ'. amissarum omnium Thraciæ civitatum, frustra in conductitias copias consumptorum mille amplius talentorum, calumniarum quibus a Græcis petebantur Athenienses, belli adversus barbarum orti, auxiliorum Thebanorum amicis sive sociis præstitorum, propria culpa perditorum et amissorum suorum sociorum, denique sacrificiorum læti nuncii, quæ in tot tantisque rebus adversis celebrata fuerant. Præterea §. κδ'. loquitur Isocrates de compluribus orationum a se habitarum, in quibus pravas paucorum imperantium cupiditates reprehendisset, æquam reipubl. popularis formam laudavisset. Similiterque §. λβ'. postquam superiori dixisset, Atheniensibus studendum esse non ut pessimis hominibus meliores essent, sed ne majoribus pejores, et cum his virtutis certamen illis ineundum esse, subjicit se hæc non nunc primum, sed sæpius jam, et in multorum conventu dixisse: καὶ τοῦτον εἴρηκα τὸν λόγον οὐ νῦν πρῶτον ἀλλὰ πολλάκις ἤδη καὶ πρὸς πολλούς. Quorum ratione habita sponte eo ducimur ut statuere debeamus, cum hanc orationem scriberet Isocrates, eum jam multas quin reliquarum plerasque edidisse: atque adeo non tantum post editum Panegyricum, cujus

hoc præcipuum est argumentum ut majorum fortia facta suis ad imitationem proponat, ac de quo merito dicere poterat se dixisse *coram multis*, πρὸς πολλούς: scripta enim erat ista oratio ut in publico Græcorum conventu, πανηγύρει, unde etiam nomen habet, recitaretur; ejus autem scriptæ tempus ex Mori quidem sententia incidit in Olympiadem XCVII. vel XCVIII. hoc est, intra annos A. C. 388 et 380. sed etiam post tempora belli socialis Atheniensium contra socios, quod fuit inde ab anno 358—356. et scriptæ Orationis de Pace, περὶ εἰρήνης, qua de hoc bello agitur, idque in primis egit Isocrates ut injustas paucorum cupiditates increparet, temerariam rerum publicarum administrationem vituperaret, majorumque, qui tempore bellorum Persicorum vixerant, æquitatem et virtutem solas æmulatione dignas esse ostenderet. Vid. ibi p. 166. D. et alibi. Deinde si ad uberem illam, quam diximus, rerum gestarum enumerationem attenderis, nulla alia tempora intelligi posse opinor, quam quæ in extremam Oratoris senectutem cadant. Nam quod Wolfius ait nullam aliam se nosse urbium Thraciæ amissionem, nisi eam, cum Olyntho expugnata, etiam cæteræ in Philippi potestatem ceciderunt: id rectissime animadversum puto, ut loco laudato, sic in Annot. ad §. δ'. ubi vid. et nostra animadversio. Quod vero propterea miratur nullam fieri Philippi mentionem, eam ab illo non animadversam revera fieri censemus, si modo eodem Cap. ὁ βάρβαρος non de Rege Persarum, sed de Philippo intelligatur, ut intelligi debere verosimillimum est. Quapropter minime possumus probare, quod addit, Isocratem vatem potius quam oratorem egisse, ut mox secutam sociorum defectionem sibi prævisam prædixerit. Nec enim ea, quæ §. δ'. leguntur, ita referuntur, ut ea aut fieri posse aut futura esse significetur, sed ea ratione ut manifesto appareat res jam ante aliquod tempus gesta referri, ob quas etiam læti nuncii festa celebrata fuerint. Sed ut ad Thraciæ civitates redeamus, Olynthus, ut postea videbimus, expugnata est anno A. C. 348. quo tempore Isocrates annum agebat octogesimum octavum. Natus enim est Orator, auctoribus Pseudo-Plutarcho p. 136. B. et Dionysio Hal. in Vita Isocr. p. 94. I. Olymp. LXXXVI. quinto anno ante bellum Peloponnesium, h. e. anno A. C. 436. si belli istius initium ponas in annum 431. Interea jam per aliquot annos contra Phocenses bellum sacrum gerebatur a Thebanis eorumque sociis primum solis, deinde duce et adjutore Philippo, qui altero postea anno 346. finem ei imposuit, cum gravi sacrilegorum damno. Quorum impiam causam cum Athenienses tutati essent, hinc odium Græcorum invidiamque sibi contraxerant, cum Philippo autem et hac et aliis de causis inimicitiam habuerant, bellumque adversus eum gesserant: quo pertinere videntur cum quæ §. γ'. leguntur de odio Græcorum, tùm verba e §. δ'. πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας διαβεβλημένοι, καὶ τῷ βαρβάρῳ πολέμιοι γεγονότες, ut suo loco videbimus. Non autem usque

ad finem belli duravit inimicitia cum Macedone. Metuens enim, ne diuturnitate belli pressi Thebani Atheniensium societatem peterent, Philippus illis auxilia, his pacem promisit, narrante Demosthene de Corona §. ζ'. Pacis conditiones accipiunt Athenienses. Ipso autem suasore Demosthene, mox Legati ad Regem mittuntur qui de fœdere cum eo agant. In his Æschines fuit, qui inde pacis auctorem arguit Demosthenem, adv. Ctesiph. §. κγ'. Demosthene culpam in illum transferente §. α'. sqq. Philippo autem in Thracia commorante, ibique omnia sibi subjiciente, Legati per tres menses otiosi in Macedonia consident. Subito ille e Thracia per Thermopylas in Phocidem transit, bellumque conficit eversis Phocensium urbibus. Huc referam pacis mentionem §. α'. Nec opinatus vero de Philippo adveniente nuncius, Atheniensibus, etsi pace ab eo accepta, tantum terrorem injecit, ut, ac si infesto animo Macedo adventaret, omnia ex agris in urbem comportanda esse decernerent, referentibus itidem Demosthene §. ιβ'. Æschine §. λ'. quo fortasse Isocrates respexit §. κ'. Apparet certe, quamvis pacis tempore, attamen minime prosperas, sed potius lubricas atque in periculo constitutas fuisse civitatis res: quod diserte Isocrates significat §. α'. Nam dum a Philippo decipiebantur, ad hunc compositi belli gratia, ad illos odium invidiaque pervenerunt. Cf. iterum Demosth. l. c. et passim alibi. Hisce autem temporum indiciis animadversis, cum et reliqua, quæ Isocrates refert, de Thebanorum sociis servatis, suis amissis, aut non multo post, aut paulo antea accidisse videantur, de quo suo loco videbimus, spero nos non plane a vero aberraturos esse, si statuamus hoc fere tempore, idest XC. circiter Oratoris anno, hanc ab eo missam esse Orationem ad Areopagi Senatum, qui de periculoso rerum statu deliberaret, quidque optimum factu et civitati utilissimum videretur, audita, sive potius lecta ejus sententia, decerneret. Ὑμεῖς δὲ (inquit in fine) ταῦτα πάντα λογισάμενοι, χειροτονεῖτε, ὅ, τι ἂν ὑμῖν δοκῇ μάλιστα συμφέρειν τῇ πόλει.

Nolim nimium huic conjecturæ tribuere. Attamen aliunde patere videtur ad extremam Isocratis senectutem hoc opus referendum esse, quippe quod scriptum videatur demum post habitam Grationem de Permutatione, περὶ τῆς ἀντιδόσεως, quam ad annum ætatis ejus octogesimum secundum refert Pseudo-Plutarchus pag. 837. F. Cum autem orationem dico περὶ τῆς ἀντιδόσεως, non eam intelligo quæ in omnibus Operum Isocratis editionibus fertur, sed eam, quam ingenti lacuna suppleta cum sua animadversione edidit Orellius; de quo in Præfatione dictum est. In ista enim recens inventa hujus libri parte complura sunt quæ Areopagitico mirificam lucem affundant, partim distinctius quam in hac fit relata, partim uberius declarata, partim, qui Atheniensium depravati mores obiter tantum in hac perstringuntur, eos ita increpantia ut manifestum sit, cum illam haberet Isocrates, turpissima vitia in civitate locum ha-

buisse, et in omni vitæ genere licentiam, quæcunque vellet quis faciendi, obtinuisse. Vid. Annot. ad §. ϛ'. ιη'. κζ'. Quæ si jam tum ita fuerint, quis miretur octo post annis nova ea reprehensione digna censuisse Oratorem atque in hac oratione Areopagitica dedita opera sibi vituperanda sumpsisse? Ne autem quis dicat, ea ex hac in illam postea fuisse translata, uti multa alia ex antea editis scriptis, nos quidem id facile concederemus si in illa περὶ ἀντιδόσεως uspiam Areopagitici mentionem factam videremus, quemadmodum diserte memorantur Panegyricus, Oratio de Pace, Oratio ad Nicoclem, Libellus contra Sophistas, cæt. e quibus integræ ῥήσεις eæque longiores fere verbotenus transscriptæ referuntur. Vid. Ed. Steph. p. 321. C. — 332. D. 330. B. — 342. B. 342. C. — 343. C. Orell. p. 53 — 58. et 95 — 97. Areopagiticus vero tantum abest ut usquam memoretur, ut contra, quæ ejus locis quibusdam simillima sunt, ea ita dicantur, ut non ex priore opere translata, sed tum primum a scriptore dicta videantur. Quod si autem jam tunc scriptus erat Areopagiticus, quid tandem causæ esse poterat cur hanc tantæ præstantiæ orationem, quæ civilis prudentiæ laudem adeo sibi vindicaret, ne semel quidem nominatim memoraret Isocrates, neque quæ in ea sapientissime coram Areopagi Judicibus disputaverat, itidem aut nulla aut levi mutatione ex ea referret? Nihil profecto magis ab Isocratis ingenio et consilio illius, qua se ab adversariorum calumniis liberare studebat, orationis abhorrere videtur, quam istud de suo opere silentium. Contra si aliquot annis post illam compositus censeatur Areopagiticus, haud postremum locum illa tenebit inter πλείστους illos λόγους suos quos §. κδ'. et λβ'. memorat. Ne dicam de argumento ejusque tractandi modo universe ita comparatis ut quo provectiore ætate scripserit Isocrates, eo seni venerabili et sapientiæ laude clarissimo digniora videantur. Ac ne quis de tanta senectute sollicitus sit, novimus postea duplo minimum longiorem orationem Panathenaicam ab eo conscriptam esse, quam XCIV. ætatis anno sese scribere aggressum esse, absolvisse XCVII. ipse fatetur pag. 233. B. et 289. C. Ut merito dixerit Cicero de Senect. 5. "Est etiam quiete et pure et eleganter actæ ætatis placida et lenis senectus. Qualem accepimus Platonis, qui uno et octogesimo anno scribens mortuus est. Qualem Isocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto et nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixitque quinquennium postea." Quo loco a Cicerone positum esse *scripsisse se dicit*, quod et in uno Cod. Palatino repertum fuit, comparato Isocrate p. 288. E. existimat Valckenaerius in Diatr. Euripidea, C. XXIII. p. 255. A.

Atque hæc de Oratione universe dicta sufficiant: quæ ad rectiorem singulorum intelligentiam ut aliquid collatura sint, spero. Sequatur jam ipsa Annotatio ad singula deinceps Capita.

Z.

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ

[1]ΑΡΕΟΠΑΓΙΤΙΚΟΣ.

Pag. ed. H. Steph. — Pag. ed. Cor.

140 α'. ΠΟΛΛΟΥΣ ὑμῶν οἶμαι θαυμάζειν ἥντινά ποτε γνώμην 138
ἔχων περὶ σωτηρίας τὴν πρόσοδον ἐποιησάμην, ὥσπερ τῆς

[1] ΑΡΕΙΟΠΑΓΙΤΙΚΟΣ A. C. L. passim.

SUMMARIUM. (α'.) Quanquam Atheniensium reipublicæ hoc tempore conditio ob pacem et potentiam prosperrima videatur, tamen, quod multi mirabuntur, salus civitatis nostræ hujus orationis argumentum erit. (β'.) Ipsa enim hæc vestra virium fiducia in causa est, quare vobis timeo, quum, uti Lacedæmoniorum et nostra ipsorum exempla maxime docent, opes ac potentiam dementia ac licentia comitari soleant, inopiam vero et humilitatem prudentia ac moderatio. (γ'.) Nos certe cauta et diligenti rerum administratione Græciæ principes facti, nimis magna virium fiducia servitutem vix effugimus, idemque fere Lacedæmoniis evenit. Hinc insipientis est, rebus præsentibus confidere. (δ'.) Quum amissis Thraciæ urbibus et ultra mille talentis in stipendia militum profusis, Græcis insuper suspecti, barbaro hostes facti sociisque vestris destituti, bis jam, quasi re prospere gesta, supplicationes decreveritis, aut, quantis in turbis civitas versetur, non animadvertere, aut nullam prorsus ejus curam habere videmini. (ε'.) Atque harum rerum causa est reipublicæ forma, quæ in civitate idem valet, ac in corpore intelligentiæ vis, quæque de omnibus rebus deliberans secundas res servat, adversas vitat, quamque nos, quum depravata sit, dictis quidem reprehendimus, revera illi a majoribus acceptæ præferimus. (ϛ'.) Una vero ratio est, qua et imminentia pericula declinentur et præsentia removeantur, si rejecta nostra, eam democratiam revocare voluerimus, quam Solon constituit, Clisthenesque revocavit, quaque nec populariorem nec reipublicæ utiliorem reperiemus. (ζ'.) Utramque vero, et præsentem et veterem illam, quam brevissimis potero, adumbrare conabor. (η'.) Vetus illud administrationis genus cives non sic erudiebat, ut in protervia democratiam, in legum neglectu libertatem, in audacia quidvis dicendi æqualitatem, et in faciendi quidvis licentia felicitatem positam esse existimarent, sed cives meliores et modestiores effecit, ea æqualitate introducta, quæ pro suo quemque merito remunerat et punit, nec omnes promiscue ad sortitionem magistratuum vocando, sed optimum quemque et singulis muneribus maxime parem eligendo. (θ'.) Penes populum summum erat imperium, opulentiores vero rempublicam ut res suas administrabant, si bene rem gessissent, sola laude contenti, sin male, pœna affecti. Hinc nullæ, ut nunc, de magistratibus contentiones, hinc populi comprobatio. (ι'.) Uti vero respublica in universum ordinata erat, ita quoque in negotiis quotidianis summus ordo apparuit. (ια'.) Deos nec temere nec perturbate colebant, atque ut ipsi deos curabant, ita quoque a diis excipiebantur. (ιβ'.) Quemadmodum vero deos colebant, sic etiam erga se ipsos animati erant. Pauperiores opulentiorum familias non minus curabant quam suas, locupletiores necessitatibus pauperum subveniebant, tuti nempe ob judicum justitiam possessionumque securitatem. (ιγ'.) Cujus tam pacatæ inter se vitæ tamque præclaræ gubernationis causam etsi jam innuerim, tamen, ne quis de omissione ejusdem queratur, pluribus jam ac dilucidius exponere conabor. (ιδ'.) Illi nempe majorem etiam virorum quam puerorum curam gerentes, Areopagiticum senatum morum censuræ præfecerunt, qui, quum præter virtute ac modestia spectatissimos nullus in eum reciperetur, universis Græciæ conciliis longe antecelluit. (ιε'.) Cujus rei testimonium vel ex iis, quæ hodie fiunt, peti potest. Quicunque enim ad hoc concilium evecti sunt, etsi in cæteris rebus minus tolerabiles sint, tamen naturæ suæ indulgere non audentes, illius loci institutis utuntur. (ιϛ'.) Majores scilicet

πόλεως ἐν κινδύνοις οὔσης ἢ σφαλερῶς αὐτῇ τῶν πραγμάτων καθεστηκότων, ἀλλ᾽ οὐ πλείους μὲν τριήρεις ἢ διακοσίας κεκτημένης, εἰρήνην δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν χώραν ἀγούσης καὶ

nostri, morum probitatem non e multitudine et accuratione legum pendere existimantes, non porticus legibus, sed animos justitia ornandos censebant, nec quomodo immodestos punirent, spectabant, sed ne pœna digni essent, cavebant, siquidem male educati vel optimas leges transgrederentur, bene instituti ne malas quidem negligerent. (ιζ.) Quanquam autem nullam civium ætatem negligebant, adolescentes tamen utpote turbulentissimis affectibus et pluribus cupiditatibus agitatos præcipue inspiciebant, quemque pro facultate ad honesta studia ac jucundos labores assuefacientes, dum pigritiam inopiæ matrem et inopiam omnium flagitiorum præceptricem existimabant. (ιη′.) Denique, ut nullam ætatem negligerent, urbe in tribus divisa, agroque in pagos, uniuscujusque vitam notabant et parum modeste se gerentes in Senatum abducebant. Is alios monere, aliis minitari, aliosque, ut par erat, punire. Nam non vigilantia solum, sed pœna quoque opus esse credebant. Hinc alia prorsus eaque vera tunc juvenum vivendi ratio. (ιθ′.) Quodsi hodiernam vitupero, me non juvenibus iratum esse sciant, sed iis, qui paullo ante nos rempublicam administrantes Areopagi auctoritatem dissolverunt. (κ′.) Hujus sub imperio respublica, interna externaque quiete gavisa, Græcis fidelis, barbaris formidabilis fuit. In agro cives securi et felices, in urbe modesti vitam transigebant, felicitatem non fastus insolentia, sed tali rerum necessariarum copia metientes, ne quis civium egeret. Nunc multa in hoc administrationis statu secum pugnant et magno reipublicæ dedecori sunt. (κα′.) Quorum nihil sub illo Senatu fuit, qui tenuiorum inopiam levabat, magistratuum avaritiæ frenos injiciebat, juventutis intemperantiam coercebat, cives a cupiditate habendi retinebat, senibus torporem excutiebat, omniumque rerum diligentem curam suscipiebat. (κβ′.) Atque eorum, quæ fortasse a me prætermissa sunt, similem rationem fuisse, e dictis facile intelligitur. (κγ′.) Objecerunt quidem nonnulli, vos mihi nunquam in hac re obtemperaturos atque hunc rerum statum propter consuetudinem emendatiori et feliciori reipublicæ vix præposituros, ita ut, perdita opera, nihil efficerem, quam ut populo infensus et oligarchiæ instituendæ cupidus viderer. (κδ′.) Ego vero haud novam et occultam administrationem, sed manifestam et patriam commendo, quæ et reipublicæ nostræ, et reliquis Græcis plurimas utilitates peperit, vituperans ubique injustam dominationem, æqualitatem vero et democratiam recte ordinatam laudans, qua qui utuntur, felicissimi semper fuerunt. (κε′.) Oligarchiæ nempe vel mala democratia, qualis hæc nostra est, longe anteponenda erit. (κϛ′.) Cujus utriusque discrimen, etsi ab instituto alienum videatur, tamen, ne delicta democratiæ nostræ perstringere, bona præterire videar, breviter exponam. (κζ′.) Post cladem ad Ægospotamon acceptam democratiæ faventes quidquid pro libertate pati parati erant, oligarchiæ vero cupidi, servitutem subire haud recusabant. Quamdiu democratia floruit, nos aliorum arcibus præsidia imposuimus, triginta vero regnantibus, nostra ab hostibus occupata fuit. Oligarchia nobis imperium eripuit, democratia reddidit. Hæc urbem ædificiis et sacris et profanis ornavit; illa neglexit, expilavit, destruxit; oligarchia innumeros cives occidit et in exsilium misit; democratia mansuete et civiliter erga cives egit. (κη′.) Mansuetudinis vero et æquitatis signum democratia dedit maximum et pulcherrimum eo, quod pecuniam ad democraticos expugnandos a Lacedæmoniis mutuo sumptam, rebus restitutis communiter esse solvendam censuit, quo tanta inter cives concordia orta est, ut Lacedæmonii, qui sub oligarchia nobis imperitabant, sub democratia a nobis auxilium contra Thebanos peterent. (κθ′.) Quæ omnia eo spectant, primum, ut me oligarchiæ haud suasorem esse ostendam, deinde, ut appareat democratiam vel male constitutam oligarchiæ longe præferendam esse. (λ′.) Si quis fortasse miretur, quare pro hoc civitatis statu, qui tanta tamque multa effecerit, alium substitui velim, atque nunc probem, quæ quavis alia occasione vituperem; (λα′.) is sciat, hanc reipublicæ formam, quæ nunc est, aliis quidem præferendam esse, sed ratione nostrum, qui ex optimis majoribus orti sumus, magnopere vituperandam, meque etiam singulos homines, qui ex integerrimis viris nati, paullo probiores sunt nequissimis, non tam laudare quam vituperare. (λβ′.) Huc accedit, quod nostra quoque terra viros gignit et alit, quum ad artes et negotia sollertissimos, tum fortitudine reliquisque virtutibus præstantes, uti e prœliis, quæ priscis temporibus commiserunt, satis apparet. (λγ′.) Atque hæc observatio non tam laudi nobis quam dedecori est, quippe

τῶν κατὰ θάλατταν ἀρχούσης, ἔτι δὲ συμμάχους ἐχούσης, b
πολλοὺς μὲν τοὺς [1]ἑτοίμως ἡμῖν ἤν τι δέῃ βοηθήσοντας,

[1] ἑτοίμους A. L.

qui ignavia et flagitiis nobilitatem nostram maculamus. Sed satis de his, ne longius ab instituto aberremus. (λδ′.) Paucis modo de iis, quæ ab initio institui, adjectis locum aliis cedam. (λε′.) Quodsi rempublicam, ut nunc, in posterum etiam administrabimus, fieri vix potest, ut felicitatis participes simus, sin vero eandem emendaverimus, consentaneum est, tales res nostras fore, quales majorum nostrorum fuerunt. (λϛ′.) Quod ut palam fiat, utriusque administrationis effectus, tum majorum, tum nostræ, inter se comparandi sunt. Ac primum quidem videamus, quomodo Græci ac barbari erga veterem rempublicam affecti fuerint, et quomodo nunc erga nos animati sint. (λζ′.) Græci igitur tantam tunc in nobis fiduciam posuerunt, ut plurimi ultro civitati nostræ se committerent, barbari vero eandem timerent. Nunc alteri nos oderunt, alteri contemnunt. (λη′.) Huc accedit, quod illi, pacati inter se atque quieti, omnes pugnando superarunt, qui quidem in Atticam impetum facerent, nos contra, quotidie nosmetipsos lacessimus, rem militarem prorsus negligimus, mendicando ab obviis civitatem probro afficimus, egemus, rempublicam missam facimus. (λθ′.) Ego vero sperans fore, ut ab his malis liberemur, nec tantum civitati nostræ, sed universis etiam Græcis saluti futuri simus, huc accessi dicturus, vobisque, ut reipublicæ consultum velitis, permitto. Lang. Videtur oratio hæc scripta fuisse anno ante Christum 348. et Isocratis ætatis 88. Auger.

Πολλοὺς ὑμῶν — πρόσοδον ἐποιησάμην] Quæ hoc et seq. §. usque ad verba *ἐπὶ τὸ χεῖρον εἰθισμένας μεταπίπτειν* continentur, omnia in exemplum *συνθέσεως γλαφυρᾶς καὶ ἀνθηρᾶς* retulit Dionysius Halicarn. *περὶ συνθ. ὀνομ.* p. 27. l. 7—24. suo ipsius judicio subjecto l. 24—40. Notetur indicativus *ἐποιησάμην*, cujus loco Latinitas postulat subjunctivum: *multos ego vestrum mirari puto, quo tandem consilio huc accesserim.* Sic sæpe Græci indicativo utuntur, cujus generis multa notavit Matthiæ Gramm. Gr. §. 507. Similis constructio est ap. Antiphontem Or. I. §. β′. *θαυμάζω δ᾽ ἔγωγε καὶ τοῦ ἀδελφοῦ, ἥντινά ποτε γνώμην ἔχων ἀντίδικος καθέστηκε πρὸς ἐμέ.* Xenoph. Mem. Socr. I. 1. 1. *ἐθαύμασα τίσι δή ποτε λόγοις — ἔπεισαν.* Cf. et initium Prooemii Theophrastei in Charact. Mor. Solent nonnunquam Oratores in orationis principio auditorum admirationi occurrere. Sic noster orationem ad Philippum ita incipit: *Μὴ θαυμάσῃς, ὦ Φίλιππε, διότι τοῦ λόγου ποιήσομαι τὴν ἀρχὴν κ. τ. λ.* Archidamus hoc modo exorditur: *Ἴσως τινὲς ὑμῶν θαυμάζουσιν, ὅτι κ. τ. λ.* — *Ἥντινα γνώμην ἔχων*, *quo consilio, quid mihi in mentem venerit, quæ sit consilii mei ratio, quæ res me moverit, ut cæt.* ut recte cepit Wolfius. Consilium autem Oratoris quale fuerit supra vidimus in Introd. Verba igitur *περὶ σωτηρίας*, scil. *τῆς πόλεως*, *de tuenda civitatis salute*, quod et per se facile intelligitur, non ad hæc sed ad sequentia *τὴν πρόσοδον ἐποιησάμην* pertinent.— Vocabulum *πρόσοδον* Budæus Comm. L. Gr. pag. 125. minus recte ait significare *conventum* et *concilium*, quasi *σύνοδον, πανήγυριν*, allatis locis Isocrateis: quam interpretationem probavit H. Stephanus in Thes. L. Gr. et expressit Wolfius vertens: *multos ego vestrum mirari puto, quidnam in mentem mihi veniat, ut indicto concilio providendum esse moneam ne quid Respubl. detrimenti capiat.* Rectius idem in Annot. explicuit *surgere* vel *prodire ad dicendam sententiam:* vertitque in fine Orat. verba *τήν τε πρόσοδον ἐποιησάμην καὶ τοὺς λόγους εἴρηκα τούτους*, *ea de causa et huc accessi et hanc orationem habui.* Est enim *πρόσοδος aditus ad senatum*, vel *ad populum*, h. l. Areopagitas, uti optime docuit Valesius Emendatt. IV. 9. vindicavitque Doricam formam *πόθοδον* in Psephismate Byzantiorum apud Demosth. pro Cor. §. κζ. eodemque sensu legitur in Fragmento Dionis Cassii p. 922. D. Ed. Leuncl. *Πρόσοδον* autem *ποιεῖσθαι* nihil aliud est quam *προσιέναι*, quod frequentius dicitur *παριέναι, παρέρχεσθαι*, *de oratore in concionem populi vel apud judices prodeunte ad verba facienda.* Cujusmodi periphrases infinitivi *ποιεῖσθαι* cum substantivo frequentissimæ sunt apud Græcos. Sic §. δ′. *τὸν λόγον ποιεῖσθαι*, et κδ′. *τοὺς λόγους ποιεῖσθαι* simpliciter denotat *λέγειν dicere*, ut Latine dicitur *verba facere.* Similiter *ὀργὴν ποιησάμενος* pro *ὀργισθεὶς* dixit Herodotus III. 25. ubi vid. Valckenaerius: idem VIII. 10. *ἀπόπειραν αὐτέων ποιήσασθαι* pro *ἀποπειρᾶσθαι αὐτέων*, ubi notavit Wesselingius. Quin ipsum *πρόσοδον ποιεῖσθαι* exstat apud eum VII. 223. *Ξέρξης δὲ ἐς ἀγορῆς κου μάλιστα πληθώρην πρόσοδον ἐποιέετο*, pro quo mox dicitur: *οἵ τε δὴ βάρβαροι οἱ ἀμφὶ Ξέρξεα προσήϊσαν.* eademque ratione sequitur: *καὶ οἱ ἀμφὶ*

πολὺ δὲ πλείους τοὺς τὰς συντάξεις ὑποτελοῦντας καὶ τὸ προσταττόμενον ποιοῦντας· ὧν ὑπαρχόντων [1] ἡμᾶς μὲν ἂν τις φήσειεν εἰκὸς εἶναι θαῤῥεῖν, ὡς πόῤῥω τῶν κινδύνων ὄντας, τοῖς δ' ἐχθροῖς τοῖς ἡμετέροις προσήκειν δεδιέναι καὶ βουλεύεσθαι περὶ [2] τῆς αὑτῶν σωτηρίας.

β'. Ὑμεῖς μὲν οὖν οἶδ' ὅτι τούτῳ χρώμενοι τῷ λογισμῷ καὶ τῆς ἐμῆς προσόδου καταφρονεῖτε, καὶ πᾶσαν ἐλπίζετε c
τὴν Ἑλλάδα ταύτῃ τῇ δυνάμει κατασχήσειν· ἐγὼ δὲ δι' αὐτὰ ταῦτα τυγχάνω δεδιώς. ὁρῶ γὰρ τῶν πόλεων τὰς ἄριστα πράττειν οἰομένας [3] κάκιστα [4] βουλευομένας καὶ τὰς

[1] ὑμᾶς A. C. L. [2] τῆς αὑτῶν om. A. C. L. [3] τὰ κάκιστα A. C. L. [4] συμβουλευομένας L.

Λεωνίδην Ἕλληνες, ὡς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἔξοδον ποιεύμενοι, i. e. ἐξιόντες. Plura collegit Matthiæ Gramm. Gr. §. 413. Obs. 5. Aliud vero est C. V. τὴν πρόσοδον ἀπεγραψάμην, quod monentibus Wolfio et Budæo l. c. p. 585. recte vertitur *denunciavi me accessurum esse*, illustraturque animadversione Corais ad §. α'. etsi et hic minus recte alterum τὴν πρ. ποιεῖσθαι cum eo conferat: εἴη δ' ἂν τοῦτο, inquit, ἡμέραν τάσσειν, ἐν ᾗ τῶν ῥητόρων ἕκαστος, πολλῶν ὄντων, διαλεχθήσεσθαι ἔμελλε πρὸς τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον. Bergman.

Ἢ σφαλερῶς] Fort. καὶ σφαλερῶς. Lang.

Ἀλλ' οὐ πλείους — θάλατταν ἀρχούσης] Pacem intelligi tempore belli Phocensis a Philippo Macedone Atheniensibus oblatam ab iisque acceptam, nec non eam quæ bellum istud proxime consecuta est, supra in Introductione ex variis indiciis efficere studuimus. Quibus et nunc addantur, quæ de civitatis potentia navali hoc loco refert Isocrates, quæque eo tempore sic fere sese habuisse videntur. Etenim paulo ante pugnam Chæronensem, quod tempus haud ita longe inde abfuit, classem ducentarum navium in mare deducendam esse decreto sancivit Senatus Populusque Atheniensis, auctore Demosthene, qui rem narrat de Cor. §. ν'. ipsumque decretum a se conditum affert. Hinc patet, qua ratione dici possint maris imperium tenuisse. De numero triremium, trecentas plerumque eos habuisse, docuit Meursius de Fortuna Athenarum, C. VII. ubi et plura de militia terrestri reditibusque civitatis collegit. Vid. et Lect. Att. I. 1. p. 7. et 8. Quantum rei navalis peritia, opibus, ac potentia reliquis Græcis præstiterint Athenienses, testatur Archidamus Lacedæmonius apud Thucydidem I. 80. eos vocans ἄνδρας, οἳ γῆν τε ἑκὰς ἔχουσι, καὶ προσέτι θαλάσσης ἐμπειρότατοί εἰσι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄριστα ἐξήρτυνται, πλούτῳ τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ, καὶ ναυσὶ καὶ ἵπποις καὶ ὅπλοις, καὶ ὄχλῳ, ὅσος οὐκ ἐν ἄλλῳ ἑνί γε χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἐστίν· ἔτι δὲ καὶ ξυμμάχους πολλοὺς φόρου ὑποτελεῖς ἔχουσι. — Cæterum notissima dictio est εἰρήνην ἄγειν, proprie *pacem agere*, i. e. *in pace degere, vivere, pace frui*, frequens et apud alios et apud Isocratem, infra §. κ'. in Paneg. Cf. Sluiteri Lectt. Andoc. p. 209. In Or. de Pace peculiariter denotat *pacem conservare, constanter paci studere* §. ι'. Berg.

Ἑτοίμως — βοηθήσοντας] Est hæc omnino vera lectio, non ἑτοίμους, quod, ut recte monet Wolfius in Castig. postularet infinitivum βοηθήσειν, βοηθεῖν, βοηθῆσαι. Sic in Or. de Pace §. μς'. πολλοὺς ἕξομεν τοὺς ἑτοίμως συναγωνιζομένους ἡμῖν. Unde recte nostro loco ἑτοίμως probat Royaards in Diatr. l. p. 61. Neque statui potest ἑτοίμους positum esse pro ἑτοίμως, adjectivum pro adverbio. Videtur quidem ἀσμένους sic positum esse pro ἀσμένως, apud Thucyd. VII. 73. 84. sed horum locorum alia ratio est. Idem.

Τὰς συντάξεις ὑποτελοῦντας] Solennis dictis συντάξεις ὑποτελεῖν, *tributa pendere*, occurrit et de Pace §. ιγ'. Idem est συντάξεις διδόναι ibid. §. ια'. Συντάξεις autem Atticos per euphemismum dixisse pro φόρους, quæ vox occurrit in Laud. Hel. §. ιγ'. et cum illa conjungitur in Panath. §. μδ'. notissimum est. Cf. Harpocr. in voce. Egregia hac de re habet Coraes, omisso tamen insigni Plutarchi loco in Solone pag. 86. C. ἃ δ' οὖν οἱ νεώτεροι τοὺς Ἀθηναίους λέγουσιν τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερείας ὀνόμασι χρηστοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπικαλύπτοντας, ἀστείως ὑποκορίζεσθαι, τὰς μὲν πόρνας ἑταίρας, τοὺς δὲ φόρους συντάξεις, φυλακὰς δὲ τὰς φρουρὰς τῶν πόλεων, οἴκημα δὲ τὸ δεσμωτήριον καλοῦντας, πρῶτον Σόλωνος ἦν (ὡς ἔοικε) σόφισμα, τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν σεισάχθειαν ὀνομάσαντος. Idem.

μάλιστα θαῤῥούσας εἰς πλείστους κινδύνους καθισταμένας. αἴτιον δὲ τούτων ἐστὶν, ὅτι τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν
d οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν πλούτοις καὶ ταῖς

Αἴτιον δὲ τούτων ἐστὶν κ. τ. λ.] Tib. Hemsterhusius in marg. Isocratis, qui in Bibliotheca Academiæ nostræ servatur, hæc notavit: 'Theopompus ἐν τῇ ἑνδεκάτῃ τῶν περὶ Φιλίππου hæc Isocratea de verbo ad verbum transcripsit. Porphyrius ap. Eusebium Præp. Evang. X. p. 464. C.' Idem.

Οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις] *nihil ipsum per se accidit, adest hominibus.* Sensus est: Nullum est bonum quod solum et sejunctum ab omni malo hominibus adsit: nullum contra malum quod sejunctum a bono exsistat. Similis sententia est in Archidamo §. κβ'. οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶν ἀποτόμως οὔτε κακὸν οὔτ' ἀγαθόν. De dictione αὐτὸ καθ' αὑτὸ, *solum, non cum aliis rebus commistum*, vid. Hoogeveenius ad Vigerum de Idiot. IV. 7. p. 170. Sic apud Platonem in Phædone p. 14. Ed. Wyttenb. illud dicitur esse mori χωρὶς μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ τὸ σῶμα γεγονέναι, *seorsim ab animo liberatum solum esse corpus.* Plutarch. in Cicer. p. 882. E. αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἐξέπλευσε, *solus navigavit.* Vid. et Xenoph. Mem. S. III. 5. §. 4. et 11. 14. §. 2. Idem.

Ἀλλὰ συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ — μετριότης] Duo priora vocabula sejungenda videntur a reliquis, ut ex antecedentibus subintelligatur τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακά. *conjuncta sunt bona cum malis.* Ita constat oppositio antecedentium οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὑτό. Jam quæ universe de omni bonorum ac malorum genere dicta erant, exemplo illustrat: καὶ συνακολουθεῖ κ. τ. λ. Et sic verbi causa, ut rem distinctius exponam: καὶ h. l. explicandi vim habet: συνακολουθεῖ κ. τ. λ. consequuntur divitias et potentias insania et postea insolentia, indigentiam vero et humilitatem temperantia et moderatio. Notanda est oppositio verborum πλοῦτοι — ἔνδειαι, δυναστεῖαι — ταπεινότητες, ἄνοια — σωφροσύνη, ἀκολασία — μετριότης, *divitiæ — paupertas, imperia — humilitas*, i. e. eorum conditio qui aliis subjecti sunt, *amentia — prudentia, insolentia — moderatio.* De divitiarum damno vid. et ad Demon. §. ϛ'. et comparetur elegans locus Luciani in Timone T. I. 141. ubi Plutus dicit: ἐπειδάν τις ἀναπετάσας τὴν θύραν εἰσδέχεταί με, συμπαρεισέρχεται μετ' ἐμοῦ λαθὼν ὁ τῦφος καὶ ἡ ἄνοια. quem laudat Willetus ad Galeni Protrept. p. 80. De moderatione cum inopia conjuncta ad Nicocl. §. θ'. αἱ γὰρ μετριότητες (inquit) μᾶλλον ἐν ταῖς ἐνδείαις ἢ ταῖς ὑπερβολαῖς ἰσχύουσιν. Ne forte quem offendat τῇ ἀνοίᾳ h. l. opponi τὴν σωφροσύνην cum hæc soleat significare *temperantiam*, sciat, si etymologiam spectes, recte alteram alteri opponi: est enim ἄνοια *absentia mentis*, σωφροσύνη *sanitas mentis*, ex σόος *salvus* et φρὴν *mens.* Similiter ap. Xenoph. Mem. S. I. 3. 9. opponuntur οἱ σωφρονικοὶ τοῖς ἀνοήτοις ex emendatione Schutzii, qui in Append. Obss. p. 185. recte monet σωφρονικὸν proprie denotare *hominem sanæ mentis*, ἀνόητον *insanum* ac *dementem.* Eadem oppositionis ratio esse videtur in loco Isocratis de Pace §. κθ'. τοσοῦτον δὲ διήνεγκαν ἀνοίᾳ πάντων ἀνθρώπων, ὥστε τοὺς μὲν ἄλλους αἱ συμφοραὶ συστέλλουσι καὶ ποιοῦσι σωφρονεστέρους, ἐκεῖνοι δ' οὐδ' ὑπὸ τούτων ἐπαιδεύθησαν. Similiter certe Socrates ap. Xenoph. Mem. I. 1. 16. σωφροσύνην opponit μανίᾳ, ad quem locum Schneiderus similem Platonis affert ex Alcib. II. τὸ μαίνεσθαι ἆρα ὑπεναντίον σοι δοκεῖ τῇ σωφροσύνῃ. Isocrates τοὺς ἀνοήτους τοῖς φρονίμοις opposuit in Nicocl. §. γ'. τοὺς ἀνοητοτέρους τοῖς φρονιμωτέροις et τὴν ἄνοιαν τῇ διανοίᾳ ad Nicocl. §. δ'. et Panath. §. ζ'. Aliter, et, si usum loquendi spectes, accuratius fortasse Aristot. Rhet. I. 9. 12. σωφροσύνην opponit ἀκολασίᾳ, et II. 23. 2. τὸ σωφρονεῖν τῷ ἀκολασταίνειν. Nostro autem loco ἀκολασία cum ἀνοίᾳ ita conjungitur, ut ex hac illam oriri significetur. Hinc ἄνοια non ita accipienda est ac si divites sana mente careant, sed hoc sibi vult Isocrates eos sana mente non uti, temere et inconsiderate agere: σωφροσύνη indicat pauperes et humili loco positos *prudenter* agere, i. e. cum sana mente, adhibito consilio et cogitate. Sensus itaque totius loci huc fere redit: Si qui divites et potentes sunt, hi in usu divitiarum et potestatis suæ non utuntur ratione, sed temere agunt, unde fit ut in lasciviam sive intemperantiam incidant: qui autem in inopia et humili loco versantur, hi eo ipso coguntur parvulis, quas habent, opibus, ratione et prudenter uti, neque elatius et superbius sese gerere, unde fit ut sint μέτριοι, ut modum et mediocritatem in omnibus rebus servent. De plurali πλούτοις cf. Coraes. Idem.

δυναστείαις ἄνοια καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία, ταῖς δ' ἐν-
δείαις καὶ ταῖς ταπεινότησι σωφροσύνη καὶ μετριότης. ὥστε 141
χαλεπὸν εἶναι διαγνῶναι, ποτέραν ἄν τις δέξαιτο τῶν με-
ρίδων τούτων τοῖς παισὶ τοῖς αὑτοῦ καταλιπεῖν. ἴδοιμεν γὰρ
ἂν ἐκ μὲν τῆς φαυλοτέρας εἶναι δοκούσης ἐπὶ τὸ βέλτιον
ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὰς πράξεις ἐπιδιδούσας, ἐκ δὲ τῆς κρείτ-
139 τονος φαινομένης ἐπὶ τὸ χεῖρον εἰθισμένας μεταπίπτειν. καὶ
τούτων ἐνεγκεῖν [1] ἔχω παραδείγματα, πλεῖστα μὲν ἐκ τῶν
ἰδιωτικῶν πραγμάτων — πυκνοτάτας γὰρ ταῦτα λαμ- b
βάνει τὰς μεταβολὰς —, [2] οὐ μὴν ἀλλὰ μείζω [3] γε καὶ
φανερώτερα τοῖς ἀκούουσιν ἐκ τῶν ἡμῖν καὶ Λακεδαιμονίοις
συμβάντων.

γ'. Ἡμεῖς τε γὰρ ἀναστάτου μὲν τῆς πόλεως ὑπὸ τῶν

[1] ἔχει L. ἐστὶ A. [2] οὐ μὴν ἀλλὰ om. A. C. L. [3] δὲ A. C. L.

Ποτέραν ἄν τις δέξαιτο τῶν μερίδων τούτων τ. π. τ. α. κ.] *utram sortem quis optet suis liberis relinquere*, i. e. utrum πλούτους καὶ δυναστείας, an vero ἐνδείας καὶ ταπεινότητας. Δέχεσθαι h. l. est *velle, optare*, de qua significatione vid. Budæus Comm. L. Gr. p. 892. et seq. Sic in Archid. §. κη'. οὐδ' ἂν εὑρεῖν δέξαιντο μᾶλλον ἢ τὰ τῶν ἐχόντων ἀφελέσθαι. *ne invenire quidem mallent, quam possessoribus sua auferre.* De Pace §. λ'. εἰ δεξαίμεθ' ἂν — τοιαῦτα πάσχουσαν τὴν πόλιν ἐπιδεῖν. In Evag. §. ιε'. οὐδεὶς γάρ ἐστιν οὕτω ῥάθυμος, ὅστις ἂν δέξαιτο παρὰ τῶν προγόνων τὴν ἀρχὴν ταύτην παραλαβεῖν μᾶλλον, ἢ κτησάμενος ὁσίως — τοῖς παισὶ τοῖς ἑαυτοῦ καταλιπεῖν. Repudianda ergo Wolfii conjectura εὔξαιτο. In Nicocl. §. ε'. ad verba: καίτοι τίς οὐκ ἂν εὔξαιτο τῶν εὖ φρονούντων τοιαύτης πολιτείας μετέχειν, L. C. Valcken. in marg. e MSS. notavit δέξαιτο, et in proxime antecedentibus δὴ pro εἰ δεῖ. Quo Cod. V. Cl. usus sit ignoro, nam in LB. vetus lectio exstat εὔξαιτο. Idem.

Ἐκ μὲν τῆς φαυλοτέρας — ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδούσας] Varia ratione verbum ἐπιδίδωμι construitur: vel cum ἐπὶ, ut nostro loco et ap. Xenoph. Œcon. p. 826. C. et Isocr. de Pace §. ι'. vel cum εἰς, ibid. §. θ'. vel cum πρὸς, ad Nicocl. §. θ'. Paneg. §. λ'. de Pace §. κα'. Præcedit ἐκ τινὸς, *alicujus rei opera, per aliquid*, nostro loco et ad Nicocl. §. ζ'. item διὰ τινὸς ad Dem. §. γ'. ἐγώ σοι πειράσομαι συντόμως ὑποθέσθαι, δι' ὧν ἄν μοι δοκοίης ἐπιτηδευμάτων πλεῖστον πρὸς ἀρετὴν ἐπιδοῦναι. Cf. Morus in Ind. Paneg. Idem.

Λαμβάνει τὰς μεταβολὰς] *accipiunt mutationes*, i. e. mutationibus subjecta, obnoxia sunt, eas patiuntur, mutantur. Sic in Panath. §. μδ'. ἥ τε τῶν συμμάχων εὔνοια ταχέως ληψομένη μεταβολήν. Sic etiam dicitur λαμβάνειν μετάστασιν in Archid. §. ιε'. Idem.

Ἡμεῖς τε γὰρ — ἐπρωτεύσαμεν τῶν Ἑλλήνων] Notanda est hujus loci similitudo cum alio de Pace, ubi de Atheniensibus et Lacedæmoniis conjunctim dicit §. λη'. σκέψασθε, τί τὸ ποιῆσαν κ. τ. λ. Sermonem esse de bello Persico altero, a Xerxe Græciæ illato, manifestum est. Eo autem virtute et consilio Themistoclis feliciter composito, Principatus Græciæ, quanquam repugnantibus Lacedæmoniis, Atheniensibus delatus est: quod h. l. significat Isocrates verbis ἐπρωτεύσαμεν τῶν Ἑλλήνων, cujus loco §. ϛ'. legimus παρ' ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἔλαβον, scil. majores nostri. In Paneg. §. κ'. εὐθὺς μὲν τῶν ἀριστείων ἠξιώθησαν, οὐ πολλῷ δ' ὕστερον τῆς θαλάττης τὴν ἀρχὴν ἔλαβον, δόντων μὲν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, οὐκ ἀμφισβητούντων δὲ τῶν νῦν ἡμᾶς ἀφαιρεῖσθαι ζητούντων, ubi vid. Morus, et ab eo laudatus Thucydides I. 95. Similitudinis causa apponantur loca de Pace §. ια'. ἐκ δὲ τοῦ δικαίαν τὴν πόλιν παρέχειν καὶ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, παρ' ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἐλάβομεν. §. ιϛ'. κἀκεῖνοι (i. e. majores nostri in bello Persico) ἐλευθεροῦντες τὰς πόλεις τὰς Ἑλληνίδας καὶ βοηθοῦντες αὐταῖς τῆς ἡγεμονίας ἠξιώθησαν. Addatur Lycurgus adv. Leocr. p. 145. qui de victoriis Marathonia et Salaminia locutus, τοιγαροῦν (inquit) τοιαύταις χρώμενοι γνώμαις ἐνενήκοντα μὲν ἔτη Ἑλλήνων ἡγεμόνες κατέστησαν, Φοινίκην δὲ καὶ Κιλικίαν ἐπόρθησαν, ἐπ' Εὐρυμέδοντι δὲ

βαρβάρων [1] γεγενημένης διὰ τὸ δεδιέναι καὶ προσέχειν τὸν
νοῦν τοῖς πράγμασιν ἐπρωτεύσαμεν τῶν Ἑλλήνων, ἐπειδὴ
δ' ἀνυπέρβλητον ᾠήθημεν ἔχειν τὴν δύναμιν, παρὰ μικρὸν
ἤλθομεν ἐξανδραποδισθῆναι· Λακεδαιμόνιοί τε τὸ μὲν πα-

[1] γενομένης A. C. L.

καὶ ναυμαχοῦντες καὶ πεζομαχοῦντες ἐνίκησαν, ἑκατὸν δὲ τριήρεις τῶν βαρβάρων αἰχμαλώτους ἔλαβον, ἅπασαν δὲ τὴν Ἀσίαν κακῶς ποιοῦντες κατέπλευσαν. Quo loco notetur equisita significatio verbi καταπλέειν *continua navigatione infestare, populari*, quo sensu de pedestribus copiis frequentissimum est καταθέειν. De pugna Marathonia dicit p. 166. eos τῶν μὲν Ἑλλήνων προστάτας, τῶν δὲ βαρβάρων δεσπότας ἑαυτοὺς καθεστηκέναι. Denique mentio facienda est loci Isocratei in parte recens edita Orationis περὶ ἀντιδόσεως §. κϛ' * κ'. ἐπὶ δὲ τούτῳ Θεμιστοκλῆς ἡγεμὼν ἐν τῷ πολέμῳ τῷ Περσικῷ γενόμενος, συμβουλεύσας τοῖς προγόνοις ἡμῶν ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν (ὃ τίς ἂν οἷός τ' ἐγένετο πεῖσαι, μὴ πολὺ τῷ λόγῳ διενεγκών;) εἰς τοῦτ' αὐτῶν τὰ πράγματα προήγαγεν, ὥστ' ὀλίγας ἡμέρας ἀνάστατοι γενόμενοι, πολὺν χρόνον δεσπόται τῶν Ἑλλήνων κατέστησαν. Eundemque Themistoclem respicit §. κϛ'. * κγ'. fin. ubi τὴν πόλιν (ait) διὰ φρόνησιν ἑνὸς ἀνδρὸς εὐδαιμονεστάτην καὶ μεγίστην τῶν Ἑλληνίδων πόλεων γενομένην. Cf. et §. κϛ'. * κθ'. fin. Idem.

Ἀναστάτου μὲν τῆς πόλεως — γενομένης] *eversa, vastata urbe a barbaris.* Et de ipsa urbe, et de tota regione, et de incolis usurpatur vox ἀνάστατος. Vid. Paneg. §. κζ'. Nicocl. §. ϛ'. Paneg. §. θ'. fin. ad Philipp. §. λα'. Budæus Comm. p. 472. Morus in Indice ad Paneg. De familiis ab adulatoribus pessumdatis occurrit de Pace §. β'. συνειδότες πολλοὺς καὶ μεγάλους οἴκους ὑπὸ τῶν κολακευόντων ἀναστάτους γεγενημένους. Eleganter Lycurgus adv. Leocr. ostendit civitatum ἀνάστασιν proprie esse earum mortem, usus etiam exemplo Athenarum et Trojæ, p. 138. et 139. Idem.

Προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς πράγμασιν] Dici etiam elliptice potuisset προσέχειν τοῖς πράγμασι. Sed illud magis Atticum est, et frequentius, præsertim apud Oratores. Vid. Thomas Mag. voce προσέχω, ibique Sallier. Exemplis ab eo allatis, in quibus ellipsis obtinet, addatur Isocr. in Panath. νϛ'. μᾶλλον τούτῳ προσεῖχον, ἢ τοῖς ἄλλοις, ὅπως κ. τ. λ. Idem.

Ἐπειδὴ δ' ἀνυπέρβλητον — ἐξανδραποδισθῆναι] Referenda ad acceptam cladem ad Ægospotamos et captas a Lysandro Athenas. Nam et in ipsa urbis obsidione Athenienses putabant se in servitutem redactum iri, ut est ap. Xenoph. Hist. Gr. II. p. 459. C. et ne hoc fieret, sola Lacedæmoniorum benevolentia effecit, qui cum Corinthii, Thebani, aliique Græci suaderent Athenas evertere, nolle sese Græcam civitatem servitute opprimere dixerunt. Vid. idem p. 460. B. de Thebanis etiam VI. p. 609. D. et 611. E. Ad hanc Lacedæmoniorum clementiam spectant etiam loca Isocratis de Pace §. κζ'. ὥστε παρὰ μικρὸν — συμμάχων ὄντων. item §. λδ'. ἡμεῖς τε γὰρ — ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐσώθημεν. adv. Callimachum §. ιγ'. καταπολεμηθέντες — ὑμῶν ἀγανακτήσειε. In primis perspicuus locus est in Plataico, ubi Athenienses ita alloquuntur Platæenses §. ιγ'. οὐ δυστυχησάντων ὑμῶν — συμφοραῖς περιπεσεῖν. Universam calamitatem deplorat Isocrates de Permut. §. κθ'. De causis hujus tantæ rerum conversionis miranti Pericli, quomodo tandem Atheniensium res in pejus ruerint, respondit Socrates apud Xenoph. Mem. III. 5. 13. ἐγὼ μὲν οἶμαι, ὥσπερ καὶ ἄλλοι τινὲς διὰ τὸ πολὺ ὑπερενεγκεῖν καὶ κρατιστεῦσαι, καταρραθυμήσαντες, ὑστερίζουσι τῶν ἀντιπάλων, οὕτω καὶ Ἀθηναίους πολὺ διενεγκόντας ἀμελῆσαι ἑαυτῶν, καὶ διὰ τοῦτο χείρους γεγονέναι. Atheniensium autem potestas in primis tum invicta censebatur, cum undique a finitimis hostibus pressi, nihilominus tamen classem cum ingentibus copiis ad Syracusas obsidendas et Siciliam debellandam emiserunt, uti hujus expeditionis historia docet apud Thucyd. VI. Cf. et Isocrates de Pace §. κθ'. Idem.

Λακεδαιμόνιοί τε — κινδύνοις κατέστησαν] Paucis verbis magnas rerum conversiones complexus est Isocrates. De origine Lacedæmoniorum repetenda a Doriensibus, qui ope Atheniensium Peloponnesum ingressi, Argos, Lacedæmona, Messenam occuparunt, deque eorum vita frugali et militaribus exercitiis dedita, qua factum est ut reliquos omnes virtute antecellerent, ac totam fere Peloponnesum sibi subjicerent, res notissima est cum aliunde, tum e multis Isocratis locis. Vid. Archid. §. ε'. sqq. Paneg. §. ιϛ'. ubi cf. Morus. Panath. ϟθ'. sqq. §. οδ'. §'. ιδ'. seq. ubi ipsis vita militaris vitio vertitur. Postea μείζω φρονήσαντες τοῦ δέοντος (in Panegyr. §. κϛ'. dicitur μεῖζον ἢ προσῆκον αὐτοῖς φρονήσαντες), καὶ λαβόντες καὶ τὴν κατὰ γῆν καὶ τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχήν. Docent hæc, qua in re constiterit ista superbia, animi

λαιὸν ἐκ φαύλων [1] καὶ ταπεινῶν πόλεων ὁρμηθέντες διὰ τὸ c
σωφρόνως ζῆν καὶ στρατιωτικῶς κατέσχον Πελοπόννησον,
μετὰ δὲ ταῦτα [2] μεῖζον φρονήσαντες τοῦ δέοντος καὶ λα-
βόντες καὶ τὴν κατὰ γῆν καὶ τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχὴν
εἰς τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν κινδύνους κατέστησαν. ὅστις οὖν εἰδὼς
τοσαύτας μεταβολὰς γεγενημένας καὶ τηλικαύτας δυνάμεις
οὕτω ταχέως ἀναιρεθείσας πιστεύει τοῖς παροῦσιν, [3] λίαν
ἀνόητός ἐστιν, ἄλλως τε καὶ τῆς μὲν πόλεως ἡμῶν πολὺ
καταδεέστερον νῦν πραττούσης ἢ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, d
τοῦ δὲ μίσους τοῦ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῆς ἔχθρας τῆς πρὸς

[1] τε καὶ μικρῶν πόλ. A. C. L. [2] μείζω A. C. L. [3] λίαν om. A. C. L.

elatio, τὸ μείζω φρονεῖν τοῦ δέοντος, in eo quod Principatum Græciæ sibi arrogaverint. Fuit autem hoc post captas a Lysandro Athenas. Nam ab eo inde tempore superbius sese gesserunt, socios crudeliter et injuste vexarunt, in primis Decadarchiis in civitatibus constitutis, Pacis Antalcideæ Græcorum libertati valde noxiæ auctores exstiterunt, alia, quæ passim ab historicis narrantur, et ab Isocrate in Panathenaico dedita opera reprehenduntur. Vid. ibi §. ιη'. κγ'. λε'. sq. ογ'. alibi. Et cf. Diodorus Siculus XIV. 2. 10. 11. 17. 34. 82. Hinc factum est, ut odiosum eorum nomen inter Græcos exsisteret, tandemque bello cum Thebanis impliciti, gravissima clade ad Leuctras accepta, fere in servitutem redigerentur: εἰς τοὺς αὐτοὺς, inquit Isocrates, ἡμῖν κινδύνους κατέστησαν. Quæ verba ad ejus cladis tempora pertinent. Nam ut antea Athenæ, sic post eam Lacedæmon pene expugnata est a Thebanis, qui statim in agrum Laconicum irruptionem fecerunt, ita ut ipsa urbs in maximo esset periculo. Vid. Xenoph. Hist. Gr. VI. p. 607. et 608. nec non in Agesil. p. 662. B. et C. Ælian. V. H. IV. 8. In primis legendus ipse Isocrates ad Philipp. §. ιζ'. sqq. et cum nostro loco conferenda sunt hæc e Panathenaico §. ιθ'. εὕροι τις ἂν — συμφοραῖς αἷσπερ ἡμεῖς. Idem.

Ὅστις οὖν εἰδὼς—ἀνόητός ἐστιν] Ut notetur quam sui similis semper sit Isocrates conferantur loci ad Phil. §. ιζ'. πολλῆς οὖν, ἀνοίας ἂν εἴη μεστὸς εἴ τις ὁρῶν τηλικαύτας μεταβολὰς γινομένας — in Archid. §. κ'. ὅστις οὖν ὁρῶν τοιαύτας μεταβολὰς γεγενημένας, ἐφ' ἡμῶν οἴεται παύεσθαι, λίαν ἀνόητός ἐστιν. — Πιστεύειν τοῖς παροῦσιν idem est quod in Paneg. §. λγ'. dicitur τῇ παρούσῃ δυνάμει πιστεύειν. Idem.

Κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον] Æque ac, quod mox sequitur τότε, referendum ad ea tempora quæ pugnam ad Ægospotamos et captas a Lysandro Athenas proxime antecesserunt: de quibus initio Capitis dixerat. Idem.

Τοῦ δὲ μίσους — ἀνακεκαινισμένης] Quæ paulo ante dixerat τῆς πόλεως ἡμῶν πολὺ καταδεέστερον πραττούσης, spectabant internam Reipubl. conditionem, opes, copias navales ac pedestres, cæt. Quæ autem hic habentur, externum habitum civitatis indicant, præsertim aliorum hominum ratione habita. Ὁ βασιλεὺς sine dubio intelligitur Rex Persarum, qui a Græcis ita per excellentiam dicebatur, item βασιλεὺς ὁ μέγας, uti est in Paneg. §. λδ'. de Pace §. κβ'. De utroque et odio Græcorum et inimicitia cum Rege Persarum etiam infra queritur §. λβ'. ubi epistolas ab eo missas memorat, in quibus non magnifice sese de Atheniensibus sentire ostendisset. Sed ut de literis illis res parum nota est, sic nullum adest satis apertum indicium quo doceamur, quis Rex Persarum, quæ inimicitiæ intelligantur. Quod si recte sese habeant ea quæ de tempore hujus orationis editæ supra scripsimus, Rex erit intelligendus Ochus, Artaxerxis Mnemonis spurius filius, qui regnavit in Persis, quo tempore Philippus Macedoniæ præfuit, cujusque mentio fit cum in Oratione ad hunc scripta, §. μα'. tum nominatim in veteri ejus Orationis Argumento, cujus auctor eum cum Dario Codomanno confudit. Græcos ei in bello contra Phœnices et Ægyptios auxilia suppeditavisse historia docet. Vid. Diodorus Siculus XIV. 44. Sed de inimicitiis ejus cum Atheniensibus fateor mihi nihil constare. Fieri tamen potest ut justa bellandi causa fuerit, si quidem Philippum ad bellum communi cum Græcis consilio Persis inferendum excitare studuit Isocrates. Idem.

τὸν βασιλέα πάλιν ἀνακεκαινισμένης, ἃ τότε κατεπολέ-
μησεν ἡμᾶς.
δ'. Ἀπορῶ δὲ πότερον ὑπολάβω μηδὲν μέλειν ὑμῖν τῶν
κοινῶν πραγμάτων, ἢ φροντίζειν μὲν αὐτῶν, εἰς τοῦτο δ'
ἀναισθησίας ἥκειν ὥστε λανθάνειν ὑμᾶς εἰς ὅσην ταραχὴν ἡ
e πόλις ἡμῶν καθέστηκεν. ἐοίκατε γὰρ οὕτω διακειμένοις ἀν-
θρώποις, οἵ τινες ἁπάσας μὲν τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ Θρᾴκης

Ἃ τότε κατεπολέμησεν ἡμᾶς] Καταπολεμεῖν est *debellare*. Sic etiam in Paneg. §. κγ'. et apud Andoc. Or. III. §. γ'. Ut autem Athenæ a Lysandro caperentur, effecit et odium Græcorum, in primis Lacedæmoniorum, et inimicitia adversus regem Persarum Darium Nothum, qui per filium Cyrum Lysandro auxilia suppeditabat. Vid. Xenoph. Hist. Gr. II. p. 455. A. Idem.

Εἰς τοῦτο δ' ἀναισθησίας ἥκειν] Notetur solennis constructio pronominis τοῦτο sequente Genitivo. Sic in Paneg. p. 64. a. [ed. H. Stephan. et sic deinceps] εἰς τοῦτο δ' ὠμότητος ἅπαντας ἡμᾶς κατέστησαν. Ad Phil. p. 107. e. εἰς τοῦτο ἥκομεν ἐπιθυμίας. Archid. p. 118. c. εἰς τοῦτο δ' ἥκουσι πλεονεξίας. Similiter de Pace p. 174. d. εἰς τοσοῦτο μίσους κατέστησαν. Aliter tamen in Paneg. p. 65. b. εἰς τοσαύτην ταπεινότητα κατεστήσαμεν, adjectivo cum substantivo conveniente. Ἀναισθησία quid sit, docent Theophrastus in Charact. c. 15. et Casaubonus in Annot. Est vitium intelligentiæ, ut ille definit, βραδύτης ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσι, et opponitur τῇ ἀγχινοίᾳ quæ describi solet ὀξύτης ψυχῆς. Nostro loco quid sit, indicant sequentia ὥστε λανθάνειν ὑμᾶς εἰς ὅ. τ. ἡ. π. ἡ. κ. ea intelligitur animi tarditas qua fiebat ut cum in maximis periculis versarentur id nemo sentiret, omnes optime constitutas res civitatis putarent. Idem.

Ἐοίκατε γὰρ οὕτω διακειμένοις ἀνθρώποις] Qui scil. res publicas aut non curent, aut qua ratione sese habeant non sentiant. Sed est in hoc loco difficultas quædam, in eo posita quod cum hic ἐοίκατε in secunda persona dicatur, mox in prima sequatur οἵτινες — — τεθύκαμεν — ἐκκλησιάζομεν. A secunda persona ad primam transiisse Isocratem ne nimia in cives convicia diceret, censet Coraes, cujus hæc sunt verba: Ἐοίκατε] Ἐοίκαμεν, ὤφειλεν εἰπεῖν, πρωτοπροσώπως κἀνταῦθα, διὰ τὰ προσεχῆ, Τεθύκαμεν, Ἐκκλησιάζομεν· ἀλλ' εἰκὸς αὐτὸν, δι' οὐδὲν ἕτερον ἀπὸ τοῦ δευτέρου ἐπὶ τὸ πρῶτον μεταβῆναι πρόσωπον, ἢ τὸ μὴ δοκεῖν κατακόρως χρῆσθαι κατὰ τῶν πολιτῶν τοῖς ὀνείδεσι. Quidquid hujus sit, anacoluthon esse in hoc loco negari nequit, in quod incidisse videtur Scriptor, postquam minus considerate, de rebus magis quam de verbis sollicitus, dixerat τοὺς δ' ἡμετέρους αὐτῶν συμμάχους. Mihi aliquando in mentem venit ἐοίκατε γὰρ οὕτω διακειμένοις ἀνθρώποις transponendum esse ad antecedentia, vel post κοινῶν πραγμάτων, vel post ἀναισθησίας ἥκειν. Ita certe οἵτινες proxime pertineret ad ἡ πόλις ἡμῶν, atque prima persona sequi posset. Sed ejusmodi anacolutha apud optimos scriptores occurrunt, præsertim in longiore oratione, qualis etiam hoc loco est. Wolfius ad verba οἵτινες — ἀπολωλεκότες notavit: *scilicet εἰσὶν, idest ἀπολωλέκασιν, aut ellipsis est, aut enallage, participiis loco verborum positis.* Idem.

Οἵτινες ἁπάσας μὲν τὰς πόλεις — συμμάχους ἀπολωλεκότες] Difficile est his omnibus tantum, quantum satis est, lucis ex historia affundere. Neque ex interpretibus quisquam quod operæ pretium esset annotavit, præter Wolfium, cujus ipsa verba referamus. Primum ad ista ἁπάσας μὲν τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ Θρᾴκης ἀπολωλεκότες notavit sequentia: 'Olynthum scilicet et triginta duas urbes Chalcidici generis, quas Philippus Macedo ceperat, de quibus multa verba fiunt apud Demosthenem περὶ Παραπρεσβείας. Vide Libanii argumentum τῶν Ὀλυνθιακῶν, itemque vitam Demosthenis ab eo descriptam.' Profecto nisi de civitatibus Thraciæ a Philippo captis sermo sit, quorsum hæc pertineant non video. De his autem præter orationis laudatæ loca §. κα'. ϟ'. οε'. Vid. ipsa Olynth. I. §. ς'. Phil. III. §. ς'. Diodorus Siculus XVI. 52. aliique ibi a Wesselingio laudati. Belli Philippum inter et Athenienses de Olynthiorum societate gesti initia Diodoro teste fuerunt Archonte Cephisodoto, Olymp. CV. 3. Cff. Capp. 6. et 8. Chalcidicas civitates Philippo subjectas refert Archonte Callimacho, Olymp. CVII. 4. Olynthum expugnatam sequente anno Olymp. CVIII. 1. Archonte Theophilo. Vid. Capp. 52. et 53. Qui annus, si Olympiadum initium ab anno 776. A. C. ducas, ut vulgaris fert sententia, respondet fere anno A. C. 348. vel 349. Simsonius eas numerare solens

ἀπολωλεκότες, πλείω δ' ἢ χίλια τάλαντα μάτην εἰς τοὺς ξένους [1] ἀνηλωκότες, πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας διαβεβλημένοι

[1] ἀπανηλωκότες A. L. ἀπαναλωκότες C.

inde ab anno 774. retulit in annum 346. De exitu belli Phocensis Archonte Archia, Olymp. CVIII. 3. refert idem Diodorus C. 59. — Sequitur πλείω δ' ἢ χίλια τάλαντα μάτην εἰς τοὺς ξένους ἀπαναλωκότες 'Quia (inquit Wolfius) classis Atheniensium exclusa tempestate opem ferre Olynthiis non potuerat. Demosthenes περὶ Συντάξεως §. ι'. εἰς τοὺς Ἑλλήνων ἀπόρους· ξένοι scilicet στρατιῶται, sunt peregrini et conductitii milites, μισθωτοὶ ἢ μισθοφόροι, quorum duces ξεναγοὶ ἢ ξεναγωγοὶ dicuntur. τοῖς ξενοῖς ἢ ξενικοῖς στρατεύμασιν opponuntur αἱ πολιτικαὶ δυνάμεις. Demosthenes Olynthiaca 3. §. θ'. πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνηλωκότες εἰς οὐδὲν δέον, etc. Conferatur hic locus cum Isocrate.' Recte: vid. etiam Harpocr. in Ξενικὸν et Ξενιτευομένους. Illo, postquam de majorum præclare gestis retulerat, subjicit: ἡμεῖς δ', ὅσης ἅπαντες ἐρημίας ἐπειλημμένοι, σκέψασθε εἰ παραπλήσια. οὐ πλείω μὲν ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνήλωται μάτην εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους; ἐξανήλωνται δὲ οἵ τε ἴδιοι πάντες οἶκοι, καὶ τὰ κοινὰ τῇ πόλει, καὶ τὰ παρὰ τῶν συμμάχων; οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα, οὗτοι νῦν ἐν τῇ εἰρήνῃ ἀπολώλασιν. Alter autem ex Olynth. III. ei plane similis sic se habet: νυνὶ δὲ πῶς ὑμῖν ὑπὸ τῶν χρηστῶν τῶν νῦν τὰ πράγματα ἔχει· ἆρά γε ὁμοίως καὶ παραπλησίως; καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πολλ' ἂν ἔχων εἰπεῖν, ἀλλ' ὅσης ἅπαντες ὁρᾶτε ἐρημίας ἐπειλημμένοι· καὶ Λακεδαιμονίων μὲν ἀπολωλότων, Θηβαίων δ' ἀσχόλων ὄντων, τῶν δ' ἄλλων οὐδενὸς ὄντος ἀξιόχρεω περὶ τῶν πρωτείων ὑμῖν ἀντιτάξασθαι. ἐξὸν δ' ἡμῖν καὶ τὰ ἡμέτερ' αὐτῶν ἀσφαλῶς ἔχειν, καὶ τὰ τῶν ἄλλων δίκαια βραβεύειν, ἀπεστερήμεθα μὲν χώρας οἰκείας· πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνηλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον. οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα, εἰρήνης οὔσης, ἀπολωλέκασιν οὗτοι. ἐχθρὸν δ' ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς τηλικοῦτον ἠσκήκαμεν (ηὐξήκαμεν legendum putat Valcken. in Ann. 58. ad Orat. de Philippo Mac. p. 267). ἢ φρασάτω τις ἐμοὶ παρελθών, πόθεν ἄλλοθεν ἰσχυρὸς γέγονεν ἢ παρ' ἡμῶν αὐτῶν Φίλιππος. Numerum talentorum Demosthenes ipse remp. tractans diligentius notavit quam Isocrates. Erat autem gravis reprehensio et insigne ignaviæ documentum, tantam pecuniarum summam frustra in mercenarios milites esse consumptam. Antea enim populus ipse militabat, et res multo melius gerebantur. Ne Cyri quidem minoris ætate ullus usus erat militum mercenariorum: postea vero Græcia obruebatur vagorum et errabundorum hominum colluvie, qui mercede conducti stipendia faciebant in horum illorumve gratiam. Disertus est locus ad Philipp. p. 101. D. οὕτω γὰρ ἔχει τὰ τῆς Ἑλλάδος, ὥστε ῥᾷον εἶναι συστῆσαι στρατόπεδον μεῖζον καὶ κρεῖττον ἐκ τῶν πλανωμένων ἢ τῶν πολιτευομένων· ἐν ἐκείνοις δὲ τοῖς χρόνοις οὐκ ἦν ξενικὸν οὐδέν. His etiam naves compleri solebant dum ipsi cives Athenienses transtro insiderent, et remigium manu tenentes in terram hostilem escenderent. Sæpius de conductitiorum abusu queritur Isocrates. Vid. Oratio de Pace p. 168. D. et seq. 174. E. Panath. p. 249. C. Epist. ad Philipp. p. 410. C. De ignavia suæ ætatis Demosthenes l. c. τὸ μὲν πρῶτον, inquit, καὶ στρατεύεσθαι τολμῶν αὐτὸς ὁ δῆμος, δεσπότης τῶν πολιτευομένων ἦν, κ. τ. λ. — ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι, καὶ περιῃρημένοι χρήματα καὶ συμμάχους, ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε. Multa etiam habet Philipp. I. §. β'. sqq. Militiæ neglectum ipse Isocrates infra notat §. λη'. Cf. Böckhius in Opere Germanico de Œconomia Civili Atheniensium, V. I. p. 291. — Πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας διαβεβλημένοι. 'Suspecti atque invisi propter tyrannicum imperium, aut etiam propter res male adversus Philippum gestas.' Sic Wolfius. Utraque conjungi possunt. In socios imperiose egerunt, maxima tributa ab iis exegerunt, classes iis imperarunt, cæt. nonnunquam etiam crudeliter in eos sævierunt, ut in Melios et Scionæos: quæ tamen alibi excusare studuit Isocrates Paneg. p. 61. D. et sq. Panath. p. 245. D. et sq. Unde Byzantiorum, Chiorum, Rhodiorum, aliorumque defectio, quæ fuit causa belli socialis: quod ipsum Athenienses πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαβέβληκε, ut ait Isocrates de Pace p. 163. A. Maxime autem artibus Philippi apud reliquos Græcos invisi erant, quod bello sacro cum Lacedæmoniis aliisque nonnullis impiam Phocensium causam adversus Thebanos, Locros, aliosque, qui socium sibi adjunxerant Philippum (cf. ad Philipp. p. 93. E.), defendere voluerant. Vid. Demosth. de Cor. §. κζ'. et passim. — Καὶ τῷ βαρβάρῳ πολέμιοι γεγονότες. Dupliciter intelligi potest appellatio ὁ βάρβαρος, vel de Rege Persarum, vel de Philippo Macedone. Nam de illo quidem occurrit in Paneg. §. β'. ubi vid. Morus not. eique inimicitias fuisse cum Atheniensibus cum modo ante

καὶ τῷ βαρβάρῳ πολέμιοι γεγονότες, ἔτι δὲ τοὺς μὲν Θηβαίων φίλους σώζειν ἠναγκασμένοι, τοὺς δ' ἡμετέρους αὐτῶν

dixerat Isocrates in fine §. γ'. tum infra significat λζ'. Atque de hoc intellexit Wolfius, qui consulendam esse ait Demosthenis orationem περὶ συμμοριῶν, qua utrum huic bellum sit inferendum nec ne deliberatur. Sed fortasse rectius intelligatur Philippus, quem a Demosthene sexcenties ita vocari omnes norunt, ut adeo hac appellatione eum distinguere voluerit Isocrates a Rege Persarum, quem et supra et infra constanter appellat τὸν βασιλέα. In primis id probabile fit si conferantur huic loco quam maxime similia verba Demosthenis ex Olynth. III. §. θ'. supra allata, quibus diserta Philippi ἐχθροῦ mentio fit. Contra eum autem bellum gesserant cum de Olynthiorum societate, tum bello Phocensi, ut vidimus. — Ἔτι δὲ τοὺς μὲν Θηβαίων φίλους σώζειν ἠναγκασμένοι. Apponantur iterum Wolfii verba: 'Intelligo (inquit) Megalopolitas, pro quibus exstat Demosthenis oratio, quæ quidem quasi commentarius est hujus loci. — Hæc igitur verba sunt Demosthenis §. ζ'. πολὺ δὴ κάλλιον καὶ ἄμεινον, τὴν Θηβαίων συμμαχίαν αὐτοὺς παραλαβεῖν, τῇ δὲ Λακεδαιμονίων πλεονεξίᾳ μὴ ἐπιτρέπειν· ἢ νῦν ὀκνοῦντας, μὴ τοὺς Θηβαίων σώσωμεν συμμάχους, τούτους μὲν προέσθαι, πάλιν δὲ σώζειν αὐτοὺς τοὺς Θηβαίους· καὶ προσέτι ἐν φόβῳ καθεστάναι περὶ ἡμῶν αὐτῶν. Mihi αἱ περὶ τὰς χρονολογίας δυσχέρειαι sæpe sunt molestæ, adeo ut verear, μήποτε δεινῆς ἀνιστορησίας κατηγορηθῶ. Neque enim ubique distinctio temporum mihi in promptu est, quod cum iis alia congruere videntur, alia ab iisdem abhorrere. ἐπέχων τοίνυν καὶ διασκεπτόμενος, æquo animo exspecto τὰς τῶν δογματικῶν, τῶν πανεπιστημόνων καὶ ἀναμαρτήτων ὄντων, ἀποφάνσεις· τουτέστι, ὅ, τι με χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι.' Nolim me referri in illorum numerum, quos Wolfius dixit. Sed si mea sententia quæratur, non censeo eum esse ἀνιστορησίας accusandum: cum tempora satis bene convenire videantur. Lacedæmoniorum enim illa in agrum Megalopolitarum excursio, quæ, missis ab utraque parte Athenas legatis, causam dicendi præbuit Demostheni, a Simsonio quidem relata est in A. M. 3653. A. C. 350. cum jam superiori anno belli initium factum esset, ut ex Demosthene cognosci notavit Wesselingius: ita ut facile ejus rei mentionem injicere potuerit Isocrates. Quod si fecerit, ἠναγκασμένοι significabit eos temporum rationibus adactos fuisse. Nam ut ex Demosthene constat, periculum erat ne, si, Megalopolitarum, qui Thebanorum socii et amici erant, causa repudiata, Lacedæmonios iniqua molientes adjuvissent, dum ne Thebanorum potentia nimia incrementa caperet se sibi cavere crederent, illis viam aperirent ad Peloponnesi dominatum et ipsi tandem ab illis sibi metuendum haberent. Ergo potius videbatur Thebanorum sociis quam Lacedæmoniis opem ferre. Quod, cum Thebani et bello Phocensi et aliis de causis ipsis infesti essent, durum erat: contra Lacedæmoniorum ad recuperandam Oropum opem exspectabant. Nec tamen constat utrum auxilia Megalopolitis miserint Athenienses: a Diodoro Siculo certe non memorantur XVI. 39. ubi vid. Wesselingius.—Superest: τοὺς δ' ἡμετέρους αὐτῶν συμμάχους ἀπολωλεκότες. Istud ἀπολλύναι dupliciter intelligi potest, vel *perdere*, vel *amittere*. Audiamus Wolfium: 'Perdidimus (inquit), ad egestatem redegimus tributis exigendis et male tractando: aut, Amisimus, quod magis placet, ut de Olynthiis et Thracensibus civitatibus intelligatur. Nam cæteri quidem socii nondum defecerant aut certe non omnes, cum initio statim dixerit, ἔτι δὲ συμμάχους ἐχούσης. Sed tamen et Demosthenes, qui ex hac oratione in tertiam Olynthiacam nonnulla transtulisse videri posset, si ratio temporum pateretur, sic scribit [l. supra cit. §. θ'.]: ἀπεστερήμεθα μὲν χώρας οἰκείας· πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀναλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον, οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα, εἰρήνης οὔσης ἀπολωλέκασιν οὗτοι. Quem locum enarrator de sociali bello intelligit, haud scio quam recte.' Oppositum σώζειν *ab interitu vindicare*, omnino postulat ut ἀπολλύναι majus quid significet quam simpliciter *amittere*, nimirum aut *ad interitum adducere*, aut certe *sua ipsius culpa amittere, ad defectionem cogere*. Utrumque acciderat nimiis tributis exigendis ad sustentandas copias mercenarias. Prius diserte significat Isocrates de Pace p. 168. D. εἰς τοῦτο δὲ μωρίας ἐληλύθαμεν, ὥστ' αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς ἐσμὲν τῶν καθ' ἡμέραν, ξενοτροφεῖν δ' ἐπικεχειρήκαμεν. καὶ τοὺς συμμάχους τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν λυμαινόμεθα καὶ δασμολογοῦμεν, ἵνα τοῖς ἁπάντων κοινοῖς ἐχθροῖς τὸν μισθὸν ἐκπορίζωμεν. Atque hoc quoque Demosthenem sibi voluisse verba ejus manifeste docent. Cf. et Olynth. II. §. γ'. Quo facto cum socii deficerent, eos et *perdiderant* et *amiserant*. Malim in vertendo uti priore vocabulo *perdidimus*. Quinam hic socii intelligantur difficile dictu est. Belli socialis tempore multos defecisse constat. Utrum Demosthenis

συμμάχους ἀπολωλεκότες, ἐπὶ τοσαύταις πράξεσιν εὐαγ- 142
γέλια μὲν δὶς ἤδη τεθύκαμεν, ῥαθυμότερον δὲ περὶ αὐτῶν
ἐκκλησιάζομεν τῶν πάντα τὰ δέοντα πραττόντων. καὶ ταῦτ'
140 εἰκότως καὶ ποιοῦμεν καὶ πάσχομεν· οὐδὲν γὰρ οἷόν τε γί-
γνεσθαι κατὰ τρόπον τοῖς μὴ καλῶς περὶ ὅλης [1] τῆς διοι-
κήσεως βεβουλευμένοις, ἀλλ' ἐὰν καὶ κατορθώσωσι περί
τινας [2] τῶν πράξεων ἢ διὰ τύχην ἢ δι' ἀνδρὸς ἀρετήν, μικρὸν b

[1] τῆς διοικήσεως ὅλης A. C. L. [2] πράξεις A.C. L.

indicio Oropii intelligi queant, ignoro. Eam civitatem quo minus ope Lacedæmoniorum recuperarent, in causa fuisse, aut certe esse potuisse auxilia Megalopolitanis præstita, ejus verba declarant §. δ'. ς'. — Hæc de rebus gestis, in quibus illustrandis maxime probabilia secuti, certi nihil affirmare audemus. — Superest ut paucis rationem reddamus receptæ lectionis ἀπαναλωκότες, quam substituimus vulgari ἀπανηλωκότες, præeunte Corae, qui et infra §. κζ'. ἀνάλωσεν pro ἀνήλωσεν edidit, et ubique fere de revocanda veteri forma Attica monuit. Attici enim veteres ā longum in ἀναλόω non solent mutare, sine ullo augmento scribentes ἀναλίσκω, ἀνάλουν, ἀνάλωκα, ἀνάλωμαι, pro quibus seriores ἀνήλωκα, ἠνάλωκα, ἠνήλωκα scribunt. Vid. Valckenaer. ad Eurip. Phœniss. p. 222. Thomas Mag. p. 55. laudati Matthiæ Gramm. Gr. §. 166. N°. 1. Obs. 2. coll. §. 222. Ipsum ἀνάλωσεν exstat in Oratione ad Demonicum, non ita longe ab initio, de quo docte disputat Langius in Addendis p. 52. De verbo ἀνώγειν monuit Porsonus in Præf. ad Eurip. Hecubam p. 18. Sunt tamen qui dissentiant. Cff. Wolfius in Castig. ad hunc posteriorem locum, notæ ad Thomam Mag. l. c. Sallier. ad Mœrin, p. 26. Idem.

Ἐπὶ τοσαύταις πράξεσιν εὐαγγέλια μὲν δὶς ἤδη τεθύκαμεν] Εὐαγγέλια dicta fuisse ob res lætas nuntiatas indicta festa, quibus sacra facerent, amicisque partes victimarum mitterent, notum est e Meursii Græcia Fer. L. III. h. v. Εὐαγγέλια θύειν itaque est ejusmodi sacra facere læti nuncii causa, additurque ἐπὶ cum Dativo rei significans *propter, ob*, uti hoc nostro loco. Pollux V. 129. ἡ μέντοι ἐπὶ τὸ συνήδεσθαι θυσία, εὐαγγέλια, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τὸ ἥδεσθαι. a quo nostrum Isocratis locum respici ait Kühnius in nota: dubito an recte. Aristoph. Eqq. 654. jam Wolfio laudatus:

——————— Ἄνδρες ἤδη μοι δοκεῖ,
Ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγελμέναις,
Εὐαγγέλια θύειν, ἑκατὸν βοῦς τῇ θεῷ.

Quod vero hic tam diserte significat Isocrates *jam bis sacrificia boni nuncii facta esse*, de eo utrum aliunde constet, dicere nequeo. Idem.

Τῶν πάντα τὰ δέοντα πραττόντων] *quam qui prosperrima fortuna utuntur.* idem ac τῶν εὐτυχούντων, εὐπραττόντων, uti recte exposuit Wolfius. Est hæc rarior significatio dictionis τὰ δέοντα πράττειν, quæ alias frequentissime notat *officio fungi*; quam h. l. postulat oppositionis ratio. Eadem obtinere videtur in loco Nicocl. p. 32. A. φαίνονται γὰρ — οἵ τε μισοῦντες τὰς τυραννίδας, ὁπόταν πολλοὺς ἄρχοντας ἐκπέμψωσιν, οὐδὲν τῶν δεόντων πράττοντες. *apparet enim — eos, qui odio tyrannidis multos imperatores* (in prælium) *emittunt, nullam rem feliciter peragere.* Quæ sententia, si id nunc ageretur, magna exemplorum copia ex historia illustrari posset. Cæterum Wolfio videtur Orator de industria quæsivisse locutionem ambiguam, qua civibus et officii neglectum, et calamitatem temeritatis comitem objiceret. Idem.

Καὶ ταῦτ' εἰκότως κ. π. κ. π.] Εἰκότως ea fieri dicuntur, quæ *cum ratione*, non *temere aguntur.* Sic in Paneg. §. μα'. πάντα εἰκότως ἀποβέβηκεν opponitur τῷ οὐδὲν ἀλόγως γέγονεν. Nec tamen hoc sibi vult Isocrates ut Athenienses cum ratione tam prave res suas administrare dicat: sed vertendum est *merito*, ut sensus sit: Nil mirum est, nos tam male rem gerere, et tanta mala pati. Ποιοῦμεν spectat modo dicta ἐπὶ τοσαύταις — πραττόντων· πάσχομεν autem, quæ antea commemoraverat inde ab οἵτινες ἁπάσας μὲν — συμμάχους ἀπολωλεκότες. Idem.

Οὐδὲν γὰρ οἷόν τε — βεβουλευμένοις] Ad οὐδὲν suppleri potest μέρος τῆς διοικήσεως e sequentibus τῆς ὅλης διοικήσεως, ut sensus sit: *nulla enim pars rerum publicarum bene administrari potest ab iis, qui de universa reipublicæ administratione prava ineunt consilia.* Eadem sententia aliis verbis inversa exstat § ι'. ἀνάγκη γὰρ τοῖς περὶ ὅλων τῶν πραγμάτων καλὰς τὰς ὑποθέσεις πεποιημένοις, καὶ κατὰ τὰ μέρη τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχειν ἐκείνοις. Idem.

Ἢ διὰ τύχην, ἢ δι' ἀνδρὸς ἀρετήν] *sive for-*

διαλιπόντες πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς ἀπορίας κατέστησαν. καὶ ταῦτα γνοίη τις ἂν ἐκ τῶν περὶ ἡμᾶς [1] γεγενημένων.

έ. Ἁπάσης γὰρ τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ τὴν πόλιν ἡμῶν ὑποπεσούσης καὶ μετὰ τὴν Κόνωνος ναυμαχίαν καὶ μετὰ

[1] γενομένων A. C. L.

tuna, sive humana virtute. Fortunam veteres intelligebant divinam voluntatem, ad eamque non ea, quæ ratione ac consilio provisa administrataque essent, referebant, sed potius quorum causæ ignorarentur, quæque quasi divinitus cecidisse viderentur: itaque rationem, sive humanam prudentiam, fortunæ opponunt. Vid. Muretus in elegantissima de Fortuna disputatione ad Ciceronis Catil. I. 6. Opp. T. II. p. 552. et seqq. Ex hac animadversione illustrandus etiam est hic noster locus, ubi τύχη opponitur ἀνδρὸς ἀρετῇ, i. e. humanæ virtuti, consilio, prudentiæ, fortitudini. Cujusmodi oppositio frequens est apud Oratores. Sic Cicero pro Lege Manil. 16. "Ego enim sic existimo, Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, et cæteris magnis imperatoribus non solum propter virtutem, sed etiam propter fortunam, sæpius imperia mandata atque exercitus esse commissos." Similiter Ælianus V. H. XIII. 23. Alexandri εἰς ὅπλα ἀρετὴν distinguit ab ejus τύχῃ. Itaque verba ἀνδρὸς ἀρετὴ h. l. idem fere valent ac ἀνθρωπίνη ἀρετὴ, quanquam Isocrates rectius usus est voce ἀνὴρ quam ἄνθρωπος. Illius enim propria virtus est, et hactenus huic opponitur. Eranius Philo Ammonio subjectus p. 156. Ἀνὴρ ἀνθρώπου διαφέρει. Ἀνὴρ μὲν γάρ ἐστι κυρίως ὁ ἐπ' ἀρετῇ διαπρέπων. Ἄνθρωπος δὲ ὁ ἐπὶ μηδενὶ διαπρέπων. Ubi vid. Valckenaerius. Sic item Grammaticus Bekkeri V. I. p. 394. Ἄνδρα· τὸν ἀνδρεῖον, καὶ τὸν κατὰ κοινωνίαν τῆς γυναικός. Eo sensu ἀνὴρ legitur in versibus Homericis:

Ὦ φίλοι, Ἀνέρες ἐστὲ, καὶ ἄλκιμον ἦτορ ἕλεσθε·
Ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς.

Il. E. 529. Θ. 174. et sæpius recurrentibus. Huc pertinet quod refert Ælianus Var. Hist. IV. 27. Diogenem, accepto parvulo nummulo a Diotimo Carystio, ei versu Homerico gratias egisse, Od. Z. 180.

Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
Ἄνδρα τε καὶ οἶκον.

Ἄνδρα enim eum de *viro forti* accepisse, patet ex iis quæ addit Ælianus: ἐδόκει δέ πως ὁ Διότιμος μαλθακώτερος εἶναι. Quanquam Homerus simplicitur pro *marito* posuit. Sic et Xenoph. Cyrop. II. 2. 21. ὅστισπερ ἀνὴρ οἴοιτο εἶναι. *quicunque sese virum putaret.* Lycurgus adv. Leocr. p. 134. opposuit sexui imbelli et puerulis. De Autolyco, quem Athenienses condemnaverant, quod, quamvis ipse belli pericula subiisset, tamen uxorem liberosque in tuto deposuisset, postquam dixerat, in Leocratem sic invehitur: καίτοι εἰ τὸν τοὺς ἀχρήστους εἰς τὸν πόλεμον ὑπεκθέσθαι αἰτίαν ἔχοντα ἐτιμωρήσασθε, τί δεῖ πάσχειν, ὅστις ἀνὴρ ὢν οὐκ ἀπέδωκε τὰ τροφεῖα τῇ πατρίδι. Alio usu ἀνὴρ ponitur pro τὶς, uti et nonnunquam Latinorum *vir*; quod tamen poetis, quam oratoribus convenientius judicat Hoogeveenius ad Vigerum de Idiot. III. 3. 1. p. 76. Exemplis ab eo allatis addatur Homerus Il. K. 293.

ἣν οὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ·

et cf. ibid. vs. 320. Sic et Sophocles in Ajace, 1162. et 1172. laudatus Wyttenbachio ad Platonis Phædonem p. 257. Nec tamen desunt exempla, etsi rariora, apud solutæ orationis scriptores. Nolim huc referre locum Platonis Dial. laudati p. 92. Ed. Wyttenb. τὸ μὲν οὖν ταῦτα διϊσχυρίσασθαι οὕτως ἔχειν, ὡς ἐγὼ διελήλυθα, οὐ πρέπει νοῦν ἔχοντι ἀνδρί. Sed sine dubio huc pertinent loca Thucydidis VIII. 60. ξυνέπραξαν δὲ Ἐρετριέων τε ἄνδρες καὶ αὐτῶν Ὠρωπίων, h. e. *Eretriensium et Oropiorum nonnulli*, item c. 71. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι — ἄνδρας κατέβαλον αὐτῶν — καὶ ὅπλων τινῶν καὶ νεκρῶν ἐκράτησαν. Herodoti IV. 26. ἐπεὰν ἀνδρὶ ἀποθάνοι πατήρ. VIII. 75. ἐξελθὼν δὲ πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα πλοίῳ, ἐντειλάμενος τὰ λέγειν χρεών. Cf. Gronovii Annotatio Ed. Wess. p. 84. b. init. Addatur Andocides de Myst. §. ιδ'. μηδὲ ἐπ' ἀνδρὶ νόμον ἐξεῖναι θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις. *et de nemine licere legem ferre, nisi eadem de omnibus Atheniensibus feratur.* Alia significatione ἀνὴρ identidem repetitum vertendum est *alius — alius*, ut apud Xenoph. Œcon. p. 867. B. Idem.

Μετὰ τὴν Κόνωνος ναυμαχίαν] Malim μετά τε τὴν Κόν. ναυμ. Wolf. Intelligitur pugna navalis, qua Conon Lacedæmonios ad Cnidum vicit, eosque maris imperium, quod inde a captis Athenis tenuerant per

τὴν Τιμοθέου στρατηγίαν, οὐδένα χρόνον τὰς εὐτυχίας
κατασχεῖν ἠδυνήθημεν, ἀλλὰ ταχέως διεσκαριφησάμεθα
καὶ διελύσαμεν αὐτάς. πολιτείαν γὰρ τὴν ὀρθῶς ἂν τοῖς
πράγμασι [1]χρησαμένην οὔτ᾿ ἔχομεν οὔτε [2]καλῶς ζητοῦ- c
μεν. καίτοι τὰς εὐπραγίας ἅπαντες ἴσμεν καὶ παραγι-

[1] χρησομένην A. C. L. [2] λαβεῖν A. C. L.

decem annos, Atheniensibus reddere coegit: quod illi legatis missis fecerunt, uti infra Isocrates narrat §. κζ'. Cæterum res nota est, præter Isocratis locos ad Philip. p. 94. D. Evag. p. 199. C. — 200. D. et 202. D. e Xenophonte Hellen. IV. p. 518. A. B. Diodoro Siculo XIV. 83. et 84. Nepote in Con. 4. aliisque laudatis a Moro ad Paneg. §. λθ'. μα'. et Meursio Miscell. Lacon. III. 10. ubi de tempore, per quod Lacedæmonii Principatum Græciæ tenuerint, disputat. Addatur Andocides Or. III. et, qui conjunctum cum Timotheo filio Cononem patrem laudavit, Dinarchus contra Demosth. §. γ'. et contra Philoclem §. δ'. Id haud alienum videtur notare, quod Isocrates ipse ad Phil. l. c. de Conone dicit: ἤλπισε Λακεδαιμονίους καταπολεμήσειν ἄρχοντας τῶν ἄλλων Ἑλλήνων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. similiter a Diodoro c. 39. referri Cononis hoc in copiis comparandis fuisse consilium ut Græciam liberaret. In eo autem a Xenophonte et Nepote discedit Diodorus, quod Periarchum, non Pisandrum, Lacedæmoniorum ducem nominat. Berg.

Τὴν Τιμοθέου στρατηγίαν] Στρατηγίαν dicit universe quoniam Timothei virtus et mari et terra conspicua fuit. De hoc quoque res satis cognita est e Nepote, qui victoriis ejus memoratis cap. 2. subjicit: "Quo facto Lacedæmonii de diutina contentione destiterunt, et sua sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt; pacemque his legibus fecerunt, ut Athenienses mari duces essent." Fuit is discipulus Isocratis, eique valde dilectus, quippe cujus etiam ad eum exstat Epistola. Sed nusquam magis ejus laudes celebravit, quam in Orat περὶ ἀντιδόσεως §. κϛ'. *ϛ'. — ζ. ubi fere ejus encomium scripsit. Primum de ejus expeditionibus victoriisque refert §. κϛ'. *ϛ'. Reliqua in ejus indole, clementia et benevolentia, qua sibi suisque Græcas civitates conciliaverat, celebrandis consumuntur. Locus longior est, quam ut hic adscribatur: sed animadversione dignum est, Cornelium Nepotem in Timotheo C. 1. et 2. Isocratem in nonnullis imitatum videri, ut quidem censet Orellius in Præf. Idem.

Διεσκαριφησάμεθα] Rarior vox, de qua egerunt Harpocration, Suidas, Etymologus, Hesychius, alii, quorum loca vid. ap. Coraem in egregia ad h. l. annotatione. Sensus perspicuus est, et recte ab eo expressus, διεσκορπίσαμεν, διεσκεδάσαμεν, *dissipavimus*; explicatur etiam sequenti καὶ διελύσαμεν αὐτὰς, unde conjicit Coraes aut apud Harpocrationem, qui itidem hac voce interpretatur, legendum esse διεχύσαμεν, aut tria ista vocabula ex Isocratea oratione ejicienda. Neutrum necesse videtur. Si qui conjecturæ locus esse debeat, quidni potius ab Isocrate scriptum dicamus διεχύσαμεν? Sed ne de hoc quidem statuere ausim. Cæterum de Harpocrationis loco conferri etiam possunt Stephanus Diatr. Isocr. VII. qui ab illo scriptum fuisse putat διερρίψαμεν, et H. Royaards in Diatr. supra laud. p. 27. cumque priore ejus parte plane conveniunt hæc Grammatici veteris Bekkeriani V. I. p. 239. Διεσκαριφησάμεθα· ἀντὶ τοῦ διελύσαμεν. σκάριφον γάρ ἐστι τὸ κάρφος καὶ φρύγανον, ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα εὐδιάλυτα καὶ εὐφύσητα. Idem.

Τὰς εὐπραγίας ἅπαντες ἴσμεν — περιβεβλημένοις] Convenit quodammodo dictum Themistoclis apud Justinum II. 12. "Patriam municipes esse, non mœnia; civitatemque non in ædificiis, sed in civibus positam." Et Niciæ apud Thucyd. VII. 77. ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τείχη, οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί. Item Agesilai, qui interrogatus, cur Sparta non esset munita respondit: ἄνδρες πόλις καὶ οὐ τοῖχοι· cui simile est aliud Lycurgi, quod e Plutarcho notavit Valckenaerius ad Theocr. Adon. p. 254. οὐκ ἂν εἴη ἀτείχιστος πόλις, ἅτις ἀνδρείοις καὶ οὐ πλίνθοις ἐστεφάνωται. Cæterum ad verba οὐ τοῖς τείχη μ. κ. κ. π. opposite Wolfius: 'Hæc (inquit) ad laudem Athenarum pertinent:' attulitque ad proxime sequentia ἀλλὰ τοῖς ἄριστα καὶ σωφρ. τ. α. δ. locum Plauti in Persa Act. IV. Sc. IV. vs. 5. ubi de Athenis Sagaristio, Virgo et Toxilus colloquuntur:

"S. Quid id quod vidisti, ut munitum muro tibi visum 'st oppidum?
V. Si incolæ bene sunt morati, pulcre munitum arbitror.

γνομένας καὶ παραμενούσας οὐ τοῖς [1]τὰ τείχη μέγιστα καὶ
κάλλιστα περιβεβλημένοις, οὐδὲ τοῖς μετὰ πλείστων ἀν-
θρώπων εἰς τὸν αὐτὸν τόπον [2]συνηθροισμένοις, ἀλλὰ τοῖς
ἄριστα καὶ σωφρονέστατα τὴν αὑτῶν [3]πόλιν διοικοῦσιν.
ἔστι γὰρ ψυχὴ πόλεως οὐδὲν [4]ἕτερον ἢ πολιτεία, τοσαύτην
ἔχουσα δύναμιν ὅσην περ ἐν σώματι φρόνησις. αὕτη γάρ
d ἐστιν ἡ βουλευομένη περὶ ἁπάντων, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ
διαφυλάττουσα, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγουσα. ταύτῃ καὶ
τοὺς νόμους καὶ τοὺς ῥήτορας καὶ τοὺς ἰδιώτας ἀναγκαῖόν
ἐστιν ὁμοιοῦσθαι, καὶ πράττειν οὕτως ἑκάστους, οἵαν περ

[1] τὰ om. A. C. L. [2] ἠθροισμένοις A. C. L. [3] πόλιν om. A. C. L. [4] ἄλλο A. C. L.

Perfidia et peculatus ex urbe et avaritia si exsulant:
Quarta invidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio,
Septimum perjurium. T. Euge! V. Octava indiligentia,
Nona injuria: decimum, quod pessimum aggressu scelus:
Hæc nisi urbe aberunt, centuplex murus rebus servandis parum est."

Idem.

Ἔστι γὰρ ψυχὴ πόλεως — οἵανπερ ἂν αὐτὴν ἔχωσιν] Egregia sententia, quæ exstat etiam in Panath. p. 261. C. πᾶσα πολιτεία ψυχὴ πόλεώς ἐστι, τοσαύτην ἔχουσα δύναμιν, ὅσηνπερ ἐν σώματι φρόνησις· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ βουλευομένη περὶ ἁπάντων, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ διαφυλάττουσα, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγουσα, καὶ πάντων αἰτία τῶν ταῖς πόλεσι συμβαινόντων ἀγαθῶν. Et, notante Corae, apud Aristotelem Polit. IV. 11. ἡ γὰρ πολιτεία βίος τίς ἐστι πόλεως. Interest tamen quod βίος solummodo *vitam*, ψυχὴ utrumque et *vitam* vitæque conservatricem *animam*, et *animum* significat. Altera notio nostro loco præferenda, ob illud, quod sequitur, φρόνησις, quæ facultas est animi sive intelligentiæ. Locus autem Panathenaici aliquando me in eam cogitationem induxit, ut putarem Isocratem nostro loco verbis transpositis scripsisse: ἔστι γὰρ πολιτεία οὐδὲν ἄλλο ἢ ψυχὴ πόλεως. quæ lectio totius orationis nexui haud inepte respondeat. Primum enim non quæritur quid sit ψυχὴ πόλεως, cujus nulla in antecedentibus mentio facta erat, sed quid sit πολιτεία, de qua paulo ante dixerat πολιτείαν γὰρ τὴν ὀρθῶς ἂν κ. τ. λ. et cujus notio inest proxime præcedentibus τὴν αὑτῶν διοικοῦσιν, quorum loco æque dici potuerat τὴν αὑτῶν πολιτευομένοις, uti et vicissim ex his πολιτείαν interpretari debemus διοίκησιν, quod recte vidit Stephanus in Diatr. Isocr. V. Deinde sententiæ vis melius etiam apparet. Dixerat modo Isocrates: τὰς εὐπραγίας παραγίνεσθαι καὶ παραμένειν — τοῖς ἄριστα καὶ σωφρονέστατα τὴν αὑτῶν διοικοῦσιν. *felicitatem adesse et perdurare apud eos, qui optime et prudentissime suam civitatem administrent.* Quæritur ratio, quare id ita fiat. Respondet Isocrates: *quia hæc civitatis administratio*, διοίκησις, πολιτεία, *nihil aliud est quam animus civitatis, tantumque in eam vim habet, quantam in corpus hominis* φρόνησις, *animi prudentia.* Est comparatio universæ civitatis cum homine. Quemadmodum animi prudentia et moderatio plurimum confert ad corporis curam bene instituendam vitamque conservandam, sic etiam prudens reip. administratio magnam vim habet ad civitatis universæ salutem procurandam, eamque quam diutissime incolumem præstandam. Ab altera tamen parte huic conjecturæ obstat, quod, uti nunc legitur, τοσαύτην ἔχουσα δύναμιν et αὕτη γάρ κ. τ. λ. quæ de πολιτείᾳ dicuntur, hujus mentionem proxime sequuntur: quod, verbis trajectis, aliter sese habet; quanquam eodem modo ac in loco Panathenaici. Itaque nihil definiendum, omnia doctiorum judicio relinquenda putamus. Cæterum sequentia αὕτη γάρ κ. τ. λ. de πολιτείᾳ dicuntur, ejusque vim in civitatis salutem indicant. De civibus, quomodo Reip. formæ similes sint, comparetur Plato de Rep. VIII. Ed. Bip. V. VII. p. 168. quo libro singulas Reip. formas percurrit. Verbis τὰ μὲν ἀγ. δ. τ. δ. σ. δ. plane similia leguntur ad Nicoclem, pag. 28. Ad verba ὁμοιοῦσθαι καὶ πράττειν recte Wolfius: 'Prius ad actiones, mores, et orationes, alterum ad fortunam et successus referendum.' Idem.

ἂν [1]ταύτην ἔχωσιν. ἧς ἡμεῖς διεφθαρμένης οὐδὲν φροντίζο-
μεν, οὐδὲ σκοποῦμεν ὅπως ἐπανορθώσομεν αὐτήν· ἀλλ' ἐπὶ
μὲν τῶν [2]ἐργαστηρίων καθίζοντες κατηγοροῦμεν τῶν
καθεστηκότων, καὶ λέγομεν ὡς οὐδέποτ' ἐν δημοκρατίᾳ
κάκιον ἐπολιτεύθημεν, ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ ταῖς e
διανοίαις αἷς ἔχομεν μᾶλλον αὐτὴν ἀγαπῶμεν τῆς ὑπὸ τῶν
προγόνων καταλειφθείσης. ὑπὲρ ἧς ἐγὼ καὶ [3]τοὺς λόγους
μέλλω ποιεῖσθαι καὶ τὴν πρόσοδον ἀπεγραψάμην.

ϛʹ. Εὑρίσκω γὰρ ταύτην μόνην [4]ἂν γενομένην καὶ τῶν 143
μελλόντων κινδύνων ἀποτροπὴν καὶ τῶν παρόντων κακῶν
ἀπαλλαγήν, ἣν ἐθελήσωμεν ἐκείνην τὴν δημοκρατίαν ἀνα-
141 λαβεῖν, ἣν Σόλων μὲν ὁ δημοτικώτατος γενόμενος ἐνομοθέ-

[1] αὐτὴν A. C. L. [2] δικαστηρίων τῶν καθεστηκότων κατηγοροῦμεν A. C. L. [3] τὸν λόγον A. C. L. [4] ἂν μόνην A. C. L.

Ὑπὲρ ἧς — ἀπεγραψάμην] *pro qua ego dicturus sum, et me huc* (ad dicendum) *accessurum esse denunciavi.* Vid. annot. ad §. αʹ. Ὑπὲρ ἧς vertimus *pro qua.* Plus enim significat quam περὶ ἧς, *de qua*, nimirum, *in cujus gratiam, laudem, cujus celebrandæ et commendandæ causa.* Sic ὑπέρ τινος λέγειν est *pro aliquo dicere, eum in judicio defendere.* Similiter in Paneg. p. 53. D. ὑπὲρ μὲν Ἀργείων δυστυχησάντων Θηβαίοις ἐπιτάττοντες. *in gratiam Argivorum infelicium Thebanis imperantes.* In Archid. p. 123. C. ὑπὲρ τῶν δικαίων κινδυνεύειν. *pro jure, justa causa pericula obire.* Et ad Phil. p. 96. E. de Philippi potestate legimus: οὐχ ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀλλ' ἐπὶ ταύτην αὐξάνεται. *non pro Græcia*, in ejus commodum, salutem, *sed contra eam*, in ejus perniciem, *augetur.* IDEM.

Ἣν Σόλων μὲν ὁ δημοτικώτατος γεν. — ἐξ ἀρχῆς κατέστησε] Cf. Dionys. Hal. l. supra cit. in Introd. Notetur titulus δημοτικωτάτου Soloni tributus, et explicatus Demostheneo illo de Cor. §. γʹ. Σόλων εὔνους ὢν ὑμῖν (populo Atheniensium) καὶ δημοτικός. Eandem laudem ei vindicat Aristoph. in Nubibus, 1189.

Ὁ Σόλων, ὁ παλαιὸς, ἦν φιλόδημος τὴν φύσιν.

Infra utrique et Soloni et Clistheni tribuitur §. κδʹ. Nec dubium, quin utrique conveniat. Δημοτικὸς enim proprie opponitur τῷ τυραννικῷ. Cf. Maximus Tyr. XIV. 6. Qualis esse debeat, delineavit, Æschines adv. Ctesiph. §. νδʹ. quorsum respicit Demosth. Or. I. §. λζʹ. Ad Clisthenem quod attinet, tyranni ab eo ejecti intelliguntur non Hippias et Hipparchus; hic enim jam antea occisus erat ab Harmodio et Aristogitone, quo facto tantum aberat ut liberarentur Athenæ tyrannide, ut contra magis etiam quam antea per quatuor annos ea premerentur, teste Herodoto V. 55.; sed Hippias ejusque et Hipparchi superstites liberi: quos Alcmæonidæ, et in his Clisthenes, oriundus ex ea gente, Pisistrato tyrannidem occupante, exsules voluntarii Athenis profecti, Pythia, Apollinis Delphici sacerdote, pecuniis inducta, ut, si quid Lacedæmonii ab oraculo peterent, primum Athenas liberandas esse diceret, horum opera, qui exercitum duce Rege suo Cleomene miserant, reliquis exsulibus collectis, ejecerunt, exsulesque in patriam reduxerunt. Rem uberius refert Herodotus V. 62—65. a quo diserte memorantur οἱ παῖδες τῶν Πεισιστρατιδέων. Probe autem animadvertendum, quod seq. Cap. 66. addit, Clisthenem eum fuisse, qui Pythiam corrupisse feratur; quod et testatur Scholiastes Mss. ad Aristidis Panath. a Valckenaerio ad cap. 63. laudatus. Hinc enim quodammodo apparet ipsum fuisse qui Tyrannos ejecerit, quod quomodo fecerit, populumque reduxerit, clarius docet Alcibiades filius, quem sic loquentem inducit Isocrates in Or. de Bigis p. 351. E. καὶ τὸ τελευταῖον (de Alcmæonidis agit qui odio tyrannidis Athenas reliquerant) Ἀλκιβιάδης καὶ Κλεισθένης, ὁ μὲν πρὸς πατρὸς, ὁ δὲ πρὸς μητρὸς ὢν πρόπαππος τοῦ πατρὸς τοὐμοῦ, στρατηγήσαντες τῆς φυγῆς (h. e. τῶν φυγάδων, *exercitum exsulum ducentes*, uti etiam abstracto pro concreto posito τὰς φυγὰς — κατελθούσας pro τοὺς φυγάδας — κατελθόντας dixit Isocrates de Pace

τησε, Κλεισθένης δὲ ὁ τοὺς τυράννους ἐκβαλὼν καὶ τὸν
δῆμον καταγαγὼν πάλιν ἐξ ἀρχῆς κατέστησεν. ἧς οὐκ ἂν
εὕροιμεν οὔτε δημοτικωτέραν οὔτε τῇ πόλει [1]μᾶλλον συμφέ-
ρουσαν. τεκμήριον δὲ μέγιστον· οἱ μὲν γὰρ ἐκείνῃ χρώμενοι, b
πολλὰ καὶ καλὰ διαπραξάμενοι καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις
εὐδοκιμήσαντες, παρ' ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν
ἔλαβον, οἱ δὲ τῆς νῦν παρούσης ἐπιθυμήσαντες, ὑπὸ πάν-
των μισηθέντες καὶ [2]πολλὰ καὶ δεινὰ παθόντες, μικρὸν

[1] μᾶλλον τῇ πόλει A. C. L. [2] πολλάκις δεινὰ A. L.

p. 184. A. Vid. et Xenophon. Hist. Gr. V. p. 553. D. Thucyd. VIII. 64. Ut non opus sit legere ἐκ τῆς φυγῆς, quod voluit Coraes.) κατήγαγον τὸν δῆμον (h. e. τοὺς φυγάδας de quibus ante dixerat), καὶ τοὺς τυράννους ἐξέβαλον, καὶ κατέστησαν ἐκείνην τὴν δημοκρατίαν, ἐξ ἧς οἱ πολῖται πρὸς μὲν ἀνδρείαν οὕτως ἐπαιδεύθησαν, κ. τ. λ. Plutarch. in Pericle p. 153. D. de Clisthene dicit: ὃς ἐξήλασε Πεισιστρατίδας καὶ κατέλυσε τὴν τυραννίδα γενναίως, καὶ νόμους ἔθετο, καὶ πολιτείαν ἄριστα κεκραμένην πρὸς ὁμόνοιαν καὶ σωτηρίαν κατέστησεν. Cf. idem in Aristide p. 319. C. et legatur Meursius in Pisistrato cap. XVI. Sed in primis memorandus est insignis locus ipsius Isocrates in Or. de Perm. §. κϛʹ. * κ. qui nostro loco fere Commentarii instar esset possit: ἐκεῖνος μὲν γὰρ (inquit, loquitur autem de Solone) προστάτης τοῦ δήμου καταστὰς, οὕτως ἐνομοθέτησε, καὶ τὰ πράγματα διέταξεν ἐκείνου, καὶ τὴν πόλιν κατεσκεύασεν, ὥστ' ἔτι καὶ νῦν ἀγαπᾶσθαι τὴν διοίκησιν τὴν ὑπ' ἐκείνου συνταχθεῖσαν· μετὰ δὲ ταῦτα Κλεισθένης ἐκπεσὼν ἐκ τῆς πόλεως ὑπὸ τῶν τυράννων, λόγῳ πείσας τοὺς Ἀμφικτύονας δανεῖσαι τῶν τοῦ θεοῦ χρημάτων αὑτῷ (de hoc non alibi me legere memini), τόν τε δῆμον κατήγαγε, καὶ τοὺς τυράννους ἐξέβαλε, καὶ τὴν δημοκρατίαν ἐκείνην κατέστησε τὴν αἰτίαν τοῖς Ἕλλησι τῶν μεγίστων ἀγαθῶν γενομένην. Ibidem §. κϛʹ. * κθʹ. de Clisthene dicit: σκέψασθε ποῖός τις ἦν καὶ πῶς γεγονὼς, καὶ τίνα τρόπον πεπαιδευμένος ὁ τοὺς τυράννους ἐκβαλὼν καὶ τὸν δῆμον καταγαγών. Quæ omnia probant, magis ab Alcmæonidis, quam ab Harmodio et Aristogitone liberatas esse Athenas, de quo disertis verbis sententiam dixit Herodotus VI. 123. egregie confirmatam narratione Thucydidis VI. 53—59. Unde autem factum sit ut vel sic tamen his tanta tribueretur dissolutæ tyrannidis laus, docte exposuit Valckenaerius ad Herodoti V. 55. Cæterum ἐξ ἀρχῆς κατέστησε positum esse pro ἀποκατέστησε *in integrum restituit*, recte monuit Wolfius. De pleonasmo πάλιν ἐξ ἀρχῆς, quod habet et Aristoph. in Pluto 867. paucis egit Cl. Borgerus ad Ep. Pauli ad Gal. 267. IDEM.

Τεκμήριον δὲ μέγιστον· οἱ μὲν γὰρ ἐκείνῃ χρώμενοι κ. τ. λ.] Elliptica dictio notissima pro τούτου δὲ τεκμήριον μέγιστόν ἐστι τοῦτο ὅτι οἱ μὲν ἐκ χρ. κ. τ. λ. in qua probe animadvertatur usus particulæ γὰρ pro ὅτι, cum apud Isocratem, tum apud alios frequentissimus, in primis post formulas τεκμήριον δὲ, σημεῖον δὲ, μέγιστον δὲ, κεφάλαιον δὲ, alia; de quo egerunt Vigerus et Hoogeveenius III. 11. 1. p. 145. Matthiæ Gr. §. 283. in f. Bachius ad Xenoph. Symp. IV. 17. laudatus a Moro ad Paneg. §. ιθʹ. et verbo monuit Cl. Wyttenbachius ad Platonis Phæd. p. 160. plura se ad Plutarchum dicturum pollicitus. Eadem ratione post τεκμήριον occurrit infra §. κηʹ. De Pace p. 178. B. 185. C. Panath. p. 243. B. Trapez. p. 364. E. Amart. p. 402. A. Altera constructio cum ὅτι est in Paneg. p. 61. E. πολὺ τόδε μεῖζον τεκμήριον — ὅτι τῶν πόλεων κ. τ. λ. — Post κεφάλαιον §. ιϛʹ. et ληʹ. — Post σημεῖον Paneg. p. 58. C. Evag. p. 190. C. Panath. p. 263. D. — Post τὸ δὲ μέγιστον Nicocl. p. 31. A. — Post ἔλεγχος ap. Lysiam Pro Mantitheo §. βʹ. — Post παράδειγμα ap. Thucyd, I. 2. — Post μαρτύριον δὲ, ap. eundem I. 8. cæt. — Similiter reperitur post adverbia: ἐκεῖθεν in Nicocl. p. 33. A. De Pace p. 176. D. infra §. κδʹ. ἔνθενδε, Busir. p. 225. B. Similia quoque sunt ex Orat. ad Philipp. p. 92. E. τὰ περὶ τοὺς Θηβαίους οὐδέ σε λέληθεν· καλλίστην γὰρ μάχην νικήσαντες, κ. τ. λ. pro ὅτι καλλίστην μ. ν. Archid. p. 123. B. κἀκεῖνο χρὴ σκοπεῖν· νυνὶ γὰρ περὶ τοῦ δικαίου πάντες τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχομεν, pro ὅτι νῦν περὶ τοῦ δ. κ. τ. λ. IDEM.

Παρ' ἑκόντων — ἔλαβον] Vid. supra dicta ad cap. III. IDEM.

Μικρὸν ἀπέλιπεν τοῦ μὴ ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιπεσεῖν] H. e. τοῦ ἐξανδραποδισθῆναι, ut supra dixit §. γʹ. Iisdem plane verbis utitur περὶ ἀντ. §. κϛʹ. * ϛʹ.

ἀπέλιπον τοῦ μὴ ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιπεσεῖν.
καίτοι πῶς χρὴ ταύτην τὴν πολιτείαν ἐπαινεῖν ἢ στέργειν,
τὴν τοσούτων μὲν κακῶν πρότερον αἰτίαν γενομένην, νῦν δὲ c
καθ' ἕκαστον [1] τὸν ἐνιαυτὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ φερομένην;
πῶς δ' οὐ [2] χρὴ δεδιέναι μὴ τοσαύτης ἐπιδόσεως γιγνομένης
τελευτῶντες εἰς τραχύτερα πράγματα τῶν τότε γενομένων ἐξοκείλωμεν;

ζ'. Ἵνα δὲ μὴ συλλήβδην μόνον ἀκηκοότες ἀλλ' ἀκριβῶς
εἰδότες ποιῆσθε καὶ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν κρίσιν [3] αὐτῶν,
ὑμέτερον μὲν ἔργον ἐστὶ παρασχεῖν ὑμᾶς αὐτοὺς προσέχον-
τας τὸν νοῦν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, ἐγὼ δ' ὡς ἂν δύνω- d
μαι συντομώτατα πειράσομαι περὶ ἀμφοτέρων τούτων
διελθεῖν πρὸς ὑμᾶς.

η'. Οἱ γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τὴν πόλιν διοικοῦντες
κατεστήσαντο πολιτείαν οὐκ ὀνόματι μὲν τῷ κοινοτάτῳ

[1] τὸν om. A. C. L. [2] δεῖ A. C. L. [3] περὶ αὐτῶν A. C. L.

καὶ πρᾳοτάτῳ προσαγορευομένην, ἐπὶ δὲ τῶν πράξεων οὐ
τοιαύτην τοῖς ἐντυγχάνουσι φαινομένην, [1] οὐδ' ἣ τοῦτον τὸν
τρόπον ἐπαίδευε τοὺς πολίτας ὥσθ' ἡγεῖσθαι τὴν μὲν
e ἀκολασίαν δημοκρατίαν, τὴν δὲ παρανομίαν ἐλευθερίαν,
τὴν δὲ παῤῥησίαν ἰσονομίαν, τὴν δ' ἐξουσίαν τοῦ [2] πάν-
τα ποιεῖν εὐδαιμονίαν, ἀλλὰ [3] μισοῦσα καὶ κολάζουσα τοὺς
τοιούτους βελτίους [4] καὶ σωφρονεστέρους ἅπαντας τοὺς
πολίτας ἐποίησε. μέγιστον δ' αὐτοῖς συνεβάλετο πρὸς τὸ
144 καλῶς οἰκεῖν τὴν πόλιν, ὅτι δυοῖν ἰσοτήτοιν νομιζομέναιν
εἶναι, καὶ τῆς μὲν ταὐτὸν ἅπασιν ἀπονεμούσης, τῆς δὲ
[5] τὸ προσῆκον ἑκάστοις, οὐκ ἠγνόουν τούτων τὴν χρησιμω- 142
τέραν, ἀλλὰ τὴν μὲν τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσαν τοὺς χρηστοὺς

[1] οὐδὲ τὸν τρόπον τοῦτον ἐπαίδευον A. C. L. [2] ταῦτα A. L. [3] καὶ μισοῦσα A. C. L. [4] μὲν καὶ A. L. [5] πρὸς τὸ A. C. L.

De dictione *συμφοραῖς περιπίπτειν*, cui similes sunt aliæ *ζημίαις περιπ.* §. θ'. *ἀτυχίαις περιπ.* §. κζ'. vid. Wyttenb. Bibl. Crit. V. III. P. II. p. 68. Idem.

Τελευτῶντες εἰς τραχ. πρ. — ἐξοκείλωμεν] *tandem in asperiores res, acerbiores calamitates incidamus.* Ἐξοκέλλειν, *impingere*, proprie dicitur de navibus quæ ventorum vi in terram ejiciuntur. Eo sensu occurrit apud Herodotum VII. 182. et a Polluce I. 114. refertur inter *παθήματα* navis. Gramm. ap. Bekkerum An. Gr. V. I. p. 252. Ἐξοκεῖλαι· ἐξορμῆσαι καὶ ἐκδραμεῖν, ὑπὸ τῆς τοῦ πνεύματος φορᾶς ἐκπεσεῖν εἰς τὴν γῆν. Deinde ad alia transfertur et simpliciter notat *incidere, delabi in aliquid*, adhibeturque fere semper in malam partem. Sic in Ep. II. ad Philippum Isocrates dicit p. 409. C. ἔλαθον ἐμαυτὸν οὐκ εἰς ἐπιστολῆς συμμετρίαν, ἀλλ' εἰς λόγου μῆκος ἐξοκείλας, de quo loco vid. Coraes, et notetur ἐξοκέλλειν magis convenire formulæ εἰς λόγου μῆκος, quam alteri εἰς ἐπιστολῆς συμμετρίαν. De quo constructionis genere monuit Cl. Wyttenbachius Bibl. Crit. P. XI. p. 110. et seq. Ælian. V. H. IX. 24. ἐξώκειλε εἰς τοσοῦτον τρυφῆς, et XII. 24. ἐπὶ τοσοῦτον τρυφῆς. Vid. et Oratio περὶ ἀντ. §. κς'. *κε'. ubi conjungitur cum alia rariore forma κατασκελετεύω. Idem.

Συλλήβδην] H. l. τῷ ἀκριβῶς oppositum significat *summatim, universe*, ita ut non de singulis rei partibus, sed tantum in universum quid rei sit dicatur. Similiter fere occurrit in Paneg. §. ς'. et De Perm. §. κς'. * κδ'. Usitatum etiam hac ratione philosophis, uti ap. Platonem in Phædone p. 21. ad quem locum in ann. p. 170. Cl. Wyttenb. ait plura se notavisse ad Plutarchum de Educ. Pueror. p. 7. D. Gramm. ap. Bekkerum V. I. p. 303. Συλλήβδην (inquit) συνειλημμένως, ἑκατέρωθεν, συνηθροισμένως, ὅπερ ἐστὶ συλλαβόντα καὶ συναγαγόντα. Cæterum τότε æque ac supra §. γ'. spectat tempora captarum a Lysandro Athenarum. Idem.

Περὶ ἀμφοτέρων τούτων] Hoc est, de Reip. forma a Solone et Clisthene constituta, et de nostra præsenti rerum administratione. Similis comparatio majorumque laudatio, digna quæ cum hac, quam nunc incipit Isocrates, conferatur, exstat in Oratione de Pace p. 167. D. — 170. D. item p. 174. et in Paneg. §. κβ'. sqq. ubi vid. Morus. Idem.

Οἱ γὰρ κ. τ. λ.] *qui igitur* etc. Solenne oratoribus aliisque scriptoribus hac significatione est particula *γὰρ*, cum de re aliqua dicere incipiunt. Sic etiam infra §. κζ'. init. λε'. Ad Philipp. p. 113. C. λοιπὸν οὖν ἐστὶ τὰ προειρημένα συναγαγεῖν· φημὶ γὰρ, κ. τ. λ. *dico igitur cet.* De Pace p. 174. A. ὅθεν δ' ἀπέλιπον πάλιν ποιήσομαι τὴν ἀρχήν· ἔφασκον γὰρ ἐκεῖθεν, κ. τ. λ. de Permut. p. 310. B. Trapez. p. 358. C. Ægin. p. 385. C. Alia exempla passim occurrunt. Idem.

Ὀνόματι μὲν τῷ κοινοτάτῳ καὶ πρᾳοτάτῳ] Τῷ τῆς δημοκρατίας δηλονότι, inquit Coraes. Sensus est: Reip. formam sibi constituerunt non eam, quæ nomen quidem democratiæ gereret, re ipsa autem plane aliter esse haberet. Similiter Lysias Pro Polystr. init. τὸ ὄνομα τῶν τετρακοσίων opponit eorum ἔργοις. Alias dicitur λόγῳ μὲν — ἔργῳ δέ. Panath. p. 249. D. et 277. A. item ἐν μὲν τοῖς λόγοις — ἐν δὲ τοῖς ἔργοις, Hel. p. 209. A. quæ formulæ explicantur alia τῷ μὲν λόγῳ — τῇ δ' ἀληθείᾳ, Nicocl. p. 33. D. Cf. annotatio Valckenaerii ad Herod. II. 100. Nostrum autem locum illustrant hæc e Panath. p. 259. D. ἄπειροι πολιτειῶν ὄντες (de majoribus loquitur), οὐ διήμαρτον αἱρούμενοι τῆς ὑπὸ πάντων ἀνομολογηθείσης, οὐ μόνον εἶναι κοινοτάτης καὶ δικαιοτάτης, ἀλλὰ καὶ συμφορωτάτης ἅπασι τοῖς χρωμένοις καὶ ἡδίστης. Idem.

Οὐδὲ τὸν τρόπον τοῦτον — τοῦ πάντα ποιεῖν εὐδαιμονίαν] Rectissime Coraes pro veteri lectione ταῦτα in textum recepit πάντα, cum ob locum §. ιδ'. ἐξῆν αὐτοῖς ποιεῖν ὅτι βουληθεῖεν, tum ob alium e Panath. modo laudata verba proxime sequentem, et hæc itidem illustrantem: κατεστήσαντο γὰρ δημοκρατίαν οὐ τὴν εἰκῆ πολιτευομένην, καὶ νομίζουσαν τὴν μὲν ἀκολασίαν ἐλευθερίαν, τὴν δ' ἐξουσίαν, ὅ, τι βούλεταί τις (τοῦ ὅ, τι β. τ. edidit Coraes) ποιεῖν εὐδαιμονίαν, ἀλλὰ τὴν τοῖς τοιούτοις μὲν ἐπιτιμῶσαν, ἀριστοκρατίᾳ δὲ χρωμένην. Conf. etiam de Pace p. 180. A. ab eodemque laudatus Aristoteles Polit. VI. 4. Perversa autem ejusmodi ἐλευθερία, qualem Isocrates hic significat, a Platone de Rep. VIII. (Ed. Bip. V. VII. p. 217.) dicitur ἀναρχία, et cum Isocrateis omnino conferri merentur quæ de ea scripsit p. 210. 212. 213. et in sequentibus passim. Æquales hic increpat Orator, notante Dionys. Hal. l. l. in Introd. propterea de civitatis constitutione immutanda disserens, quod videret εἰς τοσαύτην αὐτὴν προεληλυθυῖαν ἀκοσμίαν, ὥστε μηδὲ τοὺς ἄρχοντας ἔτι τῶν ἰδιωτῶν κρατεῖν, ἀλλ' ἕκαστον ὅ, τι καθ' ἡδονὴν αὐτῷ γίγνοιτο καὶ ποιοῦντα καὶ λέγοντα, καὶ τὴν ἄκαιρον παῤῥησίαν δημοτικὴν ἐξουσίαν ὑπὸ πάντων νομιζομένην. Idem paulo post subjicit: δημοκρατίαν αὐτοὺς νομίζειν, οὐ τὴν ἀκολασίαν ἀλλὰ τὴν σωφροσύνην, τὸ δ' ἐλεύθερον οὐκ ἐν τῷ καταφρονεῖν τῶν ἀρχόντων, ἀλλ' ἐν τῷ τὰ κελευόμενα ποιεῖν τίθεσθαι. Idem.

Ἀλλὰ μισοῦσα καὶ κολάζουσα — ἐποίησε] Supplendus est ex antecedentibus Nominativus ἡ ὑπὸ τῶν προγόνων κατασταθεῖσα πολιτεία. Idem.

Δυοῖν ἰσοτήτοιν νομιζομέναιν εἶναι, κ. τ. λ.] Insignem esse imitationem Platonis Gorgiæ §. 136. p. 508. A. λέληθέ σε ὅτι ἡ ἰσότης ἡ γεωμετρικὴ καὶ ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἀνθρώποις μέγα δύναται. de Legg. VI. p. 757. B. δυοῖν ἰσοτήτοιν οὔσαιν ὁμωνύμοιν μὲν, ἔργῳ δὲ εἰς πολλὰ σχεδὸν ἐναντίαιν, κ. τ. λ. censet Orellius ad Or. περὶ ἀντ. Wolfius notavit Aristotelem Eth. V. ex hac Oratione locum de duplici analogia seu proportione vel mutuatum esse, vel certe non primum invenisse. Locus est Eth. Nicom. V. 4. quem cum Platonis altero adscripsit Heindorfius Gorgiæ l. l. p. 211. de sententia laudans Valckenaerium ad Eurip. Phœn. v. 541. p. 199. Attamen alia videtur Platonis, alia Isocratis distinctio. Idem.

Ἀλλὰ τὴν μὲν τῶν αὐτῶν — οὐ δικαίαν οὖσαν] De hac perversa æqualitate comparetur disputatio Cyri cum suis apud Xenoph. Cyrop. II. 2. §. 17—21. Ne-

καὶ [1] τοὺς πονηροὺς ἀπεδοκίμαζον ὡς οὐ δικαίαν οὖσαν, τὴν δὲ κατὰ [2] τὴν ἀξίαν ἕκαστον τιμῶσαν καὶ κολάζουσαν προῃροῦντο, καὶ διὰ ταύτης ᾤκουν τὴν πόλιν, οὐκ ἐξ ἁπάν-

[1] τοὺς om. A. C. L. [2] τὴν om. A. C. L.

que ab hoc loco plane aliena sunt quæ Polybius disputat de Populi Romani potestate L. IV. p. 256. τιμῆς γάρ ἐστι καὶ τιμωρίας ἐν τῇ πολιτείᾳ μόνος ὁ δῆμος κύριος, οἷς συνέχονται μόνοις καὶ δυναστεῖαι, καὶ πολιτεῖαι, καὶ συλλήβδην πᾶς ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος· παρ' οἷς γὰρ ἢ μὴ γινώσκεσθαι συμβαίνει τὴν τοιαύτην διαφορὰν, ἢ γινωσκομένην χειρίζεσθαι κακῶς, παρὰ τούτοις οὐδὲν οἷόν τε κατὰ λόγον διοικεῖσθαι τῶν ὑφεστώτων· πῶς γὰρ εἰκὸς ἐν ἴσῃ τιμῇ ὄντων τῶν ἀγαθῶν τοῖς κακοῖς; Quæ ultima speciem habent imitationis Homericæ, Il. Ι. 319.—

Ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός.

Sed in primis conferenda sunt hæc ex Nicocle p. 29. C. οἶμαι πᾶσι δοκεῖν δεινότατον μὲν εἶναι τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι τοὺς χρηστοὺς καὶ τοὺς πονηρούς· δικαιότατον δὲ τὸ διορθώσασθαι περὶ τούτων, καὶ μὴ τοὺς ἀνομοίους τῶν ὁμοίων τυγχάνειν, ἀλλὰ καὶ πράττειν καὶ τιμᾶσθαι κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστους. Cf. quoque Lysias contra Philonem §. β'. Idem.

Οὐκ ἐξ ἁπάντων — προκρίνοντες, κ. τ. λ.] Insignis locus de magistratuum electione apud Athenienses, ea in primis quæ Solonis et Clisthenis ætate obtinuit. Huc pertinent quæ habet Dionysius Hal. l. cit. in Introd. et cf. Panath. p. 260. A. 261. D. 262. C. Proxime, quantum scimus, ad Isocratis sententiam accedit Aristotles, qui Polit. II. 10. de Solone agens, ait eum civitatis formam optime temperavisse: εἶναι γὰρ τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν ὀλιγαρχικόν· τὸ δὲ τὰς ἀρχὰς αἱρετὰς ἀριστοκρατικόν· τὰ δὲ δικαστήρια δημοτικόν. Et mox, aliis interjectis, de magistratuum electione sic disputat: ἐπεὶ Σόλων γε ἔοικε τὴν ἀναγκαιοτάτην ἀποδιδόναι τῷ δήμῳ δύναμιν, τὸ τὰς ἀρχὰς αἱρεῖσθαι καὶ εὐθύνειν. μηδὲ γὰρ τούτου κύριος ὢν ὁ δῆμος, δοῦλος ἂν εἴη καὶ πολέμιος· τὰς δὲ ἀρχὰς ἐκ τῶν γνωρίμων καὶ τῶν εὐπόρων κατέστησε πάσας ἐκ τῶν πεντακοσιομεδίμνων, καὶ ζευγιτῶν, καὶ τρίτου τέλους τῆς καλουμένης ἱππάδος· τὸ δὲ τέταρτον θητικὸν, οἷς οὐδεμιᾶς ἀρχῆς μετῆν. Aristoteli in reliquis simillimus Plutarchus in Sol. p. 87. F. 88. A. Equites secundo, ζευγίτας tertio loco posuit, diserte significans postremæ classis cives, etsi nullo magistratu fungerentur, tamen τῷ συνεκκλησιάζειν καὶ δικάζειν participes fuisse τῆς πολιτείας. Vel sic tamen duo sunt, quæ difficilius expediantur, quin imo repugnantiæ specimen præ se ferant. Primum, Isocrates paulo ait eam constitutionem fuisse δημοτικωτέραν, quam ubi sortitio adhiberetur: Aristoteles contra id ἀριστοκρατικὸν judicat. Sed hoc levius. Gravius alterum, quo sensu magistratuum sortitionem neget ille, cum tamen constet eam in usu fuisse Athenis, idque jam antiquis temporibus. Nam quod ad Archontes attinet, eos fuisse κληρωτοὺς ἐκ παλαιοῦ, sole clarius ostendit Plutarchi locus in Pericle pag. 157. A. unde de Solone tanquam peculiare quid notare videtur Ælianus V. H. VIII. 80. quod Athenienses eum αἱρετὸν προείλοντο ἄρχειν αὐτοῖς, οὐ κληρωτόν. Legebatur eadem ratione Senatus CCCC. sive, ut Clisthenes postea instituit, CCCCC. unde ἡ βουλὴ ἀπὸ τοῦ κυάμου dicebatur, quia fabarum (κυάμων) in sortitione usus erat. Cf. Plutarch. in Per. p. 162. Et de aliis item magistratibus constat eos sorte lectos fuisse, cui sortitioni quotannis præessent Thesmothetæ in Theseo. Vid. Æschines adv. Ctesiph. §. ζ'. Id vero quo pacto cum Isocratis et Aristotelis sententia conciliari queat, quærendum est. Ipsa illius verba videamus. Οὐκ ἐξ ἁπάντων, inquit, τὰς ἀρχὰς κληροῦντες, *non ex omnibus magistratus sortientes*, ut non omnem sortitionem prorsus negare videatur, sed eam, cujus omnes cives, boni æque ac mali, nullo discrimine participes essent: cff. modo de *prava æqualitate* dicta. Ἀλλὰ τοὺς βελτίστους καὶ τοὺς ἱκανωτάτους ἐφ' ἕκαστον τῶν ἔργων προκρίνοντες. Ellipticam dicendi rationem censeo, in qua subintelligendum sit τοῖς ἄλλοις, h. e. τοῖς μὴ χρηστοῖς καὶ μὴ ἱκανοῖς, ex antecedentium oppositione, ut sensus sit: *sed optimos et ad unumquamque rem maxime idoneos præferentes minus bonis, minus idoneis*: hoc enim proprie significat προκρίνειν. Id autem ita intelligendum puto ac si dixisset: *optimos et maxime idoneos reliquis in sortitione anteponentes, ad sortiendum designantes.* Sic enim res sese habebat Athenis. Sorte legebantur complures magistratus, at non omnes promiscue cives ad eam sortitionem admittebantur; prius a populo designabantur, qui sortituri essent: hi autem e potentioribus civibus ex lege Solonis eligebantur, hoc est ἐκ πεντακοσιομεδίμνων, ἱππέων, ζευγιτῶν. Vid. Plut. l. c. collatis quæ p. 88. D. de Senatu CCCC. leguntur. Præterea ne quando minus apti munere fungerentur, obstat eorum exploratio (δοκιμασία), es-

των τὰς ἀρχὰς κληροῦντες, ἀλλὰ τοὺς βελτίστους καὶ τοὺς
b ἱκανωτάτους ἐφ' ἕκαστον τῶν ἔργων [1] προκρίνοντες. τοιούτους γὰρ ἤλπιζον ἔσεσθαι καὶ τοὺς ἄλλους, οἷοί περ ἂν ὦσιν οἱ τῶν πραγμάτων ἐπιστατοῦντες. ἔπειτα καὶ δημο-

[1] προκρίναντες A.

sentne parentibus civibus Atticis nati, legitimeque ad magistratum gerendum admissi, tum qui mores, quod vitæ genus antea fuisset: quam ut in reliquis, sic etiam in iis, qui sorte legebantur, antequam munus inirent, adhibitam fuisse, diserte docet Æschines contra Ctesiph. §. ζ'. καὶ αἱ κληρωταὶ ἀρχαὶ οὐκ ἀδοκίμαστοι, ἀλλὰ δοκιμασθεῖσαι ἄρχουσι. Universe cff. Pollux VIII. 44. ibique Hemsterh. item 68. Budæi Comment. L. Gr. p. 67. Xenoph. de Rep. Ath. III. 4. p. 699. D. Mem. II. 2. 13. Hinc jam intelligitur, quid sibi velint ista: οὐκ ἐξ ἁπάντων τὰς ἀρχὰς κληροῦντες. Sed præter τὰς κληρωτὰς ἀρχὰς aliud genus erat χειροτονητῶν, qui a tribubus singulis suffragiis eligebantur: quo pertinebant decem στρατηγοὶ, prætores, ἵππαρχοι duo, φύλαρχοι, ταξίαρχοι, alii. Vid. Pollux VIII. 94. 100. Valesius ad Harpocr. p. 175. Demosth. in Procem. 64. Et in his quidem maxime prudentiæ virtutisque ratio habebatur, ut iis Isocratea optime conveniant. Idemque de iis valet, qui proprie αἱρετοὶ dicebantur, et ad tempus rei cujusdam peragendæ, operisve curandi præfecturam gerebant. Universe de variis magistratuum generibus vid. loca Æschinis adv. Ctesiph. §. ιγ'. ζ'. Isocratem vero non nisi hos postremos significavisse, statui nequit. Potius est, ut ejus verba universe accipiantur, atque ex consuetudine civitatis explicentur. Idemque in sequentibus faciendum puto, ut ista: ἐν μὲν γὰρ τῇ κληρώσει τὴν τύχην βραβεύειν κ. π. λ. τ. ἀ. τ. ὀλ. ἐπ. ἐν δὲ τῷ προκρίνειν τοὺς ἐπιεικεστάτους, τὸν δῆμον ἔσεσθαι κύριον ἑλέσθαι τ. ἀ. μ. τ. κ. π. sic intelligantur: *etenim in sortitione, cujus omnes et boni et mali participes essent, omnia a fortuna pendere: ac sæpius magistratu potiri, qui paucorum potentiæ studeant: contra, ubi optimi cives minus bonis anteponerentur, penes populum esse, eos eligere, qui maxime populari imperio faveant*, h. e. eos ad sortiendum designare. Nec abhorret, statuere procedente ætate de severitate in optimis designandis aliquid remissum esse, ita ut fere ἐξ ἁπάντων sortitio fieret; adeoque tacitam his inesse Atheniensium reprehensionem, qualis etiam inest dicto Socratis apud Xenoph. Mem. I. 2. 9. quod respexisse videtur Aristoteles Rhetor. II. 20. §. 9. et 10. Certe suffragiis pessimos eligi solere diserte increpat Isocr. de Pace p. 170. C. Ut autem in creandis magistratibus, sic per totum muneris tempus, eoque exacto, populus erat κύριος τῶν ἀρχῶν, quippe omnes rationibus reddendis erant adstricti, ὑπεύθυνοι: cf. in primis Æschines l. l. et passim. Plutarch. in Per. p. 158. A. T. II. p. 822. E. Ruhnkenius ad Timæum p. 126. Ergo qui recte administraverant, eos laudare et honore afficere, qui secus, eos punire poterat, quod Isocrates significat §. seq. Idem.

Τοιούτους — ἐπιστατοῦντες] Ratio redditur, quare ex optimis civibus magistratus elegerint, quia solet populus horum mores imitari. Nam ut est ad Nicoclem p. 21. A. τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι. Et in Nicocle p. 34. D. φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς ἂν τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἑαυτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας. De Pace p. 170. B. reprehensis Atheniensibus, quod pessimis civibus reip. administrationem committebant, subjicit: καὶ τοὺς μὲν μετοίκους τοιούτους εἶναι νομίζομεν, οἵουσπερ ἂν τοὺς προστάτας νέμωσιν· αὐτοὶ δ' οὐκ οἰόμεθα τὴν αὐτὴν λήψεσθαι δόξαν τοῖς προεστῶσιν ἡμῶν: qui locus ideo notabilis est, quod ex eo quodammodo appareat tacite iterum cives reprehendere Isocratem, qui non amplius ita sentirent. Similiter Xenoph. Cyrop. VIII. 8. 5. ὁποῖοί τινες γὰρ ἂν οἱ προστάται ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ἐπιτοπολὺ γίγνονται. Nec prorsus dissimile aliud de Vectigal. Athen. init. p. 920. A. ἐγὼ τοῦτο μὲν ἀεί ποτε νομίζω, ὁποῖοί τινες οἱ προστάται ὦσι, τοιαύτας καὶ τὰς πολιτείας γίγνεσθαι. Euripides Orest. 770.

Δεινὸν οἱ πολλοὶ, κακούργους ὅταν ἔχωσι προστάτας,
Ἀλλ', ὅταν χρηστοὺς λάβωσι, χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεί.

Cicero ad Div. I. 9. ex Platone, notante Wolfio: "Quales (inquit) in republ. principes sunt, tales reliqui cives solent esse." Virgilius ad apum cœtum transtulit, Georg. IV. 951.

"Ut binæ regum facies, ita corpora plebis."

Ἔπειτα καὶ δημοτικωτέραν — πολιτείαν] Causa indicatur, cur magistratus non sorte

τικωτέραν ἐνόμιζον εἶναι [1] ταύτην τὴν κατάστασιν [2] ἢ τὴν διὰ τοῦ λαγχάνειν [3] γιγνομένην· ἐν μὲν γὰρ τῇ κληρώσει τὴν τύχην [4] βραβεύσειν καὶ πολλάκις λήψεσθαι τὰς ἀρχὰς τοὺς ὀλιγαρχίας ἐπιθυμοῦντας, ἐν δὲ τῷ προκρίνειν τοὺς ἐπιεικεστάτους τὸν δῆμον ἔσεσθαι κύριον ἑλέσθαι τοὺς ἀγα- c
πῶντας μάλιστα τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν.

θ΄. Αἴτιον δ' ἦν τοῦ ταῦτα τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν καὶ μὴ περιμαχήτους εἶναι τὰς ἀρχὰς, ὅτι [5] μεμαθηκότες ἦσαν ἐργάζεσθαι καὶ φείδεσθαι, καὶ μὴ τῶν μὲν οἰκείων ἀμελεῖν τοῖς δ' ἀλλοτρίοις ἐπιβουλεύειν, μηδ' ἐκ τῶν δημοσίων τὰ σφέτερ' αὐτῶν διοικεῖν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἑκάστοις ὑπαρχόντων, ὁπότε δεήσειε, [6] τοῖς κοινοῖς ἐπαρκεῖν, μηδ' ἀκριβέστερον εἰδέναι τὰς ἐκ τῶν ἀρχείων προσόδους ἢ τὰς ἐκ τῶν ἰδίων d
γιγνομένας αὐτοῖς. οὕτω δ' ἀπείχοντο [7] σφόδρα τῶν τῆς

[1] ταύτην εἶναι A. C. L. [2] τῆς A. C. L. [3] γιγνομένης A. C. L. [4] βραβεύειν A. C. L. [5] μεμελητηκότες A. C. L. [6] καὶ τοῖς A. C. L. [7] σφόδρα om. A. C. L.

duxerint. Verba modo explicuimus. IDEM.

Αἴτιον δ' ἦν τοῦ ταῦτα τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, καὶ μὴ περιμαχήτους εἶναι τὰς ἀρχὰς, κ. τ. λ.] Cum argumento totius hujus §. cf. locus e Panath. p. 263. A — C. Ἐργάζεσθαι universe significat *rem familiarem augere, ejus curam gerere*; et ita h. l. opponitur sequenti τῶν οἰκείων ἀμελεῖν. Eadem significatione ad Nicocl. p. 19. B. opponitur τῷ δαπανᾶσθαι. Cf. Hoogev. ad Vigerum III. 13. 5. p. 163. Alteri φείδεσθαι, *parce vivere, parsimonia uti*, respondet item sequens τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιβουλεύειν, quod qui faciunt, tantum absunt, ut suis parcant, ut et aliorum bona dilapidare cupiant. IDEM.

Καὶ μὴ τῶν μὲν οἰκείων ἀμ. τ. δ. ἀ. ἐ.] Idem in veteribus Atheniensibus laudat in Paneg. p. 63. D. In Or. autem de Pace ita suos reprehendit, ut rursus illud appareat, hac laude majorum vituperationem præsentis ætatis contineri. Verba hæc sunt p. 164. C. οὐδὲν δὲ τούτων οἷόν τ' ἐστὶ γενέσθαι πρότερον, πρὶν ἂν πεισθῆτε, τὴν μὲν ἡσυχίαν ὠφελιμωτέραν καὶ κερδαλεωτέραν εἶναι τῆς πολυπραγμοσύνης, τὴν δὲ δικαιοσύνην τῆς ἀδικίας, τὴν δὲ τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν τῆς τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας· περὶ ὧν οὐδεὶς πώποτε τῶν ῥητόρων εἰπεῖν ὑμῖν ἐτόλμησεν. Similiter de Permut. p. 315. A. memorantur οἱ προῃρημένοι τῶν μὲν ἰδίων ἀμελεῖν, τοῖς δ' ἀλλοτρίοις ἐπιβουλεύειν. Nec tamen prorsus eadem esse putem τὰ ἴδια et τὰ οἰκεῖα· illa enim tantummodo privatas uniuscujusque civis res significant, et mox opponuntur τοῖς δημοσίοις. Contra τὰ οἰκεῖα latius patent, nec tantum singulorum civium bona, sed totius civitatis complectuntur. Perspicue id apparet ex loco de Pace p. 175. E. ubi exemplum τῆς τῶν οἰκείων ἀμελείας, τῶν δ' ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας hoc affertur, quod Decelico bello pressi Athenienses, vel sic tamen classem ad Siciliam debellandam emiserant, quodque τῶν προαστείων τῶν οἰκείων οὐ κρατοῦντες, Ἰταλίας καὶ Σικελίας καὶ Καρχηδόνος ἄρξειν προσεδόκησαν. Nostro loco utrumque significari putem, privata ob antecedentia, publica, quod mox peculiaris τῶν ἰδίων mentio fit. Cæterum conferri potest præceptum Nicoclis p. 37. A. ἀπέχεσθε τῶν ἀλλοτρίων, ἵν' ἀσφαλέστερον τοὺς οἴκους τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν κέκτησθε. IDEM.

Μηδ' ἐκ τῶν δημοσίων — ἐπαρκεῖν] Significantur hæc et illustrantur hisce Dionysii Hal. qui ait, antiquos Athenienses ἀντὶ τοῦ τὰς ἰδίας οὐσίας ἐκ τῶν δημοσίων ἐπανορθοῦν, τοὺς ἰδίους πλούτους εἰς τὰ κοινὰ καταχορηγῆσαι. Eadem laus illis tribuitur in Paneg. p. 56. A. Ejusque contrarium graviter in æqualibus reprehendit de Pace p. 161. B. Exemplum privatarum impensarum publicis sumptibus factarum Andocides Or. IV. §. ς'. refert Alcibiadem accusans quod ἰδίας ἀπὸ τῶν κοινῶν προσόδους κατεσκευάσατο. Cujus contrarium habemus ibid. §. ιδ'. ubi de se ipse dicit: τὰ προσταττόμενα δαπανῶ, οὐκ ἀπὸ τῶν κοινῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἰδίων. IDEM.

Οὕτω δ' ἀπείχοντο — δεομένους] Sensus est: *tanta erat illorum abstinentia a publicis opibus, ut eo tempore difficilius reperirentur, qui* (lucri e publicis opibus capiendi cupiditate ducti) *magistratum gerere cuperent, quam nunc, qui illud recusent, nolint, fugiant.* Μηδὲν δεῖσθαι enim h. l. videtur significare *nolle*, uti interpretatur Budæus Comm. L. Gr. p. 955. Rursus est oppositio præteritorum et præsentium. Quam pauci olim erant, qui magistratu gerendo lucrum sibi comparare studerent, tam multi nunc sunt, qui publicæ pecuniæ inhiantes ad remp. administrandam advolant: tam pauci, qui privati homines vivere malint, a rebus gerendis remoti. Sic enim Panath. l. l. dicit, tunc temporis μηδένα τῶν πολιτῶν, ὥσπερ νῦν, διακεῖσθαι πρὸς τὰς ἀρχὰς, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ ταύτας φεύγειν ἡδὺ ἢ διώκειν. IDEM.

πόλεως, ὥςτε χαλεπώτερον ἦν ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις εὑρεῖν τοὺς βουλομένους ἄρχειν ἢ νῦν τοὺς μηδὲν δεομένους· οὐ γὰρ ἐμπορίαν ἀλλὰ λειτουργίαν ἐνόμιζον εἶναι τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν, οὐδ' ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ἐσκόπουν [1] ἐλθόντες εἴ τι λῆμμα παραλελοίπασιν οἱ πρότερον ἄρχοντες, ἀλλὰ
e πολὺ μᾶλλον εἴ τινος πράγματος κατημελήκασι τῶν τέλος ἔχειν κατεπειγόντων. ὡς δὲ συντόμως εἰπεῖν, ἐκεῖνοι διεγνωκότες ἦσαν ὅτι δεῖ τὸν μὲν δῆμον ὥςπερ τύραννον καθιστά-

[1] ἐλθόντες om. A. C. L.

Οὐ γὰρ ἐμπορίαν — ἐπιμέλειαν] Non enim *mercaturam*, sed λειτουργίαν putabant esse rerum publicarum curam, h. e. non enim putabant se in gerenda rerum publicarum cura, in administranda republica, id sibi debere propositum habere, ut ex ea, tanquam ex mercatura, lucrum facerent, sed hoc potius, ut reipublicæ opera sua et pecunia prodessent (rursus his lucem afferunt sequentia μηδ' ἀπὸ τῆς — κατεπειγόντων). Hoc enim est λειτουργία et λειτουργεῖν; quod primaria notione significat *res publicas facere, operari*. Indicat hoc Ulpianus in Demosth. in Lept. λεῖτον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ δημόσιον, ὅθεν λειτουργεῖν τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι. Et peculiariter de ejusmodi *opera* usurpatur *quam sua pecunia cives reip. præstabant*: quod qui facerent, λειτουργοὶ Athenis dicebantur, erantque varii generis, χορηγοὶ, γυμνασίαρχοι, ἑστιάτορες, τριήραρχοι et εἰσφέροντες, de quibus omnibus egit Sigonius de Rep. Athen. IV. 4. Hoc sensu Xenophon Mem. II. 7. 6. λειτουργεῖν τῇ πόλει dixit pro, *civitati pecunias de suis ipsius facultatibus suppeditare.* eodemque Nicocles p. 38. D. cives suos jubet esse λαμπροὺς ἐν ταῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως λειτουργίαις. Atque hæc notio nostro loco probe tenenda est: ex ea enim intelligitur oppositio inter ἐμπορίαν, quæ lucrum affert, et λειτουργίαν, qua, objecta omni lucri spe, ipsi de suis civitati opem ferant cives. Disputatur autem num scribi debeat λειτουργία, λειτουργεῖν, an potius λητουργία, λητουργεῖν. Vid. Thomas Mag. in voce p. 573. Hoc, ut Atticorum proprium, commendat Mœris, ad quem vid. Piersonus p. 252. Huc pertinet quod dicit vetus Grammaticus ap. Bekkerum V. I. p. 277. Λειτουργεῖν· οἱ παλαιοὶ Ἀθηναῖοι διὰ τοῦ η ἔλεγον λητουργεῖν· λητὸς γὰρ ἐστὶ δημόσιον ἀρχεῖον, οἱ οὖν ἐν τῷ λητῷ ἐργαζόμενοι οὗτοι λειτουργοῦσιν (f. l. λητουργοῦσιν). ὅπερ νῦν διὰ τῆς ει διφθόγγου λέγεται. Mœridis sane sententiam hic egregie confirmat: quod autem de δημοσίῳ ἀρχείῳ ait, mihi quidem plane novum videtur: reliqui, quantum scio, simpliciter interpretantur τὸ δημόσιον. Vid. etiam Valcken. Animadv. ad Ammon. II. 16. p. 144. seq. IDEM.

Λῆμμα] Gramm. cujus sunt λέξεις ῥητορικαὶ ap. Bekkerum V. I. p. 276. Λῆμμα· κέρδος. Eo sensu frequens est, veluti ap. Lysiam contra Diogit. §. ς'. Dinarchum in Demosth. §. ζ. in Aristogit. §. δ'. in Philocl. §. α'. Dissentiunt Mœris p. 245. et Herodianus p. 470. scribendumne sit λῆμμα an λῆμα, qua de re vid. ad Mœrin Hudsonus et Piersonus. Illud omnino cum Herodiano tenendum. Nam λῆμα simplici μ significat *animum, animi impetum*, τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς: contra λῆμμα est κέρδος, a verbo λαμβάνω: uti recte distinguunt Ammonius ejusque Editioni subjectus Eranius Philo, cum Herodiano consentientes, ut hinc cum Hudsono Mœris corrigendus videatur. Vid. Valckenaerius ad Ammon. Animadvs. L. II. C. XV. p. 141 — 143. et, præter alios Piersono laudatos, L. Bosii Anim. in Script. Gr. p. 48. Recte etiam distinguuntur in Fragm. Lex. Gr. subjecto Hermanni Libro de Emend. Rat. Gramm. Gr. p. 326. f. λῆμα ἡ ἀνδρία καὶ ἡ φρόνησις· λῆμμα δὲ τὸ κέρδος. IDEM.

ναι τὰς ἀρχὰς καὶ κολάζειν τοὺς ἐξαμαρτάνοντας καὶ κρίνειν περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, τοὺς δὲ σχολὴν ἄγειν 145
δυναμένους καὶ βίον ἱκανὸν κεκτημένους ἐπιμελεῖσθαι τῶν
143 κοινῶν ὥςπερ [1] οἰκέτας, καὶ δικαίους μὲν γενομένους ἐπαινεῖσθαι καὶ στέργειν [2] ταύτῃ τῇ τιμῇ, κακῶς δὲ διοικήσαντας μηδεμιᾶς συγγνώμης τυγχάνειν, ἀλλὰ ταῖς μεγίσταις ζημίαις περιπίπτειν. καίτοι πῶς ἄν τις ταύτης ἢ βεβαιοτέραν ἢ δικαιοτέραν δημοκρατίαν εὕροι, τῆς τοὺς μὲν δυνατωτάτους ἐπὶ τὰς πράξεις καθιστάσης, αὐτῶν δὲ τούτων τὸν b
δῆμον κύριον ποιούσης;

ι΄. Τὸ μὲν οὖν σύνταγμα τῆς πολιτείας τοιοῦτον ἦν αὐτοῖς· ῥᾴδιον δ᾽ ἐκ τούτων [3] καταμαθεῖν ὡς καὶ τὰ κατὰ [4] τὴν ἡμέραν ἑκάστην ὀρθῶς καὶ νομίμως πράττοντες διετέλεσαν. ἀνάγκη γὰρ [5] τοῖς περὶ ὅλων τῶν πραγμάτων καλὰς τὰς ὑποθέσεις [6] πεποιημένοις καὶ [7] τὰ μέρη τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχειν ἐκείνοις.

[1] οἰκειοτάτων A. L. [τῶν] οἰκειοτάτων C. [2] ταύτην τὴν τιμὴν A. C. L. [3] καταμανθάνειν A. C. L. [4] τὴν om. A. C. L. [5] τοὺς C. [6] πεποιημένους C. [7] τὰ κατὰ A. L. κατὰ τὰ C.

Σχολὴν ἄγειν] Intelligitur *otium liberale*, vacuum ab omni opificio, quale etiam dicitur ἀργία in Busir. p. 225. B. cui opponitur ἔργον, *opus illiberale*. Cf. Cl. Wyttenbachius ad Sel. Hist. Gr. p. 373. et 452. et Bibl. Crit. P. XII. p. 41. sq. Idem.

Βίον] *res ad victum necessarias*, τὴν περιουσίαν, ut interpretatur Coraes. Locum respexit Isocrates de Perm. p. 129. Ed. Or. Τοὺς βίον ἱκανὸν κεκτημένους καὶ σχολὴν ἄγειν δυναμένους. notavitque Orellius. Idem.

Ἐπιμελεῖσθαι τῶν κοινῶν ὥσπερ οἰκειοτάτων] Hoc est boni viri et imperantis. Comparentur loca e Paneg. et Or. de Pace supra laudata. Huc pertinet, quod refert Herodotus V. 29. Parios, Miletum sedaturos, magistratus elegisse eos, quorum optime culti essent agri: δοκέειν γὰρ ἔφασαν καὶ τῶν δημοσίων οὕτω δὴ σφέας ἐπιμελήσεσθαι ὥσπερ τῶν σφετέρων. Ubi notavit quædam Wesselingius. Idem.

Ἐπαινεῖσθαι καὶ στέργειν τ. τ. τ.] Laus enim est maximum præmium, uti docet etiam ad Demon. p. 10. B. ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττου μὴ πλουσιώτερος ἀλλ᾽ ἐνδοξότερος· πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τοῦ πλήθους ἔπαινος. Lycurgus adv. Leocr. §. ιβ΄. ἔτι δὲ καὶ δίκαιον τὸν ἔπαινον, ὃς μόνος ἆθλον τῶν κινδύνων τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐστι, κ. τ. λ. Cicero Pro Arch. 11. "Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat, præter hanc laudis et gloriæ." Sic etiam Aristoteles Politicæ vitæ finem statuit honorem: vid. Stephani Diatr. Is. V. p. 28. Exemplum Cyri habemus apud Xenoph. Cyrop. I. 2. 1. omnia tolerantis τοῦ ἐπαινεῖσθαι ἕνεκα. Idem.

Τῆς τοὺς μὲν δυνατωτάτους ἐπὶ τ. π. κ.] Propter locum e §. η΄. τοὺς ἱκανωτάτους ἐφ᾽ ἕκαστον τῶν ἔργων προκρίνοντες, putet forte quis, hic reponendum esse ἱκανωτάτους· id vero minus recte. Referri enim potest ad antecedentia τοὺς δὲ σχολὴν ἄγειν δυναμένους, κ. τ. λ. Idem.

Ἀνάγκη γὰρ τοῖς — πεποιημένοις, καὶ κατὰ τὰ μέρη τ. α. τ. ἔχειν ἐκείνοις] Recte Coraes κατὰ τὰ μέρη ex veteribus Edd. revocavit pro Wolfiano τὰ κατὰ μέρη: non item, meo quidem judicio, Dativum τοῖς — πεποιημένοις mutavit in Accusativum τοὺς πεποιημένους, allatis aliis locis, ubi ἀνάγκη sequente Accusativo cum Infinitivo occurrit. Nec enim h. l. Dativus pendet ab ἀνάγκη, sed ab Infinitivo ἔχειν, dum sequens ἐκείνοις in hac constructione redundat, hoc sensu: *Necesse enim est, ut qui universam rerum administrationem recte instituant, apud eosdem, quod ad singulas partes attinet, res eodem modo sese habeat.* Similem sententiam habuimus §. δ΄. Idem.

c ια΄. Καὶ πρῶτον μὲν τὰ περὶ τοὺς θεοὺς — ἐντεῦθεν γὰρ [1] ἄρχεσθαι δίκαιον — οὐκ ἀνωμάλως οὐδ᾽ ἀτάκτως οὔτ᾽ ἐθεράπευον οὔτ᾽ ὠργίαζον· οὐδ᾽, [2] ὁπότε μὲν δόξειεν αὐτοῖς, [3] τριακοσίας βοῦς ἔπεμπον, ὁπότε δὲ τύχοιεν, τὰς πατρίους θυσίας [4] ἐξέλειπον· οὐδὲ τὰς μὲν ἐπιθέτους ἑορτάς, αἷς ἑστίασίς τις προσείη, μεγαλοπρεπῶς ἦγον, ἐν δὲ τοῖς ἁγιωτάτοις τῶν ἱερῶν ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον· ἀλλ᾽ ἐκεῖνο μόνον
d ἐτήρουν, ὅπως μηδὲν μήτε τῶν πατρίων [5] καταλύσουσι μήτ᾽ ἔξω τῶν νομιζομένων [6] προσθήσουσιν. οὐ γὰρ ἐν ταῖς πολυ-

[1] ἄρξασθαι δίκαιόν μοι δοκεῖ A. L. ἄρξασθαι δίκαιον εἶναί μοι δοκεῖ C. [2] εἴποτε A. C. L. [3] τριακοσίους A. L. [4] ἐξέλιπον A. L. [5] καταλύσωσι A. [6] προσθήσωσιν A.

Οὔτε ἐθεράπευον, οὔτε ὠργίαζον] Notetur illud de *sacris popularibus*, hoc de *arcanis* sive *mysteriis* accipiendum: sic de sacris Bonæ Deæ occurrit apud Plutarch. in Cicer. p. 870. B. Idem.

Οὐκ ἀνωμάλως οὐδὲ ἀτάκτως] Prius pertinet ad sumptus, alias maximos, alias minimos: alterum ad tempora et statos dies. Wolf.

Ἔπεμπον] Ἐν τῇ πομπῇ ἔθυον καὶ κατέβαλλον. Nam τὸ πέμπειν ἀντὶ τοῦ πομπεύειν hic poni videtur: nisi quis forte intelligere malit de sacrificiis, quæ Athenienses in externa templa, ut Delphici Apollinis, et Jovis Olympii, aliorumque Deorum miserunt. Idem. Posterius præferam, quæ fuit præcipua pietatis pars apud Græcos: vid. Casaubonus ad Theophr. p. 329. qui hoc ipso loco utitur. Berg.

Ἐπιθέτους ἑορτὰς] Explicant Grammatici, Harpocration, Suidas et Etymologus, τὰς μὴ πατρίους, ἄλλως δὲ ἐπιψηφισθείσας, quæ Areopagi judicio adsciscebantur, uti sequentia declarant; addunt enim ἐλέγετο δὲ παρ᾽ αὐτοῖς καὶ ἄλλα (ἄλλα solius est Etymologi) ἐπίθετά τινα, ὁπόσα μὴ πάτρια ὄντα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ἐδίκαζεν. Cf. Valesius ad Harp. p. 29. Idem.

Αἷς ἑστίασίς τις προσείη] Τὰς δημοθοινίας intelligi, de quibus Xenoph. de Ath. Rep. II. 9. θύουσιν οὖν δημοσίᾳ μὲν ἡ πόλις ἱερεῖα πολλά· ἔστι δὲ ὁ δῆμος ὁ εὐωχούμενος καὶ διαλαγχάνων τὰ ἱερεῖα, monet Coraes. Similiter Isæus de Astyphili hæred. §. ζ΄. memorat: τὰς θυσίας — ἐν αἷσπερ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι ἑστιῶνται. Sequens μεγαλοπρεπῶς idem est, quod mox dicitur ἐν πολυτελείαις. Idem.

Τοῖς ἁγιωτάτοις τῶν ἱερῶν] Eadem sunt, quæ modo τὰς πατρίους θυσίας dixerat, de quibus scriptum erat ἐν ταῖς κύρβεσι, in *tabulis legum*, unde dictio τὰ ἐκ τῶν κύρβεων θύειν. idem quod κατὰ τὰ πάτρια θύειν, apud Lysiam adv. Nicomachum §. ε΄. qui ipsum illud, quod hic Isocrates reprehendit, fecisse accusatur. Cf. et Plutarchus in Solone p. 92. B. Idem.

Ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον] Didymus apud Harpocrationem interpretatur ἐκ τῶν τεμενικῶν προσόδων, probantibus Maussaco et ad h. l. Wolfio: improbantibus Valesio ad Harp. p. 95. et Corae ad h. l. qui rectius interpretantur *ex locatione*. Hic quidem omnium optime vim dictionis explicuisse videtur. Primum docet e loco Lysiæ modo cit. aliud quid esse ἀπὸ τῶν προσόδων θύειν sive ἀπὸ τῶν προσιόντων χρημάτων, quæ Nicomachus nefarie in adscititiis sacris consumpsisse dicitur, ita ut, unde patria celebrarentur, non superesset. Tum, Valesium secutus, verborum ἀπὸ μισθωμάτων θύειν subjicit hanc interpretationem: Ἔστι δὲ τοῦτο τὸ μισθοῦ ἐκδιδόναι τινὶ, οὐ κατὰ μέρη ἀλλ᾽ ὁλοκλήρως οὕτως, ὥστε τὸν ἐργολαβήσαντα ἐπ᾽ ἀδήλῳ σαλεύειν τῷ κέρδει τῷ ἀπὸ τούτου, ἢ τῇ ζημίᾳ, οὐδὲν ἧττον ἢ τὸν ἐκδόντα· οἷον, ἐπὶ τοῦ προκειμένου, εἰ ἔδει ἑκατόμβην τοῖς θεοῖς θῦσαι κατὰ τὰ πάτρια, αἱ δὲ πρόσοδοι οὐκ ἐξήρκουν εἰς ἑκατὸν βοῶν ὠνὴν, διὰ τὸ προκαταναλῶσθαι αὐτὰς εἰς τὰς μὴ πατρίους, ἀλλ᾽ ἐπιθέτους ἑορτὰς καὶ θυσίας, ἐμίσθουν οἱ τῶν ἱερῶν διοικηταὶ τὴν ἑορτὴν καὶ τὴν θυσίαν τῷ ἐξ ἐλαχίστου ποιήσειν αὐτὰς ὑφισταμένῳ· καὶ ἐκαλεῖτο τοῦτο, Ἀπὸ μισθωμάτων θύειν. Cum qua interpretatione fere consentiunt duo Veteres Grammatici in Bekkeri An. Gr. V. I. p. 207. et 432. Idem.

Οὐ γὰρ ἐν ταῖς π. — παρέδοσαν] Conferri possunt quæ refert de Socrate Xenophon Mem. I. 3. §. 3. et præceptum ad Nicocl. p. 18. E. τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ποίει μὲν ὡς οἱ πρόγονοι κατέδειξαν· κ. τ. λ. Εἶναι ἐν h. l. est *constare in*, uti et ap. Aristot. Rhet. I. 5. 21. τὸ πλουτεῖν ἐστὶν ἐν τῷ χρῆσθαι

τελείαις ἐνόμιζον εἶναι τὴν εὐσέβειαν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ μηδὲν
κινεῖν ὧν αὐτοῖς οἱ πρόγονοι παρέδοσαν. [1]καὶ γάρ τοι καὶ
τὰ παρὰ τῶν θεῶν οὐκ ἐμπλήκτως οὐδὲ ταραχωδῶς αὐτοῖς
συνέβαινεν, ἀλλ᾽ εὐκαίρως καὶ πρὸς τὴν ἐργασίαν τῆς χώρας
καὶ πρὸς τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν.

ιβ΄. Παραπλησίως δὲ τοῖς [2]εἰρημένοις καὶ τὰ πρὸς
σφᾶς αὐτοὺς διῴκουν. οὐ γὰρ μόνον περὶ τῶν κοινῶν ὡμο- e
νόουν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν ἴδιον βίον τοσαύτην ἐποιοῦντο
πρόνοιαν ἀλλήλων, ὅσην περ χρὴ τοὺς εὖ φρονοῦντας καὶ
πατρίδος κοινωνοῦντας. οἵ τε γὰρ πενέστεροι τῶν πολιτῶν 146
τοσοῦτον ἀπεῖχον τοῦ φθονεῖν τοῖς πλείω κεκτημένοις, ὥςτε
ὁμοίως ἐκήδοντο τῶν οἴκων τῶν μεγάλων ὥςπερ τῶν σφε-
τέρων [3]αὐτῶν, ἡγούμενοι τὴν ἐκείνων εὐδαιμονίαν [4]αὑτοῖς
144 εὐπορίαν ὑπάρχειν· οἵ τε τὰς οὐσίας ἔχοντες οὐχ ὅπως ὑπερ-
εώρων τοὺς καταδεέστερον πράττοντας, ἀλλ᾽ ὑπολαμβάνον-
τες αἰσχύνην αὑτοῖς εἶναι τὴν τῶν πολιτῶν ἀπορίαν ἐπή-
μυνον ταῖς ἐνδείαις, τοῖς μὲν γεωργίας ἐπὶ μετρίαις μισθώ- b

[1] τοιγάρτοι A. C. L. [2] προειρημένοις A. C. L. [3] αὐτῶν L. [4] αὐτοῖς A. L.

μᾶλλον ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι. Κινεῖν autem est *abrogare, immutare.* Sic in Evag. p. 190. C. τὶ κινεῖν τῶν μὴ καλῶς ἐχόντων. Conjungitur cum μετατιθέναι ad Nicocl. p. 18. B. In Evag. p. 201. D. convenit cum λύειν, *abrogare.* Herodotus III. 80. dixit τὰ νόμαια κινεῖν. Idem.

Οὐκ ἐμπλήκτως οὐδὲ ταραχωδῶς] Recte Wolfius ad h. l. 'Hæc verba pertinent ad τὴν δυσκρασίαν τῶν ὡρῶν καὶ τῶν ἀέρων, cum anni quadrantes suam temperiem non servant. — Item τὸ ἐμπλήκτως huc etiam accommodari potest, cum subitæ fiunt aeris et tempestatum mutationes:' Prius ἐμπλήκτως Coraes interpretatur εὐμεταβόλως, pro quo Homerum Od. Υ. 132. ἐμπλήγδην dixisse ait. Certe si ita accipiatur, quodammodo explicatur eo, quod sequitur, ταραχωδῶς, quod idem valet ac ἀτάκτως, ἀκαίρως, quippe utrumque opponitur sequenti εὐκαίρως. Occurrit etiam ἐμπλήκτως apud Thucyd. III. 82. ubi Schol. interpretatur μανιωδῶς. Et cum aliis ejusdem significationis adverbiis, εὐήθως, ἀνοήτως, ἀφρόνως, ἐπιπλήκτως, ἐκφρόνως, ἀσυνέτως, recensetur a Polluce V. 121. Idem.

Τὰ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς] Hoc est *civium inter consuetudo.* Primum dixit de cultu Deorum: nunc progreditur ad privatæ vitæ rationem describendam, τὸν ἴδιον βίον, ut ipse mox dicit. Cernitur autem in hac laude reprehensio æqualium, quos plane aliter egisse significat §. λη΄. Idem.

Ἐποιοῦντο πρόνοιαν ἀλλήλων] Πρόνοιαν ποιεῖσθαι τινὸς, *curam gerere alicujus,* frequens apud Isocratem dictio. Vid. Paneg. p. 41. B. De Pace p. 175. D. Genitivus pendet a suppressa præpositione περὶ, quæ addita reperitur ad Phil. p. 96. A. Plat. p. 297. A. Idem uno verbo dicitur προνοεῖσθαι Panath. p. 249. B. idemque significat quod ἐπιμελεῖσθαι, quippe opponitur τῷ ἀμελεῖν apud Galenum Protrept. C. VIII. ἑστιώμενος — παρά τινι τῶν μὲν ἑαυτοῦ πάντων ἀκριβῶς προνενοημένῳ, μόνου δ᾽ ἑαυτοῦ παντάπασιν ἠμεληκότι. Idem.

Ἡγούμενοι — ὑπάρχειν] Cum his ex Orat. de Perm. ἡγούμενος τὸν ἀγῶνα τὸν πρὸς ἐμὲ παρ᾽ ἑτέρων χρηματισμὸν ποιήσειν, καὶ προσδοκῶν, κ. τ. λ. comparat Orellius in Ann. p. 209. Idem.

Οὐχ ὅπως — ἀλλὰ] *non solum non — sed etiam.* Plenius οὐχ ὅπως — ἀλλὰ καὶ de Pace p. 186. C. Busir. p. 222. B. Vid. Sluiteri Lect. And. p. 280. ab eoque laudati. Idem.

Γεωργίας] H. l. *agros colendos,* de ipsa *agricultura* infra legitur §. ιζ΄. De agriculturæ studio apud Athenienses vid. Xenophon Œcon. C. IV. V. XII. Idem.

σεσι παραδιδόντες, τοὺς δὲ κατ᾽ ἐμπορίαν ἐκπέμποντες, τοῖς
δ᾽ εἰς τὰς ἄλλας ἐργασίας ἀφορμὴν παρέχοντες. [1]οὐ γὰρ
ἐδεδίεσαν μὴ δυοῖν θάτερον πάθοιεν, ἢ πάντων στερηθεῖεν,
ἢ πολλὰ πράγματα σχόντες μέρος τι κομίσαιντο τῶν [2]προ-
εθέντων· ἀλλ᾽ ὁμοίως ἐθάῤῥουν περὶ τῶν ἔξω [3]δεδομένων
ὥςπερ περὶ τῶν ἔνδον [4]κειμένων. ἑώρων γὰρ τοὺς περὶ τῶν
[5]συμβολαίων κρίνοντας οὐ ταῖς ἐπιεικείαις [6]χρωμένους,
c ἀλλὰ τοῖς νόμοις πειθομένους, οὐδ᾽ ἐν τοῖς τῶν ἄλλων ἀγῶ-
σιν αὑτοῖς ἀδικεῖν ἐξουσίαν παρασκευάζοντας, ἀλλὰ μᾶλ-

[1] οὐδὲ A. C. L. [2] πρόσθεν ὄντων A. C. L. [3] διδομένων A. C. L.
[4] ἀποκειμένων A. C. L. [5] τοιούτων A. C. L. [6] καταχρωμένους A. C. L.

Κατ᾽ ἐμπορίαν ἐκπέμποντες] Sic Trapez. p. 359. A. ὁ πατὴρ — (μὲ) ἐξέπεμψεν ἅμα κατ᾽ ἐμπορίαν καὶ κατὰ θεωρίαν. Solonem κατὰ θεωρίης πρόφασιν Athenis profectum, narrat Herodotus I. 29. Idem.

Ἀφορμὴν] *subsidia,* unde operis aut mercaturæ initium fieret, itaque *pecuniæ,* quæ apud Atticos propria hac voce dicebantur; postea προβολὴ, et ἐνθήκη dicta sunt. Vid. Harpocration in v. Maussacus ad eum, Valesius ad eum p. 14. et ad Notas Maussaci p. 103. et 104. Coraes ad h. l. et in Add. p. 334. item Casaubonus ad Theophr. p. 132. Idem.

Μέρος τι κομίσαιντο] *partem aliquam recuperarent.* Κομίζεσθαι sæpissime est *recuperare.* Vid. Thomas Mag. in v. et quos laudat Oudendorpius. Ex Isocrate notentur sequentia: Archid. p. 133. D. De Pace p. 163. D. Evag. p. 195. A. Plat. p. 301. C. Trapez. p. 359. E. 360. C. adv. Callim. p. 379. A. Addantur Andocides Or. III. §. γ΄. Xenoph. Mem. S. IV. 4. 17. Herodot. IV. 179. Idem.

Ταῖς ἐπιεικείαις καταχρωμένους] Quid hoc sit, patet ex opposito τοῖς νόμοις πειθομένους, scilicet, nulla habita pœnarum lege constitutarum ratione, delinquentibus indulgere, veniam dare, certe concedere ut debitæ pecuniæ reddendæ tempus differant. Ταῖς συγκαταβάσεσι interpretatur Coraes. Cf. et Stephani Diatr. V. p. 29. Sententiam quodammodo illustrant hæc ad Nicocl. p. 18. C. τὰς κρίσεις ποιοῦ, περὶ ὧν ἂν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, μὴ πρὸς χάριν, μηδ᾽ ἐναντίας ἀλλήλαις, ἀλλ᾽ ἀεὶ ταὐτὰ περί γε τῶν αὐτῶν γίνωσκε. Wolfius ad hæc: 'Quando (inquit) ut Terentius ait, "judices propter invidiam adimunt diviti et ex misericordia addunt pauperi."' Idem.

Οὐδ᾽ ἐν τοῖς τῶν ἄλλων ἀγῶσιν αὐτοῖς ἀδικεῖν ἐξουσίαν παρασκ.] Proposita *impunitatis spe,* quam recte ait Cicero pro Milone 16. "maximam illecebram esse peccandi." Langius et Coraes ediderunt αὐτοῖς. Sed, me quidem judice, sententia postulat αὑτοῖς. Pendent hæc ab antecedenti ἑώρων quod dicitur de divitibus, qui pauperioribus pecunias mutuo dabant. Hi videbant, judices αὐτοῖς, *ipsis,* h. e. pauperibus illis, *nullam præbere fraudandi facultatem* (ἀδικεῖν sive τοῦ ἀδικεῖν ἐξουσίαν). Quomodo? ἐν τοῖς τῶν ἄλλων ἀγῶσιν, *in reliquarum judiciis,* hoc est in aliorum pauperum, si qui forte fidem fregissent, nec debita solvissent, causis dijudicandis, dum eos culpa liberarent. Etenim *clementiæ,* τῇ ἐπιεικείᾳ, erga delinquentes nullus locus erat, ut modo vidimus: sed ipsi judices reis magis infesti erant, quam ipsi illi qui injuriam acceperant. Atque sic etiam edidit Wolfius, quanquam in Annot. præferre videtur αὑτοῖς. 'Judicia enim (inquit) penes pauperes erant Athenis, et quotannis judices mutabantur. Itaque colludebant inter sese, sicut etiam in dicendis testimoniis. Unde proverbium δάνεισόν μοι μαρτυρίαν.' De quo Cf. Erasmus in Adag. p. 569. Idem.

Ἀλλὰ μᾶλλον ὀργιζομένους τ. ἀ. ἀ. τ. ἀ.] Οἱ ἀποστεροῦντες sunt *fraudatores, qui alios mutua data pecunia fraudant.* Sic occurrit etiam adv. Lochitem p. 398. B. Ὀργίζεσθαι proprie dicitur de populo in judiciis. Ad horum autem verborum rectam intelligentiam notanda est ratio legum Solonis, de quibus potissimum loquitur Isocrates, ita comparata ut lædentem pariter læsi atque illæsi persequerentur. Quam ipse optimam civitatis formam pronuntiavit apud Plutarch. in Sol. p. 88. C. Quo etiam pertinet ipsius dictum apud Stobæum Flor. S. XIII. p. 268. Ed. Gesn. εἰ δὲ βούλει καὶ νῦν, ἔφη ὁ Σόλων, περὶ πολιτείας ἀκοῦσαι, δοκεῖ μοι πόλις ἄριστα πράττειν, καὶ μάλιστα σώζειν δημοκρατίαν, ἐν ᾗ τὸν ἀδικήσαντα τοῦ ἀδικηθέντος οὐδὲν ἧττον οἱ μὴ ἀδικηθέντες προβάλλονται καὶ κολάζουσιν. laudatum Meursio in Solone C. XXIX. et de quo plura dedit Cl. Wyttenbachius

3 A

λου ὀργιζομένους τοῖς ἀποστεροῦσιν αὐτῶν τῶν ἀδικουμένων, καὶ νομίζοντας διὰ τοὺς ἄπιστα τὰ συμβόλαια ποιοῦντας μείζω βλάπτεσθαι τοὺς πένητας τῶν πολλὰ κεκτημένων· τοὺς μὲν γὰρ, ἣν παύσωνται [1]προϊέμενοι, μικρῶν προσόδων [2]ἀποστερηθήσεσθαι, τοὺς δ', [3]ἢν ἀπορήσωσι τῶν ἐπαρκούντων, εἰς τὴν ἐσχάτην ἔνδειαν [4]καταστήσεσθαι. καὶ γάρ d
τοι διὰ ταύτην τὴν γνώμην [5]οὐδεὶς οὔτ' ἀπεκρύπτετο τὴν οὐσίαν οὔτ' ὤκνει συμβάλλειν, [6]ἀλλ' ἥδιον ἑώρων τοὺς δανειζομένους ἢ τοὺς ἀποδιδόντας. ἀμφότερα γὰρ αὐτοῖς συνέβαινεν, ἅπερ ἂν βουληθεῖεν ἄνθρωποι νοῦν ἔχοντες· ἅμα γὰρ τούς τε πολίτας ὠφέλουν καὶ τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἐνεργὰ καθίστασαν. κεφάλαιον δὲ τοῦ καλῶς ἀλλήλοις ὁμιλεῖν· αἱ μὲν γὰρ κτήσεις ἀσφαλεῖς ἦσαν, οἷςπερ κατὰ τὸ δίκαιον c

[1] προσποιούμενοι A. C. L. [2] ἀποστερήσεσθαι A. C. L. [3] ἂν A. C. L. [4] κατασταθήσεσθαι A. C. L. [5] οὐδεὶς om. A. C. L. [6] οὐδεὶς, ἀλλ' A. C. L.

in animadversione ad Plutarchi Conviv. Sap. p. 154. D. Hinc item explicanda videntur Lysiæ hæc Pro Callia: ἄξιον δὲ μοὶ δοκεῖ εἶναι, οὐ τούτων ἴδιον ἡγεῖσθαι τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ κοινὸν ἁπάντων τῶν ἐν τῇ πόλει. Idem.

Καὶ νομίζοντας — κατασταθήσεσθαι] Cum Demosthene in Phormionem §. ιϛ'. comparavit Valesius Emend. IV. 4. Quod attinet ad verba ἢν παύσωνται προσποιούμενοι, non dubito quin supervacanea sit Corais conjectura προσπορίζόμενοι, et προσποιεῖσθαι hic recte interpretatus fuerit Wolfius in Ann. *augere opes mutuo danda pecunia, aut clientelis adsciscendis rem familiarem amplificare*, allato loco quodam Pausaniæ, quanquam eodem modo ac h. l. me alibi legere non memini. Cff. tamen Thucyd. II. 33. 85. ibique Schol. Herodotus VI. 66. ibique Valcken. item IX. 36. Itaque non capio, cur miretur Coraes, Harpocrationem in voce: Προσεποιήσαντο, ἀντὶ τοῦ Ἀντεποιήσαντο. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Νικοδήμου. Οὐδεὶς πώποτε προσεποιήσατο, οὐδ' ἠμφισβήτησε τῆς κληρονομίας ἐκείνων (ἐκείνῳ editur de Pyrrhi hæred. init.). nullam fecisse hujus Isocrateæ significationis mentionem. Neque enim prorsus eadem est, ac in loco Isæi, ubi designat *injustum conatum hæreditatem sibi vindicandi*, uti et sequens ἠμφισβήτησε declarat: quod secus est nostro loco, ubi de *justo ac debito fœnore* agitur. — Cæterum ἀποστερήσεσθαι, est futurum medium pro passivo ἀποστερηθήσεσθαι, quod frequens est apud Atticos. Vid. Piersonus ad Mœrin p. 13. 367. et 21. Hemsterhusius ad Thomam Mag. p. 852. Valckenaerius ad Theocritum Id. I. 26. Sic ap. Thucyd. VI. 91. est ἀποστερήσονται pro ἀποστερηθήσονται. V. 56. ἀδικήσεσθαι pro ἀδικηθήσεσθαι. Paneg. p. 80. C. ἀπαλλαγήσονται pro ἀπαλλαχθήσονται. Quapropter haud inepta est Corais suspicio, pro eo quod sequitur κατασταθήσεσθαι restituendum esse καταστήσεσθαι, præsertim cum id etiam alibi exstet in Archid. p. 132. A. Idem.

Ἀπεκρύπτετο] Ἀποκρύπτεσθαι h. l. *sibi reservare, in suum usum abscondere*, ex vi verbi medii, quam recte ostendit Coraes. Eodem sensu eademque de re verbum occurrit apud Isæum De Apollod. hæred. §. η'. τί χρὴ τὸν μέτριον πολίτην; οὐκ, εἰ μὲν ἕτεροι τὰ μὴ προσήκοντ' ἐβιάζοντο λαμβάνειν, τούτων μηδὲν ποιεῖν, τὰ δ' ἑαυτοῦ μόνον πειρᾶσθαι σώζειν; οὐδ' εἰ (forte rectius legatur οὐκ, εἰ) πόλις δεῖται χρημάτων, ἐν πρώτοις εἰσφέρειν καὶ μηδὲν ἀποκρύπτεσθαι τῶν ὄντων; Antiquitus, et adhuc puero Isocrate, divitiæ magno honori erant Athenis, ita ut quisque se ditiorem, quam revera esset, simularet: postea periculo, ob sycophantarum calumnias, ut cogerentur opes dissimulare, ἀποκρύπτεσθαι. Qua de re classicus est locus περὶ τῆς ἀντ. §. κϛ'. * ι'. Idem.

Τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἐνεργὰ καθ.] Scil. χρήματα, vel et κτήματα. Sunt autem κτήματα ἐνεργὰ *pecuniæ, quæ fœnora dant, quæstuosæ*, dicta etiam κάρπιμα, quibus opposita sunt κτήματα ἄκαρπα ap. Aristot. Rhet. I. 9. 34. Idem.

Αἱ μὲν γὰρ κτήσεις — αἱ δὲ χρήσεις — πολιτῶν] Pro ὅτι αἱ μὲν κτ. ut supra monuimus. Earundem vocum oppositio est in præcepto ad Dem. §. δ'. πειρῶ τὸν πλοῦτον χρήματα καὶ κτήματα κατασκευάζειν· ἔστι δὲ χρήματα μὲν τοῖς ἀπολαύειν ἐπισταμένοις, κτήματα δὲ τοῖς κτᾶσθαι δυναμένοις. uti recte edidit Coraes pro vulgari χρῆσθαι δυν. et hunc locum cum simili Aristot. Rhet. I. 5. 19—21. contulit: quem cum nostro etiam contulisse, operæ pretium fuerit. Idem Aristot. Polit. II. 3. postquam dixisset apud Lacedæmonios omnia communi usui patere, addit: φανερὸν τοίνυν, ὅτι βέλτιον, εἶναι μὲν ἰδίας τὰς κτήσεις, τῇ δὲ χρήσει ποιεῖν κοινάς. Comparetur egregius locus Teletis apud Stobæum p. 522. et sq. item Cicero Ep. ad Div. VII. 29. Plutarch. Sol. p. 90. A. Xenophon. de Laced. Rep. p. 682. E. Quod ad rem ipsam attinet, notissimum habemus Cimonis exemplum apud Nepotem in Cim. C. IV. Plutarch. in Pericl. p. 156. F. Idem.

ὑπῆρχον, αἱ δὲ χρήσεις [1]κοιναὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις τῶν πολιτῶν.

ιγ'. Ἴσως ἂν οὖν [2]τις ἐπιτιμήσειεν τοῖς εἰρημένοις, ὅτι τὰς μὲν πράξεις ἐπαινῶ τὰς ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις γεγενη-
147 μένας, τὰς δ' αἰτίας οὐ φράζω, δι' ἃς οὕτω καλῶς καὶ [3]τὰ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς εἶχον καὶ τὴν πόλιν διῴκουν. ἐγὼ δ' οἶμαι μὲν εἰρηκέναι τι καὶ τοιοῦτον, οὐ μὴν ἀλλ' ἔτι πλείω καὶ σαφέστερον πειράσομαι διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν.

ιδ'. Ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐν μὲν ταῖς [4]παιδείαις πολλοὺς 145

[1] ἐπίσης κοιναὶ A. C. L. [2] τινες ἐπιτιμήσειαν A. C. L. [3] τὰ om. A. C. L. [4] παιδίαις A. L.

Ἐγὼ δ' οἶμαι μὲν εἰρηκέναι τι καὶ τοιοῦτον] Causa enim horum omnium erat in prudenti reip. moderatione, recta æqualitatis notione, cæt. de quibus supra §. η'. θ'. et passim hic illic dixit. Idem.

Ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ — εἶχον] Intelligitur omne genus magistrorum et inspectorum, qui in Atheniensium institutione permulti erant, et hoc fere ordine sibi invicem succedebant: παιδαγωγὸς, παιδοτρίβης (qui corporis habitum et exercitia curabat, τὴν παιδοτριβικὴν, cujus pars erat ἡ γυμναστική), γραμματοδιδάσκαλος, ἁρμονικὸς, ζωγράφος, procedente ætate, ἀριθμητικὸς, γεωμέτρης, πωλοδάμνης. Mox e pueritia in ephebos egressis, quod fiebat decimo octavo ætatis anno, ut mox videbimus, præerant κοσμητὴς, παιδοτρίβης, ὁπλόμαχος, γυμνασίαρχος. Vid. elegans locus Teletis apud Stobæum Serm. XCVI. p. 535. 14. Ed. Gesn. eique adhibeatur Plato in Pratogora p. 325. C — 326. D. item Isocrates περὶ ἀντ. Ed. Orell. p. 91. Aristophanes in Nubb. 958—980. Æschines Socraticus in Axiocho Cap. VII. et VIII. Qui cum ejus rei curam Areopago tribuat, quod et mox Isocrates facit, ejus verba adscribamus: ὁπόταν δὲ (τὸ βρέφος, de puero loquitur) εἰς τὴν ἑπταετίαν ἀφίκηται, πολλοὺς πόνους διαντλῆσαν, καὶ γυμνασταὶ καὶ παιδοτρίβαι τυραννοῦντες· αὐξομένου δὲ, κριτικοὶ, γεωμέτραι, τακτικοὶ, πολὺ πλῆθος δεσποτῶν. ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῇ, καὶ φόβος χείρων εἴη, τὸ Λυκεῖον, καὶ Ἀκαδήμεια, καὶ γυμνασιαρχία, καὶ ῥάβδοι, καὶ κακῶν ἀμετρίαι· καὶ πᾶς ὁ τοῦ μειρακίσκου χρόνος ἐστὶν ὑπὸ σωφρονιστὰς, καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς νέους αἵρεσιν τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. Sophronistæ ejusmodi decem erant Athenis, ex singulis tribubus, notantibus Etymologo in voce, et distinctius Grammatico Bekkeri V. I. p. 301. Σωφρονισταί· ἄρχοντές τινες χειροτονητοὶ, δέκα τὸν ἀριθμὸν, ἑκάστης φυλῆς εἷς. ἐπεμελοῦντο δὴ τῆς σωφροσύνης τῶν ἐφήβων, μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως λαμβάνοντες ἕκαστος καθ' ἡμέραν δραχμήν. Iidem dicebantur κοσμηταί. Cf. Meursius Lect. Att. II. 5. p. 65. Pollux VIII. 138. ibique Hemsterh. quem corrigit Boeckh. de Œcon. Civ. Ath. V. I. p. 256. in nota. Petitus de Legg. Att. p. 384. Universe non ingenii tantum, sed multo etiam magis morum ratio habebatur in liberorum institutione. Multa loca laudantur in Annot. ad Creuzeri Orat. de Civitate Athenarum omnis humanitatis parente p. 57. Ad totum hunc locum pertinent verba Dionysii Hal. qui ait, veteres Athenienses πλείω τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τοὺς πατέρας τῶν υἱῶν ἀνδρῶν γενομένων ἢ παίδων ὄντων ἐποιοῦντο· ἐνθυμουμένους ὡς οὐκ ἐξ ἐκείνης τῆς παιδείας, ἀλλ' ἐκ ταύτης τῆς σωφροσύνης μᾶλλον ὠφελεῖται τὸ κοινόν. E quibus nos quidem majus præsidium pro lectione παιδίαις, quam pro altera παιδείαις, peti posse putamus. Nec tamen illud cum Langio restituendum Dionysio. Hic enim Isocrateum παιδίαις explicuit verbis παίδων ὄντων, unde sequitur ἐξ ἐκείνης τῆς παιδείας positum esse pro ἐκ τῆς τῶν παίδων παιδείας seu

τοὺς ἐπιστατοῦντας εἶχον, ἐπειδὴ δ' εἰς ἄνδρας δοκιμασθεῖεν, ἐξῆν αὐτοῖς ποιεῖν ὅ τι βουληθεῖεν, ἀλλ' ἐν αὐταῖς ταῖς ἀκμαῖς πλείονος ἐπιμελείας ἐτύγχανον ἢ παῖδες ὄντες. b οὕτω γὰρ ἡμῶν [1] οἱ πρόγονοι σφόδρα περὶ τὴν σωφροσύνην ἐσπούδαζον, ὥστε τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἐπέστησαν ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐκοσμίας, ἧς οὐχ οἷόν τ' ἦν μετασχεῖν πλὴν τοῖς καλῶς γεγονόσι καὶ πολλὴν ἀρετὴν καὶ σωφροσύνην ἐν τῷ βίῳ ἐνδεδειγμένοις, ὥστε πάντων αὐτὴν εἰκότως διενεγκεῖν τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησι συνεδρίων.

[1] οἱ πρόγονοι ἡμῶν περὶ A. C. L.

ἀγωγῆς, *e puerorum institutione*, cui opponitur ἐκ ταύτης τῆς σωφροσύνης, h. e. τῶν ἀνδρῶν, *cum severa disciplina cives virilis ætatis in officio retinentur.* De simili Lycurgi instituto apud Spartanos refert Xenophon de Rep. Laced. p. 678. E. sq. Si cui h. l. magis placeat παιδείαις [dedit enim Bergmanus παιδίαις], interpretandum erit, ut fecit, Coraes, ἐν ταῖς τῶν παίδων ἀγωγαῖς, *in puerili institutione.* IDEM.

Ἐπειδὴ δ' εἰς ἄνδρας δοκιμασθεῖεν] *postquam virilem ætatem consecuti essent.* Significatur omne illud ætatis tempus quod pueritiam sequitur. Illustratur loco ex Æginet. p. 386. C. ubi opponuntur ἕως μὲν γὰρ παῖδες ἦμεν et ἐπειδὴ δ' ἄνδρες ἐγενόμεθα. idemque est, quod in Panath. p. 277. B. de Lacedæmoniorum pueris (παισὶ) dicit: ἐπειδ' ἂν δ' εἰς ἄνδρας συντελῶσιν. Ibid. p. 231. C. ἀπὸ τῶν νεωτέρων distinguit τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ τοὺς εἰς ἄνδρας δεδοκιμασμένους, *virilis ætatis homines.* Idem simplici verbo dicitur δοκιμάζεσθαι, et in primis de iis adhibetur, qui *in suam tutelam veniunt*, a tutoribus liberati, ut opponatur τῷ ἐπιτροπευθῆναι. Sic de Bigis p. 352. B. de Alcibiade legimus: ἐπετροπεύθη δ' ὑπὸ Περικλέους — δοκιμασθεὶς δὲ κ. τ. λ. de quo loco cf. Budæus in Comm. L. Gr. p. 67. Lysias adv. Diagit. §. γ'. ἐπειδὴ δεδοκίμασαι καὶ ἀνὴρ γεγένησαι. Isæus de Astyph. hered. §. θ'. Harpocr. δοκιμασθεὶς, ἀντὶ τοῦ εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς, ad quem plura dedit Valesius p. 22. Ὀρφανοὺς δοκιμάσαι dixit Xenophon de Rep. Ath. p. 699. D. Id autem Athenis ita fiebat, ut eorum nomina inscriberentur tabulæ, quæ dicebatur ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, cujus mentio est ap. Isocr. de Pace p. 176. D. cf. etiam Harpocr. in v. idque fiebat vicesimo ætatis anno, postquam inde a duodevicesimo anno dicti essent ἔφηβοι. Vid. Pollux VIII. 104. et 105. Exemplum ejusmodi adolescentis, qualem hic delineat Isocrates, habemus apud Terentium Andr. Act. I. Sc. I. v. 24. sqq.

"Nam is postquam excessit ex ephebis,
Sosia,.
Liberius vivendi fuit potestas: nam antea,
Qui scire posses, aut ingenium noscere,
Dum ætas, metus, magister prohibebant?"

Quod jam Wolfius notaverat. IDEM.

Ἐν αὐταῖς ταῖς ἀκμαῖς] *in ipso ætatis flore, vigore.* Eodem sensu voce ἀκμὴ utitur in Orat. ad Philippum p. 84. C. εἰδὼς τὸν λόγον τοῦτον οὐ τῆς ἐμῆς ἡλικίας δεόμενον (jam senex scribebat Isocrates), ἀλλ' ἀνδρὸς ἀνθοῦσαν τὴν ἀκμὴν ἔχοντος; cujus loci ultima verba respexit Aristot. Rhet. III. 11. 2. Valcken. margini adscripsit: 'Ep. Socrat. p. 61. 2.' Item in Evag. p. 204. A. et in Ep. ad Iasonis liberos p. 418. D. Hinc verbum ἀκμάζειν, ejusque oppositum παρακμάζειν, quibus utitur Xenoph. Mem. IV. 4. 23. IDEM.

Οὕτω γὰρ — εὐκοσμίας] Idem §. ις'. dicitur κυρίαν ἐποίησαν ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐταξίας. Quod sequitur ἧς, referendum ad βουλὴν, non ad εὐκοσμίας. IDEM.

Τοῖς καλῶς γεγονόσι] *bene natis.* Cf. Steph. Diatr. V. Recte Wolfius nobilitatem istam, more Attico, intelligendam dicit, ut utroque parente cive natus sit, ἐξ ἀστοῦ καὶ ἀστῆς, ut ex legitimo conjugio et parentibus, non infamibus, procreatus. IDEM.

Ὥστε πάντων αὐτὴν — συνεδρίων] De Areopagi præ omnibus aliis judiciis præstantia, justitia, gravitate, plura sunt veterum scriptorum loca. Lysias adv. Andoc. §. γ'. vocat σεμνότατον καὶ δικαιότατον δικαστήριον. Lycurgus adv. Leocr. §. γ'. κάλλιστον ἔχοντες τῶν Ἑλλήνων παράδειγμα, τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον, ὃ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων δικαστηρίων, ὥστε καὶ παρ' αὐτοῖς ὁμολογεῖσθαι τοῖς ἁλισκομένοις δικαίαν ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν. Aristides Panath. p. 15. E. οὐ γάρ ἐστιν (inquit) ὑπὲρ τὸν Ἄρειον πάγον οὐδὲν εὑρεῖν ἥν τις ὑπερβολὴν ζητοίη. p. 91. A. vocat τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησι δικαστηρίων ἐντιμότατον καὶ ἁγιώτατον. pag. 94. A. μὴ εἶναι dicit καλλίω λαβεῖν ἀριστοκρατίας

c ιε'. Σημείοις δ' ἄν τις χρήσαιτο περὶ τῶν τότε καθεστώτων καὶ τοῖς ἐν τῷ παρόντι γιγνομένοις· ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἁπάντων τῶν περὶ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν δοκιμασίαν [1] κατημελημένων ἴδοιμεν ἂν τοὺς ἐν τοῖς ἄλλοις πράγμασιν οὐκ ἀνεκτοὺς ὄντας, ἐπειδὰν εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβῶσιν, ὀκνοῦντας τῇ φύσει χρῆσθαι καὶ μᾶλλον τοῖς ἐκεῖ νομίμοις ἢ

[1] ταύτην καθημένων A. C. L.

εἰκόνα. Addatur Themistius Or. quomodo Philosopho dicendum sit p. 46. Xenoph. Mem. III. 5. 20. et egregia laudatio Areopagi ap. Demosth. adv. Aristocr. §. ιε'. Alia, de quibus Meursius in Areop. C. IV. Plura de cura honestatis ei mandata vid. ad §. ιη'. IDEM.

Ἁπάντων τῶν περὶ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν δοκιμασίαν ταύτην καθημένων] Locus obscurior, de quo sic Wolfius: '*Eos, qui sedent circa delectum et probationem hanc.* Verba suspicione mendi non vacant, obscura certe sunt. Puto tamen eam esse sententiam, ut intelligantur designati et delecti, seu adsciti in Senatum Areopagiticum, qui, etsi alias improbi, tamen eo in loco munere funguntur, et quasi παλιγγενεσίᾳ quadam immutati, gravitatem et sanctitatem quandam præ se ferre incipiunt. Si τῶν καθειμένων ἐπὶ τὴν αἱρ. καὶ τ. δοκ. τ. *qui demissi sunt ad hanc electionem et probationem* legatur, intelligerentur οἱ αἱρεθέντες καὶ δοκιμασθέντες Ἀρειοπαγῖται εἶναι ἢ εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβῆναι, designati et creati Areopagitæ.' De qua conjectura ita disputat Coraes: 'Καὶ καλῶς ἂν εἶχεν οὕτω γράφειν, εἰ καὶ ἀντὶ τῆς Περὶ ἡ Ἐπὶ παρελαμβάνετο πρόθεσις· ἵν' ἦν, τῶν καθιέντων ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν αἵρεσιν, τουτέστι, τῶν προσερχομένων ἐπὶ τὸ δοκιμασθῆναι καὶ αἱρεθῆναι Ἀρειοπαγίτας, ἢ τῶν ἐφιεμένων τῆς τιμῆς ταύτης.' Langius: 'Verto: (inquit) *quamdiu examinantur et eliguntur* seu *circa examen et electionem versantur*, cui oppositum est ἀναβῶσιν, *electi sunt.* Metaphora est a colle petita, unde collegium illud nomen traxit, quem qui nondum adscenderunt, i. e. in Senatum Areopagiticum nondum recepti sunt, vocantur καθήμενοι (veluti circa collis radices sedentes), περὶ τὴν δοκιμασίαν etc., recepti vero ἀναβάντες. Hinc perperam vertitur καθήμενοι: *designati et delecti.* Auger. falso explicat αἵρεσις, *ordo, collegium*, δοκιμασία, *tribunal quod de moribus judicat.*' Orellius ad Orat. περὶ τῆς ἀντ. obiter monet una addita syllaba restituendum esse καθηρημένων. — Hæc Viri Docti: optionem perito Lectori relinquimus. Nobis tamen hactenus persuasum est, hæc verba haud incommode verti posse: *eorum, qui circa electionem et explorationem hanc versantur*, atque intelligi *eos, qui ad munus Areopagitarum adspirant, qui illud ambiunt, eoque consilio primum eliguntur et explorantur.* Quanquam exemplum similis constructionis verbi καθῆσθαι cum præpositione περὶ, sequente Accusativo, nunc non succurrit; constat Areopagitas non admissos fuisse nisi præcedente *exploratione, probatione*, sive δοκιμασίᾳ, qualis in omnibus magistratibus locum habebat, ut supra vidimus. Ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ, inquit Socrates ap. Xenoph. Mem. III. 5. 20. ἐκ τῶν δεδοκιμασμένων καθίσταται. Quæ δοκιμασία cujus generis esset, colligi potest ex insigni Plutarchi loco in Pericle p. 157. A. referentis Periclem Areopagi non fuisse participem, διὰ τὸ μήτ' ἄρχων, μήτε θεσμοθέτης, μήτε βασιλεὺς, μήτε πολέμαρχος λαχεῖν. αὗται γὰρ αἱ ἀρχαὶ, addit, κληρωταί τε ἦσαν ἐκ παλαιοῦ, καὶ δι' αὐτῶν οἱ δοκιμασθέντες ἀνέβαινον εἰς Ἄρειον πάγον. Cf. idem in Sol. p. 88. D. Nemo ergo, nisi qui ista munera cum laude gesserat, quod ut constaret examine opus erat, admittebatur: quo ipso illustrantur quæ modo ante scripsit Isocrates, nemini in eum Senatum admitti licuisse πλὴν τοῖς — πολλὴν ἀρετὴν καὶ σωφροσύνην ἐν τῷ βίῳ ἐνδεδειγμένοις, quarum virtutum ostendendarum opportunitate fruebantur per omne illud tempus, quo Archontis munere fungebantur. Porro, quæ his e regione opposita verba sequuntur, ἐπειδὰν εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβῶσιν, recte vertuntur: *postquam in Areopagi Senatum cooptati, Senatores lecti fuerint*, quo sensu formula ἀναβαίνειν εἰς Ἄρειον πάγον, præter Plutarchum loco modo laudato, usus est ipse Isocrates in Panath. p. 265. B. metaphora, ut recte Langius monet, a colle petita, quippe situm erat Areopagi tribunal in colle Martis, Ἄρειος πάγος dicto, in quem gradibus adscendebatur, quos hodieque etiam conspicuos esse e Chandleri Itinerario T. II. p. 432. Ed. Gall. refert Coraes. Hinc Areopagus κατ' ἐξοχὴν dicebatur ἡ ἄνω βουλή. Vid. Meursius C. I. in f. et C. VI. Valesius ad Harpocr. p. 68. Grammaticus Bekkeri V. I. p. 253. IDEM.

Τῇ φύσει χρῆσθαι] *natura uti*, h. e. *naturæ pravitatem sequi*, idem quod mox di-

ταῖς αὑτῶν κακίαις ἐμμένοντας. τοσοῦτον φόβον [1] ἐκεῖνοι τοῖς πονηροῖς [2] ἐνειργάσαντο, καὶ τοιοῦτο μνημεῖον ἐν τῷ τόπῳ τῆς αὑτῶν ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης ἐγκατέλιπον. d

ιϛʹ. Τὴν δὴ τοιαύτην, ὥσπερ εἶπον, κυρίαν ἐποίησαν ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐταξίας, [3] ἣ τοὺς μὲν οἰομένους ἐνταῦθα βελτίστους ἄνδρας γίγνεσθαι, παρ' οἷς οἱ νόμοι μετὰ πλείστης ἀκριβείας κείμενοι τυγχάνουσιν, ἀγνοεῖν [4] ἐνόμιζεν· οὐδὲν γὰρ [5] ἂν κωλύειν ὁμοίους ἅπαντας εἶναι τοὺς Ἕλληνας ἕνεκά γε τοῦ ῥᾴδιον εἶναι τὰ γράμματα λαβεῖν παρ' ἀλλήλων. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐκ [6] τούτων τὴν ἐπίδοσιν εἶναι τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' ἐκ e τῶν καθ' ἑκάστην [7] τὴν ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων· τοὺς γὰρ πολλοὺς ὁμοίους [8] τοῖς ἤθεσιν ἀποβαίνειν, ἐν οἷς ἂν ἕκαστοι παιδευθῶσιν. ἐπεὶ τά γε πλήθη καὶ τὰς ἀκριβείας τῶν νόμων σημεῖον εἶναι τοῦ κακῶς οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν [9] ταύτην· ἐμφράγματα γὰρ αὐτοὺς ποιουμένους τῶν ἁμαρτημάτων 148

[1] ἐκεῖνοι φόβον A. C. L. [2] ἐναπειργάσαντο, καὶ τοσοῦτον A. C. L. [3] οἳ A. C. L. [4] ἐνόμιζον A. C. L. [5] ἂν om. A. C. L. [6] τοιούτων A. L. [τῶν] τοιούτων C. [7] τὴν om. A. C. L. [8] τοῖς ἤθεσιν ἀποβαίνειν ὁμοίους ἀνάγκη A. C. L. [9] αὐτὴν A. C. L.

citur ταῖς αὑτῶν κακίαις ἐμμένειν. Φύσις de quacunque animi affectione, sive bona, mala, usurpari videtur. Ælianus V. H. IX. 27. refert, Laconem quendam graviter lugentem, cum quidam eum increparet, respondisse: *οὐ γὰρ ἐγὼ αἴτιος τούτου, ἡ φύσις δὲ μοῦ ῥεῖ*. Idem.

Τὴν δὴ τοιαύτην] Scil. βουλήν. Sequens οἳ autem ad τοὺς προγόνους referendum, qui §. ιδʹ. Areopago curam τῆς εὐκοσμίας commisisse dicuntur. Et de his, non de Judicibus Areopagi, sequentia omnia sunt accipienda. Minus recte Coraes ad Areopagitas retulit, pro οἳ — ἐνόμιζον olim ἣ ἐνόμιζεν scriptum fuisse putans. Quod si vel omnino ad hos referri debeat, ea emendatione non indigemus: βουλὴν enim, sequente οἳ, esset constructio κατὰ τὸ σημαινόμενον, frequens apud Atticos, docente Gregor. de Dial. Att. §. 27. et 29. ubi vid. Koenius. Sed legantur §. sqq. quæ omnino de majoribus cogitare jubent, et init. §. ιηʹ. diserte illi distinguuntur ἀπὸ τῆς βουλῆς. Ac si de illis universe intelligatur, eo numero Areopagitas non excludi, res ipsa loquitur. In seqq. adverbio ἐνταῦθα proprie respondere debuisset ὅπου, sed grata quadam orationis negligentia posuit Isocrates παρ' οἷς, quod commode ad antecedens ἀνθρώπους refertur. Ἀγνοεῖν autem idem valet ac ἐν ἀγνοίᾳ εἶναι, *in errore versari*, uti recte Coraes et Langius monent. Idem.

Ὁμοίους — παρ' ἀλλήλων] Ὁμοίους, h. e. ὁμοίως ἀγαθούς, *æque bonos*. Et singularis animadvertenda vis particulæ ἕνεκα, quæ hic significat *quod attinet ad*, *quatenus*, ut sensus sit: *quatenus facile fieri possit, ut alter alterius leges describat*. Demosth. Olynth. III. §. ϛʹ. id agens ut non facienda, sed et peragenda esse decreta adversus Philippum, ostendat, πάλαι γὰρ ἂν (inquit) ἕνεκά γε ψηφισμάτων, ἐδεδώκει δίκην, scil, ὁ Φίλιππος. Idem.

Ἀλλὰ γὰρ — παιδευθῶσιν] Ubi enim desunt morum probitas et recte agendi voluntas, ibi nihil efficiunt leges. Quod mox latius explicat Noster. Juvat apponere Horatianum Od. III. 24. 35.

"Quid leges sine moribus
Vanæ proficiunt?"

Cf. locus ex Paneg. p. 56. C. mox laudandus. De damno multarum legum multa loca laudavit Abramus ad Cicer. Or. pro Sext. C. XXV. Idem.

Ἐμφράγματα γὰρ — ἀναγκάζεσθαι] Est hic locus explicatu paulo difficilior. Pro γίνεσθαι Langius et Coraes e Codd. receperunt τίθεσθαι, solenne de legibus verbum: quomodo si legas, nexus sic constituendus videtur, ut αὐτοὺς, ob antecedens οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν, accipiatur pro τοὺς τὴν πόλιν διοικοῦντας, h. e. τοὺς πολιτευομένους· cff. sequentia; et ad hos referatur passivum ἀναγκάζεσθαι, hoc sensu: *ipsos enim* (eos, qui remp. administrant) *si velint obicem ponere malefactis* (ἐμφράγματα ποιουμένους τῶν ἁμαρτημάτων. Simili dictione, ἁπάσας τὰς ὁδοὺς τῶν ἀδικημάτων ἐνέφραξαν, dixit Lycurgus adv. Leocr. §. λʹ.), *multas leges ferre cogi*. Quia, si eo tantum consilio leges ferri debeant, nunquam earum condendarum finis adest. Sic solita Isocratea concinnitate sibi respondent ἐμφράγματα ποιεῖσθαι et νόμους τίθεσθαι. Wolfius, legens γίγνεσθαι, αὐτοὺς ποιουμένους acceperat pro αὐτῶν ποιουμένων, *dum obstructionibus peccata prohibere nituntur*. Mihi aliquando videbatur tolli difficultas, si pro αὐτοὺς legatur ἂν τοὺς, sic: *eos enim, qui velint peccata legibus obstruere, eo ipso cogi multas leges ferre*: quod num liceat, videant alii: sensus idem est. Idem.

πολλοὺς τίθεσθαι τοὺς νόμους ἀναγκάζεσθαι. [1] δεῖν δὲ τοὺς [2] ὀρθῶς πολιτευομένους οὐ τὰς στοὰς ἐμπιπλάναι γραμμάτων, ἀλλ' ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν τὸ δίκαιον· οὐ γὰρ τοῖς ψηφί- 146 σμασιν ἀλλὰ τοῖς ἤθεσι καλῶς οἰκεῖσθαι τὰς πόλεις, καὶ τοὺς μὲν κακῶς τεθραμμένους καὶ τοὺς ἀκριβῶς τῶν νόμων

[1] δεῖ A. [2] εὖ A. C. L.

Οὐ τὰς στοὰς ἐμπιπλάναι γραμμάτων] H. e. νόμων, quæ mox ψηφίσματα dicuntur. Leges apud Athenienses descriptas in tabulis, in publicis locis suspensas fuisse, recte monet Wolfius: cf. Plutarch. in Sol. p. 92. A. B. Sequenti dictione ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν τὸ δίκαιον utitur item Xenophon Sympos. p. 881. B. Idem.

Καὶ τοὺς μὲν κακῶς — ἐθελήσειν ἐμμένειν] Ratio nunc reddenda receptæ lectionis ἁπλῶς. Dicit Isocrates, homines male institutos, τοὺς κακῶς τεθραμμένους, vel diligentissime scriptas, vel optimas leges migrare, τοὺς ἀκριβῶς τῶν νόμων ἀναγεγραμμένους, idem fere ac si dixisset τοὺς καλῶς κειμένους νόμους: eos contra, qui caute et prudenter, h. e. bene instituti sunt, τοὺς ἀσφαλῶς πεπαιδευμένους, eosdem ac τοὺς καλῶς τεθραμμένους, etiam bonis legibus, τοῖς καλῶς κειμένοις, obedire *solere*; id enim θέλειν hic videtur significare: cff. Pierson. ad Mœrin p. 382. et D'Arnaud Anim. Crit. p. 168. Non recte sibi invicem respondere opposita, quivis facile sentiet. Quis enim dubitet, quin, si homo male institutus nequeat bonis legibus coerceri, at certe bene institutus iis obtemperare velit. Jam sensit hoc Wolfius, qui propterea pro τοῖς καλῶς κειμένοις, emendari voluit τοῖς κακῶς κειμένοις. Quam conjecturam in textum receperunt Langius et Coraes; ille 'ut constet (inquit) oppositio, et insignis obedientia designetur, qualem Sophocles postulat, quum inquit in Antig. 666. ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν — καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία.' Eadem fere jam Wolfius notaverat. Omnia sane, si ita legatur, e regione opposita sunt. At, ne dicam e sola conjectura natam esse lectionem, quænam inde sententia nascitur? Ut e prava institutione procedat vel optimarum legum migratio, sic bonam institutionem efficere ut homines malis legibus obedire velint. Quis hanc sententiam universe probet, aut Athenis unquam usu probatam fuisse censeat? Equidem nihil in ea egregii video. Quod porro ad Sophoclem attinet, sunt ista verba Creontis tyranni, qui quo paternam et regiam auctoritatem tueatur, filiumque Hæmonem a nuptiis Antigones, quam jure sese mortis supplicio affecturum contendebat, avocet, filium ita alloquitur, et mox vs. 668. sqq. ab ista sententia in exornandum locum de gravissimo ἀναρχίας damno incidit, ut sensus universe huc fere redeat; *præstat injusti imperantis legibus parere, quam nullis*. Quæ sententia parum similitudinis cum Isocratea nostra habet. Neque loca Platonis in Critone p. 51. et Aristotelis Polit. IV. 8. a Corae allata huc pertinent. Si igitur neque καλῶς, neque κακῶς legi potest, quærenda est lectio duobus hisce extremis media velut interjacens: atque hanc nobis suppeditat Codex L. B. ἁπλῶς: qua assumpta omnia bene procedunt, veteres Athenienses cum maxime decent, et cum Isocratis consuetudine conveniunt. Sensus erit: *Ut homines bene instituti vel accuratissime scriptas leges migrant, sic bene instituti facile iis obtemperant, quæ non tanta diligentia, sed simplici via ac ratione scriptæ, neque malæ, neque bonæ sunt, non ita aliis præstantia sua antecellunt*. Sensisse ita veteres Athenienses, ostendunt quæ in Paneg. p. 56. C. de iis legimus: τοὺς νόμους ἐσκόπουν ὅπως ἀκριβῶς καὶ καλῶς ἕξουσιν, οὐχ οὕτω τοὺς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, ὡς τοὺς περὶ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων· ἠπίσταντο γὰρ, ὅτι τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν δεήσει πολλῶν γραμμάτων, ἀλλ' ἀπ' ὀλίγων συνθημάτων ῥᾳδίως καὶ περὶ τῶν ἰδίων καὶ περὶ τῶν κοινῶν ὁμονοήσουσιν. quem locum respicit Dionys.

ἀναγεγραμμένους τολμήσειν παραβαίνειν, τοὺς δὲ [1]καλῶς πεπαιδευμένους καὶ τοῖς [2]ἁπλῶς κειμένοις [3]ἐθελήσειν ἐμ- b μένειν. ταῦτα [4]διανοηθέντες οὐ τοῦτο πρῶτον ἐσκόπουν, δι' ὧν κολάσουσι τοὺς ἀκοσμοῦντας, ἀλλ' ἐξ ὧν [5]παρασκευάσουσι μηδὲν αὐτοὺς ἄξιον ζημίας βουλήσεσθαι [6]ἐξαμαρτάνειν· ἡγοῦντο γὰρ τοῦτο μὲν αὐτῶν ἔργον εἶναι, τὸ δὲ περὶ τὰς τιμωρίας σπουδάζειν τοῖς ἐχθροῖς προσήκειν.

ιζ'. Ἁπάντων μὲν οὖν ἐφρόντιζον τῶν πολιτῶν, μάλιστα c δὲ τῶν νεωτέρων. ἑώρων γὰρ τοὺς τηλικούτους ταραχωδέστατα

[1] ἀσφαλῶς A. C. L. [2] καλῶς A. κακῶς C. L. [3] θελήσειν A. L. [4] δὲ διαν. A. C. L. [5] ἂν κατασκευάσουσι A. L. κατασκευάσουσι C. [6] ἁμαρτάνειν A. C. L.

Hal. cum in vita Isocr. p. 96. 11. de Atheniensibus e Panegyrico refert: ἐσκόπουν δὲ οὐχ ὅπως οἱ νόμοι καλῶς καὶ ἀκριβῶς αὐτοῖς ἕξουσιν, ἀλλ' ὡς ἡ τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων μετριότης μηδὲν ἐκβήσεται τῶν πατρίων. Denique solet Isocrates voces ἀκριβῶς et ἁπλῶς opponere: veluti ad Philipp. p. 91. C. μήτε παντάπασιν ἁπλῶς, μήτε λίαν ἀκριβῶς. Paneg. p. 43. B. τὸν δὲ ἀκριβῶς ἐπιστάμενον λέγειν (modo memoraverat λόγους λίαν ἀπηκριβωμένους) ἁπλῶς οὐκ ἂν μὴ δυνάμενον εἰπεῖν. quod et Stephanus in Thes. animadvertit, dicens his locis ἁπλῶς posse etiam exponi *inelaborate*, præsertim quum alibi (init. Panath.) ἁπλῶς εἰρῆσθαι dicat, ἃ μηδεμιᾶς κοσμιότητος μετέχει. Recte quidem: et sic ipse Isocrates explicat in Or. ad Phil. p. 87. E. ubi de suo ad Philippum λόγῳ ita scribit: οὐδὲ γὰρ ταῖς περὶ τὴν λέξιν εὐρυθμίαις καὶ ποικιλίαις κεκοσμήκαμεν αὐτὸν, αἷς αὐτός τε νεώτερος ὢν ἐχρώμην, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπέδειξα, δι' ὧν τοὺς λόγους ἡδίους θ' ἅμα καὶ πιστοτέρους ποιοῖεν· ὧν οὐδὲν ἔτι δύναμαι διὰ τὴν ἡλικίαν, ἀλλ' ἀπόχρη μοι τοσοῦτον, ἣν αὐτὰς τὰς πράξεις ἁπλῶς δυνηθῶ διελθεῖν. Ἡσυχίαν ἁπλῶς ἄγειν, *sine malevolentiæ suspicione* dixit Demosth. pro Cor. §. ϛζ'. Isocratis locum Toupius adhibuit ad emendandum Longinum π. Ὑ. XLIV. 7. Idem.

Οὐ τοῦτο πρῶτον ἐσκ. — ἁμαρτάνειν] Οἱ ἀκοσμοῦντες, uti et §. ιη'. idem valet ac οἱ ἁμαρτάνοντες, i. e. qui negligunt τὴν εὐκοσμίαν et εὐταξίαν, de qua supra dixerat §. ιδ'. et ιϛ'. Sic etiam legitur init. §. ιη'. Hæc et antecedentia ἀλλὰ γὰρ οὐκ — ἐπιτηδευμάτων respiciuntur a Dionysio Hal. l. l. in Introd. p. 54. Sunt autem et hæc illustranda ex indole Legum Solonis, ea ut cives sponte sua a peccando arcerentur, et ad recte vivendum agendumque excitarentur. Quod manifestum fit ex dicto Solonis, qui, cum eum Anacharsis irrideret, ac si putaret, posse legibus cohiberi injustitias et pravas cupiditates civium respondit: ὅτι καὶ συνθήκας ἄνθρωποι φυλάττουσιν, ἃς οὐδετέρῳ λυσιτελές ἐστι παραβαίνειν τῶν θεμένων· καὶ τοὺς νόμους αὐτὸς οὕτως ἁρμόζεται τοῖς πολίταις, ὥστε πᾶσι τοῦ παρανομεῖν βέλτιον ἐπιδεῖξαι τὸ δικαιοπραγεῖν. Ut refert Plutarchus in Solone p. 81. A. Huc referri possunt quæ in Mitylenæorum causa de sociis in officio retinendis suadet Diotimus apud Thucyd. III. 46. χρὴ δὲ τοὺς ἐλευθέρους οὐκ ἀφισταμένους σφόδρα κολάζειν, ἀλλὰ πρὶν ἀποστῆναι σφόδρα φυλάσσειν, καὶ προκαταλαμβάνειν ὅπως μηδ' εἰς ἐπίνοιαν τούτου ἴωσι, κρατήσαντάς τε ὅτι ἐπ' ἐλάχιστον τὴν αἰτίαν ἐπιφέρειν. Cf. etiam Lycurgus adv. Leocr. §. λ'. Similis erat Persarum Legislatio, de qua Xenophon Cyrop. I. 2. §. 2. et 3. Idem.

Τιμωρίας] Τιμωρίαι apte hic tribuuntur τοῖς ἐχθροῖς, quippe vindicandæ legis et punientis causa infliguntur, κόλασις contra et κολάζειν spectant emendationem peccantis. Vid. Cl. Wyttemb. ad Sel. Hist. p. 372. et 452. Notanda hæc differentia, ut appareat, quam diligens fuerit Isocrates in verborum delectu, nec tamen nimis h. l. premenda. Idem.

Ἑώρων γὰρ τοὺς τηλικούτους — ἐπιθυμιῶν] Eadem de juventutis indole fuit Lycurgi sententia ap. Xenoph. de Rep. Laced. p. 679. A. Wolfius attulit versum Homericum. Il. Γ. 108.

Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.

Ταραχωδέστατα διακεῖσθαι significat *turbulentissimis animi perturbationibus agitari*. Hinc in Panath. p. 280. D. mentio fit μείζονος φρονήματος, quam senem deceat, et ταραχῆς μειρακιώδους. — Γέμειν proprie de *navibus oneratis* dicitur, deinde ad alia transfertur, præsertim in malam partem. Gramm. apud Bekkerum V. I. p. 86. Γέμειν τὴν ναῦν μόνον φασὶ δεῖν λέγειν, τὰ δ' ἄλλα μεστὰ λέγειν, ἐλέγχει δ' αὐτοὺς Εὔβουλος Εἰρήνῳ. Alius περὶ συντάξεως p. 131. Γέμω· γενικῇ· Δίωνος ἑνδεκάτῳ βιβλίῳ· "οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, τὰς ναῦς αὐτῶν ἀναπλεούσας οἴκαδε τηρήσαντες, συχνὰς χρημάτων γεμούσας εἷλον." καὶ Ἰσοκράτης· γεμούσας πονηρῶν ἐπιθυμιῶν. Scribe γεμούσαις uti est in loco de Pace p. 167. C. quem respexit. Sic γέμειν ἁμαρτημάτων Panath. p. 238. E. vid. et p. 233. A. ubi præcedit μεστὸς, et infra hujus Orationis §. κ'. Nonnunquam tamen et bono sensu dicitur: ad Phil. p. 104. C. ὁρῶ μὲν τόπον ἴδιον — πολλῶν μὲν ἐπαίνων καὶ καλῶν πράξεων γέμοντα. Vid. et Panath. init. p. 233. A. Idem.

διακειμένους καὶ πλείστων γέμοντας ἐπιθυμιῶν, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν μάλιστα [1]παιδευθῆναι δεομένας [2]ἐπιθυμίαις καλῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ πόνοις ἡδονὰς ἔχουσιν· [3]ἐν μόνοις γὰρ ἂν [4]τούτοις [5]ἐμμεῖναι τοὺς ἐλευθέρως τεθραμμένους καὶ μεγαλοφρονεῖν εἰθισμένους. ἅπαντας μὲν οὖν ἐπὶ τὰς αὐτὰς ἄγειν διατριβὰς οὐχ οἷόν τ' ἦν, ἀνωμάλως τὰ περὶ d τὸν βίον ἔχοντας· ὡς δὲ πρὸς τὴν οὐσίαν ἥρμοττεν, οὕτως ἑκάστοις προσέταττον. τοὺς μὲν γὰρ ὑποδεέστερον πράττοντας ἐπὶ τὰς γεωργίας καὶ τὰς ἐμπορίας ἔτρεπον, εἰδότες τὰς μὲν ἀπορίας διὰ τὰς ἀργίας γιγνομένας, τὰς δὲ κακουργίας διὰ τὰς ἀπορίας· ἀναιροῦντες οὖν τὴν ἀρχὴν τῶν κακῶν ἀπαλλάξειν ᾤοντο καὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων τῶν μετ' [6]ἐκείνην γιγνομένων· τοὺς δὲ βίον ἱκανὸν κεκτημέ-

[1] παιδευθῆναι μάλιστα A. C. L. [2] ἐν ἐπιθυμίαις A. C. L. [3] μόνους A. [4] ἐν τούτοις A. [5] ἐμμένειν A. C. L. [6] ἐκείνων A. C. L.

Πόνοις ἡδονὰς ἔχουσιν] Notissimus est Epicharmi versiculus ap. Xenoph. Mem. II. 1. 20. Vid. et Hist. Gr. IV. p. 582. E. ἐκ τῶν πόνων καὶ τὰ μαλακὰ γίνεται. Et cf. Lucianus Rhet. Præc. T. II. p. 714. Ed. Basil. Ex Isocrate notetur locus ad Dem. p. 12. B. τὸ περὶ τὴν ἀρετὴν φιλοπονεῖν, καὶ σωφρόνως τὸν ἑαυτοῦ βίον οἰκονομεῖν ἀεὶ τὰς τέρψεις εἰλικρινεῖς καὶ βεβαιοτέρας ἀποδίδωσι. Hinc manifestum, quales labores intelligat Isocrates. Cf. et Evag. p. 197. B. et 198. A. Idem.

Τοὺς μὲν γὰρ — ἔτρεπον] Cff. quæ Cap. XII. dixit. Idem.

Τὰς μὲν ἀπορίας — ἀπορίας] Elegans in his est gradatio. Ad ultima illa τὰς δὲ κ. δ. τ. ἀπ. cui non in mentem veniat Horatianum illud Od. III. 24. 44.

"Magnum pauperies opprobrium jubet
Quidvis et facere et pati,
Virtutisque viam deserit arduæ."

Et ipse Isocrates legatur in Paneg. p. 77. A. cf. et Xenoph. de Ath. Rep. p. 692. Idem.

Ἀναιροῦντες οὖν τὴν ἀρχὴν τῶν κακῶν] Hoc est, τὴν ἀργίαν, quæ hic dicitur ἀρχὴ τῶν κακῶν, i. e. τῶν ἀποριῶν, *omnis infelicitatis*, nam de malefactis mox dicitur. Hanc autem sustulerunt Athenienses lata lege adversus ἀργίαν, de qua Plutarchus in Solone p. 87. E. Diog. Laert. I. 55. VII. 168. Eam ab Ægyptiis desumpsisse Solonem tradit Herodotus II. 177. sed Draconi potius auctori tribuendam esse monet Valcken. in annot. Pisistratum auctorem facit Plutarchus p. 96. D. Plura vid. cum apud eum, tum apud Meursium in Sol. C. XVII. Engelbronnerum in Annot. ad Orat. de Incr. quod bellorum Calamitas bonarum artium studiis affert, p. 41. auctoresque ibi laudatos. Similis lex fuit Sardis, referente Æliano V. H. IV. 1. Idem.

Τοὺς δὲ βίον ἱκανὸν κεκτ. — διατρίβειν] Ditiorum liberos potissimum in scholas ventitavisse, nec nisi sero eas reliquisse, diserte Plato notavit in Protag. p. 326. C. Cæterum de iis, quæ h. l. memorantur, res satis aperta est, cum aliunde, tum ex iis quæ init. §. ιδ'. notavimus. Duo hic distinguuntur exercitiorum genera: alterum corporis, ἡ ἱππικὴ, τὰ γυμνάσια καὶ τὰ κυνηγέσια: animi alterum, ἡ φιλοσοφία. Sic ipse Isocrates distinxit insigni loco Orat. de Perm. §. κϛ'. *ιγ'. Legum Solonis circa educationem e complurium scriptorum locis summam hanc confecit Petitus de Legg. Att. p. 239. ut omnes natare et literas discerent: ut tenuioris

νους περὶ [1] τὴν ἱππικὴν καὶ τὰ γυμνάσια καὶ τὰ κυνηγέσια e
καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἠνάγκασαν διατρίβειν, ὁρῶντες ἐκ τούτων
τοὺς μὲν διαφέροντας γιγνομένους, τοὺς δὲ τῶν πλείστων
κακῶν [2] ἀπεχομένους.

ιή. Καὶ [3] ταῦτα νομοθετήσαντες [4] οὐδὲ τὸν λοιπὸν χρόνον 149
ὠλιγώρουν, ἀλλὰ διελόμενοι τὴν μὲν πόλιν κατὰ κώμας τὴν
δὲ χώραν κατὰ δήμους ἐθεώρουν τὸν βίον τὸν ἑκάστου, καὶ

[1] τι A. C. L. [2] ἀποσχομένους A. C. L. [3] ταῦτ' οὐ νομοθ. C. L. [4] οὐ A. om. C. L.

sortis pueri vel agriculturæ, vel mercaturæ, vel opificio cuidam operam darent; honestiores et locupletiores musicam tractare et equitare discerent; tum et gymnasiis, venationi, et postremum philosophiæ studerent. Tria priora illa ad fortitudinem in bello referebantur, ut scite Wolfius monuit. De Equitatione et Venatione constat e libellis Xenophonteis. Illius studium præcipue cernebatur in quadrigis alendis, quæ currui jungerentur, et publicis certaminibus, v. c. Olympicis, destinarentur, ut constat Alcibiadis exemplo ap. Plutarch. p. 196. B. et Isocr. de Bigis p. 353. C. De Venatione vid. et Pollux L. V. initio. Gymnasia sive palæstræ erant Athenis tria, Lyceum, Academia, Cynosarges: cf. Fabri Agonisticon I. 17. p. 118. in nota: in quibus quænam exercitii genera obtinerent, docet Antiquitatis doctrina, et dedita opera pertractavit Hier. Mercurialis de Arte Gymnastica. Vid. et Faber. I. 5. 6. Nonnulla notavit Doct. Willetus ad Galeni Protrept. p. 77. 78. Γυμνάσια καὶ κυνηγέσια conjunxit etiam Lesbonax Orat. III. ad fin. Philosophiæ nomine intelligitur omnis liberalis doctrina, quæ animi cultum spectat, melioresque cives facit, potissimum dicendi ars. Id ipse Isocrates significat loco citato, late de philosophia disputans p. 88 — 95. Nam quæ postea κατ' ἐξοχὴν Philosophorum Scholæ Athenis fuerunt, antiqua illa ætate, quæ Solonem et Clisthenem proxime consecuta est, nondum erant. Ea res Socratis demum et Periclis ætate invaluit, qui uterque Anaxagoram audierunt, hic etiam Zenonem Eleatem. Cf. Plutarch. in Pericle p. 154. A. B. Cæterum de voce φιλοσοφία conferri potest Morus ad Paneg. §. α'. et ιγ'. Idem.

Καὶ ταῦτ' — ὠλιγώρουν] Contrarium in æqualibus apertius increpat de Pace p. 169. C. πλείστους δὲ τιθέμενοι νόμους, οὕτως ὀλίγον αὐτῶν φροντίζομεν (ἓν γὰρ ἀκούσαντες γνώσεσθε καὶ περὶ τῶν ἄλλων), ὥστε θανάτου τῆς ζημίας ἐπικειμένης ἤν τις ἁλῷ δεκάζων, τοὺς τοῦτο φανερώτατα ποιοῦντας στρατηγοὺς χειροτονοῦμεν, κ. τ. λ. Bonæ civitatis esse, curare ut leges rite observentur, eleganter docet Xenoph. Œcon. p. 845. E. Idem.

Διελόμενοι τὴν μὲν πόλιν κ. τ. λ.] De divisione Atticæ in populos, δήμους, nemo dubitat, satisque plana sunt omnia e Meursii libello de hoc argumento, cui adjungantur Excerpta ex J. Sponii Itinerario de Pagis Atticis, subjecta illius Theseo: ut videatur significari institutio τῶν δημάρχων, quorum erat suum quemque δῆμον convocare, in suffragia mittere, censum agere ad tributum definiendum, privatorum exactionem instituere, cætera. Vid. Schol. Aristoph. ad Nubes, vs. 37. Pollux VIII. 108. Bekkeri Anecd. V. I. p. 237. Etymologus et Harpocr. in v. δήμαρχος et ναυκραρικά. Sed urbis in κώμας distributio interpretes vexavit, e quibus Wolfium φυλὰς legendum, Langium vocabula transponenda censuisse monuimus. Ut universa regio Attica suos δήμους, sic ipsa Athenarum urbs suas κώμας habuit, a Theseo ita in unum congregatas, ut, sublatis singularum conciliis, unum omnium esset commune βουλευτήριον, communia judicia, Athenis. Res satis nota e loco classico Thucydidis II. 15. Cff. et Plutarch. in Theseo p. 10. E. et sq. et Isocrates ipse in Hel. p. 214. E. Hinc forte res explicanda est, si quidem Areopagus erat omnium supremum tribunal. Cæterum quid statuendum sit, aut de Suida in v. Κωμηδόν· ἔνιοι τοὺς ἐν τῇ πόλει δήμους κώμας φασὶ προσαγορεύεσθαι: aut de Grammatico Bekkeri V. I. p. 274. Κῶμαι· τὰ μέρη τῆς πόλεως ἢ τὰς ἀκροπόλεις: aut de ipso Meursio, hujus Isocratei loci auctoritate docente, 'utramque partem (urbem et Piræeum) in κώμας suas distributam fuisse, ut in δήμους totam regionem,' de Fort. Athen. C. II. in Gronov. Thes. T. V. p. 1693. doctiorum judicio relinquimus. Idem.

Ἐθεώρουν τὸν βίον τὸν ἑκάστου — ἐκόλαζεν] Valerius Maximus II. 6. "Est et ejusdem urbis sanctissimum consilium, Areopagus; ubi quid quisque ageret, aut quoniam quæstu sustentaretur, diligentissime inquiri solebat: ut homines honestatem,

τοὺς ἀκοσμοῦντας [1] ἀνῆγον εἰς τὴν βουλήν· ἡ δὲ τοὺς μὲν
ἐνουθέτει, τοῖς δὲ ἠπείλει, τοὺς δ' ὡς προσῆκεν ἐκόλαζεν. 147
ἠπίσταντο γάρ, ὅτι δύο τρόποι τυγχάνουσιν ὄντες οἱ καὶ
προτρέποντες ἐπὶ τὰς ἀδικίας καὶ παύοντες τῶν πονηριῶν·
παρ' οἷς μὲν γὰρ μήτε φυλακὴ μήτε ζημία τῶν τοιούτων
b καθέστηκε μήθ' αἱ κρίσεις ἀκριβεῖς εἰσὶ, παρὰ τούτοις
μὲν διαφθείρεσθαι καὶ τὰς ἐπιεικεῖς τῶν φύσεων, ὅπου δὲ
μήτε λαθεῖν τοῖς ἀδικοῦσι ῥᾴδιόν ἐστι μήτε φανεροῖς γενομένοις συγγνώμης τυχεῖν, ἐνταῦθα δ' ἐξιτήλους γίγνεσθαι
τὰς κακοηθείας. ἅπερ ἐκεῖνοι γιγνώσκοντες [2] ἀμφοτέροις

[1] εἰς τὴν βουλὴν ἦγον A. C. L. [2] ἀμφοτέρως L.

vitæ rationem memores reddendam esse, sequerentur." Athenæus VI. p. 168. A. ὅτι δὲ τοὺς ἀσώτους μὴ ἔκ τινος περιουσίας ζῶντας τὸ παλαιὸν ἀνεκαλοῦντο οἱ Ἀρεοπαγῖται, καὶ ἐκόλαζον, ἱστόρησαν Φανόδημος καὶ Φιλόχορος, ἄλλοι τε πλείους. Plutarch. in Sol. p. 88. D. et 90. E. Exemplum habemus Cleanthis, apud Diogenem Laertium VII. Demetrii, apud Athen. l. c. Vid. Meursius in Areop. C. IX. — Ἄγειν εἰς τὴν βουλὴν rarius esse pro εἰσάγειν, observat Orellius ad Or. π. ἀντ. p. 208. Animadvertatur item elegans gradatio verborum νουθετεῖν, *admonere*; ἀπειλεῖν, *minari*; κολάζειν, *castigare*: quæ tria inverso ordine conjunxit etiam Plato in Phædone p. 61. Ed. Wyttenb. Idem.

Ἠπίσταντο γὰρ — κακοηθείας] *Duæ* ex illorum sententia, erant *rationes, quæ* homines *ad male agendum excitarent: duæ* item, *quæ eos a peccando avocarent. Illæ* exsistunt, ubi negligitur omnis *cum* φυλακὴ, h. e. diligens cura, qua cavetur, ne cui male agendi aut voluntas aut opportunitas præbeatur, *tum* ζημία τῶν τοιούτων et κρίσεις ἀκριβεῖς, h. e. ubi malefactoribus nulla pœna constituta est, neque æquum et legitimum de malefactis judicium habetur; id enim est κρίσις ἀκριβὴς, h. e. quæ fiat non πρὸς χάριν, πρὸς ἐπιείκειαν, sed κατὰ τὸν νόμον. Cf. supra §. ιβ'. *Hæ* contra ibi adsunt, ubi adest *cum* φυλακὴ, qua fiat, ut malefactoribus latere difficile sit, *tum* ζημία καὶ κρίσις ἀκριβὴς, ita ut, si quando scelus commissum in lucem veniat, nulla venia peccanti exspectanda sit. *Illæ* vitia fovent, *hæ* virtutes excitant. Ita explicandus hic locus, atque si ita explicetur facile intelligitur, quid statuendum sit, de conjectura H. Royaards in Diss. sæpius laudata p. 50. pro ἀδικίας legendum esse ἀρετάς. Hæc universe. — Ἐξιτήλους γίγνεσθαι, proprie *evanidas fieri, evanescere.* Vox ἐξίτηλος occurrit etiam in Or. ad Philipp. p. 94. B. frequens in primis Herodoto, composita ab ἐξιτέω, frequentativo ab ἔξειμι, *exeo*, et terminatione ηλος, uti docet Cl. Wyttenbachius ad Sel. Pr. Hist. p. 340. Ineptissima itaque Grammatici annotatio ap. Bekkerum V. I. p. 252. Ἐξιτήλους· ἀφανεῖς, ἀπὸ τοῦ ἔξω εἶναι τοῦ δήλου, qui utrum nostrum locum in animo habuerit, nec ne, non statuimus. Metaphoram a coloribus evanescentibus ductam esse censet Coraes. Porro laudanda Isocratis diligentia in usu particularum μὲν et δὲ, quæ accuratissime h. l. sibi respondent: παρ' οἷς μὲν — παρὰ τούτοις μὲν — ὅπου δὲ — ἐνταῦθα δὲ. Eadem cernitur in loco de Pace p. 170. C. οἷς μὲν γὰρ περὶ τῶν μεγίστων συμβούλοις χρώμεθα, τούτους μὲν —· οἷς δ' οὐδεὶς ἂν — συμβουλεύσαιτο, τούτους δὲ αὐτοκράτορας ἐκπέμπομεν: uti et in locis Xenophonteis Œcon. p. 828. D. Hieron. p. 915. E. Insignem vim habet ista particularum repetitio, quod de simplici δὲ compluribus exemplis docuit in eodem Opere Wyttenbachius p. 409. et 456. Notentur ex Isocrate Paneg. κζ'. et μζ'. (quibus locis Morus corrigere voluit δὴ aut γὲ) Busir. p. 221. E. 226. B. Panath. p. 260. D. contra Soph. p. 294. D. adv. Callim. p. 382. B Addantur Herodotus VI. 16. 54. Plato Phædon. p. 41. et 91. Ed Wyttenb. Idem.

Ἅπερ ἐκεῖνοι γινώσκ. — καὶ ταῖς τιμωρίαις καὶ ταῖς ἐπιμελείαις] H. e. τῇ ζημίᾳ καὶ ἀκριβεῖ κρίσει, καὶ τῇ φυλακῇ uti modo dixerat. Pœna maleficiis, honore recte factis proposito, cives a Solone a vitiis avocabantur, ad virtutem impellebantur. Notante Stobæo Serm. XLI. p. 247. 24. Σόλων ἐκείνην εἶπεν ἄριστα τὴν πόλιν οἰκεῖσθαι, ἐν ᾗ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας συμβαίνει τιμᾶσθαι, καὶ τὸ ἐναντίον, ἐν ᾗ τοὺς κακοὺς ἀμύνεσθαι. Auctor Ep. ad Brutum XV. "Solon Rempublicam duabus rebus contineri di-

κατεῖχον τοὺς πολίτας καὶ ταῖς τιμωρίαις καὶ ταῖς ἐπιμε-
λείαις· τοσούτου γὰρ [1] ἔδεον αὐτοὺς λανθάνειν οἱ κακόν τι
δεδρακότες, ὥστε καὶ τοὺς ἐπιδόξους ἁμαρτήσεσθαί [2] τι
προῃσθάνοντο. τοιγαροῦν οὐκ ἐν τοῖς [3] σκιραφείοις οἱ νεώτεροι c
διέτριβον, οὐδ᾽ ἐν ταῖς αὐλητρίσιν, οὐδ᾽ ἐν τοῖς τοιούτοις

[1] ἐδέοντο A. C. L. [2] τι om. A. C. L. [3] σκιραφίοις A. C. L.

xit, præmio et pœna." Laudat Meursius in Sol. C. XXIX. De τιμῇ, quæ pars erat, τῆς ἐπιμελείας uti h. l. dicitur, supra jam vidimus §. θ′. et cf. infra §. κα′. Referri huc potest Lycurgi locus adv. Leocr. §. γ′. δύο γάρ ἐστι τὰ παιδεύοντα τοὺς νέους, ἥ τε τῶν ἀδικούντων τιμωρία, καὶ ἡ τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς δεδομένη δωρεά· πρὸς ἑκάτερον δὲ τούτων ἀποβλέποντες, τὴν μὲν διὰ τὸν φόβον φεύγουσι, τῆς δὲ διὰ τὴν δόξαν ἐπιθυμοῦσι. IDEM.

Τοιγαροῦν οὐκ ἐν τοῖς σκιραφείοις κ, τ. λ.] Gravis est Atheniensium reprehensio, qui tantopere a majorum severitate et continentia desciverant, ut Isocratis ætate omnis generis incontinentiæ et lasciviæ, prava parentum indulgentia, juventus sese traderet. Gravius etiam in Orat. de Permut. §. κς′. * κζ′. de neglectu omnium eorum studiorum, quæ bonis civibus formandis inservirent, questus, hisce, quæ toti huic loco quasi commentarii instar esse possunt, in suos invehitur: ἀφ᾽ ὧν ὑμεῖς πολὺν ἤδη χρόνον ἀπελαύνετε τοὺς νεωτέρους, ἀποδεχόμενοι τοὺς λόγους τῶν διαβαλλόντων τὴν τοιαύτην παιδείαν· καὶ γάρ τοι πεποιήκατε τοὺς μὲν ἐπιεικεστάτους αὐτῶν ἐν πότοις καὶ συνουσίαις καὶ ῥαθυμίαις καὶ λαγνείαις τὴν ἡλικίαν διάγειν, ἀμελήσαντες (ἀμελήσαντας e conj. edidit Orell.) τοῦ σπουδάζειν ὅπως ἔσονται βελτίους· τοὺς δὲ χείρω τὴν φύσιν ἔχοντας, ἐν τοιαύταις ἀκολασίαις ἡμερεύειν, ἐν αἷς πρότερον οὐδ᾽ ἂν οἰκέτης ἐπιεικὴς οὐδεὶς ἐτόλμησεν· οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐπὶ τῆς ἐννεακρούνου ψύχουσιν οἶνον· οἱ δ᾽ ἐν τοῖς καπηλείοις πίνουσιν· ἕτεροι δ᾽ ἐν τοῖς σκιραφείοις κυβεύουσι· πολλοὶ δ᾽ ἐν τοῖς τῶν αὐλητρίδων διδασκαλείοις διατρίβουσι. Quid melius nostrum locum illustret, quam hæc? de quibus nihil aliud monemus, quam τὴν ἐννεάκρουνον fuisse fontem Athenis, qui antea Callirrhoe dicebatur, testibus Thucydide II. 15. et Harpocratione in v. ab Orellio laudatis, qui hunc quidem ipsa illa Isocratis verba ob oculos habuisse putat: quod si verum sit, pro Λυσίας ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως legendum erit Ἰσοκράτης ἐν τ. π. τ. ἀ. Cæterum digna, quæ iis addantur, sunt verba Theopompi apud Athenæum XII. p. 532. laudata a Corae. Hic igitur, discipulus Isocratis, eadem ac magister, de Atheniensibus testatur: Καὶ γὰρ αὐτοὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἔζων, ὥστε τοὺς μὲν νέους ἐν τοῖς αὐλητριδίοις καὶ παρὰ ταῖς ἑταίραις διατρίβειν· τοὺς δὲ μικρὸν ἐκείνων πρεσβυτέρους ἔν τε τοῖς κύβοις καὶ ταῖς τοιαύταις ἀσωτίαις· τὸν δὲ δῆμον ἅπαντα πλείω καταναλίσκειν εἰς τὰς κοινὰς ἑστιάσεις καὶ κρεανομίας, ἤπερ εἰς τὴν τῆς πόλεως διοίκησιν. Lysias item pro Mantitheo §. γ′. memorat: τῶν νεωτέρων, ὅσοι περὶ κύβους ἢ πότους ἢ περὶ τὰς τοιαύτας ἀκολασίας τυγχάνουσι τὰς διατριβὰς ποιούμενοι. — Σκιράφεια Grammatici recte interpretantur κυβεῖα vel κυβευτήρια, *aleatoria*: sed neque de vera vocis scriptura, neque unde ducta sit appellatio, consentiunt. Vid. Harpocration, Etymologus, Suidas, Mœris, Hesychius, Pollux IX. 96. Grammaticus Bekkeri Vol. I. p. 300. Nos nostro loco lectionem σκιραφείοις prætulimus, probatam a Corae ad h. l. et ab Orellio. l. c. Hemsterhusius ad Pollucis locum iis accedere videtur, qui putant dicta fuisse a Σκίρῳ, loco extra Athenas, ubi templum erat Ἀθηνᾶς σκειράδος, et in quem convenire solebant aleatores, quippe Athenis per morum censores minus tutum esset alea ludere; ubi denique secundum Stephanum Byzantium etiam meretrices commorabantur. Plura qui cupit, adeat ipse Viri Cl. annotationem, uti et Meursium de Pop. Atticis p. 120. ac D'Orvillium in Vanno Critico p. 312. laudatos Piersono ad Mœrin p. 343. De Σκίρῳ Petitum citat Taylor ad Demosth. pro Cor. §. μ′. IDEM.

Ἐν ταῖς αὐλητρίσιν] Priscianus L. XVIII. col. 1181. Ed. Putschii, laudatus etiam Corae in Add. p. 334. 'Isocrates (inquit) in Areopagitico, ἐν ταῖς αὐλητρίσιν, pro in loco, in quo habitant tibicines. Huic simile Cicero in I. Invectivarum (Catil. I. 1.): "Dico te venisse priore nocte inter falcarios," i. e. in locum ubi sunt falcarii.' Recte quidem ille: sic enim ipse Isocrates et Theopompus locis all. interpretantur. Cf. de hoc usu Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 557. Meretricibus (ταῖς πορναῖς, παισὶ, ἑταίραις) plerumque comites aderant, uti et Saltrices (ὀρχηστρίδες). Vid. Aristoph. Ran. 513. Nubb. 996. laudatus a Corae et mox citandus. Apud Lysiam Or. IV. §. α′. confitentur quidam, se venisse πρὸς παῖδας καὶ αὐλητρίδας καὶ μετ᾽ οἴνου. Ab Æliano V. H. VII. 2. conjunctim memorantur

συλλόγοις ἐν οἷς νῦν διημερεύουσιν· ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἔμενον, ἐν οἷς ἐτάχθησαν, θαυμάζοντες καὶ [1] ζηλοῦντες

[1] ὁμιλοῦντες A. C. ὁμιλοῦντες καὶ θαυμάζοντες L.

πολλαὶ —γυναικῶν, μουσουργοὶ καὶ αὐλητρίδες, καὶ ἑταῖραι κάλλει διαπρέπουσαι καὶ ὀρχηστρίδες. XIII. 1. αὐλητρίδες et αὐτὰ τὰ τῶν μειρακίων τῶν κατὰ πόλιν, *ea quibus juvenes urbani delectari solent*. Apud Theocritum Id. II. 146. Simætha meretrix suam memorat αὐλητρίδα. IDEM.

Ἐν τοῖς τοιούτοις συλλόγοις, ἐν οἷς νῦν διημερεύουσιν] Quales intelligantur conventus, e locis allatis satis apparet. Διημερεύουσιν autem cum emphasi accipiendum, *totos dies transigunt*. Simili in causa hoc verbo utitur Ælian. V. H. III. 14. Isocrates bono sensu de discipulis suis secum degentibus, de Perm. §. κς′. * κβ′. Quæ huc usque dicta sunt omnia de licentia juventutis illustrat Æschines adv. Timarchum §. ι′. referens de juvene dedito ταῖς αἰσχίσταις ἡδοναῖς, ὀψοφαγίαις καὶ πολυτελείαις δείπνων, καὶ αὐλητρίσι, καὶ ἑταίραις, καὶ κύβοις, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὑφ᾽ ὧν οὐδενὸς χρὴ κρατεῖσθαι τὸν γενναῖον καὶ ἐλεύθερον. IDEM.

Θαυμάζοντες καὶ ὁμιλοῦντες τοὺς ἐν τούτοις πρωτεύοντας] Durius videtur ὁμιλεῖν sequente Accusativo, qui convenit τῷ θαυμάζειν. Hinc varii Interpretum conatus. Wolfii verba hæc sunt in Annot. 'Observentur verba diversæ constructionis: θαυμάζω σε dicitur, sed ὁμιλῶ σοι non σε. Et tamen Isocrates sic scripsit, nisi forte culpa librarii mutatus sit ordo et legendum ὁμιλοῦντες καὶ θαυμάζοντες τοὺς, etc. quod omnino verum esse puto. Plus enim est θαυμάζειν quam ὁμιλεῖν, et gravius verbum recte sequitur. Demosth. πρὸς Λεπτ. Θηβαῖοι τοὺς μὲν ἑαυτοὺς ἀγαθόν τι ποιοῦντας μήτε τιμῶντες, μήτε θαυμάζοντες.' Ὑμνοῦντες Ruhnkenii, ζηλοῦντες Valckenaerii est conjectura, qui ad Eurip. Hippol. vs. 106. de vi verbi θαυμάζειν pro *colere* disputans, allato loco Isocrateo, p. 177. D. 'illic (inquit) pro ὁμιλοῦντες, quod in καθομιλοῦντες mutari nolim, scribendum arbitror ζηλοῦντες ut scribit p. 175. D. τὸν πλοῦτον θαυμάζοντες καὶ ζηλοῦντες· p. 344. A. τοὺς — σοφιστὰς ἐθαύμαζον, καὶ τοὺς συνόντας αὐτοῖς ἐζήλουν. Similiter θαυμάζειν καὶ ζηλοῦν *Democrito* junguntur aliisque: literarum ductus propius accedit in Isocrateis ὑμνοῦντες. quod placet Clar. D. Ruhnkenio.' Τιμῶντες Segaario debetur, Professori quondam Rheno-Trajectino, cujus exstat specimen Observationum Criticarum in Isocratem in Actis Literariis Societatis Rheno-Trajectinæ, T. I. p. 73 —105. Non immemor Valckenaerii, pag. 93. sic ab Isocrate scriptum existimabat, 'argumento (ut ait) loci p. 277. D. ἐκεῖνοι δὲ τοὺς τοιούτους τῶν ἔργων πρωτεύοντας βελτίστους εἶναι τῶν παίδων ὑπολαμβάνουσι, καὶ μάλιστα τιμῶσι: cui accedit, quod θαυμάζειν et τιμᾶν etiam jungit in Panegyr. p. 42. E. εἴ τις τιμῴη καὶ θαυμάζοι μὴ τοὺς πρώτους τῶν λόγων ἀρχομένους, ἀλλὰ τοὺς ἄριστα αὐτῶν ἕκαστον ἐξεργαζομένους.' Postremum tandem καθομιλοῦντες, quod Valckenaerio displicuisse vidimus, Coraes prætulit, qui, memoratis reliquorum conjecturis, in Addendis p. 334. scripsit: 'Καὶ ἔστι μὲν ἀληθὲς τὸ ἀείποτε πρὸς δοτικὴν φέρεσθαι τὸ Ὁμιλεῖν· οὐδέν γε μὴν ἐνταῦθα κωλύει καὶ πρὸς αἰτιατικὴν συνάψαι, κατὰ τὸ παρὰ τοῦτο σύνθετον Καθομιλεῖν, αἰτιατικῇ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ συνταττόμενον, ὡς ἐδήλωσεν ὁ Στέφανος ἐν τῷ Θησαυρῷ (B. σελ. 1310). Ἴσως δὲ καὶ, Θαυμάζοντες καὶ καθομιλοῦντες, ἦν ἡ ἀρχαία γραφή.' Nobis, si optio detur, reliquis omnibus præstare videtur Valckenaeriana conjectura, quæ elegantem efficit gradationem: primum admiratio exsistebat, deinde ex admiratione nascebatur æmulatio. Nec tamen ausi sumus eam in textum recipere, cum et vulgaris lectio ὁμιλοῦντες sese tueri posse videatur, sive ea ratione, quam Coraes attulit, sive alia quadam observatione, hac: duobus verbis diversos casus regentibus cum uno substantivo junctis, substantivum vel propioris vel remotioris casu poni. Prioris constructionis exempla sunt frequentissima. Sic §. λγ′. legimus: ἣν — ἐπιτιμήσω καὶ κατηγορήσω τῶν ἐνεστώτων πραγμάτων. Nam κατηγορεῖν Genitivum, ἐπιτιμᾶν Dativum postulat. Similia sunt ex Orat. de Perm. p. 332. E. ἐπιτιμᾶν καὶ βασκαίνειν τὰ τῶν ἄλλων. Contra Soph. p. 291. B. τίς γὰρ οὐκ ἂν μισήσειε ἅμα καὶ καταφρονήσειε — τῶν περὶ τὰς ἔριδας διατριβόντων. De Pace pag. 161. E. τοὺς ἐπιπλήττοντας καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς. Etenim νουθετεῖν cum Accusativo, ut §. ιη′. ἐπιπλήττειν cum Dativo poni solet, ad Nicocl. p. 15. B. Archid. p. 135. A. De Pace p. 167. C. Laud. Busir. p. 227. C. Quæ facere possint ad commendandam verborum transpositionem, quæ placuit Wolfio. Posterioris vero constructionis, qua remotiore loco positi verbi casum substantivum sequatur, exemplum esse possit hic noster locus; quanquam fateor ea esse rarissima, nec memini me ullum usquam invenire huic plane simile: nisi forte huc quodammodo pertineat istud Theophrasti περὶ ἀγροικίας

τοὺς ἐν τούτοις πρωτεύοντας. οὕτω δ' ἔφευγον τὴν ἀγορὰν,
ὥστε εἰ καί ποτε διελθεῖν ἀναγκασθεῖεν, μετὰ πολλῆς
αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης ἐφαίνοντο τοῦτο ποιοῦντες. ἀντειπεῖν
δὲ τοῖς πρεσβυτέροις ἢ λοιδορήσασθαι δεινότερον ἐνόμιζον d
[1] ἢ νῦν περὶ τοὺς γονέας [2] ἐξαμαρτεῖν. ἐν καπηλείῳ δὲ φαγεῖν
ἢ πιεῖν [3] οὐδεὶς οὐδ' ἂν οἰκέτης ἐπιεικὴς ἐτόλμησε· σεμνύ-
νεσθαι [4] γὰρ ἐμελέτων, [5] ἀλλ' οὐ βωμολοχεύεσθαι. καὶ τοὺς

[1] εἶναι ἢ A. C. L. [2] ἐξαμαρτάνειν A. C. L. [3] οὐθεὶς A. L. [4] δὲ A. C. L. [5] καὶ A. C. L.

p. 13. ἐπ' ἄλλῳ μὲν 'μήτε θαυμάζειν μήτε ἐκπλήττεσθαι. ubi ἐπ' ἄλλῳ pendet a remotiore, non a propiore verbo: dicitur enim ἐκπλήττεσθαι ἐπί τινι, sed θαυμάζειν τι. Certe nulla ratio grammatica prohibere videtur, quominus ubi sic duo verba diversæ constructionis junguntur, substantivum non æque cum remotiore, quam cum propiore convenire queat. Verumtamen suum unicuique judicium esto. Idem.

Τὴν ἀγορὰν] Intelligitur forum ubi res venales exponebantur, quali in loco multa fieri solere honestati et bonis moribus contraria eleganter Xenophon animadvertit Cyrop. I. 2. 3. Ex turpitudine fori convicium illud περίτριμμα ἀγορᾶς, de quo cf. Pollux VI. 183. Eam partem τῆς ἀγορᾶς, ubi vendebatur, dictam fuisse κύκλους, Pollux testatur X. 18. Ad hæc autem et quæ proxime sequuntur pertinet locus Aristophanis Nubb. 986. et sqq. ubi, comparata majorum disciplina cum præsenti licentia, juvenem sic alloquitur aliquis:

Πρὸς ταῦτ', ὦ μειράκιον, θαῤῥῶν ἐμὲ τὸν κρείττω λόγον αἱροῦ·
Κἀπιστήσει μισεῖν ἀγορὰν, καὶ βαλανείων ἀπέχεσθαι,
Καὶ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνεσθαι· κἂν σκώπτῃ τίς σε, φλέγεσθαι.
Καὶ τῶν θακῶν τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι προσιοῦσι.
Καὶ μὴ περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας κακουργεῖν, ἄλλο τε μηδὲν
Αἰσχρὸν ποιεῖν· ὅτι τῆς αἰδοῦς μέλλεις τἄγαλμ' ἀναπλήσειν.
Μηδ' εἰς ὀρχηστρίδος εἰσιέναι, ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηνὼς,
Μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου, τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῇς.
Μηδ' ἀντειπεῖν τῷ πατρὶ μηδέν· μηδ' Ἰαπετὸν καλέσαντα,
Μνησικακῆσαι τὴν ἡλικίαν, ἐξ ἧς ἐνεοτροφήθης.

Idem.

Ἀντειπεῖν δὲ — ἐξαμαρτάνειν] Paulo aliter hæc refert Dionysius l. l. supra p. 327. δεινότερον μὲν ἡγεῖσθαί φησι (Isocrates) τοὺς τότε ἀνθρώπους τὸ τοῖς πρεσβυτέροις ἀντειπεῖν ἢ τὴν τάξιν λύειν. Cf. Aristoph. l. c. Idem.

Ἐν καπηλείῳ δὲ — ἐτόλμησε] Καπηλεῖον, caupona, locus ubi vinum venale exponitur: cf. Pollux VII. 193. Simile est πανδοκεῖον; vid. ibid. 16. Cura honestatis in evitandis cauponis ex eo apparet, quod olim apud Græcos cauponæ, sive tabernæ, non multo honestiora loca erant, quam lenonis aut meretricis domus, ut ait Casaubonus ad Theophr. p. 207. (qui cf. et p. 436.) laudatis Æliano V. H. III. 14. et Athenæo XIII. p. 566. qui hæc Isocratis verba exemplo ex Hyperide desumpto comprobat: Ὑπερίδης δὲ, inquit, ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, τοὺς Ἀρεοπαγίτας, φησὶν, ἀριστήσαντά τινα ἐν καπηλείῳ κωλῦσαι ἀνιέναι εἰς Ἄρειον πάγον. Laudat et Meursius in Areop. C. IX. in f. Idem.

Σεμνύνεσθαι] *gravitatem servare, omnia serio facere et dicere*, quemadmodum hic τῷ βωμολοχεύεσθαι, sic in Hel. p. 210. B. τῷ σκώπτειν opponitur. Est autem βωμολοχεύεσθαι, idem fere ac σκώπτειν, *scurram agere, risum movere*, quod qui faciunt dicuntur βωμολόχοι, Harpocrationi dicti, εὔκολοί τινες ἄνθρωποι καὶ ταπεινοὶ, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπομένοντες ἐπὶ κέρδει, διὰ τοῦ παίζειν τε καὶ σκώπτειν. Ipsum Aristophanem βωμολόχον ἄνδρα καὶ γελοῖον ὄντα καὶ εἶναι σπεύδοντα vocat Ælian. V. H. II. 13. Metaphoram ductam esse docent grammatici a mendicis aras insidiantibus (τοὺς βωμοὺς λοχώντων) adulandoque risum moventibus. Præter Harpocrationem, et Maussacum ad eum, Thomam Magistrum, ibique Stoeberum p. 176. vid. Grammaticus Bekkeri V. I. p. 221. et 222. et alius p. 185. De re cf. Aristoph. l. c. vs. 966. Idem.

Καὶ τοὺς εὐτραπέλους δὲ — ἐνόμιζον] Thomas Mag. p. 801. distinguit inter σκῶμμα, γελοῖον et εὐτράπελον, quorum hoc definit τὸ μετὰ σεμνότητος χαριέντως λεγόμενον. Sed recte monet Sallierus alibi in malam partem dici, atque ita h. l. accipiendum, quippe explicatur per σκώπτειν δυνάμενον. Et hoc loco τοὺς εὐτραπέλους καὶ σκώπτειν δυναμένους mera periphrasis est τῶν βωμολοχευόντων, quod non tantum modo allata Harpocrationis verba docere videntur, collata vocis etymologia, sed et extra omnem dubitationem ponit ipsius Isocratis, ut ita dicam, interpretatio in Orat. περὶ τῆς ἀντ. §. κς'. * κζ'. ἐπεὶ νῦν γ' οὕτως, inquit, ἀνέστραπται καὶ συγκέχυται πολλὰ τῶν κατὰ τὴν πόλιν, ὥστ' οὐδὲ τοῖς ὀνόμασιν ἐν τῇ διαλέκτῳ ἔνιοί τινες ἔτι χρῶνται κατὰ τὴν φύσιν, ἀλλὰ μεταφέρουσιν ἀπὸ τῶν καλλίστων πραγμάτων ἐπὶ τὰ φαυλότατα τῶν ἐπιτηδευμάτων· τοὺς γὰρ βωμολοχευομένους καὶ σκώπτειν καὶ μιμεῖσθαι (*mimos agere*) δυναμένους, εὐφυεῖς καλοῦσι· προσῆκον τῆς προσηγορίας ταύτης τυγχάνειν τοὺς ἄριστα πρὸς ἀρετὴν πεφυκότας. Utrique loco, et huic et nostro, debilem inesse imitationem terribilis orationis Thucydideæ III. 82. καὶ τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων εἰς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει, Orellius putat in Ann. Quod habet Ammonius: εὐφυὴς λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς ὁ σκωπτικὸς, confirmat Isocrates, cum ait τοὺς σκώπτειν δυναμένους ita dictos fuisse. Proprie significat *egregia indole præditum*, atque ita occurrit §. λβ'. metaphora desumpta a plantis quæ læto germine sata feliciter surgunt. Vid. Valcken. in Animadvss. ad Amm. L. II. C. II. p. 87. ut non male Gallicum *homme d'esprit* conferat Coraes, qui et ex Athenæo VI. p. 60. locum affert Theopompi Philippum Macedonem dicentis χαίρειν — τῶν ἀνθρώπων τοῖς εὐφυέσι καλουμένοις, καὶ τὰ γελοῖα λέγουσι καὶ ποιοῦσι, eodem sensu ac nostro loco, ut apparet ex Demosthene Olynth. II. §. ζ. Σκωπτικὸς autem tantum distat a σκώπτης, quantum ab *eleganti* et ingenuo homine dignissimo jocandi genus *petulans* et flagitiosum, notante Valcken. ibid. p. 88. — Δυστυχεῖς, ex oppositione τοῦ εὐφυὴς, recte Laugius et Coraes interpretantur μωροὺς, ἠλιθίους. Eodem sensu, ut videtur, δυστυχία legitur ad Nicocl. p. 17. B. Idem.

Ἐκεῖνοι γὰρ ἦσαν οἱ προτρέψαντες τὴν ἀρχὴν κ. τ. λ.] Tangit Periclem et Ephialtem, quorum opera Areopagi auctoritas insigniter imminuta est. Vid. Plutarchus in Pericle p. 155. E. 157. A. in Cimone p. 485. B. T. II. p. 812. C. Diod. Sic. XI. 77. Aristot. Polit. II. 10. Meursius in Areop. C. IX. τὴν ἀρχὴν, ut recte monet Wolfius et Coraes, h. l. adverbialiter accipiendum, *primum, primi*. Sic etiam in Paneg. p. 66. B. ubi opponitur τῷ ἐπὶ τελευτῆς. Idem.

Ἧς ἐπιστατούσης — ἔγεμεν] Initium hujus capitis illustrant, quæ de præsentibus malis disputat Isocrates de Pace p. 185. A. μηδένα τῶν πολιτῶν ζῆν ἡδέως, μήτε ῥαθύμως, ἀλλ' ὀδυρμῶν μεστὴν εἶναι τὴν πόλιν· οἱ μὲν γὰρ τὰς πενίας καὶ τὰς ἐνδείας ἀναγκάζονται διεξιέναι καὶ θρηνεῖν πρὸς σφᾶς αὐτούς· οἱ δὲ τὸ πλῆθος τῶν προσταγμάτων καὶ λειτουργιῶν, καὶ τὰ περὶ τὰς εἰσφορὰς, καὶ τὰς ἀντιδόσεις· ἃ τοιαύτας ἐμποιεῖ λύπας, ὥστ' ἄλγιον ζῆν τοὺς τὰς οὐσίας κεκτημένους, ἢ τοὺς συνεχῶς πενομένους. Quæ omnia mala deinceps repetuntur a malevolis oratoribus et demagogis. Vid. etiam p. 184. B. De multitudine litium, quæ Athenis dijudicabantur, vid. Xenoph. de Ath. Rep. p. 699. A. —

εὐτραπέλους δὲ καὶ [1] τοὺς σκώπτειν δυναμένους, οὓς νῦν
εὐφυεῖς προσαγορεύουσιν, ἐκεῖνοι δυστυχεῖς ἐνόμιζον.
e ιθ'. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω με δυσκόλως διακεῖσθαι πρὸς
τοὺς ταύτην ἔχοντας τὴν ἡλικίαν. οὔτε γὰρ ἡγοῦμαι τού-
τους αἰτίους εἶναι τῶν γιγνομένων, σύνοιδά τε τοῖς πλεί-
στοις αὐτῶν ἥκιστα χαίρουσι ταύτῃ τῇ καταστάσει, δι'
ἣν ἔξεστιν αὐτοῖς ἐν ταῖς ἀκολασίαις ταύταις διατρίβειν·
150 ὥστε οὐκ ἂν εἰκότως τούτοις [2] ἐπιτιμῴην, ἀλλὰ πολὺ [3] δι-
καιότερον τοῖς ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν τὴν πόλιν διοικήσασιν. ἐκεῖνοι
γὰρ ἦσαν [4] οἱ προτρέψαντες ἐπὶ ταύτας τὰς ὀλιγωρίας καὶ 148
καταλύσαντες τὴν τῆς βουλῆς δύναμιν.
κ'. Ἧς ἐπιστατούσης οὐ δικῶν οὐδ' ἐγκλημάτων οὐδ'

[1] τοὺς om. A. C. L. [2] ἐπιτιμῴημεν A. C. L. [3] ἂν δικ. A. C. L. [4] οἱ τὴν ἀρχὴν προτρ. A. C. L.

εἰσφορῶν οὐδὲ πενίας οὐδὲ πολέμων ἡ πόλις ἔγεμεν, ἀλλὰ
καὶ πρὸς ἀλλήλους ἡσυχίαν εἶχον καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους
ἅπαντας εἰρήνην ἦγον. παρεῖχον γὰρ σφᾶς αὐτοὺς τοῖς μὲν
Ἕλλησι πιστούς, τοῖς δὲ βαρβάροις φοβερούς. τοὺς μὲν γὰρ b
σεσωκότες ἦσαν, παρὰ δὲ τῶν δίκην τηλικαύτην εἰληφότες,
ὥστ' ἀγαπᾶν ἐκείνους εἰ μηδὲν ἔτι κακὸν πάσχοιεν. τοι-
γάρτοι διὰ ταῦτα μετὰ τοσαύτης ἀσφαλείας διῆγον, ὥστε
καλλίους εἶναι καὶ πολυτελεστέρας τὰς οἰκήσεις καὶ τὰς
[1] κατασκευὰς τὰς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν ἢ τὰς ἐντὸς τείχους, καὶ
πολλοὺς τῶν πολιτῶν μηδ' εἰς τὰς ἑορτὰς εἰς ἄστυ κατα-
βαίνειν, ἀλλ' αἱρεῖσθαι μένειν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς μᾶλ- c
λον ἢ τῶν κοινῶν ἀπολαύειν. οὐδὲ γὰρ τὰ περὶ τὰς θεωρίας,

[1] ἐπισκευὰς A. C. L.

Εἰσφοραὶ, proprie *collationes pecuniæ*, civibus imperabantur, quotiescunque Respublica inopia laborabat. Lysias de Niciæ bonis publ. §. ζ. καὶ ὅταν ἡ πόλις δέηται χρημάτων, ἀπὸ τούτων ὑμῖν εἰσφέρομεν. Frequens earum mentio apud Oratores, conjuncta cum λειτουργίαις, τριηραρχίαις, χορηγίαις, etc. Isocrates περὶ ἀντιδ. §. κς'. * η'. se filiumque refert εἰς τοὺς διακοσίους τοὺς εἰσφέροντας καὶ λειτουργοῦντας. Prima autem ejus generis collatio, eaque ducentorum talentorum, facta est tempore belli Peloponnesii ad urgendam Mitylenes obsidionem, auctore Thucydide III. 19. Vere igitur h. l. dixit apud majores nullis εἰσφοραῖς opus fuisse, quo ipso suæ ætatis homines perstringit. — Πενίας, h. e. πενήτων. Vid. §. λη'. cur autem non essent ea ætate pauperes, ostendit §. ιβ'. Mox ad εἶχον ex antecedenti πόλις, supplendus nominativus οἱ πολῖται. Idem.

Παρεῖχον γὰρ — πάσχοιεν] Spectant tempora bellorum Persicorum. Athenienses tunc fuisse σωτῆρας τῆς Ἑλλάδος, probat Herodotus VII. 139. De verbo ἀγαπᾶν, *contentum esse, satis sibi ducere*, vid. Sluiterus Lect. And. p. 189. Lysias eo utitur contra Eratosth. §. γ'. eodemque sensu adverbio ἀγαπητῶς. pro Mantitheo §. δ'. Idem.

Διὰ ταῦτα] Delendum putat Coraes. Idem.

Μετὰ τοσαύτης ἀσφαλείας διῆγον — ἢ τὰς ἐντὸς τείχους] Securitatis indicium in eo cernitur, quod belli tempore, cum agri incursionibus vastabantur, omnia in urbem comportanda erant. Quod semper moleste tulerunt Athenienses, quorum plurimis mos erat in agris habitare; eaque consuetudine valde delectabantur. Exemplum ejus rei præbent tempora Peloponnesii belli, de quo egregius est Thucydidis locus, classicus in hac re, II. 14—17. qui morem istum repetit ex antiqua Atticorum degendi ratione per pagos, κατὰ κώμας, quæ postea etiam, quum jam Theseus eos dispersos in unam urbem coegisset, obtinuerit. Cap. 65. doluisse dicuntur οἱ δυνατοὶ καλὰ κτήματα κατὰ τὴν χώραν οἰκοδομίαις τε καὶ πολυτελέσι κατασκευαῖς ἀπολωλεκότες. Similiter post pugnam Chæronensem decrevit populus παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὰ τείχη κατακομίζειν, teste Lycurgo adv. Leocr. §. ς'. Aliud exemplum, Naxiorum exstat apud Herodotum V. 34. ubi vid. Valcken. In primis vero ipsorum Atheniensium factum animadvertatur, quos, quo tempore Philippus ad sacrilegos delendos Phocidem invaderet, etsi paulo ante pace ab eo accepta, attamen omnia ex agris in urbem comportanda decrevisse, referunt Demosth. de Corona §. ιϛ'. Æschines contra Ctesiph. §. λ'. Anonymus in Argumento Orat. Demosth. de Falsa Leg. Quod si enim vera sint, quæ de tempore conscripti Areopagitici supra disputavimus, ea res, quæ recens acciderat, aptam majorum laude æquales tacite reprehendendi causam Isocrati præbere poterat. — Τὰς ἐπισκευὰς recte Coraes interpretatur τὰ ἔπιπλα καὶ σκεύη τῶν οἴκων. Latine dicas *omnia quæ moveri possunt*, ut ait Nepos in Themist. 2. Consentit Thucydides, qui habet τὴν κατασκευὴν ᾗ κατ' οἶκον ἐχρῶντο. Cf. Pollux IX. 10. sq. Idem.

Οὐδὲ γὰρ τὰ περὶ τὰς θεωρίας — ἐποίουν] Θεωρίας fuisse *publica sacrificia*, quæ vel jungi vel opponi soleant ταῖς θυσίαις, notum est. Et his suæ ætatis petulantiam insectatur Isocrates, gravius vituperatam in Oratione de Pace p. 174. E. et sq. Queritur de ἀσελγείᾳ τῶν πατέρων et ἀνοίᾳ eorum qui temporibus fere captarum Athenarum rempubl. moderabantur; quos eo processisse ait, ut decernerent, quæ e sociorum vectigalibus pecuniæ superessent, ea per singula talenta in saltationem celebrandis Bacchi sacris esse inferenda (εἰς τὴν ὀρχήστραν τοῖς Διονυσίοις): tum ita pergit p. 175. C. ἐπειδὰν πλῆρες ᾖ τὸ θέατρον, καὶ τοῦτ' ἐποίουν, καὶ παρεισῆγον τοὺς παῖδας τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότων· ἀμφοτέροις ἐπιδεικνύντες, τοῖς μὲν συμμάχοις τὰς τιμὰς τῆς οὐσίας αὐτῶν ὑπὸ μισθωτῶν εἰσφερομένας, τοῖς δ' ἄλλοις Ἕλλησι τὸ πλῆθος τῶν ὀρφανῶν, καὶ τὰς συμφορὰς, τὰς διὰ τὴν πλεονεξίαν ταύτην γιγνομένας. καὶ ταῦτα δρῶντες αὐτοί τε τὴν πόλιν εὐδαιμόνιζον, καὶ πολλοὶ τῶν νοῦν οὐκ ἐχόντων ἐμακάριζον αὐτήν. Commode porro huc referuntur, quæ de θεωρικοῖς χρήμασι, seu pecunia publica inter pauperes distributa, ut, unde, ad spectacula ventitantes, duos obolos solverent, haberent, passim referuntur. Vid. Libanii Argumentum Demosth. Olynth. I. hujus Oratio περὶ συντάξεως. Harpocr. in voce et Valesius p. 38. Res a Pericle profecta postea Eubuli consiliis magis etiam invaluit. Cf. Ruhnken. Hist. Crit. Or. Gr. p. 66. Idem.

ὧν ἕνεκ' [1] ἄν τις ἦλθεν, ἀσελγῶς οὐδ' ὑπερηφάνως, ἀλλὰ
νουνεχόντως ἐποίουν. οὐ γὰρ ἐκ τῶν πομπῶν οὐδ' ἐκ τῶν
περὶ τὰς χορηγίας φιλονεικιῶν οὐδ' ἐκ τῶν τοιούτων ἀλα-
ζονειῶν τὴν εὐδαιμονίαν ἐδοκίμαζον, ἀλλ' ἐκ τοῦ σωφρόνως
οἰκεῖν καὶ τοῦ βίου τοῦ καθ' ἡμέραν καὶ τοῦ μηδένα τῶν
d πολιτῶν ἀπορεῖν τῶν ἐπιτηδείων. ἐξ ὧνπερ χρὴ κρίνειν τοὺς
ὡς ἀληθῶς εὖ πράττοντας καὶ μὴ φορτικῶς πολιτευομέ-
νους· ἐπεὶ νῦν γε τίς οὐκ ἂν ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις τῶν εὖ
φρονούντων ἀλγήσειεν, ὅταν ἴδῃ τινὰς τῶν πολιτῶν αὐτοὺς
μὲν περὶ τῶν ἀναγκαίων, εἴθ' ἕξουσιν εἴτε μή, πρὸ τῶν δι-
καστηρίων κληρουμένους, τῶν δ' Ἑλλήνων τοὺς ἐλαύνειν τὰς

[1] ἂν om. L.

Οὐ γὰρ ἐκ τῶν πομπῶν — ἐδοκίμαζον] Superbiæ Atheniensium (ὑπερηφανίας) in illis (ἐν ταῖς πομπαῖς) exemplum est apud Ælianum V. H. VI. 1. De insano studio τῶν χορηγιῶν egit Spanhemius ad Callimachum p. 363. laudatus Ernesto ad Xenoph. Mem. III. 4. §. 3. Cf. et Casaubonus ad Athenæum XIV. 8. p. 904. Idem.

Καὶ τοῦ μηδένα τ. π. ἀ. τ. ἐ.] Socrates ad Xenoph. Mem. I. 6. 10. disputat, τὴν εὐδαιμονίαν non esse πολυτέλειαν, sed τὸ μηδενὸς δεεσθαι. Idem.

Φορτικῶς] Coraes interpretatur ἀλαζονικῶς ex anteced. ἀλαζονειῶν. Pollux III. 130. eodem loco ponit cum ἀνυποίστως, δυσοίστως, ἀφορήτως, δυσανέκτως, δυσανασχέτως, δυσφόρως, βαρέως, ἐπαχθῶς. E quibus equidem h. l. duo postrema nostro loco aptissima censeam, atque τὸ φορτικῶς πολιτεύεσθαι de ea reip. administratione intelligam, qua fiat ut in aliorum civium opulentia et abundantia alii paupertate et omnis generis miseria premantur. Inopiæ certe mox mentio fit. Unus Cod. habet φροντικῶς, quod etsi rarum est, tamen μὴ deleto melius convenire ait Langius. Idem.

Αὐτοὺς μὲν περὶ τῶν — κληρουμένους] Tanta illi inopia premebantur rerum maxime necessariarum, ut unde viverent, non haberent, nisi, ad causam judicandam sorte electi, in aliquo tribunali, δικαστηρίῳ, judicii mercedem, quæ erat τριώβολον, seu dimidium drachmæ, accepissent. Ex hac consuetudine explicat Coraes. Majorem lucem affert locus de Pace p. 185. B. ubi omnia mala repetens a pravis oratoribus et demagogis, πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις κακοῖς, inquit, καὶ τῶν καθ' ἡμέραν ἑκάστην ἀναγκαίων, οὗτοι μάλιστα βούλονται σπανίζειν ὑμᾶς· ὁρῶσι γὰρ τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἰδίων δυναμένους τὰ σφέτερ' αὐτῶν διοικεῖν, τῆς πόλεως ὄντας καὶ τῶν τὰ βέλτιστα λεγόντων· τοὺς δ' ἀπὸ τῶν δικαστηρίων ζῶντας, καὶ τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τῶν ἐντεῦθεν λημμάτων, ὑφ' αὑτοῖς διὰ τὴν ἔνδειαν ἠναγκασμένους εἶναι, καὶ πολλὴν χάριν ἔχοντας ταῖς εἰσαγγελίαις, καὶ ταῖς γραφαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις συκοφαντίαις, ταῖς δι' αὐτῶν γιγνομέναις, κ. τ. λ. Idem.

Τῶν δ' Ἑλλήνων — τρέφειν ἀξιοῦντας] Vi-

ναῦς βουλομένους τρέφειν ἀξιοῦντας, καὶ χορεύοντας μὲν ἐν χρυσοῖς ἱματίοις, χειμάζοντας δ' ἐν [1] τοιούτοις ἐν οἷς οὐ βούλομαι λέγειν· καὶ τοιαύτας ἄλλας ἐναντιώσεις περὶ τὴν [2] διοίκησιν γιγνομένας, αἳ μεγάλην αἰσχύνην περιποιοῦσι τῇ πόλει;

κα΄. Ὧν οὐδὲν ἦν ἐπ' ἐκείνης τῆς βουλῆς· ἀπήλλαξε γὰρ

[1] τούτοις A. C. L.   [2] τοιαύτην διοίκησιν A. C. L.

dentur intelligenda de ξενοτροφίᾳ de qua classicus est locus de Pace p. 168. D. εἰς τοῦτο δὲ μωρίας ἐληλύθαμεν, ὥστ' αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς ἐσμὲν τῶν ἀναγκαίων, ξενοτροφεῖν δ' ἐπικεχειρήκαμεν. Cff. supra dicta ad §. δ΄. Et paulo post de re navali loquens: καὶ τότε μὲν (inquit, h. e. majorum tempore) εἰ τριήρεις πληροῖεν, τοὺς μὲν ξένους καὶ τοὺς δούλους ναύτας εἰσεβίβαζον, τοὺς δὲ πολίτας μεθ' ὅπλων ἐξέπεμπον· νῦν δε τοῖς μὲν ξένοις ὁπλίταις χρώμεθα, τοὺς δὲ πολίτας ἐλαύνειν ἀναγκάζομεν. Cum tamen ex hoc ipso loco appareat, Isocratis ætate cives Athenienses, quos redit Aristophanes Equit. 1368. fuisse qui naves impellerent, quod diserte etiam testatur Xenophon de Rep. Ath. I. 2. difficile dictu est, qui nostro loco οἱ Ἕλληνες dici videantur ἐλαύνειν τὰς ναῦς, præsertim cum οἱ κληρούμενοι, de quibus modo dixerat, etiam Græci erant. Coraes ea de causa pro Ἑλλήνων legendum suspicatur ἄλλων, totius loci hac exhibita paraphrasi: 'Τίς οὐκ ἂν λυπηθείη ὁρῶν τινὰς τῶν πολιτῶν Ἀθηναίων οὕτω πενομένους, ὥστε κληροῦσθαι πρὸ τῶν δικαστηρίων, ἐπ' ἀδήλῳ τῷ ἕξειν τὰ ἀναγκαῖα, ἐὰν λάχωσι κρίνειν, ἢ μὴ ἕξειν, ἐὰν ἀπολάχωσι· καὶ ὅμως ἀξιοῦντας τρέφειν, ἤγουν μισθὸν διδόναι τὴν πόλιν τοῖς ἐκ τῶν ἄλλων πολιτῶν Ἀθηναίων βουλομένοις ἐλαύνειν τὰς ναῦς· τοῦτο γάρ ἐστιν, ὡς ἐρεῖ μετ' ὀλίγα ἡ περὶ τὴν διοίκησιν ἐναντίωσις.' De utriusque vocabuli confusione alibi dixerat in Ann. ad Paneg. §. κ΄. ibique laudato loco Prodromi Biblioth. Gr. Nos de loco difficili statuere non audemus: quanquam fortasse vulgaris lectio explicari potest e loco Panath. p. 256. D. e quo patet genus hominum perditissimorum Athenas confluentium mercede navibus impositum fuisse, qui eas impellerent. Cf. etiam de Pace p. 174. E. Sic nexus esset: *æquum censentes alere eos Græcorum* (istos enim ἐκ τῆς Ἑλλάδος collectos fuisse, posteriore loco diserte significat) *qui velint naves* (Atheniensium scilicet) *impellere*. Sed judicium penes doctiores esto. IDEM.

Χορεύοντας μὲν — βούλομαι λέγειν] Idem, monente Corae, fratri frater exprobrat apud Demosth. adv. Bœotum de Nom. §. ι΄. Qui saltabant, non suis sumptibus, sed τῶν χορηγῶν, per totum illud disciplinæ tempus, quo erudiebantur chori ad festa, et vestiebantur et nutriebantur; ut facile fieri posset, si χορηγίαι magnifice agerentur, ut, cum eo tempore splendidis auroque ornatis vestibus saltassent, eo exacto ipsi pauperes nec tantis sumptibus pares hiemem sordido vestitu transigere cogerentur. Populum vili vestitu in balneis, frigoris levandi causa, hieme degisse, testantur Xenophon de Rep. Athen. I. 1. et Schol. ad Aristoph. Plut. 535. itidem Corai laudati. In illis ἐν οἷς βούλομαι λέγειν elegans est euphemismus, cui similis ap. Demosth. Ol. II. §. ζ΄. IDEM.

Ὧν οὐδὲν κ. τ. λ.] Complectitur hoc Caput quasi ἀνακεφαλαίωσιν quandam eorum quæ de laudibus Areopagi et reip. forma apud majores dixerat. IDEM.

Ἀπήλλαξε γὰρ — ὠφελείαις] Cf. supra §. ιβ΄. ubi facta mentio ἀφορμῆς, a divitibus pauperibus datæ εἰς τὰς ἐργασίας, confirmat Corais conjecturam, quæ et mihi aliquando in mentem venerat, pro εὐεργεσίαις legendum esse ἐργασίαις, quippe qua tollitur tautologia, et quæ hic dicuntur ὠφέλειαι, respondent τῇ ἀφορμῇ ibi memoratæ. Sæpius ista duo confunduntur. Langius in Paneg. §. ς΄. fin. etsi in textu reliquerit εὐεργεσίας, in nota tamen probavit Retbergii conjecturam ἐργασίας. Aliter Morus eo loco spuria judicaverat verba καὶ τὰς ὠφελείας τὰς δι' αὐτῶν γιγνομένας. In Ep. Z. ad Timoth. eodem sensu, ac nostro loco, nunc legitur ἐργασίας, quod ibi pro εὐεργεσίας e Cod. MS. restituit Matthæus, probantibus Langio et Corae. Et sic etiam occurrit in Orat. ad Nicocl. p. 18. C. — Notatu dignum est, τοὺς ἔχοντας h. l. uti et infra §. λη΄. simpliciter positum significare *divites*. Supra §. ιβ΄. dixerat οἱ τὰς οὐσίας ἔχοντες. Qua de re hæc sunt verba Cl. Ruhnkenii in Scholiis MS. in Xenoph. Mem. I. 2. 45. 'Οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες sunt *divites*, sed sæpe supprimitur nomen χρήματα, et οἱ ἔχοντες simpliciter sunt *opulenti* et *fortunati*. Euripides apud Stobæum p. 53.

κακὸς ὁ μὴ 'χων, οἱ δ' ἔχοντες ὄλβιοι.

Hugo Grotius vertit: *dites beati, paupe-*

τοὺς μὲν πένητας τῶν ἀπορίων ταῖς [1] ἐργασίαις καὶ ταῖς
151 παρὰ τῶν ἐχόντων [2] ὠφελίαις, τοὺς δὲ νεωτέρους τῶν ἀκολασιῶν τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ ταῖς αὑτῶν ἐπιμελείαις, τοὺς 149
δὲ πολιτευομένους τῶν πλεονεξιῶν ταῖς τιμωρίαις καὶ τῷ μὴ λανθάνειν τοὺς ἀδικοῦντας, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους τῶν [3] ἀθυμιῶν ταῖς τιμαῖς ταῖς πολιτικαῖς καὶ ταῖς παρὰ τῶν νεωτέρων θεραπείαις. καίτοι πῶς ἂν γένοιτο ταύτης πλείονος ἀξία πολιτεία, τῆς οὕτω καλῶς ἁπάντων τῶν πραγμάτων ἐπιμεληθείσης;

b κβ΄. [4] Περὶ μὲν [5] οὖν τῶν [6] ποτὲ καθεστώτων τὰ μὲν πλεῖστα διεληλύθαμεν· ὅσα δὲ παραλελοίπαμεν, ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι κἀκεῖνα τὸν αὐτὸν τρόπον εἶχε τούτοις, ῥᾴδιόν ἐστι καταμαθεῖν.

κγ΄. Ἤδη δέ τινες ἀκούσαντές μου ταῦτα [7] διεξιόντος ἐπῄνεσαν [8] μὲν ὡς οἷόν τε μάλιστα, καὶ τοὺς προγόνους ἐμακάρισαν ὅτι τὸν τρόπον τοῦτον τὴν πόλιν διῴκουν, οὐ μὴν
c ὑμᾶς [9] γε ᾤοντο πεισθήσεσθαι χρῆσθαι τούτοις, ἀλλ' αἱρήσεσθαι διὰ τὴν συνήθειαν ἐν τοῖς καθεστηκόσι πράγμασι κακοπαθεῖν μᾶλλον ἢ μετὰ πολιτείας ἀκριβεστέρας ἄμεινον τὸν βίον διάγειν· εἶναι δ' ἔφασαν [10] ἐμοὶ καὶ κίνδυνον, μὴ τὰ βέλτιστα συμβουλεύων μισόδημος εἶναι δόξω καὶ τὴν πόλιν ζητεῖν εἰς ὀλιγαρχίαν ἐμβαλεῖν.

κδ΄. Ἐγὼ δ', εἰ μὲν περὶ [11] πραγμάτων ἀγνοουμένων καὶ

[1] εὐεργεσίαις A. L.   [2] ὠφελείαις C. L. A. qui ante παρὰ ponit.
[3] ῥᾳθυμιῶν A. C. L.   [4] καὶ περὶ A. C.   [5] οὖν om. A. C.   [6] τότε A. C. L.
[7] ἐπεξιόντος A. C. L.   [8] με A. C. L.   [9] γε om. A. C. L.
[10] μοι A. C. L.   [11] πραγμάτων περὶ A. C. L.

rum infelix genus. Vide Kusterum ad Aristoph. Plut. v. 596. Latini etiam hoc imitati sunt. Lactantius Div. Instit. V. 8. "ut habentium pia collatio non habentibus subveniret." Addantur Eurip. Alcest. 58. Aristot. Rhet. II. 16. 4. Virgil. Georg. II. 499. et vid. quoque Marklandus ad Lysiam pro Mantith. §. γ΄. Wetsten. in N. T. V. I. p. 400. Grævius ad Cicer. ad Div. VII. 29. Valcken. ad Herod. VI. 22. IDEM.

Τοὺς δὲ νεωτέρους — ἐπιμελείαις] Vid. supra §. ιζ΄. IDEM.

Τοὺς δὲ πολιτευομένους — ἀδικοῦντας] Cff. §. θ΄. et ιη΄. IDEM.

Τοὺς ἀδικοῦντας] Αὐτοὺς ἀδικ. conjicit Coraes. IDEM.

Τοὺς δὲ πρεσβ. — θεραπείαις] Cff. item §. θ΄. et ιη΄. Xenoph. Mem. II. 1. 33. οἱ γεραίτεροι ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγγάλλονται. IDEM.

Ἤδη δέ τινες ἀκούσαντες μου, κ, τ. λ.] Alios h. l. loquentes inducit Isocrates se et laudantes et difficultatem quandam sibi objicientes, quibus ipse deinde respondet. Eadem arte sæpius utitur, in Paneg. p. 61. D. ad Phil. p. 85. E. et sq. Panath. p. 275. A. 280. C. 281. C. sqq. de Permut. §. κς΄. * π΄. — Ἐπαινεῖν et μακαρίζειν distinguit Isocrates. Veteres illud ad fortunam, hoc ad virtutem referunt. Vid. Cl. Wyttenbachius Bibl. Crit. P. IX. p. 54. sq. ubi typographi errore hicce locus ex Archidamo, non ex Areopagitico laudatur. IDEM.

[1] μὴ κοινῶν τοὺς λόγους ἐποιούμην, καὶ περὶ τούτων ἐκέλευον ὑμᾶς ἑλέσθαι συνέδρους ἢ συγγραφέας, δι᾽ ὧν ὁ δῆμος κατε- d

[1] καινῶν A. C. L.

Καὶ περὶ τούτων — τὸ πρότερον] Illustranda hæc sunt ex historia conversionis Athenarum tempore Quadringentorum: quam refert Thucydides VIII. et ex eo Harpocration v. συγγραφεῖς. Referunt quoque Diod. Sic. XIII. 36. Justinus V. 3. Taylorus in vita Lysiæ Or. Gr. 115. Ruhnkenius Diss. de Antiphonte C. II. Opusc. p. 235—240. Summa rei hæc est. Alcibiades exsul reditum in patriam sibi parare studebat. Eo consilio agit cum Atheniensium ducibus, qui cum classe apud Samum commorabantur, iisque multa pollicitus significat velle se in patriam redire, ea conditione ut populare imperium in oligarchiam convertatur: cujus cum et ipsi cupidi essent, quanquam primum repugnante Phrynicho, legatus mittitur Athenas cum aliis Pisander, qui rem cum populo communicet. Quo simul ac pervenisset, populumque edocuisset in uno Alcibiadis reditu positam esse salutem civitatis, populi decreto eligitur cum novem collegis ad rem peragendam. Decem illi Athenis profecti ad Tissaphernem et Alcibiadem, postquam frustra cum iis egissent, Samum se conferunt: et cum Atheniensium ducibus ibi degentibus ipsi, nulla amplius Alcibiadis ratione habita, consilium capiunt paucorum imperii constituendi. Mox decem eo consilio dimittuntur, quinque ad insulas et subjectas civitates, quinque, in quibus Pisander, Athenas. Hi rem jam fere a sociis peractam, et popularem reip. formam dissolutam reperiunt. Hac rerum conditione statim reliqua perficere aggrediuntur. Primum, convocata populi concione, sententiam dicunt: δέκα ἄνδρας ἑλέσθαι ξυγγραφέας αὐτοκράτορας· τούτους δὲ ξυγγράψαντας γνώμην ἐσενεγκεῖν ἐς τὸν δῆμον ἐς ἡμέραν ῥητὴν, καθ᾽ ὅ, τι ἄριστα ἡ πόλις οἰκήσεται. Postea, ubi dies ille advenisset, iterum convocata concione, nihil aliud in medium referunt isti ξυγγραφεῖς, quam *licere unicuique civi, quam velit, sententiam dicere.* Tum palam omnes sententiam dicunt, veteres magistratus esse abrogandos, eorumque loco eligendos quinque viros, dictos προέδρους, hos centum eligere, et horum centum unumquemque sibi tres alios adsciscere; omnes, quadringentos numero, curiam (τὸ βουλευτήριον) ingressos, ἄρχειν ὅπη ἂν ἄριστα γινώσκωσιν αὐτοκράτορας. Vid. Thucydides VIII. 47—49. 53. 54. 56. 63—68. Constituti sunt isti CCCC septimo anno ante XXX tyrannos et per IV menses reipublicæ præfuerunt, docente Wesselingio ad Simsoni Chron. p. 777. Jam nulla alia difficultas superest, quam quod Isocrates memoret συνέδρους ἢ συγγραφέας, Thucydides nullam συνέδρων mentionem facere videatur. Thucydideis repugnant quæ addit iis Harpocr. ἦσαν δὲ οἱ μὲν πάντες συγγραφεῖς τριάκοντα οἱ τότε αἱρεθέντες καθὰ φησὶν Ἀνδροτίων τε καὶ ὁ Φιλόχορος, ἑκάτερος ἐν τῇ Ἀτθίδι· quare ipse subjicit: ὁ δὲ Θουκυδίδης τῶν δέκα ἐμνημόνευσε μόνον τῶν προβούλων. Προβούλους nunc vocat, quos Thucydides ξυγγραφεῖς dixit; et revera non alii erant quam πρόβουλοι, quippe nulla decernendi auctoritate præditi, tantummodo quoddam, ut ita dicam, προβούλευμα de civitate ordinanda ad populum referre debebant. Valesius p. 71. Harpocrationem confundere docet ξυγγραφεῖς, quorum meminit Thucydides, qui priores ante CCCC electi sunt, cum XXX illis συγγραφεῦσι, quorum meminisse Androtionem dicit, aliosque: nam XXX illos συγγραφεῖς eos esse qui postea XXX tyranni evaserint, cumque ξυγγραφεῖς τῶν νόμων electi essent, nullam tamen legem tulerint, teste Xenophonte L. II. Porro Etymologi errorem notat, tradentis eosdem decem συγγραφεῖς dictos etiam fuisse καταλογεῖς, laudato Suida in καταλογεύς. Quod si ita sit, cum eo erravit, qui eadem fere habet, Grammaticus Bekkeri V. I. p. 301. et 270. Sed, quod majoris momenti est, e Suida et aliunde ostendit, decem illis alios additos esse XX προβούλους, quorum qui fiat ut nulla apud Thucydidem mentio reperiatur, equidem statuere non possum: sed hinc forte ista apud Harpocrat. προβούλων appellatio repetenda. Quidquid hujus sit, non multum ex his omnibus profecimus ad intelligendum, quinam fuerint isti σύνεδροι Isocratis. Neque enim hac appellatione designari aut eos, quos Thucydides προέδρους, aut quos Suidas aliique προβούλους memorant, verisimile est: apud Isocratem vero συνέδρους in προέδρους mutare, temerarium sit. D'Arnaud De Diis Paredris C. VIII. p. 41. suspicatur Isocratem scripsisse συνέδρους ἢ συγγραφέας, *decem scribas collegas.* Sagaciter quidem ille et ingeniose. Sed si teneatur ista *collegæ* notio, uti omnino tenendam esse ipsa vocabuli vis et usus docent: sic enim Demosth. de Cor. §. ια'. συνέδρους τῶν Ἀμφικτυόνων dixit; et sic vocabantur qui a sociis Legati cum Atheniensibus de re communi deliberabant, ap. Isocr. de Pace p. 165. A. quo pertinet glossa Grammatici Bekkeriani V. I. p.

λύθη τὸ πρότερον, εἰκότως ἂν [1] εἶχον τὴν αἰτίαν ταύτην· νῦν δ᾽ οὐδὲν εἴρηκα τοιοῦτον, ἀλλὰ διείλεγμαι περὶ διοικήσεως οὐκ ἀποκεκρυμμένης ἀλλὰ [2] πᾶσι φανερᾶς, ἣν [3] πάντες ἴστε καὶ [4] πατρίαν ἡμῖν οὖσαν καὶ πλείστων ἀγαθῶν καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν αἰτίαν γεγενημένην, πρὸς δὲ τούτοις ὑπὸ τοιούτων ἀνδρῶν νομοθετηθεῖσαν καὶ
e καταστα θεῖσαν, οὓς οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν ὁμολογήσειε, δημοτικωτάτους γεγενῆσθαι τῶν πολιτῶν. ὥστε πάντων ἄν μοι συμβαίη δεινότατον, εἰ τοιαύτην πολιτείαν εἰσηγούμενος νεωτέρων δόξαιμι πραγμάτων ἐπιθυμεῖν. ἔπειτα κἀκεῖθεν ῥάδιον γνῶναι τὴν ἐμὴν [5] διάνοιαν· ἐν γὰρ τοῖς πλείστοις τῶν 150
152 λόγων τῶν εἰρημένων ὑπ᾽ ἐμοῦ φανήσομαι ταῖς μὲν ὀλιγαρχίαις καὶ [6] ταῖς πλεονεξίαις ἐπιτιμῶν, τὰς δ᾽ ἰσότητας καὶ τὰς δημοκρατίας ἐπαινῶν, οὐ πάσας, ἀλλὰ τὰς καλῶς

[1] ἔσχον A. C. L. [2] πᾶσι om. A. C. L. [3] ἅπαντες A. C. L.
[4] πάτριον A. C. L. [5] την διάνοιαν διαγνῶναι τὴν ἐμὴν A. C. L. [6] ταῖς om. A. C. L.

302. Σύνεδροι· οἱ ἀπὸ τῶν συμμάχων μετὰ τῶν Ἀθηναίων βουλευόμενοι περὶ τῶν πραγμάτων: si igitur teneatur ista *collegæ* significatio, equidem sine ulla mutatione Isocratem explicari posse puto, quem non crediderim id sibi proposuisse, ut historicorum diligentia *decem scribarum* mentionem faceret. Videtur utroque vocabulo unos eosdemque significavisse: primum scripsisse συνέδρους, *collegas*: quod cum esset vagum nec satis definitum, quo melius sua mens intelligeretur, addidit ἢ συγγραφέας, ut *ipsa* horum collegarum *appellatione* addita, nulla dubitandi causa relinqueretur. Ab Isocratis oratione ejusmodi tautologia, si tamen est tautologia, non abhorret: alioquin possit quis suspicari, voces ἢ συγγραφέας esse glossam, quæ interpretandi causa margini adscripta, in textum irrepserit; sed ea quidem suspicio non satis certa ratione niti videtur.—Atque hic huic jam nimis longæ annotationi finis imponendus esset, nisi de Harpocrationis loco aliqua mihi suspicio orta esset. Initium ejus sic se habet: Συγγραφεῖς· Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ. εἰθισμένον ἦν παρ᾽ Ἀθηναίοις ὁπότε δέοι πλῆθός τι αἱρεῖσθαι. ὥσπερ εἰς ῥητὴν ἡμέραν εἰσέφερε γνώμας εἰς τὸν δῆμον. Sequi eum Thucydidem, cujus verba supra attulimus, ultima illa manifestum faciunt: et mox ex eo totam rem subjicit. Sed corrupta ejus esse verba, facile apparet: nam si quæras, quid esset εἰθισμένον παρ᾽ Ἀθηναίοις, nihil ex iis elici potest. Fortasse aliquid excidit: fortasse etiam vestigia Thucydidea secutis legere nobis licet: εἰθισμένον ἦν παρ᾽ Ἀθηναίοις, ὁπότε δέοι πολιτείας, τινὰς αἱρεῖσθαι (vel αἱρεῖσθαί τινας), οἵπερ εἰς ῥητὴν ἡμέραν εἰσέφερον γνώμας εἰς τὸν δῆμον. Hoc certe dicere voluit. Cæterum Thucydidis meminit quoque Thomas Mag. v. συγγραφεὺς, ad quem docta de variis ejus vocis significationibus est Sallierii animadversio p. 813. Idem.

Οὐκ ἀποκεκρυμμένης] H. e. οὐκ ἀγνοουμένης ex anteced. Idem.

Ἣν πάντες ἴστε — τῶν πολιτῶν] Vid. supra initio §. ϛ'. ibique annotata. Dictionem οὐδεὶς ὅστις οὐκ, quæ occurrit et §. sq. et Archid. p. 117. C. præter Hoogeveenium ad Vigerum p. 27. attigit Cl. Wyttenbachius Bibl. Crit. P. X. p. 93. et ad Platonis Phædonem p. 331. Idem.

Εἰσηγούμενος] H. e. *inducere volens, studens*, uti subinde verbis actionem significantibus inest voluntatis agendi notio, de qua constructione vid. Morus ad Paneg. §. λα'. et cf. Wyttenb. l. c. p. 185. Εἰσηγεῖσθαι est *alicujus rei auctorem esse, suadere aliquam rem*, αἴτιον εἶναί τινος. Thucyd. III. 20. εἰσηγησαμένων τὴν πεῖραν αὐτοῖς, Θεαινέτου τε τοῦ Τιμίδου, ἀνδρὸς μάντεως, καὶ Εὐμολπίδου τοῦ Δαϊμάχου. mox de iisdem dicit: ἡγοῦντο δὲ οἵπερ καὶ τῆς πείρας αἴτιοι ἦσαν. Hinc εἰσηγητὴς, *suasor, auctor, inventor*: de quo obiter monuit Cl. Reuvens Coll. Liter. p. 75. sq. Idem.

καθεστηκυίας, οὐδ' ὡς [1]ἔτυχον, ἀλλὰ δικαίως καὶ [2]λογονεχόντως. οἶδα γὰρ τούς τε προγόνους τοὺς ἡμετέρους [3]ἐν ταύτῃ τῇ καταστάσει πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκόντας, καὶ Λακεδαιμονίους διὰ τοῦτο κάλλιστα πολιτευομένους, ὅτι

[1] ἐτύγχανον A. C. L. [2] γουνεχόντως A. C. L. [3] ἐν om. A. C. L.

Οὐδ' ὡς ἐτύγχανον] Recte Coraes: 'εἰκῆ καὶ ἀλογίστως, καὶ ὅπως ἐπήρχετό μοι.' Panath. p. 238. A. dicit εἰκῆ καὶ φορτικῶς καὶ χύδην ὅ, τι ἂν ἐπέλθῃ λέγειν. Similis est formula ὡς ἔτυχε. Cf. Royaards Diatr. I. p. 17. Non spernenda hæc Wolfii Annotatio: 'Est callide admodum usus h. l. Nam cum videri velit, etiam præsentem corruptamque Democratiam Oligarchiæ præferre: veterem tamen illam, quæ sincera fuit, commendat. Sic et populi offensionem cavet, et tamen id quod vult consequitur.' Idem.

Καὶ Λακεδαιμονίους κ. τ. λ. — ἰσχύουσας] In priore loci parte Wolfii versionem: *et Lacedæmoniorum ob hoc maxime rempublicam scio florere, quod populari statu maxime utuntur*: sic correxit Stephanus Diatr. Isocr. V. *Lacedæmonios ideo pulcherrimam politeiam habere, quod omnium maxime democratia utuntur.* Conveniunt hæc e Panath. 270. C. Lacedæmonios παρὰ σφίσι μὲν αὐτοῖς ἰσονομίαν καταστῆσαι, καὶ δημοκρατίαν τοιαύτην, οἵανπερ χρὴ τοὺς μέλλοντας ἅπαντα τὸν χρόνον ὁμονοήσειν. Contrarium legitur in Nicocle p. 31. D. ἔτι δὲ Καρχηδονίους καὶ Λακεδαιμονίους, τοὺς ἄριστα τῶν Ἑλλήνων πολιτευομένους (cf. hujus loci emendatio a Cl. Wyttenbachio proposita Bibl. Crit. P. X. p. 8.), οἴκοι μὲν ὀλιγαρχουμένους, παρὰ δὲ τὸν πόλεμον βασιλευομένους. E qua repugnantia Stephanus Diatr. Isocr. II. quamvis minus recte, argumentum petiit ad eam quoque Orationem Isocrati abjudicandam. Mixta fuit Spartanæ Reip. forma e populari et optimatium imperio, accedente regio nomine, magis quam potestate. Significat ipse Isocrates in Panath. p. 265. A. agens de institutis Lycurgi τήν τε δημοκρατίαν καταστήσαντος παρ' αὐτοῖς, τὴν ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένην, ἥπερ ἦν παρ' ἡμῖν· καὶ τὰς ἀρχὰς οὐ κληρωτὰς ἀλλ' αἱρετὰς ποιήσαντος καὶ τὴν τῶν γερόντων αἵρεσιν, τῶν ἐπιστατούντων ἅπασι τοῖς πράγμασι, μετὰ τοσαύτης σπουδῆς ποιεῖσθαι νομοθετήσαντος, μεθ' ὅσησπερ φασὶ καὶ τοὺς ἡμετέρους περὶ τῶν εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβήσεσθαι μελλόντων· ἔτι δὲ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῖς περιθέντος τὴν αὐτὴν, ἥνπερ ᾔδει καὶ τὴν βουλὴν ἔχουσαν τὴν παρ' ἡμῖν. Quod ait, Lycurgum Atheniensium rempubl. imitatum esse, fortasse majorem patriæ, quam veritatis, amorem spirat: sed apparet, quod diximus, mixtam fuisse civitatis formam. Hinc pro consilii varietate vel democratia vel oligarchia haberi poterat, notante Aristotele Polit. IV. 9. ὅπερ (inquit) συμβαίνει περὶ τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν. πολλοὶ γὰρ ἐγχειροῦσι λέγειν ὡς δημοκρατίας οὔσης, διὰ τὸ δημοκρατικὰ πολλὰ τὴν τάξιν ἔχειν· οἷον, πρῶτον τὸ περὶ τὴν τροφὴν τῶν παίδων· ὁμοίως γὰρ οἱ τῶν πλουσίων τρέφονται τοῖς τῶν πενήτων, καὶ παιδεύονται τὸν τρόπον τοῦτον, ὃν ἂν δύναιντο καὶ τῶν πενήτων οἱ παῖδες· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐχομένης ἡλικίας, καὶ ὅταν ἄνδρες γένωνται, τὸν αὐτὸν τρόπον· οὐδὲν γὰρ ἄδηλος ὁ πλούσιος καὶ ὁ πένης. οὕτω τὰ περὶ τὴν τροφὴν ταὐτὰ πᾶσιν ἐν τοῖς συσσιτίοις· καὶ τὴν ἐσθῆτα οἱ πλούσιοι τοιαύτην, οἵαν ἄν τις παρασκευάσαι δύναιτο καὶ τῶν πενήτων ὁστισοῦν. ἔτι τῷ δύο τὰς μεγίστας ἀρχὰς, τὴν μὲν αἱρεῖσθαι τὸν δῆμον, τῆς δὲ μετέχειν· τοὺς μὲν γὰρ γέροντας αἱροῦνται, τῆς δ' ἐφορείας μετέχουσιν. οἱ δ' ὀλιγαρχίαν, διὰ τὸ πολλὰ ἔχειν ὀλιγαρχικά· οἷον, τὸ πάσας αἱρετὰς εἶναι καὶ μηδεμίαν κληρωτήν· ἀλλ' ὀλίγους εἶναι κυρίους θανάτου καὶ φυγῆς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά. Locum, quamvis longiorem, adscribere operæ pretium duximus, utpote qui Isocrateo nostro fere commentarii instar est. Ab universe enim dicta sententia, *Lacedæmonios ideo optima reip. forma uti quia maxime populari utuntur*, ad singulas partes transit, aitque et *in magistratuum electione*, ἐν τῇ τῶν ἀρχῶν αἱρέσει, et *in vita quotidiana*, τῷ βίῳ τῷ καθ' ἡμέραν, et *in reliquis rebus*, τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασι, *magis apud eos æqualitatem et similitudinem valere, quam apud alios.* Ad primum quod attinet, sive τὴν τῶν ἀρχῶν αἵρεσιν, missis Regibus constanter ex eadem Proclis et Eurysthenis gente creari solitis, Reip. moderandæ præerat Senatus Seniorum, qui γερουσία dicebatur, constabatque viginti et octo viris, qui sexagesimum ætatis annum consecuti per totam vitam omni reprehensione vacaverant: horum autem electio penes populum erat, ut præter Aristotelem l. c. diserte testatur Plutarchus in Lycurgo p. 55. D. — 56. A. Postea constituti sunt Ephori, quorum potestati subessent reges: cf. Nepos in Pausan. C. III. Et in his quidem creandis magis etiam apparuit imperii popularis studium, si quidem, ut ait idem Aristoteles Polit. II. 7. hi magistratus, rerum maximarum domini, omnes

b μάλιστα δημοκρατούμενοι τυγχάνουσιν. ἐν γὰρ τῇ τῶν ἀρχῶν αἱρέσει καὶ τῷ βίῳ τῷ καθ' ἡμέραν καὶ τοῖς ἄλλοις [1]ἐπιτηδεύμασιν ἴδοιμεν ἂν παρ' αὐτοῖς τὰς ἰσότητας καὶ τὰς ὁμοιότητας μᾶλλον ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἰσχυούσας· [2]οἷς αἱ μὲν ὀλιγαρχίαι πολεμοῦσιν, οἱ δὲ καλῶς δημοκρατούμενοι χρώμενοι διατελοῦσι.

κε'. Τῶν τοίνυν ἄλλων πόλεων ταῖς ἐπιφανεστάταις καὶ
c [3]μεγίσταις, ἢν ἐξετάζειν βουληθῶμεν, εὑρήσομεν τὰς δημοκρατίας μᾶλλον ἢ τὰς ὀλιγαρχίας συμφερούσας· ἐπεὶ καὶ τὴν ἡμετέραν πολιτείαν, ᾗ πάντες ἐπιτιμῶσιν, ἢν παραβάλωμεν [4]αὐτὴν μὴ πρὸς τὴν ὑπ' ἐμοῦ ῥηθεῖσαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν [5]ὑπὸ τῶν Τριάκοντα καταστᾶσαν, [6]οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν θεοποίητον εἶναι νομίσειεν.

κϛ'. Βούλομαι δ', εἰ καί [7]τινές με φήσουσιν ἔξω τῆς

[1] τοῖς ἐπιτ. A. L. [2] αἷς A. L. [3] μεγάλαις A. C. L. [4] ταύτην C. [5] ἐπὶ A. C. L. [6] οὐθεὶς L. [7] τί A. C. L.

(erant autem quinque) e populo legebantur, ita ut sæpius pauperrimi ad illud munus pervenirent. De aliis, νομοφύλαξι, ἐμπελώροις, ἁρμοσταῖς, pauciora constant. *Vitæ quotidianæ*, τοῦ βίου τοῦ καθ' ἡμέραν, *æqualitas* ante omnia cernebatur in φειδιτίων seu συσσιτίων instituto, quæ erant convivia publica, quibus cives Spartani quotidie, ad quindecim plerumque una congregati, cibi capiundi causa aderant, habita maxima temperantiæ et frugalitatis ratione. Præter Aristotelem locis citatis, classica sunt loca Plutarchi in Lycurgo p. 45. B — D. et 46. B — F. Vid. et Meursius Miscell. Lac. I. 9. 10. Ad τὰ ἄλλα ἐπιτηδεύματα in primis referenda est liberorum institutio, qui civitatis potius quam parentum esse existimabantur, indeque a septimo ætatis anno omnes, nullo excepto, ne regiis quidem, cujuscunque generis et conditionis essent, domum paternam relinquere, publico loco una degere, eodem vestitu cultuque, iisdemque studiis et exercitiis, quibus unicuique civi interesse, eosque pro arbitrio interrogare, vituperare, laudare licebat, uti cogebantur. Aristoteli l. c. addatur Plutarchus p. 50. A. — 54. D. Referri etiam possunt, quæ matrimonium spectant, cui omnes adstrictos esse voluit Legislator, cujusque consilium non ita in vitæ suavitate et commodo statuit, sed ut esset, unde patriæ cives et defensores nascerentur. Vid. p. 48. C. — 49. D. Universe Lycurgi consilium fuit, ut nulla esset civium inter cives differentia, cujus maxime in eo indicium est quod agrum integrum civitatis esse et æqualiter inter cives distribui voluit, teste Plutarcho p. 42. A — C. Late de his omnibus aliisque exposuit Manso in Opere Germanico præstantissimo, quod inscribitur Sparta, Vol. I. P. I. p. 88. et sqq. 109. et sqq. 145. et sqq. 156. et sqq. 242. et sqq. et alibi passim. De agrorum illa distributione, liberorum educatione, syssitiis et vestitu Spartanorum peculiariter egit P. II. p. 129. et sqq. 156. et sqq. 188. et sqq. Idem.

Ἣ πάντες ἐπιτιμῶσιν] Supra §. ε'. dixerat: ἐπὶ μὲν τῶν δικαστηρίων τῶν καθεστηκότων κατηγοροῦμεν, καὶ λέγομεν ὡς οὐδέποτε ἐν δημοκρατίᾳ κάκιον ἐπολιτεύθημεν. Idem.

Ἔξω τῆς ὑποθέσεως] Nam id tantum Isocrates sibi proposuerat, ut laudatione Reip. formæ Solonis et Clisthenis ætate receptæ conscribenda ad eam revocandam cives adhortaretur. Vid. §. ε'. et ϛ'. Itaque hæc comparatio præsentis administrationis cum Imperio XXX. tyrannorum erat aliquid extra ejus ὑπόθεσιν, h. e. ad argumentum, quod sibi tractandum sumpserat, non pertinens. Ὑπόθεσις apud Rhetores et Oratores significat orationis *argumentum, consilium oratoris in dicendo*, ad Phil. p. 84. C. 110. B. Hel. p. 208. A. Formula ἔξω τῆς ὑποθέσεως λέγειν vel χρῆσθαι τοῖς λόγοις occurrit item Panath. p. 247. E. 266. D. Eodemque sensu πόῤῥω γίγνεσθαι τῆς ὑποθέσεως p. 250. E. et infra §. λγ'. ἀποπλανᾶσθαι ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως. Idem.

ὑποθέσεως λέγειν, δηλῶσαι καὶ διελθεῖν ὅσον αὕτη τῆς τότε
[1]διήνεγκεν, ἵνα μηδεὶς οἴηταί με τὰ μὲν ἁμαρτήματα τοῦ d
δήμου λίαν ἀκριβῶς ἐξετάζειν, εἰ δέ τι καλὸν ἢ σεμνὸν διαπέπρακται, ταῦτα [2]δὲ [3]παραλείπειν. ἔσται δ' ὁ λόγος οὔτε μακρὸς οὔτ' ἀνωφελὴς τοῖς ἀκούουσιν.

κζ'. Ἐπειδὴ γὰρ τὰς ναῦς τὰς περὶ [4]Ἑλλήσποντον ἀπωλέσαμεν καὶ ταῖς [5]συμφοραῖς ἐκείναις ἡ πόλις περιέπεσε, τίς οὐκ οἶδε τῶν πρεσβυτέρων τοὺς μὲν δημοτικοὺς καλουμένους ἑτοίμους ὄντας ὁτιοῦν πάσχειν ὑπὲρ τοῦ μὴ
ποιεῖν τὸ προσταττόμενον, καὶ δεινὸν ἡγουμένους εἴ τις ὄψε- e
ται τὴν πόλιν τὴν τῶν Ἑλλήνων ἄρξασαν [6]ταύτην ὑφ' ἑτέ-

[1] διέστηκεν A. C. L. [2] δὲ om. A. C. L. [3] παραλιπεῖν A. C. L.
[4] τὸν Ἑλλ. A. C. L. [5] ἀτυχίαις A. C. L. [6] ταύτην om. A. C. L.

Ἐπειδὴ γὰρ τὰς ναῦς — περιέπεσε] Significatur clades qua Lysander Atheniensium classem devicit ad Ægospotamos prope Hellespontum, de qua scripserunt Xenophon Hist. Gr. II. p. 456. D. — 457. B. Diodorus Sic. XIII. 106. Nepos in Lysandro, 1. in Alcib. 8. alii. Ab eo interitu classis in Hellesponto Oratores exordium sumunt dicendi de Rep. ad XXX viros translata, quod, laudato nostro loco aliisque Lysiæ, animadvertit Taylorus in hujus Vita Or. Gr. R. Vol. VI. p. 123. in nota. Præterea illud notandum, plerumque eos, nulla Ægospotami mentione facta, simpliciter de Clade ad Hellespontum loqui. Utriusque usus exempla quædam afferamus. Exordium dicendi ab ista clade ducunt Isocrates adv. Callim. p. 382. B. ὅτε γὰρ ἡ πόλις ἀπώλεσε τὰς ναῦς ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ τῆς δυνάμεως ἐστερήθη. Andocides de Myst. §. κς'. ἐπεὶ γὰρ αἱ νῆες διεφθάρησαν καὶ ἡ πολιορκία ἐγένετο. Lysias in Nicom. §. γ'. ἐπειδὴ γὰρ, ἀπολομένων τῶν νεῶν, ἡ μετάστασις ἐπράττετο. Or. Funebr. §. ιϛ'. ἀπολλυμένων γὰρ τῶν νεῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ, εἴτε ἡγεμόνος κακίᾳ, εἴτε θεῶν διανοίᾳ, καὶ συμφορᾶς ἐκείνης μεγίστης γενομένης καὶ ἡμῖν τοῖς δυστυχήσασι καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι. Adv. Eratosth. §. θ'. ἐπειδὴ δὲ ἡ ναυμαχία καὶ ἡ συμφορὰ τῇ πόλει ἐγένετο. Adv. Agoratum §. β'. ἐπειδὴ γὰρ αἱ νῆες αἱ ὑμέτεραι διεφθάρησαν κ. τ. λ. Hellesponti præterea mentio fit apud Andoc. de Pace §. δ'. ἡνίκα ἀπωλέσαμεν τὰς ναῦς ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ τειχήρεις ἐγενόμεθα. apud Lysiam pro bonis Aristoph. §. γ'. ὅτε ἡ ναυμαχία ἐγένετο ἐν Ἑλλησπόντῳ. Pro Mantith. §. β'. dicitur ἡ ἐν Ἑλλησπόντῳ συμφορά. Similiter apud Aristid. Panath. p. 67. E. ἡ ναυμαχία ἡ καθ' Ἑλλήσποντον, et Lacedæmonii qui ibi pugnarunt p. 72. B. vocantur οἱ ἐν Ἑλλησπόντῳ Λακεδαιμονίων. Ita quoque Isocrati dicitur ἡ ναυμαχία ἡ περὶ Ἑλλήσποντον, ad Phil. p. 94. D. ἡ ἀτυχία ἡ ἐν Ἑλλησπόντῳ γενομένη, Panath. p. 253. C. ἡ ἐν Ἑλλησπόντῳ γενομένη ἀτυχία, Paneg. p. 65. C. Eandem significat de Pace p. 176. B. τὸ δὲ τελευταῖον ἐν Ἑλλησπόντῳ διακοσίας, scil. τριήρεις, ἀπωλέσαμεν. Atque ita a Lysia De Publ. Niciæ bonis §. ϛ'. et Apol. δωροδοκίας §. ϛ'. vocatur ἡ τελευταία ναυμαχία. Cæterum locus Lysiæ laudatus ex Or. Funebr. si cum nostro comparetur, patet ταῖς ἀτυχίαις ἐκείναις cum emphasi accipiendum esse, *magnis illis calamitatibus*, h. e. obsidioni et tyrannidi XXX virorum eam cladem consecutæ, quæ similiter a Lysia in Philon. §. β'. κατ' ἐξοχὴν dicitur ἡ συμφορά. Idem.

Τίς οὐκ οἶδε τῶν πρεσβυτέρων] Nam calamitas illa acciderat trigesimo secundo circiter Isocratis anno: itaque qui cum eo senes erant, illorum temporum recordari poterant. Mox ipse: καὶ μὲν δὴ καὶ τάδε τίς οὐ μνημονεύει τῶν ἡλικιωτῶν τῶν ἐμῶν; Idem.

Τοὺς μὲν δημοτικοὺς — ὑφ' ἑτέροις οὖσαν] Nam quum Lacedæmonii pacem obtulissent ea conditione ut longi muri decem stadiorum spatio ab utraque Piræei parte diruerentur, et Archestratus quidam eam accipere suaderet, in vinculis conjectus est, factumque decretum, ne de his suadere liceret, idque eo quidem tempore, quo urbs gravissima fame laborabat. Vid. Xenoph. Hist. Gr. II. p. 495. C. et D. Cf. quoque Lysias De Niciæ bonis publ. §. ϛ'. et adv. Agoratum §. ϛ'. Idem.

ροις οὖσαν [1][καὶ τούτους μὲν ἐκσπόνδους γενομένους], τοὺς
δὲ τῆς ὀλιγαρχίας ἐπιθυμήσαντας ἑτοίμως καὶ τὰ τείχη 151
καθαιροῦντας καὶ τὴν δουλείαν ὑπομένοντας; καὶ τότε μέν,
153 ὅτε τὸ πλῆθος κύριον ἦν τῶν πραγμάτων, ἡμᾶς τὰς τῶν
ἄλλων ἀκροπόλεις φρουροῦντας, ἐπειδὴ δ' οἱ Τριάκοντα παρέλαβον τὴν πολιτείαν, τοὺς πολεμίους τὴν ἡμετέραν ἔχοντας; καὶ κατὰ μὲν ἐκεῖνον τὸν χρόνον δεσπότας ἡμῶν ὄντας Λακεδαιμονίους, ἐπειδὴ δ' οἱ φεύγοντες κατελθόντες πολεμεῖν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἐτόλμησαν καὶ Κόνων ναυμαχῶν ἐνίκησε, πρέσβεις ἐλθόντας παρ' αὐτῶν καὶ διδόντας τῇ
πόλει τὴν ἀρχὴν [2]τὴν τῆς θαλάττης; καὶ μὲν δὴ καὶ τάδε
b τίς οὐ μνημονεύει τῶν ἡλικιωτῶν τῶν ἐμῶν, τὴν μὲν [3]δημο-

[1] uncos om. A. C. L. [2] τὴν om. A. C. L. [3] γὰρ δημοκρ. A. L.

Ἐκσπόνδους γενομένους] Μὴ κοινωνοῦντας ὧν ἐσπείσαντο οἱ ὀλιγαρχικοὶ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους σπονδῶν, interpretatur Coraes. Sed hac de re nihil Xenophon. Idem.

Ἑτοίμως καὶ τὰ τείχη καθαιροῦντας] Imo ad tibiæ cantum, ὑπ' αὐλῆς, ut ait Xenoph. p. 400. E. Cf. et Diodor. Sic. XIV. 3. Lysias adv. Erastosth. §. ιa'. fraude Theramenis dirutos esse muros docet, eum opponens Themistocli, qui eas invitis Lacedæmoniis ædificaverat. Ut h. l. sic etiam adv. Lochitem p. 397. C. Isocrates Oligarchiæ fautoribus rem tribuit. Idem.

Καὶ τότε μὲν — ἔχοντας] Idem brevius dixit de Pace p. 177. C. de Atheniensibus: ἀντὶ μὲν γὰρ τοῦ φρουρεῖν τὰς τῶν ἄλλων ἀκροπόλεις τῆς αὑτῶν ἐπεῖδον τοὺς πολεμίους κυρίους γενομένους. Item de Permut. p. 345. B. ἐπείδομεν — ὅλην τὴν πόλιν περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύσασαν — καὶ τὴν ἀκρόπολιν τοὺς πολεμίους οἰκήσαντας. Rogantibus XXX. missa sunt Athenas Lacedæmoniorum præsidia cum præfecto Callibio. Vid. Xenoph. p. 462. D. E. Hos Lacedæmoniorum ἐπικούρους fuisse, qui arcem occupaverint, diserte docet Lysias adv. Eratosth. §. ια'. idemque adv. Agoratum §. ι'. dicit: Λακεδαιμόνιοι τὴν ἀκρόπολιν ὑμῶν εἶχον. Idem.

Ἐπειδὴ δὲ οἱ τριάκοντα] Jam transit ad imperium XXX. tyrannorum, et Athenas in libertatem restitutas, quam historiæ Græcæ partem peculiariter persecutus est Taylorus in Vita Lysiæ Or. Gr. Vol. VI. p. 130—140. Et multi veteres historici, oratores, alii, ejus meminerunt: quorum loca ille collegit p. 130. in nota. Xenophontis Hellen. II. locum retulit etiam Cl. Wyttenbachius in Sel. Princ. Hist. p. 202—224. egregia annotatione auctum p. 400. sqq. Nos ea suo loco attingemus, quæ ad Isocratem illustrandum faciunt. Idem.

Ἐπειδὴ δ' οἱ φεύγοντες — ἐτόλμησαν] Duce Thrasybulo, uti ex Nepote et aliunde notum est. Idem.

Καὶ Κόνων ναυμαχῶν — τῆς θαλάττης] Decem annis postea locum habuit pugna navalis ad Cnidum, de qua supra diximus §. ε'. quamque Xenophon obiter tantum attingens nullam fecit Legationis istius mentionem. Idem.

Τὴν μὲν δημοκρατίαν — ἁπάντων] Primum adscribatur locus fere similis ex Or. de Perm. §. κς' * κ'. ubi hæc omnia a Pericle repetuntur: τὸ δὲ τελευταῖον Περικλῆς καὶ δημαγωγὸς ὢν ἀγαθὸς καὶ ῥήτωρ ἄριστος, οὕτως ἐκόσμησε τὴν πόλιν καὶ τοῖς ἱεροῖς, καὶ τοῖς ἀναθήμασι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ὥστ' ἔτι καὶ νῦν τοὺς εἰσαφικνουμένους εἰς αὐτὴν νομίζειν μὴ μόνον ἄρχειν ἀξίαν εἶναι τῶν Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. Jam duo hic animadvertenda: primum, κοσμήσασαν dictum esse pro κοσμῆσαι vel κεκοσμηκέναι, participium pro infinitivo, quod frequens esse jam ostenderunt Vigerus et Hoogev. de Idiot. p. 338. et Abreschius Dilucid. Thucyd. p. 151. laudatos Wyttenbachio ad Platonis Phædonem p. 170. qui plures variosque ejus rationis usus ad Plutarchum sese notavisse ait. Hoc quidem loco minus perspicue nobis apparere videbatur, ideoque notavimus. Cæterum in tota hac Orationis parte idem tenendum. Alterum, τοὺς ἀφικνουμένους simpliciter positum nihil aliud significare quam τοὺς ξένους, quod præter l. l. ex Or. de Perm. luce clarius docent hæc ad Nicocl. p. 19. B. ἅπασι

κρατίαν οὕτω κοσμήσασαν τὴν πόλιν καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις, ὥστ᾽ ἔτι καὶ νῦν τοὺς ἀφικνουμένους νομίζειν

μὲν τοῖς ξένοις ἀσφαλῆ τὴν πόλιν παρέσχε, καὶ πρὸς τὰ συμβόλαια νόμιμον· περὶ πλείστου δὲ ποιοῦ τῶν ἀφικνουμένων μὴ τοὺς σοὶ δωρεὰς εἰσάγοντας, ἀλλὰ τοὺς παρὰ σοῦ λαμβάνειν ἀξιοῦντας. Eadem voce utitur in Paneg. p. 49. E. qui locus insignis est de multitudine hospitum Athenas ad πανηγύρεις adventantium. Cf. etiam Aristides Panath. p. 7. A. et 84. B. qui habet compositum εἰσαφικνουμένους. De Perm. p. 106. §. κϛ΄. * ιϑ΄. τοὺς ξένους τοὺς ἀφικνουμένους dixit Isocrates. Demosth. pro Cor. §. νϑ΄. τοὺς εἰς τὴν πόλιν ἀνθρώπους ἀφικνουμένους. Verum hæc facilia. Superest multo difficilior quæstio de verbis τοῖς ἱεροῖς καὶ ταῖς θυσίαις, sintne ita legenda, an pro ταῖς θυσίαις reponendum τοῖς ὁσίοις, et quomodo explicanda. Harpocrationis locus, cujus auctoritate nititur posterior lectio, sic se habet: "Οσιον. Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα φησί· Καὶ τὰ χρήματα τά τε ἱερὰ καὶ τὰ ὅσια. ὅ, τε Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ· Καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις. Ὅτι δὲ τὰ ὅσια δημόσια δηλοῖ, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους σαφῶς διδάσκει περὶ τούτων· Καὶ τὰ μὲν ἱερὰ, τὰς δεκάτας τῆς θεοῦ, καὶ τὰς πεντηκοστὰς τῶν ἄλλων θεῶν σεσυληκότες. καὶ μετ᾽ ὀλίγα· Τὰ δὲ ὅσια ἃ ἐγένετο ἡμέτερα κεκλοφότες. Δίδυμος δὲ διχῶς, φησὶν, ἔλεγον τὸ ὅσιον· τό, τε ἱερὸν καὶ τὸ ἰδιωτικόν. Unde sua sumpsit Suidas in voce. Probaruntque istud τοῖς ὁσίοις, præter Isocratis Editores, Augerium, Langium et Coraem, Valckenaerius ad Herodotum VI. 9. Segaarius in Actis Lit. Trag. T. I. p. 83. Sluiterus Lectt. Andoc. p. 273. qui haud scio an minus recte huc retulerit Stephanum in Diatr. Isocr. VII. Quæ enim hic de Harpocrationis loco scripsit p. 50. paucissima sunt, eaque, e quibus quid senserit non facile appareat; in textu autem Isocrateo ταῖς θυσίαις reliquit. Quod si ab Isocrate non profectum est, mendum sit oportet omnibus Codicibus MSS. quotquot adhuc collati sunt, antiquius: omnes enim et codices et Editiones Veteres id tuentur: quibus omnibus sane ætate longe superior Harpocration, facile tamen memoriter citans labi potuit; ut, nisi sua sese bonitate lectio commendet, sola ejus auctoritas non sufficere videatur. Jam si legas τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις, subintelligendum est οἰκοδομήμασι, quæ nonnunquam apud veteres per ἱερὰ et ὅσια, *sacra* et *profana*, designari, Valckenaerius monet, quamvis nullo exemplo allato, eosdemque hic laudari vult, quos sæpe laudat Demosthenes, qui Athenarum urbem templis exornaverant, aliisque publicis ædificiis, veluti Olynth. III. §. θ΄. δημόσια μὲν τοίνυν οἰκοδομήματα, καὶ κάλλη τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατεσκεύασαν ἡμῖν ἱερῶν. alibi: posterius quidem recte, si verba allata ex Or. de Perm. conferas: ut sensus sit *democratium illam ita ornasse urbem ædificiis cum sacris*, h. e. deorum templis, *tum publicis*, ut, cæt. Universe ὅσια veteres dixerunt τὰ δημόσια, τὰ μὴ θεῖα, eademque ratione τοῖς ἱεροῖς opposuerunt, ac τὰ βέβηλα τοῖς ἀβεβήλοις. Sic sæpissime distinguuntur χρήματα ἱερὰ καὶ ὅσια, *pecuniæ sacræ*, quas movere nefas est, et *publicæ, profanæ*, quibus uti licet in civitatis commodum. Vid. Sluiterus l. c. ab eoque laudatus Valcken. ad Ammon. Animadvss. L. III. C. VI. p. 184. et ipse Ammonius in v. ὅσιον. Cf. item Valesius ad Harpocr. p. 58. et Gramm. Bekkeri Vol. I. p. 288. Huc pertinent loca ab Harpocratione laudata, Hyperidis in Oratione deperdita adv. Aristogitonem, et Demosthenis adv. Timocr. §. λ΄. item §. δ΄. κθ΄. alia complura. Cf. Pollux VIII. 105. Ἱερὰ καὶ ὁσία διοίκησις dicebatur *administratio expensarum in rebus sacris et publicis*. Vid. Böckh. de Œcon. Civ. Athen. Vol. I. p. 181. Similiter τὰ ἱερὰ καὶ ὅσια, scil. πράγματα, *res sacræ et profanæ*, distinguuntur in Lege, cujus meminit Isæus de Philoctemonis hæred. §. ι΄. νόθῳ μηδὲ νόθῃ εἶναι ἀγχιστείαν μήθ᾽ ἱερῶν μήθ᾽ ὁσίων, item de Astyph. hæred. §. γ΄. Lycurgus adv. Leocr. §. ιη΄. ὑπὲρ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἀμύνειν dixit; Latine dicas *pro aris ac focis decertare*; eodem forte sensu idem §. λζ΄. τῇ πατρίδι βοηθεῖν καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς νόμοις. Cf. item Demosth. adv. Aristocr. §. ιε΄. Sed apud Isocratem κοσμεῖν τὴν πόλιν τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις non aliter quam de *ædificiis* intelligi potest: quod num Harpocrationi, verba inter duo loca, quibus *pecuniæ sacræ et publicæ* significarentur, collocanti, perspectum fuerit, equidem dubito, nec vanam suspicionem censeo ipsum Isocratis librum ob oculos ei non fuisse. Contra, si τοῖς ἱεροῖς καὶ ταῖς θυσίαις legatur, illud de *deorum templis* erit accipiendum, hoc de *sacrificiis publicis*, præsertim iis, quæ tempore festorum et solennium conventuum (πανηγύρεων) peragi solebant, cum ludis ac spectaculis conjuncta: de quorum pulcritudine et splendore, hospitumque advenientium multitudine classicus est locus Panegyrici p. 49. B.—50. B. Sæpius autem eo sensu ἱερὰ et θυσίαι conjunguntur. Insignia sunt loca Platonis Alcib. II. p. 148. E. de Atheniensibus: οἳ πλείστας μὲν

αὐτὴν ἀξίαν εἶναι μὴ μόνον τῶν Ἑλλήνων ἄρχειν ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, τοὺς δὲ Τριάκοντα τῶν μὲν ἀμελήσαντας, [1] τὰ δὲ συλήσαντας, τοὺς δὲ νεωσοίκους ἐπὶ καθ-

[1] τοὺς C.

θυσίας καὶ καλλίστας τῶν Ἑλλήνων ἄγομεν, ἀναθήμασί τε κεκοσμήκαμεν τὰ ἱερὰ αὐτῶν, ὡς οὐδένες ἄλλοι. Plutarchi in Pericle p. 162. D. de decreto eo auctore facto, e Græcis civitatibus omnibus advocandos esse, et in conventum Athenas mittendos, qui deliberent περὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἱερῶν, ἃ κατέπρησαν οἱ βάρβαροι, καὶ τῶν θυσιῶν, ἃς ὀφείλουσιν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος εὐξάμενοι τοῖς θεοῖς. Xenophontis de Athen. Rep. II. 9. θυσίας δὲ καὶ ἱερὰ, καὶ ἑορτὰς, καὶ τεμένη, γνοὺς ὁ δῆμος ὅτι οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἑκάστῳ τῶν πενήτων θύειν, καὶ εὐωχεῖσθαι, καὶ κτᾶσθαι ἱερὰ, καὶ πόλιν οἰκεῖν καλὴν καὶ μεγάλην, ἐξεῦρεν ὅτῳ τρόπῳ ἔσται ταῦτα. Æschinis adv. Ctesiph. §. ν΄. ἱερὰ μὲν ἱδρύσατο Παυσανίου, εἰς αἰτίαν δὲ εὐαγγελίων θυσίας τὴν βουλὴν κατέστησε ποιῆσαι. Alia significatione ita conjunguntur, ut ἱερὰ universe *sacra, ritus sacri* dicantur. Apud Xenophontem Hellen. II. p. 474. C. pugna commissa exsulum cum XXX. viris, Cleocritus præco sic exsules alloquitur: Ἄνδρες πολῖται, τί ἡμᾶς ἐξελαύνετε; τί ἀποκτεῖναι βούλεσθε; ἡμεῖς γὰρ ὑμᾶς κακὸν μὲν οὐδεπώποτε ἐποιήσαμεν, μετεσχήκαμεν δὲ ὑμῖν καὶ ἱερῶν τῶν σεμνοτάτων, καὶ θυσιῶν, καὶ ἑορτῶν τῶν καλλίστων. Plutarchus in Sol. p. 92. B. referens de legibus Solonis ligneis axibus, quæ κύρβεις dicerentur, inscriptis, subjicit: ἔνιοι δέ φασιν ἰδίως, ἐν οἷς ἱερὰ καὶ θυσίαι περιέχονται, κύρβεις, h. e. *quibus leges de sacris et sacrificiis continentur*. Sed hoc quidem loco ἱερὰ de *templis* potius accipienda esse, suadet locus supra laudatus ex Orat. de Perm. §. κϛ΄. * κ΄. quo, quod ad lectionis varietatem attinet, parum cæteroquin lucis oritur. Nos vulgarem ταῖς θυσίαις ejus generis esse putavimus, ut in textu servari posset: verane sit nec ne firmiter pronunciare non audemus. Pergimus ergo ad sequentia arcte cum his conjuncta. Idem.

Τοὺς δὲ τριάκοντα τῶν μὲν ἀμελήσαντας, τοὺς δὲ συλήσαντας] Quæritur quorsum referenda sint τῶν μὲν et τοὺς δέ. Si ταῖς θυσίαις in antecedentibus legatur, optime, præeunte Wolfio in Ann. subintelligitur θυσιῶν: *triginta tyrannos vero sacrificia publica neglexisse*. Si τοῖς ὁσίοις *ædificiis publicis, profanis*, non æque aptum videtur verbum ἀμελεῖν, nisi eo sensu ut *nullam eorum curam habuerint*, iisque quasi *manum detraxerint*. Sed τοὺς δὲ quorsum pertinet? 'Neque ad ἱερὰ (inquit idem V. D.) neque ad θυσίας referri potest: fortassis omissum est πολίτας ἢ θεοὺς aut certe ea vox subintelligitur, nisi forte sit μνημονικὸν ἁμάρτημα, ut Isocrates respexerit non ad ἱερὰ sed ad ναούς.' Similia sunt quæ scripsit in Castig., nisi quod ibi ad τῶν μὲν ἀμ. supplet τῶν θυσιῶν καὶ ἱερῶν. Verbum συλᾶν optime deorum templis convenit. Vid. Paneg. p. 60. D. et 73. B. Qua propter Segaarius Op. I. p. 94. notavit, forte quem genuinum putare τὰ, vel et post τοὺς δὲ excidisse νεὼς, ob sequens τοὺς δὲ νεωσοίκους. 'Videtur tamen mihi (sic pergit) jam in Isocrate hic potius quædam incogitantia, tanquam si scripsisset ante τοῖς ναοῖς, locum habere; cujus plura apud optimos utriusque linguæ scriptores reperiuntur exempla. Vid. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 400. et quos ibi laudat.' Idemque p. 104. τὰ ab Augerio receptum esse notat, incertum ex ingenione an ex Codd. cum nihil hic notatum sit. Recepit item τὰ δὲ Langius. Coraes servat τοὺς δὲ, esse putans σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον, uti apud Thucyd. II. 47. νόσος — λεγόμενον. Mihi dubium nullum est, quin quacunque tandem velis ratione, ad τοῖς ἱεροῖς referendum sit: nec improbabilis videtur lectio τὰ δὲ, quæ ob sequens τοὺς δὲ νεωσοίκους, ipsa facile in τοὺς δὲ abire potuit: noluimus tamen in textum admittere. Idem.

Τοὺς δὲ νεωσοίκους — χιλίων ταλάντων] Rem ex Isocrate refert Meursius de Fortuna Ath. C. VII. Ejus etiam meminit Lysias adv. Eratosth. §. ιϛ΄. ὑπέρ τε τῶν νεωρίων ἃ καθεῖλον. et adv. Agoratum §. ι΄. Itaque videntur οἱ νεώσοικοι et τὰ νεώρια promiscue dicta esse. Posteriore vocabulo utitur Isocrates de Pace p. 179. B. τὰς δὲ τριήρεις ἐκ τῶν νεωρίων ἐξελκύσαντες. Distincte tamen recenset Pollux IX. 28. ubi cf. Hemsterh. Distinxit etiam Gramm. Bekkeri V. I. p. 282. Νεώσοικοι καταγώγια ἐπὶ τῆς θαλάττης ᾠκοδομημένα εἰς ὑποδοχὴν τῶν νεῶν, ὅτε μὴ θαλαττεύοιεν· τὰ νεώρια δὲ ἡ τῶν ὅλων περιβολή. qui fere convenit cum Etymologo, nisi quod hic habeat τῶν ὅρων. Illud fortasse rectius, si quidem Demosthenes loco classico περὶ συμμοριῶν §. ζ΄. ait, τοὺς στρατηγοὺς δεῖν διανεῖμαι τόπους δέκα τῶν νεωρίων, σκεψαμένους, ὅπως ὡς ἐγγύτατ᾽ ἀλλήλων κατὰ τριάκοντ᾽ ὦσι νεώσοικοι, quos porro *triginta triremibus* inservire debere ait. Ergo νεώσοικοι *ædificia* erant *singulis triremibus destinata*: νεώρια, *omnium νεωσοίκων ambitus*. Cf. etiam Har-

αιρέσει τριῶν ταλάντων [1]ἀποδομένους, εἰς οὓς ἡ πόλις [2]ἀνήλωσεν οὐκ ἐλάττω χιλίων ταλάντων; ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὴν c
πραότητα δικαίως ἂν τις ἐπαινέσειε τὴν ἐκείνων μᾶλλον ἢ τὴν [3]τοῦ δήμου. οἱ μὲν γὰρ ψηφίσμασι παραλαβόντες τὴν πόλιν πεντακοσίους μὲν καὶ χιλίους τῶν πολιτῶν ἀκρίτους ἀπέκτειναν, εἰς δὲ τὸν Πειραιᾶ [4]φυγεῖν [5]πλείους ἢ πεντακισχιλίους ἠνάγκασαν· οἱ δὲ κρατήσαντες καὶ μεθ' ὅπλων

[1] ἀποδιδομένους A. L. [2] ἀνάλωσεν C. [3] τῆς δημοκρατίας A. C. L. [4] φεύγειν A. C. L. [5] πλείονας A. L.

pocration, et ad eum Valesius p. 54. Antiquissima Atheniensium navalia ante Xerxis tempora erant in portu Phalero, teste Herodoto VI. 116. postea a Themistocle in Piræeum translata sunt. Vid. Mearsius in Piræeo Cap. X. et III. Locus, ubi ejusmodi navalia erant, dicebatur ἐπίνειον. Cf. Schol. Thucyd. ad I. 30. II. 84. Et videntur fuisse loca tecta: certe Xenoph. Hist. Gr. IV. p. 523. E. memorat τὰ τέγη τῶν νεωσοίκων, quanquam ibi de Atheniensium navalibus non loquitur. Idem.

Οἱ μὲν γὰρ ψηφίσματι παραλαβόντες τὴν πόλιν] Quo scilicet statutum erat ut Senatum reliquosque magistratus constituerent, et leges conscriberent, secundum quas Resp. administraretur. Posterius neglexerunt: prius ex amicis fecerunt. Vid. Xenoph. p. 461. 462. Diod. Sic. XIV. 4. Idem.

Πεντακοσίους μὲν καὶ χιλίους τῶν π. ἀ. ἀ.] Idem refert adv. Lochitem p. 397. D. In Paneg. §. λβ'. plures tribus mensibus indicta causa ab iis interfectos esse refert, quam civitas per universum imperii tempus condemnasset: ubi cf. Morus. Rem narrant etiam Æschines de Falsa leg. §. κδ'. contra Ctesiph. §. ϛ'. Heraclides de Polit. p. 2. Diog. Laert. in Zenone p. 437. Ed. Casaub. habet χιλίους καὶ τετρακοσίους, quem librarii errorem esse censet Coraes ad h. l. Non addito numero refert Lysias adv. Eratosth. p. §. ε'. ιϛ'. Pro Aristoph. bonis §. β'. ita interemptos ait Nicophemum et Aristophanem. In primis eos interfecere qui virtute et divitiis eminebant, unde Isocrates Amart. p. 402. A. ait eo tempore δεινότερον fuisse πλουτεῖν ἢ ἀδικεῖν. Cf. Lysias Pro Niciæ bonis §. η'. Fictam moderationem consecuta est tanta crudelitas: qua de re egregia sunt loca Sallustii de bello Cat. C. 51. et Diod. Sic. XIV. 4. ubi cf. Wessel. De nostro loco, uti et universe de historia XXX. virorum, pauca quædam dedit Hemsterh. ad Schol. Aristoph. in Plut. p. 440. et sq. — Ἄκριτος Harpocr. interpretatur ἀδιάκριτος, ad quem cf. Vales. p. 5. Quinam vere dici possint ἄκριτοι, Lysias eleganter docet adv. Epicr. §. β'. Idem.

Εἰς δὲ τὸν Πειραιᾶ φυγεῖν πλείονας ἢ πεντακισχιλίους ἠνάγκασαν] 'Metu (inquit Wolfius) ne et ipsi per injuriam occiderentur.' Recte: sic enim ἀναγκάζειν h. l. intelligendum: *crudelitate sua effecerunt ut in Piræeum confugere cogerentur quinque millia hominum.* Eodemque modo accipiendum apud Diodorum Siculum XIV. 32. μετῴκισαν αὐτοὺς εἰς τὸν Πειραιέα. *effecerunt ut in Piræeum habitatum concederent.* Quid porro de illis factum sit, Xenophon docet L. II. p. 470. D. φευγόντων δὲ ἐς τὸν Πειραιᾶ, καὶ ἐντεῦθεν πολλοὺς ἄγοντες, ἐνέπλησαν καὶ τὰ Μέγαρα καὶ τὰς Θήβας τῶν ὑποχωρούντων. Eos qui in Piræeum aufugerent, eo consilio ut inde navibus elaberentur, persequentes XXX. tyranni, *fecerunt ut Thebæ et Megara replerentur exsulibus.* Vid. Cl. Wyttenbachii Annotatio p. 406. Cæterum numerum exsulum nusquam alibi me traditum invenire memini. Idem.

Οἱ δὲ κρατήσαντες — τῶν κατελθόντων] Οἱ δὲ sunt *exsules*, qui partim in Piræeum, partim in alia loca, Megaram, Thebas, aufugerant. Hi κρατήσαντες, *victoria potiti* (ausi enim erant duce Thrasybulo κατελθόντες πολεμεῖν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας, ut supra dixit), καὶ μεθ' ὅπλων μετιόντες, *et armis persecuti*, hostes, triginta tyrannos eorumque copias, ut non opus sit Wolfii conjectura κατιόντες, *redeuntes ab exsilio:* victoria enim accepta eos hostes persecutos esse, diserte Xenophon refert p. 471. C. et 474. B. αὐτοὺς τοὺς αἰτιωτάτους τῶν κακῶν ἀνελόντες, *sublatis non nisi qui maxime malorum auctores fuerant.* Critia et Hippomacho e triginta, Charmide e decem præfectis Piræei prælio cæsis (Vid. Xenoph. l. c.), tandem Pausaniæ quoque opera res eo deducta est, ut pax restitueretur, et unusquisque, *exceptis triginta tyrannis, et Undecimviris, et decem Piræei præfectis*, ad sua abiret: nec ita multo post jurejurando se obstrinxerunt, ἦ μὴν μὴ μνησικακήσειν, *injuriarum non amplius me-*

d [1]κατιόντες αὐτοὺς τοὺς αἰτιωτάτους τῶν κακῶν ἀνελόντες, οὕτω τὰ πρὸς [2]τοὺς [3]ἄλλους καλῶς καὶ νομίμως διῴκησαν, ὥστε μηδὲν ἔλαττον ἔχειν τοὺς ἐκβαλόντας τῶν κατελθόντων.

κη'. Ὃ δὲ πάντων κάλλιστον καὶ μέγιστον [4]τεκμήριον τῆς ἐπιεικείας τοῦ δήμου· δανεισαμένων γὰρ τῶν ἐν ἄστει μεινάντων ἑκατὸν τάλαντα παρὰ Λακεδαιμονίων εἰς τὴν πολιορκίαν τῶν τὸν Πειραιᾶ [5]κατασχόντων, ἐκκλησίας γενομένης περὶ ἀποδόσεως τῶν χρημάτων, καὶ λεγόντων πολλῶν ὡς δίκαιόν ἐστι διαλύειν τὰ πρὸς [6]Λακεδαιμονίους
e μὴ τοὺς πολιορκουμένους ἀλλὰ τοὺς δανεισαμένους, ἔδοξε
τῷ δήμῳ κοινὴν ποιήσασθαι τὴν ἀπόδοσιν. καὶ γάρ τοι διὰ 152
ταύτην τὴν γνώμην εἰς τοιαύτην ἡμᾶς ὁμόνοιαν κατέστησαν καὶ τοσοῦτον ἐπιδοῦναι τὴν πόλιν ἐποίησαν, ὥστε Λακεδαι-
154 μονίους, τοὺς ἐπὶ τῆς ὀλιγαρχίας ὀλίγου δεῖν καθ' ἑκάστην [7]τὴν ἡμέραν ἡμῖν προστάττοντας, ἐλθεῖν ἐπὶ τῆς δημοκρατίας ἱκετεύσοντας καὶ δεησομένους μὴ περιιδεῖν [8]αὐτοὺς ἀναστάτους [9][ὑπὸ Θηβαίων] γενομένους. τὸ δ' οὖν κεφάλαιον τῆς ἑκατέρων διανοίας τοιοῦτον ἦν· οἱ μὲν γὰρ ἠξίουν τῶν μὲν πολιτῶν ἄρχειν, τοῖς δὲ πολεμίοις δου-

[1] μετιόντες L. [2] τοὺς om. A. L. [3] ἀλλήλους L. [4] τεκμήριον καὶ μέγιστον A. C. L. [5] κατεχόντων C. L. [6] τοὺς Λακ. A. C. L. [7] τὴν om. A. C. L. [8] σφᾶς αὐτοὺς A. C. L. [9] uncos om. A. C. L.

mores fore. Res nota est e Xenophonte p. 478. C. et 479. B. Hoc significat Isocrates ultimis illis: οὕτω τὰ πρὸς ἀλλήλους καλῶς καὶ νομίμως διῴκησαν ὥστε μηδὲν ἔλαττον ἔχειν τοὺς ἐκβαλόντας τῶν κατελθόντων. In quibus temere lectionem πρὸς ἀλλήλους sollicitarunt Augerius, Laugius et Coraes. Sensus enim est: *sic res inter se pulcre et legitime composuerunt*, nimirum, qui in urbe cum XXX. manserant (οἱ ἐκβαλόντες), et qui antea exsules armorum vi reditum sibi in patriam paraverant (οἱ κατελθόντες), ut cæt. Xenophon item l. c. habet. οἱ δὲ διήλλαξαν, ἐφ' ᾧ τε εἰρήνην μὲν ἔχειν ὡς πρὸς ἀλλήλους. Idem.

Δανεισαμένων γὰρ τῶν ἐν ἄστει μεινάντων ἑκατὸν τάλαντα κ. τ. λ.] Rei mentionem fecit etiam Xenophon p. 476. B. Lysias adv. Eratosth. §. ι'. Demosth. adv. Lept. §. ε'. p. 134. Οἱ τὸν Πειραιᾶ κατέχοντες, sunt *qui Piræeum tenebant*, partim ab initio tyrannidis eo profugi, partim qui aliunde reduces ductu Thrasybuli se cum illis conjunxerant. Vid Xenoph. l. c. et p. 472. C. et 475. B. Wolfii conjecturam κατασχόντων, *qui occupaverant*, contra omnium Codicum et Veterum Editionum fidem non recipiendam putavimus. Idem.

Διὰ ταύτην τὴν γνώμην] Recte Coraes: διὰ τὴν περὶ τῆς ἀποδόσεως ταύτην κρίσιν. Idem.

Ὥστε Λακεδαιμονίους — Θηβαίων γενομένους] Lacedæmoniis clade ad Leuctram afflictis, Thebani, facta irruptione in agrum Laconicum, Spartam ipsam obsederunt. Metu perculsi illi Legatos ad Athenienses miserunt, qui auxilia ab iis peterent. Rem narrat Xenophon. Hist. Gr. VI. p. 607. C. — 609. C. et significat etiam alibi Isocrates ad Phil. p. 91. A. de Pace p. 180. D. Idem.

Οἱ μὲν γὰρ ἠξίουν — ἔχειν] Οἱ μὲν sunt οἱ τῆς ὀλιγαρχίας ἐπιθυμήσαντες. — Οἱ δὲ, sunt οἱ δημοτικοὶ καλούμενοι uti supra dixerat §. κζ'. De re ipsa comparetur locus adv. Lochitem p. 397. C. αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς δὶς ἤδη τὴν δημοκρατίαν ἐπείδομεν καταλυθεῖσαν, καὶ δὶς τῆς ἐλευθερίας ἀπεστερήθημεν,

λεύειν, οἱ δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἄρχειν, τοῖς δὲ πολίταις ἴσον
ἔχειν.
κθ'. Ταῦτα δὲ διῆλθον δυοῖν [1]ἕνεκα, πρῶτον μὲν ἐμαυ- b
τὸν ἐπιδεῖξαι βουλόμενος οὐκ ὀλιγαρχιῶν οὐδὲ πλεονεξιῶν
ἀλλὰ δικαίας καὶ κοσμίας ἐπιθυμοῦντα πολιτείας, ἔπειτα
τὰς δημοκρατίας τάς τε κακῶς καθεστηκυίας ἐλαττόνων
συμφορῶν αἰτίας γιγνομένας, τάς τε καλῶς πολιτευομένας
προεχούσας τῷ δικαιοτέρας εἶναι καὶ κοινοτέρας καὶ τοῖς
χρωμένοις ἡδίους.
λ. Τάχ' οὖν ἂν [2]τις θαυμάσειεν, τί βουλόμενος ἀντὶ
τῆς πολιτείας τῆς οὕτω πολλὰ καὶ καλὰ διαπεπραγμένης c
ἑτέραν ὑμᾶς πείθω μεταλαβεῖν, καὶ τίνος ἕνεκα νῦν μὲν
οὕτω καλῶς ἐγκεκωμίακα τὴν δημοκρατίαν, ὅταν δὲ τύχω,
πάλιν μεταβαλὼν ἐπιτιμῶ καὶ κατηγορῶ τῶν [3]καθεστώ-
των;
λα'. Ἐγὼ δὲ καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοὺς ὀλίγα μὲν κατορ-
θοῦντας πολλὰ δ' ἐξαμαρτάνοντας μέμφομαι καὶ νομίζω
φαυλοτέρους εἶναι τοῦ δέοντος· καὶ πρός [4]γε τούτοις τοὺς
γεγονότας ἐκ καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν, καὶ μικρῷ μὲν ὄντας d
ἐπιεικεστέρους τῶν ὑπερβαλλόντων ταῖς πονηρίαις, πολὺ
δὲ χείρους τῶν [5]πατέρων, λοιδορῶ, καὶ συμβουλεύσαιμ' ἂν
αὐτοῖς παύσασθαι τοιούτοις οὖσι. τὴν αὐτὴν οὖν γνώ-
μην [6]ἔχω καὶ περὶ τῶν κοινῶν· ἡγοῦμαι [7]γὰρ δεῖν

[1] ἕνεκεν A. C. L. [2] τινες θαυμάσειαν A. C. L. [3] καθεστηκότων A. C. L. [4] τε A. L. [5] πατρῴων A. L. [6] ἔχων A. C. L. [7] γὰρ om. A. C. L.

οὐχ ὑπὸ τῶν ταῖς ἄλλαις πονηρίαις ἐνόχων ὄντων, ἀλλὰ διὰ τοὺς καταφρονοῦντας καὶ βουλομένους τοῖς μὲν πολεμίοις δουλεύειν, τοὺς δὲ πολίτας ὑβρίζειν. Idem.

Ἐλαττόνων συμφορῶν] Comparativus pendet a subintellecto ἢ αἱ ὀλιγαρχίαι. Nam hoc est quod ex comparatione præsentis malæ democratiæ cum oligarchia triginta virorum efficere voluit. Idem.

Καὶ κοινοτέρας] H. e. κοινωφελεστέρας, *publicæ utiltati magis inservientes.* Eodem sensu occurrit ad Philipp. p. 84. C. ubi in margine notaverat Hemsterhusius, teste Segaario in Act. Traj. T. I. p. 105. Verba fortasse ideo omissa sunt quia non intelligebantur. Idem.

Τάχ' οὖν] *fortasse vero.* Grammaticus ap. Bekkerum An. Vol. I. p. 309. notavit. Τάχα· παρὰ τοῖς πανταῖς ἀντὶ τοῦ ταχέως, παρὰ δὲ τοῖς ῥήτορσι τὰ πολλὰ εὑρίσκεται ἀντὶ τοῦ ἴσως κειμένον, ἥκιστα δὲ παραλαμβάνεται ἐπὶ δισταγμοῦ. Plura et magis distincta habet Thomas Mag. p. 835. Idem.

Ὀλίγα μὲν κατορθοῦντας πολλὰ δ' ἐξαμαρτάνοντας] I. e. *pauca bene, multa male gerentes.* Sic eadem verba opponuntur ad Philipp. p. 89. B. πάντες πλείω πεφύκαμεν ἐξαμαρτάνειν ἢ κατορθοῦν. Eodemque fere sensu κατορθῶν occurrit in Evag. p. 196. E. Frequentius tamen de *felici successu* usurpatur. Cf. Aristot. Rhet. I. 6. 41. 9. 58. Recte jam Wolfius annotavit: 'Verbum κατορθοῦν et ad *animum* et ad *fortunam* refertur: κατόρθωμα aut *recte factum* est, aut *successus* et *res bene gesta.*' Illa significatione philosophis usitata vox. Idem.

ἡμᾶς [1]οὐ μέγα φρονεῖν οὐδ' ἀγαπᾶν, εἰ κακοδαιμονησάν-
των καὶ μανέντων ἀνθρώπων νομιμώτεροι γεγόναμεν, ἀλλὰ
πολὺ μᾶλλον ἀγανακτεῖν καὶ βαρέως φέρειν, εἰ χείρους 153
e τῶν προγόνων [2]τυγχάνοιμεν ὄντες· πρὸς γὰρ τὴν ἐκείνων
ἀρετήν, ἀλλ' οὐ πρὸς τὴν τῶν Τριάκοντα πονηρίαν, ἁμιλ-
λητέον ἡμῖν ἐστίν, ἄλλως τε καὶ προσῆκον ἡμῖν βελτίστοις
ἁπάντων ἀνθρώπων εἶναι.
155 λβ'. Καὶ τοῦτον εἴρηκα τὸν λόγον οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλὰ
πολλάκις ἤδη καὶ πρὸς πολλούς. ἐπίσταμαι γὰρ ἐν [3]μὲν

[1] μὴ μεγαλοφρονεῖν μηδ' A. C. L. [2] τυγχάνομεν A. C. L. [3] μὲν om. A. C. L.

Εἰ κακοδαιμονησάντων καὶ μανέντων ἀνθρώπων νομ. γεγόν.] *si legibus melius pareamus quam furentes et insanientes homines.* Intelligendum de tyrannico furore, quo et XXX viri et omnes paucorum imperii fautores in leges violandas et miseros cives vexandos ferebantur. Sic etiam de Pace p. 181. B. mentio fit ἐπὶ τῶν τριάκοντα μανίας. et mox hoc ipso Cap. memorat τὴν τῶν τριάκοντα πονηρίαν. Verbum κακοδαιμονᾶν proprie *malo genio agitari*, vel significat *furere*, estque fere synonymum τοῦ μαίνεσθαι, ut h. l. et apud Xenophon. Mem. II. 1. 5. Aristoph. Plut. 372. ubi cf. Spanhemius; vel *adversa fortuna uti*, ita ut opponatur τῷ εὐδαιμονεῖν, quippe veteres δαίμονος nomine etiam *fortunam* intelligebant; ita certe hujus significationis rationem exposuit Muretus ad Cicer. Cat. I. Opp. T. II. p. 552. Eo sensu occurrit ap. Dinarchum adv. Demosth. §. ιζ. εἰ μὲν οὖν ἔτι δεῖ τὴν πόλιν τῆς Δημοσθένους πονηρίας καὶ ἀτυχίας ἀπολαύειν, ἵνα πλέον κακοδαιμονῶμεν, *ut majoribus premamur cladibus* vertit interpres. Minus recte Stephanus in Thes. videtur distinxisse inter κακοδαιμονέω, *adversa fortuna uti*, et κακοδαιμονάω, *malo genio agitari*, si quidem illud Atticis non fuit in usu, auctore Thoma Magistro p. 491. ubi vid. annott. Nonnunquam plus esse quam μαίνεσθαι ex Aristoph. Plut. 502. notat Coraes. Idem.

Ἐπίσταμαι γὰρ ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τόποις — πρὸς ἀρετὴν διαφέροντας] Elegans comparatio, si qua est, sed ad cujus elegantiam penitus perspiciendam animadvertendum est τοῖς ἄλλοις τόποις, h. e. ταῖς ἄλλαις χώραις, *reliquis regionibus*, quæ feraces erant fructuum, arborum, animalium, Isocratem opponere τὴν ἡμετέραν χώραν, h. e. *Atticam*, cujus, quamvis melle et olivis abundaret, universe solum erat siccum et sterile, quod vel e Thucydide I. 2. notum multorum poetarum scriptorumque testimoniis confirmatur, quorum complura collegit Doct. Willetus ad Galeni Protrept. p. 92. Sensus itaque huc redit: Ut reliquæ regiones suos quæque fructus, arbores, animalia habent, sibi propria, atque a reliquarum regionum proventibus natura differentia; sic nostra regio, non illa quidem ita frugum ferax est, sed multo meliora et præstantiora profert, homines, eosque, qui non solum ad omnia agenda ac perficienda optima indole præditi sint, sed fortitudine et virtute reliquarum omnium regionum incolis antecellant. Elegantiam hujus loci in eodem argumento satis bene assecutus est Aristides in Panath. p. 11. A. B. Nec male Wolfius contulit Homeri de Ithaca dictum Od. I. 27. τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος. Quod autem ad illud attinet, unde comparatio desumpta est, aliis in terris alia crescere, de eo argumento egregie cecinit Virgilius Georg. I. 53—59.

"Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ:
Arborei fœtus alibi, atque injussa virescunt
Gramina. Nonne vides, croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus
Castorea. Eliadum palmas Epiros equarum?
Continuo has leges æternaque fœdera certis
Imposuit natura locis."

Conf. etiam II. 116. et sqq. Nec minus egregia sunt hæc Themistii, diversitatem istam a Prometheo repetentis, Or. V. p. 122. ὁ δὲ (De Prometheo sermo est) αὐτὴν τὴν γῆν κατεποίκιλλε, καὶ διένεμεν ἑκάστῳ μέρει τὰ παρὰ τῶν θεῶν δεδομένα· νέμων δὲ, τὴν μὲν λιπαν εὔπορον ἀπεργάζετο, τὴν δὲ ἀμπέλοις ἐκόσμει, τὴν δὲ τῷ κάρπῳ τῆς Ἀθη-

τοῖς ἄλλοις τόποις φύσεις ἐγγιγνομένας καρπῶν καὶ δένδρων καὶ ζώων [1] ἰδίας ἐν ἑκάστοις καὶ πολὺ τῶν ἄλλων διαφερούσας, τὴν δ' ἡμετέραν χώραν ἄνδρας φέρειν [2] καὶ τρέφειν δυναμένην οὐ μόνον πρὸς τὰς τέχνας καὶ τὰς πράξεις [3] καὶ τοὺς λόγους εὐφυεστάτους, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνδρίαν καὶ πρὸς ἀρετὴν [4] πολὺ διαφέροντας. τεκμαίρεσθαι δὲ δίκαιόν ἐστι b τοῖς τε παλαιοῖς ἀγῶσιν, οὓς ἐποιήσαντο πρὸς Ἀμαζόνας

[1] ἰδέας A. [2] καὶ τρέφειν καὶ φέρειν A. C. L. [3] καὶ τοὺς λόγους om. A. C. L. [4] πολὺ om. A. C. L.

νᾶς, ἄλλην δὲ ἀκροδρύων πλήθεσιν. ἄλλην δὲ ὕλης εὐτροφίᾳ καθάπερ κόμῃ· καὶ τῇ μὲν χρυσὸν ἐγκατέσπειρε, τῇ δὲ χαλκὸν, τῇ δὲ ἄργυρον, τῇ δὲ ἄλλο τι τοιοῦτον, ἐπανισῶν ὅτι μάλιστα ἑκάστῳ μέρει τὸν κόσμον. Idem.

Φύσεις ἐγγιγνομένας — διαφερούσας] Istud φύσεις καρπῶν καὶ δένδρων nihil aliud esse videtur quam periphrasis, pro καρποὺς καὶ δένδρα. Quem usum vocis φύσις apud Græcos, uti et *naturæ* apud Latinos, frequentem esse, compluribus exemplis ostendit Cl. Wyttenbachius ad Platonis Phædonem p. 232. e quibus unum hoc referamus, quod maxime ad rem præsentem facit, Dionis Chrys. Or. XXXV. p. 435. C. εἰσὶ δὲ λειμῶνες αὐτόθι πάγκαλοι, καὶ φύσις (uti pro φύσιν emendat. Wytt.) ἀνθῶν τε καὶ δένδρων. Quod sequitur ζώων ἰδέας, *animalium genera*, item eodem redit ac si dixisset ζῶα, et frequens ea significatione est vocabulum ἰδέα Isocrati. Panath. p. 259. E. ubi memorat τρεῖς ἰδέας τῶν πολιτειῶν. Hel. p. 210. E. de Perm. p. 319. C. Nec tamen puto temere scripsisse Wolfium in Ann. ad ista ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τόποις — ἐν ἑκάστοις. 'Durior constructio nec mendi suspicione vacat. Etsi hujusmodi sive trajectiones verborum, sive pleonasmi, passim apud bonos auctores occurrunt.' Inest enim et meo sensu nescio quid duri, ut si modo codicum auctoritas accederet, malim elegantem conjecturam Langii legentis ἰδίας, quæ certe universæ orationi melius convenire videtur: magis utique illa probanda quam, quod Coraes proposuit, servata lectione ἰδέας, in sequentibus legere κατὰ πολὺ διαφερούσας. Mihi aliquando in mentem venerat legendum esse φύσει ἐγγιγνομένας, κ. τ. λ. ita ut ἰδέας etiam ad καρπῶν καὶ δένδρων referretur: *natura*, h. e. propria cujusque regionis indole, *singulis inesse genera frugum et arborum et animalium, eaque multum a reliquis* (h. e. a reliquarum regionum frugibus) *diversa*. Sed possumus omni conjectura carere, dummodo, quod et in ipsa illa interpretatione feci, in verbis καὶ πολὺ τ. ἄ. δ. particula καὶ intensive accipiatur, ac si scriptum sit καὶ ταύτας, *et eas quidem, sive vel eas multum ab aliis diversas*. Idem.

Τὴν δ' ἡμετέραν χώραν κ. τ. λ.] Eadem laus Atticæ tribuitur De Pace p. 346. ῥᾴδιόν ἐστι καταμαθεῖν καὶ τὴν χώραν ἡμῶν, ὅτι δύναται τρέφειν ἄνδρας ἀμείνους τῶν ἄλλων. De Italia idem cecinit Virgilius Georg. II. 168. et sqq. Est autem in his elegans gradatio: magnum est si qua regio excellentes viros, aliunde advenas, τρέφῃ, *nutriat, alat, foveat*, veluti *nutrix*, τροφός: majus etiam, si eos ipsa φέρῃ, *proferat*, si ipsa eorum quasi *mater* sit. Respicitur origo Atheniensium, qui sese αὐτόχθονας ferebant, habebantque ταύτην τὴν χώραν τροφὸν, ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν, ut ait in Panath. p. 258. C. Classica hac de re loca sunt Paneg. §. δ'. ubi aliorum loca notavit Morus tum Thucydidis I. 2. Cf. etiam Aristides p. 6. A. Hinc apparet, quam egregie fallatur qui putet scribendum potius fuisse φέρειν καὶ τρέφειν cum tamen illud hoc antecedere debeat. Idem.

Πρὸς τὰς τέχνας καὶ τὰς πράξεις εὐφυεστάτους] Πρὸς τὰς τέχνας εὐφυέστατοι dicuntur quoque Athenienses in Paneg. p. 47. B. e quo loco apparere videtur, intelligi eorum sagacitatem in inveniendis iis artibus quæ ad meliorem vitæ cultum ducunt. Nostro autem loco τέχναι et πράξεις ita distingui possunt, ut illud ad artium inventionem et cognitionem referatur, hoc ad earum usum in vitæ commodum; ut sensus sit: *eos optima indole præditos esse non tantum ad inveniendos et addiscendas artes, sed etiam ad eos in vitæ utilitatem exercendas, adhibendas*. Idem.

Ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνδρίαν καὶ πρὸς ἀρετὴν διαφέροντας] Hac de re ita Lycurgus §. κ'. τοῦτο γὰρ ἔχει μέγιστον ἡ πόλις ἀγαθὸν, ὅτι τῶν μὲν καλῶν ἔργων παράδειγμα τοῖς Ἕλλησι γέγονε· ὅσον γὰρ τῷ χρόνῳ πασῶν ἐστὶν ἀρχαιοτάτη, τοσοῦτον οἱ πρόγονοι ἡμῶν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἀρετῇ διενηνόχασιν. Quod deinceps probat ex historia Codri. Idem.

Τοῖς τε παλαιοῖς ἀγῶσιν — ἠξιώθησαν] Similitudinis causa comparetur locus Xenophontis Mem. III. 5. §. 9. 10. ubi eorundem omnium bellorum mentio fit.

καὶ Θρᾷκας καὶ Πελοποννησίους ἅπαντας, καὶ τοῖς κινδύνοις τοῖς περὶ τὰ Περσικὰ γενομένοις, ἐν οἷς καὶ μόνοι καὶ μετὰ Πελοποννησίων, καὶ πεζομαχοῦντες καὶ ναυμαχοῦντες, νικήσαντες τοὺς βαρβάρους ἀριστείων ἠξιώθησαν. ὧν οὐδὲν ἂν ἔπραξαν, εἰ μὴ πολὺ τὴν φύσιν διήνεγκαν.

λγ'. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω τὴν εὐλογίαν ταύτην προσήκειν c ἡμῖν τοῖς νῦν πολιτευομένοις, ἀλλὰ πολὺ τοὐναντίον. εἰσὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι τῶν λόγων [1] ἔπαινος μὲν τῶν [2] ἀξίους σφᾶς αὐτοὺς τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς παρεχόντων, κατηγορία δὲ τῶν τὰς εὐγενείας ταῖς αὑτῶν ῥαθυμίαις καὶ κακίαις καταισχυνόντων. ὅπερ ἡμεῖς ποιοῦμεν· εἰρήσεται γὰρ τἀληθές· τοιαύτης [3] γὰρ ἡμῖν τῆς φύσεως ὑπαρχούσης οὐ διεφυλάξαμεν αὐτὴν, ἀλλ' ἐμπεπτώκαμεν εἰς [4] ἄνοιαν καὶ

[1] ἔπαινοι A. C. L. [2] ἀξίων A. [3] γὰρ ἡμῖν τῆς om. A. C. L. [4] ἄγνοιαν A. C. L.

Breviter significamus bellum cum Amazonibus fuisse tempore Thesei, abreptæ Antiopes recuperandæ causa; cum Thracibus, quibus cum Eleusinii conjuncti erant, ætate Erechthei; cum omnibus Peloponnesiis, in Heraclidarum, qui Athenas supplices venerant, gratiam adversus Eurystheum regem gestum esse. Nam de rebus notissimis non est quod multa dicamus, præsertim cum frequentissima horum bellorum, uti et Persicorum, mentio sit; in Paneg. §. ιϛ'.—κζ'. ubi cf. Morus. Panath. p. 242. D. — 243. B. 273. C. — 274. D. Archid. p. 124. C. ad Phil. p. 112. A. de Pace p. 166. E. et sq. Cf. Aristides in Panath. p. 23—51. De bello adversus Thraces suavissimus locus est Lycurgi adv. Leocr. §. κδ'. et de pugna Marathonia ibid. §. κζ'. Gloriari hisce fortibus factis solebant Athenienses. Cf. Herodotus IX. 27. Oratio Legatorum Atheniensium ap. Thucyd. I. 73. et sqq. item Periclis ibid. C. 144. Plura passim occurrunt. Idem.

Ἀριστείων ἠξιώθησαν] Vid. hac de re Morus ad Paneg. §. κ'. Idem.

Καὶ μηδεὶς οἰέσθω τὴν εὐλογίαν ταύτην προσήκειν ἡμῖν] *nemo vero censeat, hanc laudationem, has laudes, convenire nobis*, i. e. *nos tantis laudibus dignos esse*. Minime vero: istis laudibus nostra potius reprehensio continetur, quippe qui a majorum virtute defecimus. Idem.

Τὰς εὐγενείας] Εὐγένεια in primis iis tribui solet, quorum majores bellica laude inclaruerunt, ignavia amittitur. Lesbonax Or. Hortat. §. γ'. ὅστις μὲν γὰρ πρότερον δοκῶν εὐγενὴς, νῦν μὴ θελήσει διαμάχεσθαι, τήν τ' ἐκ τῶν προγόνων ὑπάρχουσαν εὐγένειαν ἀπολεῖ καὶ τοῖς παισὶ δυσμένειαν (f. l. δυσγένειαν) ἀπολείψει· ὅστις δὲ ἐν τῷ ἔργῳ ἀνὴρ ἀγαθὸς, τῶν τε προγόνων τὴν ἀρετὴν ἀναμνήσει, τοῖς τε παισὶν εὐγένειαν καταλείψει· τῶν γὰρ ἐν τοῖς δεινοῖς ἀνδρῶν ἀγαθῶν γενομένων οἱ παῖδες εὐγενεῖς νομίζονται. Idem.

Εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς] Eadem formula utitur Demosth. Or. adv. Philippi Ep. §. ε'. ἡμεῖς δὲ (εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς) οὐδὲν ποιοῦντες ἔνθαδε καθήμεθα. Similes sunt complures aliæ Oratoribus usurpatæ. Andoc. de Pace §. δ'. τὰ γὰρ ὄντα λέξω. Lysias in Simonem §. γ'. ἅπαντα γὰρ δεῖ τἀληθῆ λέγειν. Adv. Andoc. §. η'. et pro Mantith. §. ϛ'. τὰ γὰρ ἀληθῆ χρὴ λέγειν. Dinarch. contra Philocl. §. α'. εἰ δεῖ τἀληθῆ λέγειν (δεῖ δὲ). Contra Demosth. §. γ'. εἰρήσεται γὰρ ἃ γιγνώσκω. Dionys. Hal. in Vita Isocr. p. 876. init. εἰ δὲ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν. Idem.

Ἐμπεπτώκαμεν εἰς ἄγνοιαν καὶ ταραχὴν καὶ πον. πρ. ἐπ.] Ἄγνοιαν Wolfius interpretatur ἀκρισίαν τοῦ τε πρέποντος καὶ τοῦ συμφέροντος, *neque quid deceat, neque quid expediat vere judicamus*. Sic fere convenit cum ea quam §. δ'. ἀναισθησίαν dixit. De Pace p. 182. B. ἃ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁρᾶτε, ταῦτ' ἐφ' ὑμῶν ἀγνοεῖτε αὐτῶν. Ἄγνοια et ταραχὴ junguntur de Perm. §. κϛ'. * ζ'. ἣν δ' ἀναλογίσησθε τὴν ἄγνοιαν, ὅσην ἔχομεν πάντες ἄνθρωποι, καὶ τοὺς φθόνους τοὺς ἐπιγιγνομένους ἡμῖν, ἔτι δὲ τὰς ταραχὰς καὶ τὴν τύρβην ἐν ᾗ ζῶμεν, κ. τ. λ. Sed præstat fortasse legere ἄνοιαν, quod conjecit Co-

ταραχὴν καὶ πονηρῶν πραγμάτων ἐπιθυμίαν. ἀλλὰ γὰρ ἢν [1] ἐπακολουθῶ τοῖς [2] ἐνοῦσιν [3] ἐπιτιμῆσαι καὶ κατηγο- d
ρῆσαι τῶν [4] ἐνεστώτων πραγμάτων, δέδοικα μὴ πόῤῥω λίαν τῆς ὑποθέσεως [5] ἀποπλανηθῶ.

λδ'. Περὶ μὲν οὖν τούτων καὶ πρότερον εἰρήκαμεν, καὶ πάλιν ἐροῦμεν, ἢν μὴ πείσωμεν ὑμᾶς παύσασθαι τοιαῦτα ἐξαμαρτάνοντας· περὶ δ' ὧν ἐξ ἀρχῆς τὸν λόγον κατεστη-
154 σάμην βραχέα διαλεχθεὶς [6] παραχωρῶ τοῖς βουλομένοις e
ἔτι συμβουλεύειν περὶ τούτων.

[1] ἐπακολουθῶν A. C. L. [2] νῦν οὖσιν C. [3] ἐπιτιμήσω καὶ κατηγορήσω A. C. L. [4] καθεστώτων A. [5] ἀποπλανῶ L. [6] παραχωρήσομαι A. C. L.

raes, et ante eum conjecerat ipse Wolfius: nobis item aliquando in mentem venit. Sane permultis in locis Atheniensium *insania*, *dementia*, culpatur, maxime in Orat. de Pace. Ἀνοίας mentio ibi fit p. 160. A. et mox sequitur l. C. ὡς οἷόν τε ταραχωδέστατα διακεῖσθε. Pag. 165. B. ἐκ δὲ τοῦ δικαίαν τὴν πόλιν παρέχειν, καὶ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν παρ' ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἐλάβομεν· ὧν νῦν ἀλογίστως καὶ λίαν εἰκῆ πολὺν ἤδη χρόνον καταφρονοῦμεν· εἰς τοῦτο γάρ τινες ἀνοίας ἐληλύθασιν ὥσθ' ὑπειλήφασι τὴν μὲν ἀδικίαν ἐπονείδιστον μὲν εἶναι, κερδαλέαν δὲ καὶ πρὸς τὸν βίον τὸν καθ' ἡμέραν συμφέρουσαν· τὴν δὲ δικαιοσύνην εὐδόκιμον μὲν, ἀλυσιτελῆ δὲ, κ. τ. λ. En, quæ intelligatur ἄνοια, ea, quam sequantur ἀδικίαι, sive, ut nostro loco est, πονηρῶν πραγμάτων ἐπιθυμίαι. Similiter ἄνοια memoratur p. 175. B. 183. E. 184. D. ἄνοια καὶ μανία τῶν τὴν ἀδικίαν πλεονεξίαν εἶναι νομιζόντων, p. 162. C. μωρία, p. 168. D. ἀφροσύνη et ἄνοια eorum qui, cum Attica vastaretur, Sicilia sese potituros putarent, p. 176. A. Quæ omnia eo majorem vim habent, quod sæpius similitudinem ejus Orationis cum nostra notavimus. In Paneg. p. 68. E. prospere gestæ res Regis Persarum ab Atheniensium ἀνοίᾳ repetuntur. Panath. p. 235. D. mentio fit μανίας in mutuis dissensionibus conspicuæ. Confusa sæpius esse duo ista vocabula, et literarum similitudo probabile reddit, et usus docet. Vid. Thucyd. VI. 89. cujus Scholiastæ ad C. 16. itidem ἄνοια pro ἄγνοια restituendum est. In Or. ad Nicocl. p. 17. D. ἄνοια et διάνοια opponuntur: in Or. de Perm. p. 343. C. ubi eadem repetuntur, sed antea legebatur ἄγνοιαν, recte ex Wolfii emendatione ἄνοιαν ediderunt Langius et Coraes. In Platonis Lachete p. 197. A. itidem requiri ἄνοιαν, *absentiam mentis*, non ἄγνοιαν, *ignorantiam*, monuit me Cl. Bakius. Quid differant docet Valcken. ad Herod. VI. 69. Idem.

Ἢν ἐπακολουθῶν τοῖς ἐνοῦσιν, κ. τ. λ.] Similiter de Pace p. 73. B. δέδοικα (inquit) μὴ διὰ τὸ πολλάκις ἐπιτιμᾷν δόξω τισὶ προαιρεῖσθαι τῆς πόλεως κατηγορεῖν. Videtur autem ex conjectura Wolfii pro veteri τοῖς αἰνοῦσιν quod nihili est, legendum esse τοῖς ἐνοῦσιν, præsertim cum ea lectio Codice LB. confirmetur. Sic sensus est: *si persequens, ad finem perducens ea quæ dicenda supersunt*, et subintelligitur infinitivus εἰπεῖν, qui eidem formulæ, τὰ ἐνόντα additur ad Phil. p. 104. D. de Perm. p. 345. C. Cf. et Busir. p. 229. E. de Pace p. 188. A. Sæpius confund. ῑ et αι monet Koen. ad Gregor. de Dial. p. 146. 190. 249. sq. Nec tamen plane spernendum quod Coraes offert τοῖς νῦν οὖσιν, h. e. τοῖς νῦν πολιτευομένοις, maxime ob verbum ἐπακολουθεῖν frequens significatione *insectandi*, *vituperandi*. Idem.

Δέδοικα μὴ πόῤῥω λίαν τῆς ὑποθέσεως ἀποπλανηθῶ] Ratio reddenda lectionis ἀποπλανηθῶ, quam e Wolfii conjectura nos recepisse significavimus pro alia ἀποπλανῶ. Hanc Langius defendere conatus est observatione Stephani Thes. T. III. p. 343. ἀποπλανῶ novo prorsus modo accipi posse pro ἀποπλανηθῶ. Idem tamen Stephanus in Edit. reliquit ἀποπλανηθῶ. Nostro quidem judicio recte animadvertit Coraes, si ἀποπλανῶ scripserit Isocrates, addendum fuisse ὑμᾶς, uti bis occurrit apud Æschinem adv. Ctesiph. §. να'. ξγ'. ἵνα δὲ μὴ ἀποπλανῶ ὑμᾶς ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως. Hoc loco autem passivum postulant quæ supra jam dixerat §. κϛ'. init. cum de triginta tyrannis narrare inciperet: βούλομαι δ', εἰ καί τί με φήσουσιν ἔξω τῆς ὑποθέσεως λέγειν. Idem.

Παραχωρῶ] Dicitur de Oratore qui, dicendi fine facto, de suggestu descendens alii dicendi locum præbet. Sic Andocides Or. I. §. ε'. ἐάν τις ἐλέγξῃ με, ὅτι ψεύδομαι, χρήσασθέ μοι ὅ, τι βούλεσθε· καὶ σιωπῶ, καὶ παραχωρῶ, εἴ τις ἀναβαίνειν βούληται. Cf. de hoc verbo not. ad Thomam Mag. p. 133. Idem.

λε'. Ἡμεῖς γὰρ ἢν μὲν οὕτως οἰκῶμεν τὴν πόλιν ὥσπερ νῦν, [1] οὐκ ἔστιν ὅπως [2] οὐ καὶ βουλευσόμεθα καὶ πολεμήσομεν καὶ βιωσόμεθα καὶ σχεδὸν ἅπαντα [3] καὶ πεισόμεθα
156 καὶ πράξομεν, ἅπερ ἐν τῷ παρόντι [4] καιρῷ καὶ τοῖς παρελθοῦσι χρόνοις· ἢν δὲ μεταβάλωμεν τὴν πολιτείαν, δῆλον ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, οἷά περ ἦν τοῖς προγόνοις τὰ πράγματα, τοιαῦτ' ἔσται καὶ περὶ ἡμᾶς· ἀνάγκη γὰρ ἐκ τῶν αὐτῶν πολιτευμάτων καὶ τὰς πράξεις ὁμοίας ἀεὶ καὶ παραπλησίας ἀποβαίνειν.

λϛ'. Δεῖ δὲ τὰς μεγίστας αὐτῶν παρ' ἀλλήλας [5] θέντας βουλεύσασθαι, ποτέρας ἡμῖν αἱρετέον ἐστί. καὶ πρῶτον
b [6] μὲν σκεψώμεθα τοὺς Ἕλληνας καὶ τοὺς βαρβάρους, πῶς πρὸς ἐκείνην τὴν πολιτείαν διέκειντο καὶ πῶς νῦν ἔχουσι πρὸς ἡμᾶς· οὐ γὰρ ἐλάχιστον μέρος τὰ γένη ταῦτα συμβάλλεται πρὸς εὐδαιμονίαν, ὅταν ἔχῃ κατὰ τρόπον ἡμῖν.

[1] οἰκοῦσι, οὐκ A. C. L. [2] οὐκ ἂν βουλ. A. C. L. [3] κακὰ A. C. L. [4] καιρῷ om. A. C. L. [5] τιθέντας A. C. L. [6] μὲν om. A. C. L.

Κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον] *secundum eandem rationem*, *eadem ratione*, sive ut barbare dicas, *proportione*, scil. qua, si servaverimus malam reipublicæ administrationem, omnia cum ea conjuncta mala patiemur, *eadem*, inquam, *ratione*, si eam immutaverimus, æque prosperas res geremus. Eodem sensu legitur in Nicocl. p. 29. D. αἱ δὲ μοναρχίαι πλεῖστον μὲν νέμουσι τῷ βελτίστῳ, δεύτερον δὲ τῷ μετ' ἐκεῖνον, τρίτον δὲ καὶ τέταρτον τοῖς ἄλλοις κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, *eadem ratione*, h. e. ut quo sit inferior, eo minus ipsi tribuatur. Idem.

Ἀνάγκη γὰρ — ἀποβαίνειν] Nam ut ait Aristoteles Rhet. I. 4. 17. ἀπὸ γὰρ τῶν ὁμοίων τὰ ὅμοια γίγνεσθαι πέφυκε. Idem.

Δεῖ δὲ τὰς μεγίστας κ. τ. λ.] De peroratione, quæ hic incipit, constatque comparatione pristini et præsentis Reip. status, cff. supra dicta in Introductione. Idem.

Ποτέρας ἡμῖν αἱρετέον ἐστὶ] Proprius et Græcus usus Gerundii, quem et Latini subinde sequuntur, magna exemplorum copia probatus a Cl. Wyttenbachio Philom. P. II. p. 15. notatus etiam Willeto ad Galeni Protr. p. 137. Addantur sequentia. Isocrates in Paneg. p. 42. D. φευκτέον ταῦτ' ἐστί. Ep. VI. p. 419. E. τὰς πράξεις τὰς καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν σκεπτέον. Andocides Or. III. §. η'. ταύτην οὐκ ἐκτέον φασὶ τὴν εἰρήνην τινὲς εἶναι. Lysias Or. VI. §. β'. τοὺς νόμους ἐξαλειπτέον. Lycurgus adv. Leocr. §. ιϛ'. κολαστέον ἐστὶ τοῦτον. Demosth. Olynth. II. §. ϛ'. πολλὴν δὴ τὴν μετάστασιν καὶ μεγάλην δεικτέον τὴν μεταβολήν. Casus personæ, monente item Wyttenbachio, vel, ut h. l. Dativus est, vel Accusativus. Archid. p. 133. E. δεινοτέρας συμφορὰς ὑπομενετέον ἡμῖν. Ep. VII. ad Timoth. p. 422. D. ἑτέρους σοὶ συμβούλους παρακλητέον. Accusativi rarius exemplum hoc est e Xenoph. Mem. III. 11. 2. ταύτην ἡμῖν χάριν ἰστέον, *hæc nobis gratias agere debet*. De usu Gerundii pluralis in έα pro singulari in έον, Atticis proprio, notavit Gregorius de Dial. §. 63. Sic Thucyd. I. 86. οὓς οὐ παραδοτέα τοῖς Ἀθηναίοις ἐστίν. Idem.

Ὅταν ἔχῃ κατὰ τρόπον ἡμῖν] *quando, uti oportet, decet, erga nos sese habeant, gerant.* Κατὰ τρόπον elliptice dicitur pro κατὰ τὸν δέοντα ἢ πρέποντα τρόπον, monente Corae, cujus hæc est horum verborum paraphrasis: Ὅταν προσφέρωνται καθὼς πρέπει εἰς ἡμᾶς. Eodem sensu legitur supra §. γ'. et Philipp. p. 91. C. Adverbii locum tenens recte ponitur cum ἔχειν et Dativo personæ, uti similia complura sunt satis nota, εὐνοϊκῶς ἔχειν τινὶ, δυσκόλως ἔχειν τινὶ, cæt. Itaque non est, quod quis suspicetur, scriptum olim fuisse ὅντιν' ἂν ἔχῃ κατὰ τρόπον ἡμῖν, quod et verborum collocationi minus conveniat. Idem.

λζ΄. Οἱ μὲν τοίνυν Ἕλληνες οὕτως ἐπίστευον τοῖς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον πολιτευομένοις, ὥστε τοὺς πλείστους αὐτῶν ἑκόντας ἐγχειρίσαι τῇ πόλει σφᾶς αὐτούς. οἱ δὲ βάρβαροι τοσοῦτον ἀπεῖχον τοῦ πολυπραγμονεῖν περὶ τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων, ὥστε οὔτε μακροῖς πλοίοις [1] ἐπὶ τάδε Φασήλιδος ἔπλεον οὔτε στρατοπέδοις ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ κατέβαινον, ἀλλὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἦγον. νῦν δ' εἰς τοῦτο τὰ πράγματα [2] περιέστηκεν, ὥσθ' οἱ μὲν μισοῦσι τὴν πόλιν, οἱ δὲ καταφρονοῦσιν ἡμῶν. καὶ περὶ μὲν τοῦ μίσους τῶν Ἑλλήνων αὐτῶν ἀκηκόατε τῶν στρατηγῶν· ὡς δὲ βασιλεὺς ἔχει [3] πρὸς ἡμᾶς, ἐκ τῶν ἐπιστολῶν ὧν ἔπεμψεν ἐδήλωσεν.

[1] ἔγγιστα Φασ. A. C. L. [2] καθέστηκεν A. C. L. [3] τὰ πρὸς A. C. L.

Οἱ μὲν τοίνυν κ. τ. λ.] Latius hac §. exponitur quod supra §. κ΄. breviter dixerat: παρεῖχον γὰρ σφᾶς αὐτοὺς τοῖς μὲν Ἕλλησι πιστοὺς τοῖς δὲ βαρβάροις φοβερούς. Idem.

Ὥστε τοὺς πλείστους — αὐτοὺς] Conferatur locus de Pace p. 174. C. Eleganter in laudem Timothei dixit De Perm. §. κϛ΄. * ϛ΄. fin. τοιγάρτοι διὰ τὴν δόξαν τὴν ἐκ τούτων περιγιγνουμένην πολλαὶ τῶν πόλεων, τῶν πρὸς ὑμᾶς δυσκόλως ἐχουσῶν, ἀναπεπταμέναις αὐτὸν ἐδέχοντο ταῖς πύλαις. Idem.

Ὥστ' οὔτε μακροῖς πλοίοις — κατέβαινον] De Phaselide et Haly fluvio, terminis ditionis regiæ, agitur etiam in Panath. p. 244. E. Phaselidis solius mentio fit in Paneg. p. 65. B. Victis Persarum copiis ad Eurymedontem fluvium a Cimone, Athenienses cum Artaxerxe fœdus fecerunt, quo istis finibus ejus regnum circumscriberetur: qua de re egregius est Lycurgi locus adv. Leocr. §. ιζ΄. καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς νίκης, οὐ τὸ ἐν Σαλαμῖνι τρόπαιον ἀγαπήσαντες ἔστησαν, ἀλλ' ὅρους τοῖς βαρβάροις πήξαντες τοὺς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος, καὶ τούτους κωλύσαντες ὑπερβαίνειν, συνθήκας ἐποιήσαντο, μακρῷ μὲν πλοίῳ μὴ πλεῖν ἐντὸς Κυανέων καὶ Φάσιδος (leg. Φασήλιδος uti recte docet Taylorus), τοὺς δ' Ἕλληνας αὐτονόμους εἶναι, μὴ μόνον τοὺς τὴν Εὐρώπην ἀλλὰ καὶ τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας. Non diserte quidem eo loco Halys memoratur, sed ejus mentio intelligitur ex iis quæ de Græcis in Asia habitantibus dicuntur. Quare autem Halys fluvius terminus statueretur, ratio petenda videtur cum ex eo quod Crœsi ditio eo terminata fuerat, tum ex ea Asiæ divisione, qua in Asiam cis Taurum et ultra Taurum distinguebatur, illaque etiam dicebatur Asia intra Halyn. Vid. Cellarii Orbis antiq. L. III. C. I. in primis §. 6. et 13. ibique laudata Herodoti et Strabonis loca; et de Haly amni C. VIII. §. 57. Et hic quidem in continente terra terminus erat: mari Phaselis, Lyciæ in Pamphiliæ finibus urbs, de qua vid. Cell. ibid. C. III. §. 164. et C. VI. §. 4. Lycurgus meminit etiam Κυανέων, quod quomodo intelligendum sit, patet ex Aristide Panath. p. 57. E. qui distincte refert Regem Persarum convenisse δυοῖν ὅροιν εἴσω μηκέτι πλευσεῖσθαι, πρὸς μεσημβρίαν μὲν Χελιδονέας, πρὸς δὲ ἄρκτον Κυανέας. Scilicet cum mari ab utraque Asiæ parte, vel Ponto Euxino a septentrione, vel mari Interno a meridie navigari poterat, utroque loco terminus erat statuendus. Itaqué a septentrione termini loco constitutæ sunt Insulæ Cyaneæ, sitæ prope ostium Ponti Euxini ad Bosporum: a meridie vero Chelidoneæ insulæ, sive, uti Isocrates et Lycurgus habent, urbs Phaselis, ad quam illæ insulæ jacent. Easdem memorat Aristides p. 72. A. et Or. in Romam p. 100. D. Non semper eosdem fuisse terminos docet ibid. p. 102. E. οὐ τοίνυν οὐδὲ μέχρι τούτων τῶν ὅρων ἐκεῖνός γε (Rex Persarum) κυρίως ἀεὶ βασιλεὺς, ἀλλ' ὅπως ἢ Ἀθηναῖοι δυνάμεως, ἢ Λακεδαιμόνιοι ἔχοιεν τύχης· νῦν μὲν ἕως Ἰώνων καὶ Αἰολέων καὶ θαλάττης βασιλεύς· πάλιν δὲ οὐκέτι Ἰώνων, οὐδὲ ἕως θαλάττης ἀλλ' ἄχρι Λυδῶν· οὐχ ὁρῶν θάλατταν ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν Κυανέων, ἀτεχνῶς ὥσπερ ἐν παίδων παιδιᾷ βασιλεὺς, ἄνω μένων, πάλιν κατιὼν, τῶν συγχωρησόντων βασιλεύειν δεόμενος. Pace Antalcidea contra, uti notissimum est, fœdere sancitum est, ut omnes Græcæ in Asia civitates Regi subjectæ essent. Idem.

Ἐκ τῶν ἐπιστολῶν ὧν ἐπέμψεν ἐδήλωσε] Utrumque dicitur et ἐκ τῶν ἐπιστολῶν et ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς. Coraes suspicatur respici ejusmodi epistolam, qualis fuit ea, cujus mentionem facit Æschines c. Ctesiph. §. πη΄. his verbis: ὁ γὰρ τῶν Περσῶν βασιλεὺς, οὐ πολλῷ πρότερον χρόνῳ πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου διαβάσεως εἰς τὴν Ἀσίαν, κατέπεμψε τῷ δήμῳ καὶ μάλα ὑβριστικὴν καὶ βάρβαρον ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ τά τε δὴ ἄλλα καὶ μάλ' ἀπαιδεύτως διελέχθη, καὶ ἐπὶ τελευτῆς ἐνέγραψεν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, Ἐγὼ, φησὶν, ὑμῖν χρυσίον οὐ δώσω· μή με αἰτεῖτε, οὐ γὰρ λήψεσθε. Num vero ipsæ illæ epistolæ, quas Isocrates in animo habuit, alicubi exstent, equidem dicere nequeo.

d λη΄. Ἔτι [1] πρὸς τούτοις ὑπὸ μὲν ἐκείνης τῆς εὐταξίας
οὕτως ἐπαιδεύθησαν οἱ πολῖται πρὸς ἀρετὴν, ὥστε σφᾶς
μὲν αὐτοὺς μὴ [2] λυπεῖν, τοὺς δ' εἰς τὴν χώραν εἰσβάλλοντας
ἅπαντας μαχόμενοι νικᾶν. ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον· ἀλλήλοις 155
μὲν γὰρ κακὰ [3] παρέχοντες οὐδεμίαν ἡμέραν [4] διαλείπομεν,
τῶν δὲ περὶ τὸν πόλεμον οὕτω [5] κατημελήκαμεν, ὥστ' οὐδ'
εἰς ἐξετάσεις ἰέναι τολμῶμεν, ἢν μὴ λαμβάνωμεν ἀργύριον.
e τὸ δὲ μέγιστον· τότε μὲν οὐδεὶς ἦν τῶν πολιτῶν ἐνδεὴς τῶν
ἀναγκαίων, οὐδὲ προσαιτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας τὴν πόλιν

[1] δὲ πρὸς A. C. L. [2] κινεῖν A. C. L. [3] παρέχειν A. C. L. [4] παραλείπομεν A. C. L. [5] κατημελήσαμεν A. C. L.

Ὑπὸ μὲν ἐκείνης τῆς εὐταξίας] Hoc est *tempore illius boni ordinis*, i. e. eo tempore cum bono ordini conservando tantum operæ dabat Areopagus: ὑπὸ hic idem fere valet ac ἐπὶ, tempus designans, qua de re cf. Sluiterus Lect. And. p. 265. Idem.

Τοὺς δ' εἰς τὴν χώραν εἰσβάλλοντας ἅπαντας μαχόμενοι νικᾶν] 'Observetur (inquit Wolfius) ἀντίπτωσις, amphiboliæ vitandæ causa, ut arbitror, usurpata. Ex regula enim dicendum erat, ὥστε μαχομένους νικᾶν τοὺς εἰσβάλλοντας. Sed tum fuisset ambiguum (quod ad constructionem quidem attinet: nam sententia vel sic plana atque perspicua esset) utrum τὸ μαχομένους ad Athenienses pertineret, an vero ad hostes? Accipiatur item τὸ μαχόμενοι, ἀντὶ τοῦ, τῷ μάχεσθαι, pugnando.' Cum his, et nonnullis ex antecedentibus, uti et sequentibus, in primis conferenda sunt quæ scripsit Pace p. 174. B. et seq. Idem.

Ἀλλήλοις μὲν γὰρ — παραλείπομεν] Recte Wolfius ad h. l. 'Athenæ (inquit) plenæ fuerunt sycophantis adeo ut litibus perstreperent omnia. Ad eam rixandi et calumniandi libidinem hæc verba referenda sunt.' Multa verba fiunt in Orationibus de Pace et de Permutatione: v. c. p. 185. C. 315. A. alibi. Referri etiam huc potest æmulatio τοῦ δήμου et τῶν ὀλιγάρχων, quæ duæ partes semper valuerunt Athenis. Cf. Casaubonus ad Theophrastum p. 360. Idem.

Τῶν δὲ περὶ τὸν πόλεμον — ἀργύριον] Cf. locus ex Or. de Pace modo laudatus, et alius p. 168. B. ἡμεῖς δ' οὐδ' ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν πλεονεξίας κινδυνεύειν ἀξιοῦμεν· ἀλλ' ἄρχειν μὲν ἁπάντων ζητοῦμεν, στρατεύεσθαι δ' οὐκ ἐθέλομεν· καὶ πόλεμον μὲν μικροῦ δεῖν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἀναιρούμεθα, πρὸς δὲ τοῦτον οὐχ ἡμᾶς ἀσκοῦμεν. Εἰς ἐξέτασιν ἰέναι recte, ut videtur, Coraes explicat: Πορεύεσθαι εἰς τὸ ἐγγραφῆναι τῷ στρατιωτικῷ καταλόγῳ, εἰς τὸ μετὰ τῶν στρατευσομένων ἐξετασθῆναι. Addit: Εἴη δ' ἂν ἐξέτασις τῶν στρατιωτῶν καὶ ἣν οἱ Γάλλοι revue καλοῦσι. Illud præfero, ut sensus sit: *adeo negligimus belli studia, ut ne nomen quidem dare militiæ velimus, nisi accepta pecunia.* Atque ita fere jam Wolfius interpretatus erat. Τολμᾶν h. l. non adeo *audere* significat, sed potius *in animum inducere, velle,* ut etiam Paneg. §. ιϛ΄. explicat Morus in Indice. Cf. de hoc usu verbi τολμᾶν Cl. Wyttenb. ad. Plat. Phæd. p. 273. Idem.

Τὸ δὲ μέγιστον· τότε μὲν οὐδεὶς — τὴν πόλιν κατῄσχυνε] Laudat Meursius de Fortuna Athen. c. IV. in f. factum esse docens ex omnium rerum ad victum necessariarum vili pretio. Addi debet cura divitum, qua pauperum inopiæ subveniebant, iisque ad quævis honesta opificia pecuniarum auxilia suppeditabant: tum etiam lex περὶ ἀργίας, qua cavebatur, ne quis otio languesceret, atque in inopiam incideret. De quibus supra dixit Isocrates §. ιβ΄. et. ιζ΄. Qui hic ἐνδεὴς τῶν ἀναγκαίων, alias dicitur βίου χρῄζων, βίου ἐνδεὴς, docente Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 243. B. De eleganti formula Attica τὸ δὲ μέγιστον, monuerunt Hoogev. ad Vig. p. 11. et Wyttenb. l. c. p. 160. Idem.

κατήσχυνε, νῦν δὲ πλείους εἰσὶν οἱ [1] σπανίζοντες τῶν ἐχόντων· οἷς ἄξιόν ἐστι πολλὴν συγγνώμην ἔχειν, εἰ μηδὲν τῶν κοινῶν φροντίζουσιν, ἀλλὰ τοῦτο σκοποῦσιν ὁπόθεν τὴν [2] ἀεὶ παροῦσαν ἡμέραν [3] διάξουσιν. 157

λθ΄. Ἐγὼ μὲν οὖν [4] ἡγούμενος, ἢν μιμησώμεθα τοὺς προγόνους, καὶ τῶν κακῶν ἡμᾶς τούτων ἀπαλλαγήσεσθαι καὶ σωτῆρας οὐ μόνον τῆς πόλεως ἀλλὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων γενήσεσθαι, τήν τε πρόσοδον ἐποιησάμην καὶ τοὺς λόγους εἴρηκα τούτους· ὑμεῖς δὲ ταῦτα πάντα λογισάμενοι χειροτονεῖθ' ὅ τι ἂν ὑμῖν δοκῇ μάλιστα συμφέρειν τῇ πόλει.

[1] σπανιζόμενοι A. C. L. [2] ἀεὶ τὴν A. C. L. [3] δυνήσονται διαγαγεῖν A. C. L. [4] ἡγούμενος μὲν οὖν ἐγὼ A. C. L.

Νῦν δὲ πλείους εἰσὶν οἱ σπανιζόμενοι τῶν ἐχόντων] *nunc vero major est pauperum, quam divitum numerus.* Conff. quæ supra dixit §. κ΄. initio et fine, ibique notata. Idem.

Τήν τε πρόσοδον ἐποιησάμην καὶ τοὺς λόγους εἴρηκα τούτους] *huc accessi, in hunc locum adscendi, et hanc orationem habui.* Vid. ann. ad §. α΄. Idem.

Χειροτονεῖτε] *manibus sublatis, extensis, decernite,* uti mos erat Atheniensibus, satis cognitus. Sed ad hunc morem respiciens eleganter dixit Andocides Or. III. §. η΄. ὁ γὰρ τὴν χεῖρα μέλλων ὑμῶν αἴρειν, οὗτος ὁ πρεσβεύων ἐστὶν, ὁπότερ' ἂν αὐτῷ δοκῇ, καὶ τὴν εἰρήνην καὶ τὸν πόλεμον ποιεῖν. Forte etiam respexit Lycurgus adv. Leocr. §. λα΄. διομωμόκατε δ' ἐν τῷ ψηφίσματι τῷ Δημοφάντου, κτείνειν τὸν τὴν πατρίδα προδιδόντα, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ χειρὶ καὶ ψήφῳ. Idem.

Η.

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΙΡΗΝΗΣ Η ΣΥΜΜΑΧΙΚΟΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΑΔΗΛΟΥ ΤΟΥ ΓΡΑΨΑΝΤΟΣ.

Pag. ed. H. Steph. — Pag. ed. Cor.

157 ΠΕΜΦΘΕΙΣ ὁ Χάρης καταδουλώσασθαι τὴν Ἀμφίπολιν, αὐτονομουμένην κατ' ἐκεῖνον τὸν 156
χρόνον καὶ καθ' ἑαυτὴν γενομένην, ὡς τῶν Λακεδαιμονίων μὲν κακῶς διακειμένων μετὰ τὰ Λευκτρικὰ, καὶ τῶν Ἀθηναίων δ' ἀσθενῶν ὄντων, οὗτος, νομίζων εὐχερῶς αὐτὴν ὅτε δὴ ποτε λαβεῖν, καὶ μᾶλλον βουλόμενος τὴν ἀρχαίαν δύναμιν περιποιῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις, ἐπεχείρησε Χίοις καὶ Ῥοδίοις καὶ τοῖς λοιποῖς συμμάχοις. εἶτα ἐκεῖνοι ἀντέστησαν, καὶ ἡττήθη ὁ Χάρης οὕτως, ὥστε λοιπὸν αὐτὸν ἀπορεῖν τί δεῖ ποιῆσαι· καὶ γὰρ, εἰ ἀνεχώρησεν ἐξ αὐτῶν καὶ ἦλθεν εἰς Ἀμφίπολιν, αὐτοὶ ἂν ἀμυνόμενοι ἤρχοντο εἰς τὴν Ἀττικήν. ταῦτα δ' οἱ Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες ᾔτησαν σπονδὰς, καὶ εὐθὺς οἱ Χῖοι καὶ Ῥόδιοι σὺν [1] τοῖς ἄλλοις συνέθεντο. καὶ οὗτός ἐστιν ὁ συμμαχικὸς πόλεμος. νῦν οὖν πρόκειται ἐκκλησία περὶ τοῦ καταθέσθαι τὸν πόλεμον, καὶ ἀνίσταται ὁ Ἰσοκράτης συμβουλεύων ὡς δεῖ μὴ πολυπραγμονεῖν ἀλλ' ἡσυχάζειν. Καὶ
μερίζει τὸν λόγον εἰς δύο· ἓν μὲν τὸ καὶ τοὺς Χίους καὶ τοὺς ἄλλους ἐᾶσαι αὐτονόμους, ἓν δὲ 157
τὸ ἐᾶσαι τὴν ἡγεμονίαν τὴν κατὰ θάλατταν. κατὰ τοῦτο δὲ τὸ μέρος λέγεται Ἀριστείδης

[1] τοῖς om. A. L.

ΠΕΡΙ ΕΙΡΗΝΗΣ] Hæc oratio a Dionysio Halic. aliisque appellatur ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ, ab Aristotele vero Rhetor. iii. 17. ΣΥΜΜΑΧΙΚΟΣ. Cf. Diodorus Sic. xvi. 7.

Χάρης] Cf. Aristot. l. l. et Theopompus xii. p. 532.

Μετὰ τὰ Λευκτρικὰ] Μετὰ τὴν ἧτταν ἣν ἡττήθησαν ἐν Λεύκτροις ὑπὸ Θηβαίων. Cor.

Καὶ τῶν Ἀθ. δ.] Καὶ δ', particulæ jungendæ, significant *atque etiam.* Wolf. καὶ includebat Coraes.

Ὅτε δή ποτε] Intellige *quovis tempore,* vel *quando vellet.* Auger. Ὁπότε βουληθείη. Cor.

Λοιπὸν] *jam, deinde, deinceps.* Wolf.

Εἰ ἀνεχώρησεν ἐξ αὐτῶν] Scil. τῶν Χίων καὶ Ῥοδίων. *si ab illis recessisset, si eos oppugnare destitisset.* Idem.

Ἀμυνόμενοι] Non scilicet tam suis copiis et viribus freti, quam classe Persica. Nam, quia Pharnabazum, qui a rege defecerat, Chares adjuverat, Artaxerxes Atheniensibus iratus trecentas insularibus naves auxilio missurus erat. Idem.

Σὺν τοῖς ἄλλοις συνέθεντο] I. e. σὺν τοῖς ἄλλοις συμμάχοις συνέθεντο τὰς σπονδάς. Idem.

Ἀνίσταται ὁ Ἰσοκράτης] Videtur παρ' ἱστορίαν εἶναι. Scripsit enim orationes Isocrates et aliis nonnullas dedit recitandas, cum ipse propter verecundiam et vocis imbecillitatem publice verba facere non posset. In Antidosi tamen se et scripsisse et habuisse orationes affirmat; et Panegyricum Olympiæ pronuntiatum ab eo tradit Philostratus, τὸν περὶ τῆς Ἀντιδόσεως Plutarchus. Idem.

Συμβουλεύων] Γρ. συμβουλεύσων. Cor.

Ἀριστείδης] Τὸν ἐν Σμύρνῃ σοφιστεύσαντα Ἀριστείδην λέγει, ὃς συνέταξε καὶ τὸν Παναθηναϊκὸν καλούμενον κατ' Ἰσοκράτους μιμη-

ἐπαφεῖναι τὸν ἀντιῤῥητικὸν τῆς εἰρήνης. καὶ ἡ μὲν ὑπόθεσις αὕτη, κεφάλαιον δὲ τοῦ λόγου τὸ συμφέρον, ἡ δὲ στάσις πραγματική· συμβουλὴ γὰρ περὶ τῆς εἰρήνης.

Ἐὰν δέ ποτε ἀναγκασθῇς κοινὸν προοίμιον εἰπεῖν, τὴν κατασκευὴν αὐτῷ ἰδίαν πρόσαγε, ὡς ἐν τῷδε τῷ περὶ εἰρήνης Ἰσοκράτους ἡ κατασκευὴ ἰδία προσετέθη, ὅπου φησί· περὶ μεγάλων ἥκομεν· περὶ γὰρ πολέμου καὶ εἰρήνης. κάλλιστον δ' ἐν τούτοις καὶ τὸ τῆς μεθόδου, εἰ μεθοδεύοιμεν αὐτὰ ἐπισημαινόμενοι, εἰ καὶ πᾶσιν εἰωθὼς ὁ λόγος εἴη.

ΑΛΛΗ ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΕΚ ΤΩΝ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ.

Τίς ἂν μᾶλλον ἐπὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν εὐσέβειαν προτρέψαιτο, καθ' ἕκαστόν τε ἄνδρα 158
ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τὰς πόλεις ὅλας, τοῦ περὶ τῆς εἰρήνης λόγου; ἐν γὰρ δὴ τούτῳ πείθει τοὺς Ἀθηναίους τῶν μὲν ἀλλοτρίων μὴ ἐπιθυμεῖν, ἐπὶ δὲ τοῖς παροῦσι στέργειν, καὶ τῶν μὲν μικρῶν πόλεων ὥσπερανεὶ κτημάτων φείδεσθαι, τοὺς δὲ συμμάχους εὐνοίᾳ τε καὶ εὐεργεσίαις πειρᾶσθαι κατέχειν, ἀλλὰ μὴ ταῖς ἀνάγκαις μηδὲ ταῖς βίαις, τῶν δὲ προγόνων μιμεῖσθαι μὴ τοὺς πρὸ τῶν Δεκελεικῶν γενομένους, οἳ μικροῦ ἐδέησαν ἀπολέσαι τὴν πόλιν, ἀλλὰ τοὺς πρὸ τῶν Περσικῶν, οἳ καλοκαγαθίαν ἀσκοῦντες διετέλεσαν. ἐπιδείκνυταί τε ὡς οὐχ αἱ πολλαὶ τριήρεις οὐδ' οἱ μετὰ βίας ἀρχόμενοι Ἕλληνες μεγάλην ποιοῦσι τὴν πόλιν, ἀλλ' αἱ δίκαιαί τε προαιρέσεις καὶ τὸ τοῖς ἀδικουμένοις βοηθεῖν. παρακαλεῖ τε τὴν τῶν Ἑλλήνων εὔνοιαν οἰκείαν ποιεῖν τῇ πόλει, μεγίστην ἡγούμενος πρὸς εὐδαιμονίαν καὶ πολεμικοὺς μὲν εἶναι ταῖς παρασκευαῖς καὶ ταῖς μελέταις, εἰρηνικοὺς δὲ τῷ μηδένα μηδὲν ἀδικεῖν, διδάσκων ὡς οὔτε πρὸς πλοῦτον οὔτε πρὸς δόξαν οὔθ' ὅλως πρὸς εὐδαιμονίαν οὐθὲν ἂν συμβάλοιτο τηλικαύτην δύναμιν ὅσην ἀρετὴ καὶ τὰ μέρη ταύτης, καὶ τοῖς μὴ ταὐτὰ ὑπειληφόσιν ἐπιτιμῶν, οἳ τὴν μὲν ἀδικίαν κερδαλέαν ἡγοῦνται καὶ πρὸς τὸν βίον τὸν καθ' ἡμέραν συμφέρουσαν, τὴν δὲ δικαιοσύνην ἀλυσιτελῆ καὶ μᾶλλον ἑτέροις ἢ τοῖς ἔχουσιν ὠφέλιμον. τούτων γὰρ οὐκ οἶδ' εἴ τις ἂν βελτίους ἢ ἀληθεστέρους ἢ μᾶλλον πρέποντας φιλοσοφίᾳ δύναιτο λόγους εἰπεῖν.

158 α'. ΑΠΑΝΤΕΣ μὲν εἰώθασιν οἱ παριόντες ἐνθάδε ταῦτα 159
μέγιστα φάσκειν εἶναι καὶ μάλιστα σπουδῆς ἄξια τῇ πόλει,

σιν, καθὰ καὶ τὸν Πρὸς Λεπτίνην πρὸς Δημοσθένην ἁμιλλώμενος. Ἔοικε δὲ ὁ Ἀντιῤῥητικὸς τῆς εἰρήνης οὗτος ὁ αὐτὸς εἶναι καὶ ὁ παρὰ τῷ Φιλοστράτῳ ἐν Ἀριστείδου βίῳ ἐπιγραφόμενος, Ἰσοκράτης Ἀθηναίους ἐξάγων τῆς θαλάσσης. IDEM.

Ἐπαφεῖναι] Proprie *immisisse*, pro ἐκδεδωκέναι, *edidisse*. AUGER. Ἀπὸ μεταφορᾶς εἰρημένον τῶν ἀφιεμένων ἐπί τινα καὶ παρορμωμένων κυνῶν. COR.

Κοινὸν] *vulgare*, quibus plurimi utuntur. LANG.

Κατασκευὴν ἰδίαν] *conformationem*. Vult nempe, ut exemplo Isocratis methodice apponatur: *tametsi omnes hoc modo exordiri solent*. IDEM.

SUMMARIUM. (α'.) Si unquam oratori licet ejusmodi exordio uti: 'De maximis rebus atque summo studio dignis ad concionandum accedo,' certe de ea re licet, de qua nunc deliberaturi convenimus, de bello, inquam, ac pace. (β'.) Scio quidem, vos nemini attentam præbere aurem præterquam iis, qui vestræ plus habendi cupiditati blandientes ad bellum vos adhortantur; sed ipsam hanc vestram cupiditatem, quæ facit, ut oratores non quid reipublicæ expediat, sed quid vobis placeat, meditentur, sedandam esse arbitror. (γ'.) Atqui vobis, qui quod deliberaturi estis, nondum certo scitis, sed ob id ipsum deliberatis, quod quid faciendum sit, nescitis, non tam ii audiendi sunt, qui cupiditati vestræ gratificantur, quam ii, qui adversantur eidem, quum ab his verum audire, ab illis facillime decipi possitis. (δ'.) Quum vero in rebus privatis prudentiores in consilium adhibeatis, in publicis contra insipientiores, quid mirum est, vos ad bellum tam paratos esse et calamitatum immemores, quibus bello oppressi fuistis, iis, qui pacem suadent, maxime adversari? (ε'.) Quanquam vero scio, quam arduum sit, vestris adversari sententiis, libertatemque loquendi iis tantum in hac democratia concessam esse, qui vestra delicta efferant, non, qui emendare velint, tamen primum de iis, quæ Prytanes retulerunt, deinde et de cæteris reipublicæ negotiis, sententiam libere aperiam. (ϛ'.) *Pars prima*. Pacem igitur cum omnibus faciendam esse censeo, et quidem his conditionibus, quæ Græcos sui juris esse ac suam quemque regionem tenere jubeant. (ζ'.) Etsi autem ab initio injustum videbitur, si, nobis alienas possessiones relinquentibus, reliqui nostrum exemplum non sequuntur, tamen, si orationem ad finem attente audiveritis, dementiæ atque insaniæ condemnabitis eos, qui alienas urbes vi tenent, nec, quæ ex ejusmodi

περὶ ὧν ἂν αὐτοὶ μέλλωσι [1] συμβουλεύσειν· οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ περὶ ἄλλων τινῶν πραγμάτων [2] ἥρμοσε τοιαῦτα προει-

[1] συμβουλεύειν A. L.

[2] ἥρμοζε A. C. L.

factis calamitates oriantur, animadvertunt. (η'.) Ac primum quidem de pace et quid in præsentia optemus, deinde de aliis rebus sermo erit. (θ'.) Quodsi in præsentia securitatem, necessitates, concordiam ac bonam apud alios existimationem desideramus, bellum certe hæc bona nobis eripuit, pax restituet, et insuper ab externis hostibus liberabit. (ι'.) At vero non solum pax facienda est, sed deliberandum etiam, qua ratione illam conservemus, nec tantum dilationem, sed præsentium malorum liberationem inveniamus; quod fieri non potest, nisi vobis pluribus demonstravero, quietem esse sollicitudini præferendam, improbitati justitiam, suarum rerum curam cupiditati alienarum, etsi de his rebus nemo oratorum apud vos verba facere conatus est. (ια'.) Omnes quidem homines commodum suum spectant, sed viam nescientes, diversas rationes ineunt. Ita nos quoque Græcorum imperium expetentes, dum a recta via aberramus, nil nisi inimicitias, bella et sumptus nobis paramus. (ιβ'.) Qui justitiam probatam quidem, sed inutilem, vel justos etiam miseriores habent injustis, in maximo isti errore versantur. Sola virtus ejusque pars justitia est, quæ, etsi non semper, plerumque tamen, non in præsentia tantum, sed etiam in omne ævum felices nos reddat. (ιγ'.) Utinam vero æque facile sit, virtutem extollere atque auditores ad eam colendam deducere, corruptos nempe ad hominibus, qui nihil aliud quam decipere possunt, quique quando largitionibus corrupti bellum aliquibus inferre volunt, majores esse imitandos dicere audent, etc. (ιδ'.) Quos lubenter interrogarem, utros majorum nobis ad imitandum commendent, an eos, qui tempore belli Persici fuerunt, an qui ante bellum Decelicum rempublicam gesserunt. Loquar an taceam, dubito. (ιε'.) Quanquam autem gravius irascimini iis, qui delicta vestra reprehendunt, quam malorum vestrorum auctoribus, tamen, quia ægrotis animis nullum aliud remedium est, quam libere reprehendens sermo, meus patriæ amor postulat, ut loquar ac vituperem. (ιϛ'.) Laudamus majores, illisque contraria facimus. Illi enim contra barbaros pugnarunt, Græcis libertatem donarunt, pro Græcorum salute urbem suam reliquerunt, nos vero adversus Græcos cum Græcis militibus pugnamus, Græcos servitute opprimimus, ne pro amplificando quidem dominatu nostro dimicare volumus, ipsi indigentes rebus ad victum necessariis, peregrinum militem eumque omni flagitiorum genere corruptissimum alere conamur, conductitios milites gravi armatura dignamur, et cives remigare cogimus. (ιζ'.) Verum non militiæ solum, sed etiam domi deterrime ac perturbatissime res nostras administramus, civitatem, qua gloriamur, cuivis impertientes, leges, quarum plurimas ferimus, ubivis negligentes, belli concitatores tanquam democratiæ fautores æstimantes, sententias in concione semper mutantes, pessimos consultores adhibentes, improbissimos civium fidelissimos reipublicæ custodes existimantes, eos denique, a quibus nemo vel de privatis vel de publicis rebus consilium peteret, summa potestate instructos emittentes. (ιη'.) Causa vero, quare tam male nobis consulentes non incolumes tantum, sed etiam nulla civitate opibus ac potentia inferiores simus, in hostium nostrorum erratis quærenda est, in quibus salutis spes nullo modo in posterum collocanda erit. (ιθ'.) Ne quis vero eorum, qui saniori mente sunt, mihi objiciat, vituperare facilius esse quam emendare, equidem, quum libere dicere aggressus sim, pari modo de mali nostri curatione loqui pergam. (κ'.) Vera quidem erit oratio nostra, sed haud jucunda vobis, qua ostendam, quomodo ad pietatem, moderationem et justitiam, tanquam felicitatis fundamenta, pervenire possimus. (κα'.) *Pars altera*. Censeo igitur, et feliciores et meliores nos fore, si maris imperium, quod omnium malorum causa fuit, concupiscere destiterimus, demonstraturus, illud neque justum esse neque utile, neque denique acquiri posse. (κβ'.) Ac primum injustum esse, a vobis ipsis didici, quippe qui, quum Lacedæmonii istam potentiam tenerent, nunquam eorum principatum accusare cessavistis, neque prius destitistis, terra marique pugnare, quam Lacedæmonii de libertate Græcorum fœdera facere voluerunt. (κγ'.) Deinde qui possumus in præsenti penuria rem comparare, quam in præterita abundantia amisimus, iis præsertim institutis usi, quibus non acquisivimus, eam, sed amisimus? (κδ'.) Antequam vero ad tertium progrediar, vobisque hanc potestatem inutilem esse demonstrem, iterum quædam præfari cogor, ne urbem imprimis accusare instituisse videar. (κε'.) Nolo autem vos apud alios criminari, sed a præsentibus studiis abducere. Hinc, quamvis

πεῖν, δοκεῖ μοι πρέπειν καὶ περὶ τῶν [1] νῦν παρόντων [2] ἐντεῦθεν ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. ἥκομεν γὰρ ἐκκλησιάσοντες b

[1] νυνὶ A. C. L. [2] πραγμάτων ἐντεῦθεν A. L. [πραγμάτων] ἐντεῦθεν C.

SUMMARIUM. (α'.) *Procemium.* Quum junior essem, orationes meas, præcipue de iis, quæ tum Atheniensium civitati tum Græcis in universum salutaria essent, scriptas, multis rhetoricis figuris ornavi; sed ejusmodi ornamenta nonagenario mihi non conveniunt, simplicitas potius, quæ imitatu facillima videatur, huic ætati apta est, ideoque lectores rogo, ne quem in superioribus ornatum, eundem in hac oratione quærant, sed potius rem ipsam, quam mihi proposui, considerent. (β'.) Disseram vero de Atheniensium rebus gestis nostrorumque majorum virtutibus. (γ'.) Sed ut improborum quorumdam et obscurorum sophistarum, quos minime læsi, maledicta reprimam, cæterisque, qui me ex fama tantum noverunt, ostendam, quibus in studiis versari decreverim, et de me ipso et de calumniatoribus meis pauca præfari necessarium puto. (δ'.) Mala non minus quam bona candide profitebor. Maximis quamvis hominum bonis, i. e. animi et corporis sanitate haud vulgari, donatus sum, nec re familiari, quæ sufficiat, careo, nec gloria quædam mihi deest; senectus tamen mea morosa, pusilla, querula, ingenio ad res gerendas infirmiori et ad eloquentiam imperfectiori, audaciæque et vocis vehementioris inopia, quæ duæ res apud Athenienses plurimum possunt, minime est contenta. (ε'.) Non tamen propterea abjecto animo commisi, ut prorsus inglorius et obscurus viverem, sed ad sapientiæ studium et ad ea scribenda, quæ de rebus Græcorum, regum et publicis negotiis cogitando eruissem, scribenda confugi. At quanquam a commodo privato, cui alii oratores inhiant, ita fuerim alienus, ut ad sublevandas reipublicæ necessitates majores etiam quam pro opibus meis sumptus fecerim, Græcorumque utilitati semper consuluerim in orationibus, spes tamen, ut majori etiam honore afficerer, semper fefellit. (ς'.) Iniqua sunt de nobis populi judicia, perturbata, plane inconsiderata. Aliorum oratorum morem vituperantes illos ipsos reipublicæ præficiunt, meas autem orationes laudantes mihi ipsi ob easdem orationes invident. (ζ'.) Sed quid mirum est, populum ita erga me affectum esse, quum ii, qui se egregios putant, mihi etiam sint infensiores indoctis. Sine me vivere vix queunt, orationibus meis pro exemplis utuntur et tamen obtrectare mihi semper student. (η'.) Attamen orationes nostras ab iis male tractari æquo animo ferrem, nisi quoque maledictis aggrederentur, meque nihili habere doctrinam aliorumque omnium institutionem præ mea contemnere dicerent, ut nuper factum esse accipio. Quæ etsi de me nec quisquam credat, siquidem contrarium ubique præ me feram, tamen pungit me infelicitas mea, quæ, ab isto hominum genere profecta, perpetuo me persecuta est, calumniarum et invidiæ mei unica causa. (θ'.) At quanquam vera criminando mendaces istos facile refellere possem, tamen, quia nulla eorum ratio habenda est, iis tanquam invidis neglectis reliquos docere conabor, eos immerito et injuria ita de me sentire. Sed et hoc rejiciendum est, siquidem illos hoc ipso, quo eos lenire studerem, i. e. oratione non invenusta fortasse, magis etiam irritarem. At tacite prorsus præterire illos et ad orationem ipsam accedere, ideo non licet, quoniam et procemium fine et oratio secutura exordio tunc careret. Optimum igitur fuerit, pergere, quæ incœpi, et quid de doctrina deque poetis sentiam, proferre, quo desinant, falsa de me comminisci et quidquid in buccam venerit, garrire. (ι'.) Licet igitur sophistæ mihi succenseant, tamen

ρεστούς, οἷς οἱ πολλοὶ μᾶλλον χαίρουσιν ἢ τοῖς περὶ τῆς αὑτῶν σωτηρίας λεγομένοις, οὐδὲ τοὺς τὰς παλαιὰς πρά-

adolescentibus modo, non item iis, qui ad virilem ætatem pervenerunt, ista studia convenire dico. His aliæ potius res, et quidem utiliores, curæ sunto, ne in cæteris vitæ negotiis imperitiores sint quam servi et in privatis congressibus inepti et vix tolerabiles. (ια'.) Contemno igitur omnem artem, doctrinam facultatemque eorum, qui negotiorum in vita communi ignari sunt; secundo, qui cum hominibus versandi artem non callent; tertio, qui sibi ipsis imperare nequeunt; quarto denique, qui moderatione ac prudentia carent. (ιβ'.) De Homeri reliquorumque poematibus, quorum contemptus mihi objectus est, dicere quidem velim, sed præfationis fines jam a me prætergressos esse video, ideoque hæc in aliud tempus differenda, et gravioribus de rebus jam dicendum erit. (ιγ'.) De beneficiis igitur Athenarum, sed alia ratione, quam in Panegyrico factum est, disseram; nam ibi obiter tantum, hoc loco consulto de iisdem loquar. Quanquam vero probe scio, quam provecta sim ætate, et quanta de re dicere coner, quamque difficile sit, factis et magnitudine et pulcritudine excellentibus laudes æquare; tamen partim ob accusatores urbis, partim ob inertes laudatores ejusdem, imprimis autem ob ætatem meam, quæ, si res successerit, gloriam, si minus contigerit, veniam sperare facit, ab incœpto non desistendum esse judico. (ιδ'.) Qui civitatem aliquam rite laudaturus est, eum oportet aliam eamque similem comparare, quo excellentia illius eo magis appareat; quodsi quis fecerit nostramque civitatem cum Lacedæmoniorum civitate comparaverit, is nostram et potentia et rebus gestis beneficiisque in Græcos inveniet longe superiorem. (ιε'.) *Confirmatio.* Vetera certamina mittens, ab eo tempore initium faciam, quo Lacedæmonii illas regiones occuparunt, in quibus postea habitarunt, ut appareat, Atheniensium majores istas contra Barbaros inimicitias retinuisse, quas a Trojano bello conceperant. (ις'.) Atque primo Cycladas insulas Caribus eripuerunt Græcorumque egentissimis colendas tradiderunt. Deinde Græciam versus Ionium et Ægæum mare Barbaris ejectis dilatarunt, in utraque ora multas magnasque urbes condentes; Lacedæmonii contra, tantum abfuit, ut Barbaros invaderent Græcisque benefacerent, ut etiam, agricultura, opificiis cæterisque omnibus neglectis, omnes Peloponnesi civitates singulatim oppugnare, vexare evertereque non desisterent, una Argivorum urbe excepta. Athenienses igitur Græciam, Lacedæmonii suam tantum civitatem auxerunt: illi inopibus Græcis urbes agrosque Barbarorum tradiderunt; hi Græcis sua eripere non erubuerunt. (ιζ'.) Exorto deinde Persico bello, in quo Xerxes mille et ducentas triremes et septies centena millia peditum coegerat, Spartiatæ, omnibus Peloponnesiis imperantes, ad navale prœlium decem tantum triremes contulerunt; patres vero nostri, urbe relicta, plures naves easque pluribus copiis instructas præbuerunt, quam universi reliqui una prœliantes. Illi Eurybiadem ducem, nostri Themistoclem miserunt, cujus imperio omnia ita prospere successerunt, ut ii, qui periculorum socii fuerant, adeptum Lacedæmoniis imperium nostris ultro traderent. (ιη'.) Postea contigit, ut Lacedæmoniorum quoque civitas maris imperio potiretur, in quo administrando Lacedæmonii majoribus nostris, etsi et hos non omnino laudo, non minus inferiores sunt, quam in antea commemoratis: nostri enim patres sociis suaserunt, ut eandem reipublicæ formam, qua ipsi perpetuo usi fuerant, amplecterentur; Lacedæmonii contra novam prorsus iis obtruserunt, decem viros singulis urbibus præficientes, qui, quod inter omnes constat, injustitia rapacitateque non tantum se suosque amicos suasque patrias perdiderunt, sed Lacedæmonios etiam in maximas miserias conjecerunt. (ιθ'.) Hinc Athenienses imperium illud quinque et sexaginta continuos annos, Spartiatæ vero idem vix decem annos tenuerunt. Deinde quum utrique imperio hoc invisi facti in bella atque tumultus incidissent, nostra civitas conjunctas Græcorum Barbarorumque vires per decem annos sustinuit, Lacedæmonii autem uno tantum a solis Thebanis prœlio fusi, iisdem fere quam nos calamitatibus circumventi sunt. Præterea nos breviori temporis spatio ad pristinum dignitatis gradum revertimus, quam debellati sumus; sed Lacedæmonii in iisdem adhuc malis versantur. (κ'.) Sub nostro imperio Barbari terra marique angustis limitibus coercebantur, Lacedæmoniis contra imperantibus quacunque libertate fruebantur, multasque etiam Græcas civitates in ditionem acceperunt. (κα'.) Nonne igitur æquum est, eam civitatem, quæ Barbarorum insolentiam fœdere cladibusque fregerit, Græcos beneficiis affecerit, pro sua ipsius salute fortius dimicaverit, quam illa, quæ ob rem militarem maxime celebratur, calamitatesque celerius quam illa

ξεις καὶ τοὺς πολέμους τοὺς Ἑλληνικοὺς ἐξηγουμένους, καί-
περ εἰδὼς δικαίως αὐτοὺς ἐπαινουμένους, οὐδ᾽ αὖ τοὺς ἁπλῶς 233

propulsaverit, magis etiam laudari atque honorari, quam illam, quæ in omnibus his fuerit inferior? (κβ'.) At quanquam Lacedæmoniorum fautores hæc refutare non possunt, accusant tamen civitatem nostram, judiciaque criminantur, quæ sub imperio nostro socii subierunt, maximeque Meliorum Scionæorumque infortuniis immorantur. (κγ'.) Ego vero, etsi omnia hæc refellere neque possem neque velim, ostendere tamen conabor, Lacedæmonios in rebus modo dictis acerbiores sævioresque etiam nostra civitate fuisse, eosque, qui in illorum gratiam nobis maledicunt, perquam stolidos esse, accusantes quippe eorum, quibus Lacedæmonii potius obnoxii sunt nobisque majora etiam in illos crimina regerendi occasionem præbentes. (κδ'.) Veluti nunc, quis adeo stupidus sit, quin respondeat, plures Græcos a Lacedæmoniis indicta causa interfectos esse, quam a nobis, ex quo urbem incolimus, in jus vocatos. (κε'.) Atque eadem est tributorum exigendorum ratio: nam tributariarum civitatum commodis melius quam Lacedæmonii consuluimus, quæ ex arbitrio suaque potius quam nostra causa, et pauca tantum ex iis, quæ nostris beneficiis possidebant, contulerunt. (κς'.) Quod porro ad eversiones attinet, quas quidam nobis solis objiciunt, sciendum est, nos in tantillas insulas deliquisse, quas plerique Græcorum ignorant; Lacedæmonios contra maximas nobilissimasque Peloponnesi civitates evertisse, Messenen, Lacedæmonem et Argon, quarum duces, Nestor, Menelaus atque Agamemnon, in bello Trojano maximis virtutibus conspicui fuerunt, ut ex sequentibus clarius etiam apparebit. (κζ'.) Vereor quidem, ne in Agamemnonis laudes digressio vitio vertatur, sed illi opem ferre decrevi, cui idem, quod mihi aliisque multis accidit, ut ea fraudaretur gloria, quæ meritis ejus debebatur. (κη'.) Tantum ille honorem adeptus est, ut solus totius Græciæ dux factus sit. Hanc vero potentiam nactus nulli Græcarum urbium molestius fuit, sed adeo fuit ab hac re alienus, ut etiam nonnullas bello et turbis liberaverit et reconciliatas inter se contra Barbaros duxerit. Qua illius expeditione nihil præstantius nihilque Græcis fuit utilius, etsi minorem assecutus est gloriam, quam ii, qui nec imitari illum ausi sunt. (κθ'.) Nec illi satis fuit, milites privatæ conditionis delegisse, verum etiam regibus persuasit, ut se duce, verbo quidem pro Helena, re autem vera pro Græciæ salute contra Barbaros bellum gererent. (λ'.) Ac tantam multitudinem, cui et deorum geniti impetuosi, invidi gloriæque cupidi heroes inerant, per decem totos annos continuit, non magnis stipendiis, sed quod et prudentia cæteros præstaret, et commeatum ex hostium agris militibus suppeditaret, rectiusque consuleret illorum saluti, quam illi sibimetipsis; non prius discedens, quam et ejus urbem excidisset, qui in Græcos delinquere ausus esset, et Barbarorum insolentiam coercuisset. (λα'.) Atqui non ignoro, hæc de Agamemnonis virtute dicta, etsi nec quidquam eorum sit improbandum, tamen ab omnibus, ut multo prolixiora, reprehensum iri. (λβ'.) Sed existimavi, minus grave fore, si quibus in hac parte videar temporis et modi rationem non habere, quam si de tali viro disserens, aliquas laudes prætercam; etsi nocitura mihi, laudatis profutura esse sciam; utilitate enim neglecta justitiam ubique præposui. (λγ'.) Sed nescio, quo abripiar, ab instituto longissime digressus. Restat, ut, petita senectuti oblivionis et loquacitatis venia, ad illum locum redeam, ex quo in hanc garrulitatem incidi. (λδ'.) Istis igitur, qui nostræ civitati Meliorum taliumque oppidulorum calamitates exprobrant, respondi, Athenienses deliquisse quidem, sed Lacedæmonios urbes majores pluresque quam nos evertisse, easdemque, quæ tales viros genuissent et educassent, de quibus plura etiam atque præclariora, quam a me factum sit, dici possent. Ne vero de Lacedæmoniorum crudelitate disserenti mihi unus hic locus relictus videatur, hæc sufficiant; (λε'.) quippe qui non tantum in has urbes virosque deliquerint, verum etiam Messenios, populares suos occupandæque Peloponnesi omniumque periculorum socios, regione expulerint cumque Argivis etiam nunc bellum gerant. Platæenses quoque, in quorum agro quorumque solo, ex omnibus Bœotiis, auxilio, nobiscum et cum aliis sociis, omnibus Græcis libertatem in bello Persico restituerunt, iidem Lacedæmonii, capta urbe, in Thebanorum gratiam paucis exceptis omnes interfecerunt; nostra vero civitas Messeniorum reliquiis Naupactum habitatum dedit, et Platæenses, quicunque Athenas confugerant, civitate donavit. (λς'.) Sed sicuti antea in oblivionem incidi, ita nunc in asperitatem me esse delapsum sentio, omniaque quæ dicere noluerim, propter copiam rerum mihi affluentium, manifestasse. Quod quum semel factum sit, de cæteris etiam

εἰρῆσθαι δοκοῦντας καὶ μηδεμιᾶς [1] κομψότητος μετέχοντας,
οὓς οἱ δεινοὶ περὶ τοὺς ἀγῶνας παραινοῦσι τοῖς νεωτέροις

[1] κοσμιότητος A. C. L.

Græcorum malis, quorum Lacedæmonii quædam primi, quædam soli admiserunt, non est silendum. (λζ'.) Plurimi utramque civitatem accusant, quod prætexens, se pro Græcis contra Barbaros dimicasse, Græcas civitates tanquam bello captas servitute oppresserit. (λη'.) Cujus accusationis non nos in causa fuimus, sed nostri in quacunque re adversarii. Nostri enim majores nunquam civitatis alicujus imperium affectarunt; Lacedæmonii contra, ex quo in Peloponnesum venerunt, nihil aliud egerunt, nisi ut omnibus, vel, si id fieri nequeat, Peloponnensibus saltem, imperarent, et fere omnes civitates seditionibus, cædibus administrationumque mutationibus implerent; quod nostram civitatem sub primo suo imperio commisisse in socios nemo dicere audeat. Verum quidem est, recuperato post Cononis ad Cnidum victoriam imperio, duos vel tres Atheniensium duces in quasdam seditiosas civitates acerbius consuluisse, sed Lacedæmoniorum in hac re exemplo seducti facile excusari possunt. (λθ'.) Illud vero est Lacedæmoniis proprium, quod nulla alia re, quam insatiabili regnandi cupiditate impulsi, socios nostros ad defectionem spe libertatis impellentes, et cum Persarum rege de amicitia et societate agentes, illos servitute oppresserint, regis autem fratri, Cyro minori, persuaserint, ut de regno armis contenderet, collectoque exercitu Clearchum ducem contra illum miserint; sed spe sua frustrati qualesque essent cogniti, in maximas turbas inciderunt. Ad postremum navali certamine a Conone et Persis superati pacem Antalcidicam sibi turpissimam inierunt, qua Persis omnes Asiam incolentes Græcos tradiderunt, quorum auxilio et nos subegerant et Græcos in suam redegerant potestatem; atque hoc fœdus in suis ipsorum templis inscripserunt sociosque inscribere coegerunt. (μ'.) Ac cæteris quidem hæc argumenta satisfacere arbitror, mihi vero ipsi deesse videntur, quæ amentiam illorum ostendant, quibis dictis adversari susceperint. (μα'.) Illorum enim, qui omnia Lacedæmoniorum facta probant, prudentiores, credo, de rebus eorundem contra Græcos gestis mihi assentient; insipientiores vero, qui, quum de nulla re tolerabiliter dicere queant, Lacedæmonios extollunt, ubi nihil eorum, quæ a me dicta sunt, refutari posse viderint, ad disputationem de rebuspublicis se convertent et Spartanos præcipue ob temperantiam et obedientiam, quæ illic vigent, laudabunt. (μβ'.) Quam isti, quæso, ridiculi! Ego enim non disputationem de rebuspublicis institui, sed illud probare volui, nostram civitatem de Græcia melius esse meritam, quam Lacedæmonios. (μγ'.) Verum quum eos de reipublicæ forma locuturos esse putem, de hac quoque disserere non gravabor, sperans, nostram civitatem hac in re plus etiam excellere, quam breviter ante dictis. (μδ'.) Hæc autem dico de illa forma, quæ apud majores nostros fuit, non de hac, quam tanquam ad imperium maritimum utiliorem patres nostri, temporibus coacti, assumpserunt, quaque ordo rerum paullo immutatus est. Quanquam enim apparebat, nautis aliisque hujus generis hominibus in urbem confluentibus et veteris reipublicæ disciplinam dissolutum iri et sociorum benevolentiam alienatum; tamen patres nostri satius ducebant, quaslibet potius difficultates, quam Lacedæmoniorum imperium perpeti, et quum duæ res ad eligendum proponerentur, quarum neutra bona esset, id potius eligendum putabant, ut aliis contra jus imperarent, quam ut Lacedæmoniis injuste servirent. (με'.) Nunc vero de rebus Atheniensium gestis et majorum virtute verba faciam, ab illis temporibus exorsus, in quibus et barbaricæ gentes et omnes Græciæ civitates regibus parebant, ut, qui de laude virtutis contendunt, eos a primo statim ortu aliis longe antecelluisse appareat, et ne alienorum mentione facta, de majoribus nostris taceam, qui alios potentia præditos tanto superarunt, quanto mansuetissimi viri immanissimas bestias post se relinquunt. (μς'.) Nam tum in aliis civitatibus, tum vero in his potissimum, quæ maximæ sunt et habentur, cædes fratrum, et patrum, et hospitum, matrumque mactationes incestosque concubitus aliaque id generis quam plurima perpetrata inveniemus; (μζ'.) quorum non ideo mentionem feci, quo nec quidquam tale apud majores factum esse ostendam, sed illos etiam et superioris et hujus nostræ ætatis hominibus omni virtutis genere antecelluisse, demonstrem. (μη'.) Ita sancte et præclare tum res civitatis, tum suas administrarunt. A diis geniti, primi urbem condiderant, legibus usi erant, deos justitiamque coluerant; neque permixti cum aliis neque aliunde venerant, sed soli Græcorum indigenæ regionem natalem parentis loco diligebant,

μελετᾶν, εἴπερ βούλονται πλέον ἔχειν τῶν ἀντιδίκων, ἀλλὰ πάντας τούτους ἐάσας περὶ ἐκείνους ἐπραγματευόμην τοὺς

diis adeo cari, ut quædam regiæ familiæ quatuor aut quinque totas ætates permanserint, ut Erechthonii gens, quæ ad Theseum usque regnavit, satis docet. (μθ΄.) Cujus Thesei etsi jam antea mentionem feci, quod nunc factum nollem, unum tamen restat et virtutis et prudentiæ illius insigne documentum. (ν΄.) Etsi regnum habebat tutissimum et maximum, in quo multas easque præclaras res gesserat, ille tamen gloriam, laboribus certaminibusque partam, ignavæ beatæque vitæ in ipso ætatis flore anteposuit, civitateque multitudini ad administrandum permissa, tum pro ea, tum pro aliis Græcis pericula adire perrexit. (να΄.) Illi autem, qui civitatis regundæ curam ab illo susceperant, quanquam varias rerumpublicarum formas ignorabant, democratiam tamen cum aristocratia conjunctam, quam omnes utilissimam et jucundissimam confitentur, elegerunt. Nostra quidem plebs illam timocratiam appellat; (νβ΄.) ego vero tres duntaxat esse dico rerumpublicarum formas: monarchiam, oligarchiam, democratiam: quarum in quavis bene vivitur, si optimis civium magistratus et cætera munia mandata sunt; pessime autem, si pessimis; denique nunc bene, nunc male, si alias boni, alias mali in consilium adhibentur. (νγ΄.) At hæc aliis plura de imperii formis disserendi materiam præbeant, mihi in præsentia tantum de majorum nostrorum republica, tanquam optima et Lacedæmoniorum formæ præferenda, disserendum est. (νδ΄.) Erit autem hæc oratio neque molesta neque intempestiva iis, qui de rebus gravissimis libenter audiunt; prolixior vero iis, qui tum conviciis oratorum, tum rerum vilissimarum laudationibus delectantur. Verum ego ejusmodi auditores nunquam curavi, sed eos habere præoptavi, qui, prolixitatis plane securi, tantam hujus orationis partem perlegant, quantam ipsi voluerint; maxime vero eos, qui præstantium virorum laudibus delectentur, quorum virtutes imitantes, quum ipsi splendidam gloriam assequi, tum civitates suas feliciores reddere possint. (νε΄.) Melior igitur civitatis nostræ illis temporibus administratio regibus, quos paullo ante commemoravi, acceptum referri debet, quippe qui populum in omni virtutis genere erudirent exemploque suo docerent, animam civitatis esse reipublicæ formam, a qua omnis civium felicitas pendeat. (νϛ΄.) Neque vero priscum administrandi modum propter factam imperii mutationem populus oblitus est, sed malos ejusmodi reipublicæ duces, qui sibi potius quam civitati bene volunt, respuit, quorum si quis omnia scelera et improbitates recensere voluerit, scribendo deficiat. (νζ΄.) Quas improbitates quum majores nostri odissent, non temere quoslibet consiliarios et magistratus fecerunt, sed optimos quosque et prudentissimos ac vitæ integritate spectatissimos elegerunt, omnia illis civitatis munia mandantes, sperantesque, eos, qui pro concione optima suadere et vellent et possent, omnibus quoque in locis et negotiis eodem animo futuros. (νη΄.) Neque illi hac spe frustrati sunt: nam per hos viderunt paucis diebus leges conscriptas paucas quidem, sed cognitu faciles, sed sibi consentientes, sed justas et utiles. Eodem tempore ad magistratus sunt evecti, qui a tribulibus et popularibus delecti erant: quibus, si bene rem gesserint, præter honorem et molestiam, si male, præter pœnam et ignominiam nihil a populo exspectandum erat. Hinc nullæ tunc de magistratibus contentiones, quos effugiendos potius quam ambiendos cerdebant; omniumque comprobatio democratiæ, quæ populo talium munerum immunitatem daret, eundemque quum delegendi tum delinquentes puniendi arbitrum faceret.° (νθ΄.) Argumento est, quod populus, qui formas imperii, quæ sibi displicent, destruere solet, in hac plusquam mille annos perstiterit, ab illo tempore, quo accepit, usque ad Pisistrati tyrannidem. (ξ΄.) Quibus si qui fortasse fidem denegaverint, scriptorum me de veterum institutis nobis relictorum auctoritate usum esse sciant; hominesque plura audita cognoscere quam visu; meque, non negligendas quidem ejusmodi objectiones existimare, neque tamen refutandis iis diutius immorandum. (ξα΄.) Exposita igitur reipublicæ forma restat, ut civitatis commoda inde secuta enarrem, quo reipublicæ ejusque consiliariorum præstantia magis etiam intelligatur. (ξβ΄.) Sed ne hæc quidem sine præfatione; ne quis dicat, me, dum res a majoribus gestas eorumque disciplinam militarem expono, leges Lycurgi a Spartanis hodieque observatas recitare. (ξγ΄.) Verum quidem me multa esse dicturum, quæ et illic recepta sunt; sed Lycurgus nostrorum majorum administrationem tantum imitatus, democratiam aristocratia temperatam, qualis apud nos fuit, domi instituit, magistratus per suffragia creando, Senatuique eandem quam Areopago nostro auctoritatem tribuendo. (ξδ΄.) Jam rei militaris peritiam

περὶ τῶν συμφερόντων τῇ τε πόλει καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι συμβουλεύοντας, καὶ πολλῶν μὲν ἐνθυμημάτων γέμοντας,

non prius excoluisse Spartanos, quam nostros, ita me perspicue ostensurum arbitror, ut nemo contradicere audeat. (ξε΄.) At si quis dicat, civitates Atheniensium et Lacedæmoniorum plurima beneficia in Græcos contulisse, eosdemque maximis malis, post Xerxis expeditionem, affecisse, is verum cuique dicit, qui res illorum temporum cognitas habet: nam postquam contra Xerxem fortissime pugnaverant, eo insaniæ sunt progressi, ut cum eodem, qui utramque urbem funditus delere animo conceperat, quemque facillime fregerant, pacem in omne ævum fecerint, pravaque æmulatione incensæ se ipsæ cæterosque Græcos perdere non prius destiterint, quam communi hosti eam potentiam dedissent, ut Lacedæmoniorum ope Athenienses et horum ope illos in summum discrimen adduceret; neque nunc pudeat eas, opibus illius cum contentione quadam adulari, seorsim ad illum legatos mittentes, quamvis inter utramque civitatem societas facta sit, sperantes scilicet, utri ille fuerit propitior, ejus in potestate Græciam fore. (ξϛ΄.) His plane contraria fecerunt ii, qui nostram urbem olim administrarunt. A Græcis urbibus, tanquam a donariis templorum abstinentes, primum justissimum et maxime necessarium bellum habuerunt illud, quod contra belluas gereretur; proximum, quod Græci contra Barbaros, et natura hostes et nobis omni tempore insidiantes, susciperent. (ξζ΄.) Aliarum civitatum dissidia legationibus et disceptationibus tollere studuerunt, mittentes summæ apud se auctoritatis viros, qui cum civitatum illarum egenis ac ferocibus, quibus persuaserant, ut se in militiam sequerentur, Barbaros, partim ex insulis, partim ex utraque ora, expulerunt, ibique egentissimos Græcorum collocarunt. Atque hoc nostri majores tamdiu fecerunt, quoad Spartani omnes Peloponnesi civitates subigere inceperunt, ubi sua tueri coacti sunt. (ξη΄.) Bellis autem de coloniis constituendis hoc effectum est, ut Græci rebus ad vitam necessariis instructiores fierent, Barbari expellerentur, Græcia denique fieret duplo major. (ξθ΄.) Quo beneficio etsi nihil possit reperiri majus, tamen aliud afferri potest, haud minore prædicatione dignum, idemque cum peritia rei militaris magis conjunctum. (ο΄.) Quum ad Thebas Adrastus non posset inducias impetrare, nec occisos ad sepulturam auferre, nostra civitas, cui ille supplex factus erat, legatos Thebas misit, et cadavera sepelienda accepit. (οα΄.) Scio quidem, me in oratione Panegyrica contraria his scripsisse, sed tempora ita facere suaserunt. Nihilo minus tamen id, opinor, omnibus hinc manifestum erit, quantum civitas nostra illo tempore bellica fortitudine præstiterit; si quidem Thebanorum principes nostris legatis obtemperare maluerint, quam legibus a deo latis. (οβ΄.) Quanquam autem multa et præclara majorum facinora dicenda habeam, Spartanorum tamen dimicationes et pugnas nostris præmittam, ut Atheniensium facinora clariora et æquiora ad finem disputationis reserventur. (ογ΄.) Doriensium, qui, expugnata Peloponneso, urbes ejusdem trifariam diviserant, tertia pars, quos nunc Lacedæmonios dicimus, quum seditionibus laboraret, iique, qui altiora quam vulgus cogitabant, superiores evasisssent, adversam factionem non, ut alii, in eadem secum urbe vivere passi sunt, sed plebem servitute oppressam in vicinia collocarunt, eique tam parum deterrimi agri impertierunt, ut maximo labore victum vix extruderent. Cujus multitudinis humilem ac infimam partem postea angustissimo loco concluserunt, ut nomine quidem cives, re vera autem municipia essent. Hos insuper maximis periculis et laboribus objicere moris erat, et, quod maximum est, Ephoris licet, indicta causa tot eorum occidere, quot libitum fuerit. (οδ΄.) Quæ ideo fusius exposui, ut Lacedæmoniorum acres defensores interrogare possim, an hæc aliaque ejusmodi facta probent, nullius rei nisi emolumenti causa commissa, neque decora iis, qui veram virtutem sibi vindicant, bonis viris ac honestis cum pietate et justitia innatam. Qua neglecta quidam eos laudant, qui maxima scelera perpetrarunt, non animadvertentes, se mentem suam aperire, prædicando, illos, qui alienarum rerum cupiditate etiam amicissimos sibi occidere non dubitent. (οε΄.) Miror autem, si qui sunt, qui partas præter jus victorias cladibus sine ignavia acceptis non turpiores putent, quanquam sciant, sceleratos, qui rerum alienarum cupidi pugnant, multitudine et incuria deorum superiores sæpius fieri viris honestis, qui, ut Spartani illi ad Thermopylas, pro patria mori non recusant. Ignorant scilicet, nihil sanctum, nihil honestum esse, nisi quod cum justitia dicatur et fiat; cujus Spartani nunquam curam habuerunt. (οϛ΄.) Nostris vero majoribus nihil magis curæ fuit, quam ut apud Græcos bene audirent, quod tam in administranda repu-

οὐκ ὀλίγων δ' ἀντιθέσεων καὶ παρισώσεων καὶ τῶν ἄλλων b
ἰδεῶν τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις διαλαμπουσῶν καὶ τοὺς ἀκού-

blica quam in rebus Græcorum curandis manifestarunt; nam in tribus bellis præter Trojanum cum Barbaris gestis omnibus aliis præstantiores fuere. (οζ'.) Jam vero de bellis cum Xerxe et de coloniis condendis cum barbaricis gentibus gestis antea satis dictum est; de eo igitur, quam brevissime potero, loquar, quod eo tempore conflatum est, quo Græcæ urbes vix conditæ essent, civitasque nostra regibus adhuc pareret; omissis pluribus, quæ illo tempore contigerunt. (οη'.) Quum Eumolpus, jus urbis possidendæ sibi arrogans, Amazonesque, ob Antiopem a Theseo captam et in matrimonium ductam, majoribus nostris bellum intulissent, victi atque deleti sunt. Idem accidit Erechtheo, Herculis liberos, qui supplices ad nos confugerant, in potestatem accipere postulanti, qui tantum abfuit, ut voti compos factus sit, ut etiam prœlio superatus et captus occubuerit. Post hæc isti a Dario ad vastandam Græciam missi, tantis ad Marathonem cladibus sunt accepti, ut fuga se ex universa Græcia proriperent. (οθ'.) Omnibus his, qui diversis temporibus urbem nostram invaserant, superatis, minime tamen superbia elati sunt, magis confidentes animi sui virtute suaque prudentia, quam prœliis commissis; quippe non ignorantes, multos, etiam flagitiis coopertos, fortitudine bellica præditos esse, sapientia autem ubique utili destitutos. (π'.) *Epilogus.* Alii quidem maximis facinoribus, et imprimis memorabilibus, orationem concludunt; sed cur ego ulterius dicere cogar, nunc ostendam. (πα'.) Quum perscriptam hactenus orationem cum aliquot discipulis meis corrigerem, et nil nisi conclusione opus esse videretur, eorum quidam, qui Lacedæmonios impense prædicant, laudata cæterum oratione, dicere audebat, Lacedæmoniis, etiamsi nullum in Græcos beneficium contulissent, illud tamen acceptum referri, quod inventa a se pulcherrima instituta et ipsi usurpassent et aliis demonstrassent. (πβ'.) Quod dictum in causa fuit, ne orationem finirem, ubi decreveram, sed illum edocerem primum, Spartanos ideo non posse esse inventores neque pietatis erga deos, neque justitiæ erga homines, neque denique in aliis rebus prudentiæ, quod multi his virtutibus conspicui fuerint, antequam Spartani istas sedes occuparint; deinde, par esse potius, ut diis geniti hasce virtutes invenerint aliisque imitandas proposuerint; tertio denique, sibi ipsi contradicere eum, qui, laudans orationem, in qua Lacedæmonios reprehenderim, diceret tamen, illos pulcherrimorum institutorum participes fuisse. (πγ'.) Præterea illud etiam mirabar, si nesciret, artes aut quaslibet res inveniri ab illis, qui ingeniis excellant aut e veteribus inventis plurima discere potuerint et ad nova investiganda animum præ aliis applicare voluerint; a quibus rebus Lacedæmonii tam remoti essent, ut ne elementa quidem literarum discant suosque liberos in ejusmodi rebus erudiant, quibus aliis malefacere possint. (πδ'.) Quarum exercitationum hanc tantum commemorabo, quod quotidie liberos a lecto statim, nomine ad venationem, re vera ad furtum emittunt, quorum deprehensi nummis plagisque puniuntur, latentes vero et inter pueros sunt celebriores et viam sibi ad maximos honores hac solertia muniunt. Nonne erubescendum est istis, qui tam longe a communibus legibus recedunt, ut Græci Barbarique maleficiis ac furto deditos servis nequiores judicent, ipsi vero ejusmodi nebulones honorandos existiment? (πε'.) Hæc ille audiens, non quidem omnia illorum probare se dixit, sed doluisse, se, lecta mea oratione, nihil habuisse, quod respondere potuisset, Lacedæmonios hactenus laudare solitus; nec, quum de institutis eorum pulcherrimis locutus esset, pietatem, justitiam prudentiamque respexisse, sed hoc de gymnasiis ibi receptis, fortitudinis exercitatione et de rei militaris studio in universum intellexisse, quæ, sicuti per se ipsa præclara, ita apud illos usitatissima esse, quivis fateatur. (πϛ'.) Hoc illius responso acquievi, non, quod ullum accusationis meæ caput diluisset, sed quod sapientius se defendisset, quam antea jactasset. (πζ'.) At habere me, inquiebam, quare istas res, quas modo laudasset, gravius etiam quam puerorum furacitatem accusem. Hac enim liberi duntaxat eorum corrumpuntur, his vero institutis Græcos perdiderunt; quippe qui rei militaris peritia non contra hostes, sed contra conjunctissimos et cognatos utantur. (πη'.) Verum tu non solus ignoras, quinam rebus bene utantur, sed maxima fere pars Græcorum. Nulla enim res per se est laudanda, sed usus ejusdem est ubique exspectandus, qui si bonus est, bona hæc res est habenda, si malus, mala; quod inde perspicitur, quod eædem res aliis prosunt, aliis obsunt. (πθ'.) Atqui hoc de concordia quoque valet, quam in Spartanis multorum malorum causam fuisse reperimus. Hi enim,

οντας ἐπισημαίνεσθαι καὶ θορυβεῖν ἀναγκαζουσῶν· νῦν δ'
οὐδ' ὁπωσοῦν τοὺς τοιούτους. ἡγοῦμαι γὰρ οὐχ ἁρμόττειν

concordia sua freti, ubi Græcos inter se dissidere cognoverant, ita se gesserunt, ut rapiendi studium eorum artificium esse videretur, civitatesque factionibus distractas ex arbitrio tractarent, ut concordia illorum piratarum illi aut Triballorum sit similis, qua hi non tantum finitimos, sed omnes etiam, ad quos pervenire possunt, perimunt. At vero non hos, qui sibimet ipsis tantum bene volunt, sed virtutem imitandam esse censeo, quæ non ipsa se, sed alios, quorum animis insederit, felices reddat. (ϟ'.) Quibus dictis, adolescentuli quidem, qui omnibus his interfuerant, me laudarunt, illumque contempserunt; sed de utroque nostrum in errore versabantur. Ille enim prudentior factus discesserat, Lacedæmoniosque melius noverat; ego vero amentior relictus eram et animosior, quam nostram ætatem decet, (ϟα'.) quod statim apparebat: nam simulatque respiravi paullulum, non prius conquievi, quam puero orationem hanc dictassem. Sed, ubi paucis post diebus eam attentius perlegeram, ob ea, quæ de Lacedæmoniis temere ac nimis acerbe dicta erant, graviter dolui, eamque totam delere jam certum, piguit tamen me senectutis laborisque, quam illi conficiendæ impenderam. (ϟβ'.) His curis æstuanti sæpiusque consilia mutanti consultissimum visum est, ut cum discipulis aliquot, qui in urbe essent, deliberarem, utrum oratio hæc prorsus delenda an edenda esset: a quibus, statim vocatis, lecta est illa ac magno plausu excepta. (ϟγ'.) Deinde, dum reliqui de iis, quæ lecta fuerant, inter se disputabant, is, quem ab initio in consilium adhibueram, videris mihi, inquit, neque de abolenda oratione cogitasse, neque, quo dicis consilio, nos advocasse, neque denique hac mente hanc orationem scripsisse, quam quis te habuisse putet. Tentaturus nos potius videris, an veram orationis mentem et solertiam perspicere queamus. (ϟδ'.) Propositum tibi erat ab initio, Atheniensium laudes conscribere ita, ut, rebus fabulosis, quæ in vulgus notæ sunt, prætermissis, earum tantum mentionem faceres, quas veras esse omnes confiteantur, neque has simpliciter narrares, sed laudes majorum cum vituperatione Lacedæmoniorum conjungeres, quo majorem tibi hæc oratio conciliaret apud nonnullos admirationem et tute tibi ipse constares. (ϟε'.) Ac ne tibi contradicere videreris in hoc, quod Lacedæmonios antea laudibus extollens, nunc opprobriis obrueres, ecce tibi reperta est callidissima via; usus es ambiguis verbis, quæ intelligentibus laudem, tardis vero convicia continerent, quibus in tali negotio absque reprehensione uti licet. Laudatis nimirum Atheniensium majoribus, Lacedæmoniis contra vituperatis; (ϟϛ'.) esse tamen nonnullos, ais, qui Lacedæmonios prædicarent, omniaque eorum opprobria in laudes converterent, dicentes, superbiam, quam tute ipsis objiceres, cum magnanimitate conjunctam esse, studium belli pacis amori multis de causis anteponendum, excellendi denique cupiditatem nemini unquam vitio, sed laudi ductam, utpote quod ab omnibus omnino hominibus tanquam maxime optabile semper expeteretur. (ϟζ'.) Nunc, prætermissis iis, quare nos in consilium vocasse simulas, restat, ut objectionibus tuis, quas futuras prævideo, occurram. Dices nimirum, hac mea veri consilii tui explicatione orationi tuæ, quam de industria intellectu difficilem reddideris, lectores quidem me conciliaturum, sed sagacitatis laudem iis lectoribus ademturum, qui sibimet ipsis negotium facessere amant. (ϟη'.) At pace tua dictum sit, equidem aliter prorsus hac de re sentio. Quanquam enim intelligentia mea longissime distat a tua, tamen, quod subinde fieri solet, ut imperitior melius perspiciat, quid faciendum sit, quam exercitatus, ego quoque hac in re expedire tibi potius duco, si eam sententiam, quæ vere in hac oratione latet, quam citissime manifestam reddere possis, quam tibi honori futurum, si lectores de vera orationis mente diutissime ambigui fuerint, atque hoc imprimis Lacedæmoniorum causa, qui, hisce, quæ a me dicta sunt, lectis, quum in legendo parum sint exercitati, statim animadvertent laudes, quæ in civitatem suam a te collatæ sunt, neglectisque conviciis acceptum tibi referent, quod hac ratione clariores etiam fient. (ϟθ'.) Hæc cogitantes, vetera facinora, ob quæ majores eorum laudasti, sæpe, te duce, in memoriam revocabunt: primum, se, quum Dorienses essent, multarumque rerum egentes, primarias Peloponnesi civitates expugnasse, occupatasque hodieque tenere; (ρ'.) deinde, regione cum Messeniis et Argivis partita, ubi seorsim in Sparta consedissent, tanta se animi magnitudine fuisse, ut omnibus, quamvis numero paucissimi essent, Peloponnesi civitatibus, urbe Argivorum excepta, potirentur. Qua tanta gloria potentiaque auctos atque cumulatos, non minus laudi

οὔτε τοῖς ἔτεσι τοῖς [1]ἐνενήκοντα καὶ [2]τέτταρσιν, [3]ἀγὼ τυγχάνω γεγονὼς, οὔθ᾽ ὅλως τοῖς ἤδη πολιὰς ἔχουσιν, ἐκεῖνον τὸν τρόπον ἔτι λέγειν, ἀλλ᾽ ὡς ἅπαντες μὲν ἂν ἐλπίσειαν [4]εἰ ϐουληθεῖεν, οὐδεὶς δ᾽ ἂν δυνηθείη ῥᾳδίως πλὴν τῶν πονεῖν c
ἐθελόντων καὶ σφόδρα προσεχόντων τὸν νοῦν. τούτου δ᾽ ἕνεκα ταῦτα προεῖπον, ἵν᾽, ἤν τισιν ὁ μέλλων δειχθήσεσθαι [5]λόγος

[1] ἐννενήκοντα A. C. L. [2] τέσσαρσιν A. L. [3] ὢν ἐγὼ A. C. L. [4] ἢ A. C. L. [5] λόγος λεχθήσεσθαι A. C. L.

sibi duxisse Spartanos, se nullius unquam civitatis ductum secutos esse, sed perpetuo sui juris, bello Persico omnium Græcorum duces constitutos fuisse, in nullo unquam prœlio, rege suo duce, succubuisse, ac nunquam in tales calamitates, quales sunt cædes injustæ, direptiones pecuniarum etc., incidisse, aliis urbibus accidere solitas. Quæ quum omnia tu in hac oratione collegeris, maximam illi tibi gratiam habebunt. (ρα′.) Atque nunc aliam quam antea de te opinionem habeo. Quamdiu enim vives, majori etiam, credo, gloria gaudebis, quam qua nunc flores: defunctus vero immortalitatem nominis assequeris; nam pulcre laudasti utramque civitatem: alteram ex multitudinis opinione, quæ magni est æstimanda; alteram juxta judicium eorum, qui veritatem conjectura assequi valent, quod certe maximi est momenti. (ρϐ′.) Jam, omissis reliquis, quæ addere possim, de eo sententiam declarabo, cujus causa me arcessitum esse dicis. Auctor tibi sum, ut hanc orationem neque flammis tradas, neque aliter deleas, sed additis, quæ omissa fuerint visa, omnes has de ea disputationes illi adjungas, et si optimis Græcorum gratum, obtrectatoribus vero ægre facere volueris, illam cuivis legendi cupido impertias. (ργ′.) Quibus dictis magnoque a præsentibus non plausu, sed clamore exceptis, hi præter hæc, quæ modo dicta essent, nihil reliquum esse censuerunt, egoque præterquam, quod ingenium ejus et voluntatem erga me laudabam, de vera orationis meæ mente nihil adjeci. (ρδ′.) Hinc pauca tantum de iis, quæ in conficienda hac oratione mihi acciderunt, adjungere liceat. Incipiens illam nonaginta quatuor annos natus, eam demum hoc nonagesimo septimo ætatis anno profligavi; aliorum magis hortatu quam proprio animo commotus; siquidem morbus, quocum triennium fortiter conflictatus eram, et animum et vires mihi eripuerat. Sed tanta fuit illorum; qui absolutam partem perlegerant, prædicatio, ut resistere nullo modo potuerim. (ρε′.) Atque hæc non ideo narravi, quo veniam huic orationi peterem, sed imprimis, ut ejusmodi auditores laudem, qui orationes, doctrinam et artem commonstrantes, præponunt iis, quæ ad ostentationem et ad certamina publica compositæ sunt, veras, decipientibus, admonentes, ad gratiam et voluptatem dictis. Istos vero, qui aliter sentiunt, rogo, ut in judicando neque sibi neque aliis plus æque fidant, sed judicium modeste inhibeant, donec peritis harum rerum judicibus assentiri possint, a quibus non stolidi, sed modesti habebuntur. Lang. Ex ipso Isocrate, 94. annos ipse natus erat, quum hanc orationem scribere incepit: edita est triennio post, id est, quum orator 98. annum ageret, ante Christum 339. Auger.

ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΚΟΣ] Διότι πάντων Ἀθηναίων ὁμοῦ ἐγκώμιον περιέχει. Wolf. Hæc oratio videtur inscribi Panathenaicus, quia recitata fuit in Panathenæis, festis Athenarum solennibus. Id intendit orator ut laudet civitatem Atheniensem; sed in hoc discrepat Panathenaicus a Panegyrico ubi laudatur pariter civitas Atheniensis, quod illic laudetur occasione alterius argumenti, hic autem ejus laudatio sit ipsum orationis argumentum. Auger.

Ἀντιθέσεων] Ἀντιθέσεις, Quinctilianus *contraposita* vocat, Cicero fortasse *contraria relata contrariis*. Aristoteles in Rhet. ad Alexand. Ἀντίθετον, inquit, est *quod contraria nomina simul et vim suis oppositis habet, vel alterum horum: παρίσωσις, quum duo paria dicuntur membra: παρομοίωσις, non tantum paria membra facit, sed etiam similia ex similibus vocabulis.* Wolf. Vid. Dionys. Hal. de Isocrat.

Ἰδεῶν] Σχημάτων. Cor.

Ἐπισημαίνεσθαι] I.e. ut Wolf. explicat, ἐπαινεῖν, ἐπιφωνεῖν. Lang.

Οὐδ᾽ ὁπωσοῦν] *neque quomodocunque*, i. e. neutiquam. Ad τοὺς τοιούτους subaudi μελετῶ vel προαιροῦμαι. Auger.

Ἡγοῦμαι γὰρ κ. τ. λ.] Cf. Plat. Apol. Socr. §. 1.

Ἢ βουληθεῖεν] Conj. εἰ βουληθεῖεν. *si modo velint.* Lang.

μαλακώτερος ὢν φαίνηται τῶν πρότερον [1]διαδεδομένων, μὴ παραβάλλωσι πρὸς τὴν ἐκείνων ποικιλίαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν 233
ὑπόθεσιν αὐτὸν κρίνωσι τὴν ἐν τῷ παρόντι δεδοκιμασμένην.

ϐ′. Διαλέξομαι δὲ περί [2]τε τῶν τῇ πόλει πεπραγμένων
d καὶ περὶ τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς, οὐκ ἀπὸ τούτων ἀρξάμενος, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἐμοὶ συμβεβηκότων· ἐντεῦθεν γὰρ οἶμαι μᾶλλον κατεπείγειν.

γ′. Πειρώμενος γὰρ ἀναμαρτήτως ζῆν καὶ τοῖς ἄλλοις ἀλύπως, οὐδένα διαλέλοιπα χρόνον ὑπὸ μὲν τῶν σοφιστῶν τῶν ἀδοκίμων καὶ πονηρῶν διαβαλλόμενος, ὑπ᾽ ἄλλων δέ τινων οὐχ οἷός εἰμι γιγνωσκόμενος, ἀλλὰ τοιοῦτος ὑπολαμ-
e βανόμενος οἷον ἂν παρ᾽ ἑτέρων ἀκούσωσι. ϐούλομαι οὖν προδιαλεχθῆναι περί τ᾽ ἐμαυτοῦ καὶ περὶ τῶν οὕτω πρός με διακειμένων, ἵν᾽, ἤν πως οἷός τε [3]γένωμαι, τοὺς μὲν παύσω ϐλασφημοῦντας, τοὺς δ᾽ εἰδέναι ποιήσω περὶ ἃ [4]τυγχάνω διατρίβων· ἢν γὰρ ταῦτα τῷ λόγῳ δυνηθῶ διοικῆσαι κατὰ
234 τρόπον, ἐλπίζω τὸν ἐπίλοιπον χρόνον αὐτός τε ἀλύπως διάξειν, καὶ τῷ λόγῳ τῷ μέλλοντι ῥηθήσεσθαι τοὺς παρόντας μᾶλλον προσέξειν τὸν νοῦν.

δ′. Οὐκ ὀκνήσω δὲ κατειπεῖν οὔτε νῦν [5]τὴν ἐγγιγνομένην ἐν τῇ διανοίᾳ [6]μοι ταραχὴν, οὔτε τὴν ἀτοπίαν [7]ὧν ἐν τῷ παρόντι τυγχάνω γιγνώσκων, οὔτ᾽ εἴ τι πράττω τῶν [8]δεόντων. ἐγὼ γὰρ μετεσχηκὼς τῶν μεγίστων ἀγαθῶν, ὧν ἅπαντες ἂν εὔξαιντο μεταλαβεῖν, πρῶτον μὲν τῆς περὶ τὸ
b σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὑγιείας, οὐχ ὡς [9]ἔτυχον, ἀλλ᾽ ἐναμίλλως τοῖς μάλιστα περὶ ἑκάτερον τούτων ηὐτυχηκόσιν, ἔπειτα τῆς περὶ τὸν βίον εὐπορίας, [10]ὥστε μηδενὸς πώποτε

[1] ἐκδεδομένων A. L. [2] τε om. A. C. L. [3] γίγνωμαι A. L. [4] προαιρούμενος τυγχάνω διατρίβειν A. C. L. [5] τὴν νῦν γεγενημένην A. C. L. [6] μου A. C. L. [7] ἣν A. C. L. [8] μὴ δεόντων A. [9] ἔτυχεν A. C. L. [10] οὕτως, ὥστε A. C. L.

Ποικιλίαν] *varietatem, ornamenta elocutionis.* Idem.

Τὴν ἐν τῷ παρόντι δεδοκιμασμένην] Ἣν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐξελεξάμην καὶ προειλόμην ὑπόθεσιν τοῦ λόγου. Cor.

Ἐντεῦθεν — κατεπείγειν] Ad ἐντεῦθεν supple ἄρξασθαι, et verte: *hinc enim ordiri magis necessarium puto.* Lang.

Διοικῆσαι] *exponere.* Idem.

Ταραχὴν — ἀτοπίαν] *perturbationem — absurditatem* in eo sitam, quod in tantis bonis a natura sibi donatis, fortunam propter pauca quædam vitia culpet. Idem.

Τῶν δεόντων] F. τῶν οὐ δεόντων. Wolf. Male, credo. Sensus: neque mala neque bona tacebo. πράττειν autem τὰ δέοντα h. l. significat *felicem esse.* Laudat scilicet corporis animique sanitatem, vituperat morositatem et insatietatem. Lang. Τὸ πράττειν τὰ δέοντα πρὸς τὰ ἑξῆς ἀναφέρεται (ε′.), τὸ φιλοσοφεῖν δηλονότι καὶ τὸ πονεῖν. Cor.

ἀποϱῆσαι τῶν μετρίων μηδ' ὧν ἄνθρωπος ἂν νοῦν ἔχων
ἐπιθυμήσειεν, ἔτι [1] τοῦ μὴ τῶν καταβεβλημένων εἷς εἶναι
μηδὲ τῶν κατημελημένων, ἀλλ' ἐκείνων περὶ ὧν οἱ χαριέ-
στατοι τῶν Ἑλλήνων καὶ μνησθεῖεν ἂν καὶ διαλεχθεῖεν c
ὡς σπουδαίων ὄντων, τούτων ἁπάντων μοι συμβεβηκότων
τῶν μὲν ὑπερβαλλόντως τῶν δ' ἐξαρκούντως οὐκ ἀγαπῶ
ζῶν ἐπὶ τούτοις, ἀλλ' οὕτω μοι τὸ γῆράς ἐστι δυσάρεστον
234 καὶ μικρολόγον καὶ μεμψίμοιρον, ὥστε πολλάκις ἤδη τήν
[2] τε φύσιν τὴν ἐμαυτοῦ κατεμεμψάμην, ἧς οὐδεὶς ἄλλος
καταπεφρόνηκε, καὶ τὴν τύχην ὠδυράμην, ταύτῃ μὲν οὐδὲν
ἔχων [3] ἐπικαλεῖν ἄλλο πλὴν ὅτι περὶ τὴν φιλοσοφίαν ἣν d
προειλόμην ἀτυχίαι τινές μοι καὶ συκοφαντίαι γεγόνασι,
τὴν δὲ φύσιν εἰδὼς πρὸς μὲν τὰς πράξεις ἀῤῥωστοτέραν καὶ
μαλακωτέραν οὖσαν τοῦ δέοντος, πρὸς δὲ τοὺς λόγους οὐ
τελείαν οὔτε πανταχῇ χρησίμην, ἀλλὰ δοξάσαι μὲν περὶ
ἑκάστου τὴν ἀλήθειαν μᾶλλον δυναμένην τῶν εἰδέναι φασκόν-
των, εἰπεῖν δὲ [4] περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ἐν συλλόγῳ πολλῶν
[5] [παῤῥησίᾳ] ἀνθρώπων ἁπασῶν [6] ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀπολε- e
λειμμένην. οὕτω γὰρ ἐνδεὴς ἀμφοτέρων ἐγενόμην τῶν με-
γίστην δύναμιν ἐχόντων παρ' ἡμῖν, φωνῆς ἱκανῆς καὶ τόλ-
μης, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος τῶν πολιτῶν· ὧν οἱ μὴ τυχόν-
τες ἀτιμότεροι [7] περιέρχονται πρὸς [8] τὸ [9] δοκεῖν ἄξιοί τινος
εἶναι, τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ· τοῖς μὲν γὰρ ἐκτίσειν 235
τὸ καταγνωσθὲν ἐλπίδες ὕπεισιν, οἱ δ' οὐδέποτ' ἂν τὴν
φύσιν μεταβάλοιεν.

έ. Οὐ μὴν ἐπὶ τούτοις ἀθυμήσας περιεῖδον ἐμαυτὸν ἄδοξον
οὐδ' ἀφανῆ παντάπασι γενόμενον, ἀλλ' [10] ἐπειδὴ τοῦ [11] πο-
λιτεύεσθαι διήμαρτον, ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν καὶ πονεῖν καὶ γρά-

[1] δὲ τοῦ A. C. L. [2] μὲν A. L. [3] ἐγκαλεῖν A. C. L.
[4] παῤῥησίᾳ περὶ A. C. [5] [παῤῥησίᾳ] om. A. C. L. [6] τῶν φύσεων ὡς C.
[7] γίγνονται A. C. L. [8] τῷ C. [9] μὴ δοκεῖν A. C. L. [10] ἐπεὶ A. C. L.
[11] πεπολιτεῦσθαι A. L.

Τοῦ μὴ — εἷς εἶναι] Repete μετεσχηκώς. Lang.

Τῶν καταβεβλημένων] Τῶν ἀπεῤῥιμμένων καὶ καταπεφρονημένων. Cor.

Οἱ χαριέστατοι] *elegantissimi, gratiosissimi.* Lang. Οἱ μάλιστα πεπαιδευμένοι. Cor.

Τῶν μὲν ὑπερβαλλόντως τῶν δ' ἐξαρκούντως] Prius ad sanitatem, posterius ad rem familiarem spectat. Lang.

Πλὴν ὅτι περὶ — γεγόνασι] *nisi quod meum philosophiæ studium casus quidam adversi et malitiæ (fortunæ) interpellarunt.* Lang.

Εἰδὼς] Dubitari potest, an legendum sit εἰληχὼς vel εἰληφώς. Wolf. Egregie. contextus postulat εἰληφώς. Lang.

Παρ' ἡμῖν] *apud nos Athenienses,* uti sequentia docent. Idem.

Ὕπεισιν] Ὑπολείπονται. Cor.

φειν ἃ διανοηθείην κατέφυγον, οὐ περὶ μικρῶν τὴν προαίρε-
σιν [1] ποιούμενος, οὐδὲ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, οὐδὲ περὶ
b ὧν ἄλλοι τινὲς ληροῦσιν, ἀλλὰ περὶ τῶν Ἑλληνικῶν καὶ
βασιλικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων, δι' ἃ προσήκειν
[2] ᾠόμην μοι [3] τοσούτῳ μᾶλλον τιμᾶσθαι τῶν ἐπὶ τὸ βῆμα
παριόντων, ὅσῳ [4] περ περὶ μειζόνων καὶ καλλιόνων ἢ 'κεῖνοι
τοὺς λόγους ἐποιούμην. ὧν οὐδὲν ἡμῖν ἀποβέβηκε. καίτοι πάν-
τες ἴσασι τῶν μὲν ῥητόρων [5] τοὺς πολλοὺς οὐχ ὑπὲρ τῶν τῇ
πόλει συμφερόντων, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν αὐτοὶ λήψεσθαι προσδο-
κῶσι, δημηγορεῖν τολμῶντας, ἐμὲ δὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς οὐ μό-
c νον τῶν κοινῶν ἀπεχομένους μᾶλλον τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ
τῶν ἰδίων εἰς τὰς τῆς πόλεως χρείας ὑπὲρ τὴν δύναμιν τὴν
ἡμετέραν [6] αὐτῶν δαπανωμένους· ἔτι δὲ τοὺς μὲν ἢ λοιδο-
ρουμένους ἐν ταῖς ἐκκλησίαις περὶ [7] μεσεγγυώματος σφίσιν 235
αὐτοῖς ἢ λυμαινομένους τοὺς συμμάχους ἢ τῶν ἄλλων [8] ὃν
ἂν τύχωσι συκοφαντοῦντας, ἐμὲ δὲ τῶν λόγων τούτων ἡγε-
μόνα γεγενημένον τῶν παρακαλούντων τοὺς Ἕλληνας ἐπί τε
d τὴν ὁμόνοιαν τὴν πρὸς ἀλλήλους καὶ τὴν στρατείαν τὴν ἐπὶ
τοὺς βαρβάρους, καὶ τῶν συμβουλευόντων ἀποικίαν ἐκπέμ-
πειν κοινῇ πάντας [9] ἡμᾶς ἐπὶ [10] τοσαύτην χώραν καὶ τοιαύ-
την, περὶ ἧς ὅσοι περ ἀκηκόασιν ὁμολογοῦσιν ἡμᾶς τε, εἰ
σωφρονήσαιμεν καὶ παυσαίμεθα τῆς πρὸς ἀλλήλους μανίας,
ταχέως [11] ἂν ἄνευ πόνων καὶ κινδύνων κατασχεῖν αὐτήν, ἐκεί-
νην τε ῥᾳδίως ἂν ἅπαντας δέξασθαι τοὺς ἐνδεεῖς ἡμῶν ὄντας
e τῶν ἐπιτηδείων· ὧν πράξεις, εἰ πάντες συνελθόντες ζητοῖεν,
οὐδέποτ' ἂν εὕροιεν καλλίους οὐδὲ μείζους οὐδὲ μᾶλλον ἅπα-
σιν ἡμῖν συμφερούσας.

ς'. Ἀλλ' ὅμως οὕτω πολὺ τῇ διανοίᾳ διεστώτων ἡμῶν,
236 καὶ τοσούτῳ σπουδαιοτέραν ἐμοῦ πεποιημένου τὴν αἵρεσιν,
οὐ δικαίως οἱ πολλοὶ περὶ ἡμῶν ὑπειλήφασιν, ἀλλὰ [12] ταρα-
χωδῶς καὶ παντάπασιν [13] ἀλογίστως. τῶν [14] μὲν γὰρ [15] ῥη-
τόρων τὸν τρόπον ψέγοντες προστάτας αὐτοὺς τῆς πόλεως

[1] αἱρούμενος C. L. [2] ᾤμην A. C. L. [3] τοσοῦτον A. C. L.
[4] περ om. A. C. L. [5] τοὺς om. A. C. L. [6] αὐτῶν om. A. C. L.
[7] μεσεγγυημάτων A. C. L. [8] ὧν A. L. [9] ἡμᾶς om. A. C. L.
[10] τοιαύτην χ. κ. τοσαύτην A. C. L. [11] ἂν om. A. C. L. [12] ταραχώδη A. C. L.
[13] ἀλόγιστον A. C. L. [14] τε A. [15] ἄλλων ῥητόρων A. C. L.

Τῶν ἐπιτηδείων] Vid. orat. ad Phil. §. γ'. Lang.

ποιοῦνται καὶ κυρίους [1]ἁπάντων καθιστᾶσιν, ἐμοῦ δὲ τοὺς
λόγους ἐπαινοῦντες αὐτῷ μοι φθονοῦσι, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ
διὰ τούτους οὓς ἀποδεχόμενοι τυγχάνουσιν· οὕτως ἀτυχῶς
φέρομαι παρ' αὐτοῖς.
ζ'. Καὶ τί δεῖ θαυμάζειν τῶν [2]πρὸς ἁπάσας τὰς ὑπερ- b
οχὰς οὕτω διακεῖσθαι πεφυκότων, ὅπου καὶ τῶν οἰομένων
διαφέρειν καὶ ζηλούντων ἐμὲ καὶ μιμεῖσθαι γλιχομένων
τινὲς ἔτι δυσμενέστερον ἔχουσί [3]μοι τῶν ἰδιωτῶν; ὧν τίνας
ἂν τις εὕροι πονηροτέρους — εἰρήσεται γάρ, εἰ καί [4]τισι
δόξω νεώτερα καὶ βαρύτερα λέγειν τῆς ἡλικίας —, οἵτινες
οὔτε φράζειν οὐδὲν μέρος ἔχοντες τοῖς μαθηταῖς [5]τῶν εἰρη-
μένων ὑπ' ἐμοῦ, τοῖς τε λόγοις παραδείγμασι χρώμενοι τοῖς c
ἐμοῖς καὶ ζῶντες ἐντεῦθεν, τοσούτου δέουσι χάριν ἔχειν
[6]τούτων, ὥστ' οὐδ' ἀμελεῖν ἡμῶν ἐθέλουσιν, ἀλλ' ἀεί τι
φλαῦρον περὶ ἐμοῦ λέγουσιν.
236 η'. Ἕως μὲν οὖν τοὺς λόγους [7]μου ἐλυμαίνοντο, παραναγινώσκοντες ὡς δυνατὸν κάκιστα τοῖς αὑτῶν καὶ διαιροῦντες
οὐκ ὀρθῶς καὶ κατακνίζοντες καὶ πάντα τρόπον διαφθείρον-
τες, οὐδὲν ἐφρόντιζον τῶν ἀπαγγελλομένων, ἀλλὰ ῥαθύμως
εἶχον· μικρὸν δὲ πρὸ τῶν Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἠχθέ- d
σθην δι' αὐτούς. ἀπαντήσαντες γάρ μοί τινες τῶν ἐπιτη-
δείων ἔλεγον ὡς ἐν τῷ Λυκείῳ συγκαθεζόμενοι τρεῖς ἢ τέτ-
ταρες τῶν ἀγελαίων σοφιστῶν καὶ πάντα φασκόντων εἰδέναι
καὶ ταχέως πανταχοῦ γιγνομένων διαλέγοιντο περί τε τῶν
ἄλλων ποιητῶν καὶ [8]τῆς Ἡσιόδου καὶ [9]τῆς Ὁμήρου [10]ποιή-

[1] αὐτῶν A. L. αὐτῆς C. [2] πρὸς ἁπ. τ. ὑπεροχὰς post πεφυκότων ponunt A. C. [3] μοι om. A. C. L. [4] τι A. L. [5] ἄνευ τῶν A. [6] τούτων om. A. C. L. [7] ἡμῶν A. C. L. [8] τῶν A. C. L. [9] τῆς om. A. C. L. [10] ποιήσεων A. C. L.

Διὰ τούτους] Repete λόγους. IDEM.

Τὰς ὑπεροχὰς] *exsuperantiam.* IDEM.

Νεώτερα] *quæ juvenili magis ætati conveniant, effervéntiora.* IDEM.

